Verum enim vero nō ignobilis author Simplicius in prædicamentorū enarratione, quod & Galenus confirmat in libro de philoſophica hyſtoria ipſam vult partem eſſe philoſophiæ, nec ſolum philoſophiam in ſpeculatiuum, actiuumque genus diuidit, ſed & tertiam partem addit inſtrumentariam, atque logicen inſtrumentariam partem ſibi totum vendicare. Quod ſi quis authorē aſſerat Ariſtote. qui in E. poſt naturalia philoſophiam in Theoricū tantum ac practicum diuidi. reſpondere poſſumus, diuiſionem illam realis non ſimpliciter philoſophiæ factā eſſe, & ad priorē in oppoſitū rationem dicimus maiorem falſam eſſe, nā ferraria malleos cæteraque inſtrumenta ſibi fabrefacit, nec tamen idcirco ſeipſa eſt ignobilior. Ad reliquā vero reſpondemus non omnē partem totū auferre, ſed quantitatis tantū partem ea aſtringi lege, verū & ſi hanc concedamus, non ob id tamen aſſentiendum eſt, philoſophiā poſſe acquiri ſine logica, eſt enim inſtrumentum ad omnē ſcientiā neceſſarium, & ob huius defectum antiqui philoſophi diuerterunt in viam quandam aliā.

Simplicius

N

6. Meth.

Sequitur voluminis huius diuiſio, ſecantur itaque priora analytica primū in duo volumina quanquā Laertius nouem priorum analyticorū volumina conſcripſiſſe Philoſophum teſtatur, q fortaſſe ob eā cauſam accidit, quā & Philoponus recitat, ait enim quadraginta reſolutionis volumina, quæ Ariſtoteli aſcribebantur adinuenta fuiſſe, ſed hæc tantū quæ apud nos ſunt, Ariſtotelica eſſe. Duo itaque ſunt priorū volumina, quorum prius tres in partes, quæ græci τμήματα nos ſecta poſſumus nuncupare, ſcinditur, in primo etenim agit de ſyllogiſmi ſtructura, in ſecundo de propoſitionū abundantia, medijque inuentione. In tertio autem de reſolutione in ſyllogiſmum. Poſſemus & vlteriorē perſequi diuiſionē, ſed abſurdum exiſtimo ſingulas quaſque perſequi minutias.

Diuiſio libri priorū.

O

Doctrinæ itaque modū aggrediemur, quod vltimo loco ſupererat, cū igitur quatuor ſint docendi modi, diuidendi, definiendi, demonſtrandi, ac reſoluendi, his omnibus hoc in volumine vtitur, nā & diuidit plerunq; & definitiones multas ponit & nonnunquā ſyllogiſticas affert rationes, & interdū etiam reſoluendo procedit. Hactenus igitur quæ ante voluminis atque contextus enarrationem pertractari conſuere diximus, intentionē inquam, vtilitatē, proprietatē, ſeu authoris nomen, ordinem lectionis, inſcriptionis cauſam, proportionem, diuiſionem ac denique doctrinæ modū, quod cum ita ſit tēpus iam eſt, vt ad contentum ipſum enarrandum auſpicato procedamus.

P

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS PRIORVM RESOLVTORIORVM LIBER PRIMVS.

CVM IOANNIS FRANCISCI *Buranæ Veronenſis translatione ac Expoſitione ex optimis Peripateticorum et illuſtrium uirorum archanis collectis.*

Q

PRIMVM DICERE CIRCA *quid & cuius ſit conſideratio, quoniam circa demonſtrationem & ſic ſcientiæ demonſtratiuæ.*

QVONIAM inquit Leui Gerſonis res omnis propter aliquē finē ad opus deducitur, & principium in libris addit Alexander eſt tanquam cuius gratia in rebus, operepretium fuit inquit Alulidus Roſadis intentionē finemque in principio proponere, ſed & hoc nihil ad attentionē comparandā facit, niſi quæ ex eo fine emergat vtilitas, præcognouerimus. Vult itaque Philoſophus primū intentionē finēq; mox & vtilitatē, quæ ex fine prouenit præmonſtrare, & quoniā inquit Albertus intentio duplex eſt primaria ſecundariaque, ideo de primaria prius agit, ſubinde & de ſecundaria, & ait primariam intentionem eſſe de demonſtratione, ſecundariam de his in quæ reſoluitur demonſtratio,

Intentio duplex primaria et ſecundaria.

A ſtratio, propoſitione inquam atq; termino, deq; ſyllogiſmo ac principijs ſyllogiſmi, ſenſus igitur eſt vt ad contextum ipſum iam deſcendamus. { Primum dicere. } Subaudiendũ oportet, eſt enim ex attica dictum conſuetudine, nã ij maxime ea vtuntur figura, quæ ἔλλειψις hoc eſt defectus nuncupatur, quemadmodũ ſi diceremus, breui ad te veniã, hoc etenim Atticũ eſt, deficit.n.tempore. Primũ inquam oportet dicere circa quid tanquam circa ſubiectũ primo intentum & finem ipſum. Dicit nãque hæc præpoſitio circa, inquit Albertus, motum circunſpicientis rationis & nihil omittentis, & cuius. videlicet vtilitatis ex hoc prouenientis fine, exponit Alulidus Roſadis. Quoniam circa demonſtrationem, reddito eius, ꝙ dixerat circa quid, eſt enim intentio & finis negocij huius circa demonſtrationem, vbi ſignificat ait Alexander ꝙ principale opus totius ſyllogiſticæ eſt demonſtratio, & hoc facit ex conſuetudine ſua, namque & in Nicomachijs, cum intentionẽ dixiſſet eſſe de Republi. ac ciuili
B potentia de ea, demũ agit poſt libros decem, tanquam prius neceſſarium fuiſſet de moribus hominum pertractare. { Et ſcientiæ demonſtratiuæ. } ſcribunt nonnulli ait Alexander & ſcientiã demonſtratiuam, & qui ita ſcribunt, volunt hoc totũ intentionẽ ſolam ſignificare, ideq; aſſerunt eſſe demonſtrationẽ ac demonſtratiuã ſcientiã, & ipſum Ariſtotelem adducentes teſtem, qui in fine ſecũdi poſteriorum inquit. De ſyllogiſmo igitur & demonſtratione quid vnumquodq; ſit & quomodo fit manifeſtum eſt, ſimul autẽ & de ſcientia demonſtratiua, idem enim eſt. Cæterum antiquior vt puto lectio eſt, vt ſcientiæ demonſtratiuæ legamus, ita ꝙ per hoc non intentionẽ finemue fingeret ſed vtilitatem ex eo prouenientem. Dicendum inquiens circa quid quoniam circa demonſtrationẽ, & cuius vtilitatis quoniam ſcientiæ demõſtratiuæ. Differunt enim inquit Philoponus demonſtratio ac ſcientia demonſtratiua, eo ꝙ demonſtratiua diſciplina habitus eſt animæ: demonſtratio vero actus, qui ex habitu prouenit, quemadmodũ ſenſus & ſentire, ſenſum etC enim habemus & in ſomno & in vigilia, ſentimus vero non niſi vigiles. Sed diceret aliquis, cur Ariſtote. dixit hæc ambo idem eſſe? Reſpondemus ita id eſſe intelligendum, ꝙ idem eſt ſcire demonſtrationem & habere ſcientiam demonſtratiuam, non tamen ꝙ idem ſit demõſtratio & ſcientia demonſtratiua.

Poſtea determinare, quid eſt propoſitio & quid terminus, & quid ſyllogiſmus, & qualis perfectus & qualis imperfectus poſt hæc autem & quid in toto eſſe, aut non eſſe hoc in hoc, & quid dicimus de omni, aut nullo prædicari.

Inquit Diuus Albertus ſecundariam intentionẽ hanc eſſe, definire inquam quid ſit propoſitio, nam & definitio terminus appellatur, vnde & determinare definire. ſed aliter Philoponus cui & Alulidus Roſad. aſtipulatur. Declarata inquit intentione & vtilitate, vult principia ſciẽtiæ huius ponere tanquã προηγούμενα, nam
D & Geometræ in initijs ſemper prima ponunt principia, dignitates inquam ſuppoſitiones ac definitiones, mox vero negocium aggrediuntur, definit itaque primum quid ſit propoſitio, quia in ipſam reſoluitur immediate ſyllogiſmus, mox & quid terminus, quia in terminos propoſitio reſoluitur, deinde quid ſubſtantia ratiocinationis ſeu ſyllogiſmi, quod idẽ eſt, & quoniã vt inquit Ariſtote. in primo de anima, accidentia conferunt magnã partẽ ad cognoſcendum quid eſt res aliqua. Idcirco videndũ etiã erit de proprijs accidentibus ſyllogiſmo, qualis inquã perfectus & qualis imperfectus, ac demũ exponere principia ſyllogiſmi, inquantũ ſyllogiſmus eſt, quid videlicet ſit eſſe in toto, aut nullo, & quod de omni, aut nullo prædicari.

Ariſtoteles geometras imitatur.

Propoſitio igitur eſt oratio affirmatiua uel negatiua alicuius de aliquo: hæc autem aut uniuerſalis, aut in parte, aut indefinita. Dico autem uniuerſale quidem omni, aut nulli in eſſe: in parte uero alicui, aut non alicui, aut non omni ineſſe, ſed indefinitam ineſſe aut non ineſſe ſine uniuerſali, aut ſecundum partẽ, ut contrariorum unam eſſe ſcientiam, aut uoluptatem non eſſe bonum. B

Ordine quo propoſuerat primũ definit propoſitionẽ: deinde terminũ, poſtea ſyllogiſmũ. Quod quare factum fuerit haud mediocri dubitatione ambigitur, aut.n. componendo aut reſoluendo procedendum fuit, id eſt aut a ſimplicioribus aut a cõpoſitioribus inchoandũ, ſi à ſimplicioribus cur nõ prius terminũ definiuit, ſi a cõpoſitionibus cur non ſyllogiſmũ? Diceret fortaſſe Albertus vt ſuperius etiam diximus voluiſſe Ariſtotelẽ duplicem ſignificare intentionẽ primariam atque ſecundariam, primariamque fuiſſe agere de demonſtratione ac demonſtratiua ſcientia, ſecundariã de reſolutione ſyllogiſmi, & quoniam prius in propoſitionẽ reſoluitur deinde in terminos, ideo primũ propoſitionẽ definiuiſſe. Sed quare dicet merito aliquis non prius definiuit ſyllogiſmũ? Dico definitionẽ ſyllogiſmi non exprimere intentionem ſecundariam, quæ vt diximus eſt agere de reſolutione, quandoquidẽ nullã notat reſolutionẽ, ſed definitionẽ ſyllogiſmi iã inter prima huius artis principia connumerari, & quoniã vult Philoſophus primo intentionẽ ſignificare, poſtea et prima principia ponere, ideo præpoſuit non iniuria definitionẽ propoſitionis, mox & prima principia ponit. F

Dubitatio pulchra.

Solo Albertus

Alia dubitatio. Solutio.

Alij vero inquiunt voluiſſe Philoſophũ ſecundũ doctrinæ ordinẽ procedere, qui vt inquit Simplicius eſt, cũ a nobis notioribus inchoamus, & quoniã propoſitio notiſſimum horũ omnium erat, cũ de hac & in libro de interpretatione tractatũ fuiſſet, idcirco primã propoſitionis definitionem conſtituiſſe, cum alioquin & hoc propoſitionis nomen non ſolũ apud Philoſophos, ſed & oratores alioſq; complures artifices in vſu ſit: termini vero nomen ipſe omniũ primus adinuenerit. Cæterũ optima vt exiſtimo omniũ ſolutionũ exiſtit, quam & Philoponus approbat, ordinẽ videlicet doctrinæ Ariſtotelẽ obſeruaſſe, ſemper enim definientia debent notiora eſſe definito, quoniã itaq; in termini ſyllogiſmiq; ratione ponitur propoſitio, termini cũ ait: terminum voco, in quẽ diſſoluitur propoſitio; ſyllogiſmi cum inquit poſitis quibuſdã, ideo prius propoſitionem definire operæpretium fuit. Verũ antequam definitionem iſtam enarremus: ſcitu dignum ꝙ propoſitio, problema, inſtantia, concluſio, atque enunciatio, re atque ſubiecto idem ſunt, ratione autẽ ſola atque habitudine differunt. Si enim hãc aſſumamus ad ſyllogiſmũ conſtituendũ tanquam illius partẽ, propoſitio nuncupatur, cum vero aliud vt eam monſtret, proponimus, problema ſeu propoſitum, vt ſi dicamus, argue ſi anima eſt immortalis, ſin autem ad deſtruendã eorũ, aut affirmationẽ, aut negationem ipſam in mediũ afferamus, inſtantia nuncupatur, vt ſi aliquo aſſerente animam omnem immortalem eſſe, dicamus hoc eſſe falſum, quoniam hominis anima non immortalis ſit, ꝙ ſi ipſam præmiſsis propoſitionibus concludamus, concluſio nuncupabitur, vt cũ dicimus, quod per ſe mouetur ſemper mouetur, quod ſemper mouetur immortale: anima itaque immortalis. Verum enunciatio appellatur, cũ ſimpliciter aliquid de aliquo enunciamus. Diſtinguuntur itaque enunciatio atque propoſitio, vt inquit Albertus eo ꝙ enunciatio ad deſignatam refertur rem, propoſitio autem vt principij rationẽ habet, ac ſi diceremus pro alio poſitio. Vt vero Alexander diſtinguuntur, quia ſecundũ ꝙ vera eſt aut falſa enũciatio dicitur, ſecundũ autem ꝙ affirmatiua aut negatiua propoſitio. aut aliter enunciatio eſſe habet in eo, ꝙ vera eſt aut falſa, propoſitio in eo, ꝙ ita & ita vera aut falſa eſt, ob hoc igitur aliam hoc in loco propoſitionis definitionem poſuit, quã ſit ea, quam in libro de interpretationẽ habemus, cum dicitur enunciatio eſt oratio, in qua verum vel falſum eſt, poteſt etenim fieri, vt aliquæ eædem ſint orationes, non tamen eædem propoſitiones. { Eſt itaq; propoſitio oratio affirmatiua. } Quoniam inquit Alexander propoſitio non eſt genus affir- H

Solutio ſeniorum.

Simplicius in prologo phyſi.

Solutio optima. G

Propoſitio Problema Concluſio Inſtantia Enunciatio

I mationis & negationis neque natura aliqua communis alias a ſuis ſpeciebus: quando quidem in his & prius & poſterius datur: vnde & in libro de interpretatione dicitur, quod prima eſt oratio enuntiatiua affirmatio, poſtea negatio, ideo propoſitionem definit dum ſpecies ſeu partes ſuas definit, id eſt affirmationem negationemque, cuius perſimile fecit & in libro περὶ ἑρμηνείας: vbi inquit: eſt autem ſimplex enuntiatio, vox ſignificatiua de eo, ꝙ eſt ineſſe aliquid aut non ineſſe: & in poſterioribus: enuntiationis altera pars vnum de vno, quodq; hoc ita ſe habeat teſtem quoq; addit Theophraſtum, qui in libro de affirmatione ipſam non definit propoſitionem, ſed affirmationem tantum atque negationem. Ioannes vero grammaticus longo ſermone digreditur contra Alexandrum, & vt rei iſtius difficultas aliquantum complanetur, ego quoq; prolixioribus agã bona legentium venia, & primo ad partes Alexãdri arguo. Omnis definitionis partes in plus debent ſe habere, quam totum, ſed partes huius definitionis non in plus, immo in minus ſe habent. ergo non eſt vera definitio propoſitionis.

Rõnes pro opiniõe Alexandri ꝙ propõ defiñtiaq; ſuas ſpẽs & nõ ſit vera definitio.

K Praeterea in omni definitione debet eſſe aliquod genus, ſed oratio non eſt genus affirmationis negationiſque, iſta itaque non eſt vera definitio: minor arguitur, nulla ſpecies prior eſt reliqua: ſed affirmatio prior eſt negatione, non ſunt igitur orationis ſpecies.

Praeterea nullũ inferius ponitur in definitione ſui ſuperioris, ſed a. ergo neque affirmatio negatioque legitime & in vera propoſitionis definitione collocabuntur.

Solõ Ioan. grãmatici ad rationes Alex.

Ad has & conſimiles rationes reſpondet Ioannes, & ad primam conceſſa maiore negat ꝙ huius definitionis partes non ſe habeant in plus: ait enim ꝙ hoc quod eſt affirmatio vel negatio, & hoc eſt de aliquo in plus ſe habent quã propoſitio, nam & de problemate atque inſtantia prædicant: verũ quia diceret fortaſſe aliquis hac ratione tantum, non tamen re vt ſuperius declaratũ eſt, differre, ideo aliter reſpondet negans maiorẽ, inquit enim multas eſſe & ſpecialiſsimas differentias, quæ cum definito conuertantur, quemadmodũ cũ circulũ figurã eſſe planã definimus vna linea contentam, a cuius centro ad circunferentiã omnes lineæ ductæ ſunt æquales, namque

L & hoc quod eſt vna linea contineri, & a centro ad circunferentiã lineas æquas deduci differentiæ ſunt cum circulo conuertibiles, nec alteri cuipiã conuenientes, huic accedit ꝙ cũ proprijs caremus differentijs ad proprias paſſiones confugimus, quæ proculdubio cum ſubiecto definitoque conuertuntur, conſimiliter & in propoſitionis definitione hoc, quod eſt, alicuius de aliquo ſoli indicatiuæ competit orationi, nam aliquid prædicatũ notat, de aliquo autẽ ſubiectum, nec aliter hoc quod eſt affirmatiua vel negatiua cũ propoſitione ipſa conuertitur, & coniunctio vel non pro diſiunctiua accipitur, ſed pro eo, quod eſt, & cæterũ, ſi quis non ita accipiat coniunctionẽ iſtam, ſed diſiunctiuam eſſe contendat, tunc aliter dicimus, quod videlicet duæ iſtæ particulæ non ponuntur in propoſitionis definitione tanquam definientes, ſed tanquã diuidentes, tota enim propoſitionis ratio hæc eſt, ꝙ eſt oratio alicuius de aliquo, verum quia propoſitiones non ſunt vnius ſpeciei, ideo ad harũ diſtinctionẽ ad-

M didit affirmatiua vel negatiua, & tunc ordo erit, propoſitio eſt oratio alicuius de aliquo affirmatiua vel negatiua. quodque expoſitio hæc ſit præcedente accommodatior ex ſequentibus liquet, vbi ait: hæc autẽ oratio aut vniuerſalis, aut in parte, nunquã etenim in definitione diſiunctiua accipitur copiunctio, de omni enim homine prædicatur & animal & rationale & mortale, non de omni autẽ propoſitione dicitur affirmatiua & negatiua & vniuerſalis et particularis, eſt igitur potius diuiſio propoſitionis quã definitio, diuiſio inquam & ſecundum qualitatem cum dicimus affirmatiua vel negatiua & ſecundũ quantitatem cum dicimus vniuerſalis vel in parte vel indefinita.

Dubitatio

Si quis vero dicat falſum eſſe differentiã cum definito conuerti, cũ dicat Porphyrius differentiã de pluribus ac ſpecie differentibus in eo, ꝙ quale quid prædicari.

Solutio

Reſpondemus ꝙ & differentia iſta de pluribus ac ſpeciei differentibus prædicatur, nam & de affirmatione & negatione prædicatur, quæ ſpecie differunt.

N

Affirmatiõ nõ eſſe priorẽ negatione.

Ad ſecundum vero negat Ioannes affirmationẽ priorem eſſe negatione generi comparatam, addit que generis naturam deſtrui ſi ſpecies in eo, ꝙ generis participes ſunt, prior vna fuerit altera, non autẽ ſi vna per ſe alteri collata potior digniorque extiterit: namque & inter animalia homo digniſsimum obtinet locum: licet homo, neque prius, neque dignius animalis ſit particeps quam equus. nam homo atque equus eo, ꝙ animalia equa & tẽpore dignitate ſunt. ꝙ ſi quiſpiam inſtaret inquiens, illud eſſe prius, quod ſimplicius, illud vero poſterius, quod compoſitius: negandum hoc autumat Ioãnes, multæ enim & ex alijs contra diuiſa ſpeciebus ita ſe habent, ꝙ vna altera ſimplicior eſt, vt equus ſimplicius quid eſt quã homo, equus etenim ſolã habet irrationalitatẽ pro differentia, homo & rationalitatem & mortalitatẽ, quemadmodũ & de orationibus planũ eſt, quarũ aliæ duas tantũ partes habent, aliæ tres, aliæ om-

O nes, vt Homerica illa [illegible]: nec tamen ob id magis orationes eſſe dicuntur. Cæterum addit Ioannes ꝙ nec recte conceditur affirmationem negatione ſimpliciorem eſſe: compoſita namque in ſe ſimplicium continent ſignificationem, ſed negatio nõ continet in ſe affirmationis ſignificatũ, non eſt itaque compoſitior, licet enim vox compoſitior ſit, ſignificatũ tamen non eſt compoſitius, namque non ſolam debemus vocẽ animaduertere, ſed ſignificatum attendendũ, eſt etenim ſimplicem vocẽ compoſitam habere ſignificationem, & cõpoſitam ſimplicem, vt in libro de interpretatione vidimus. Quod ſi accuratius aliquis velit inſpicere, negatio fortaſſe ſimplicior multo exiſtimanda erit affirmatione, hæc enim ſubiectũ coniungit prædicato, negatio autẽ non ineſſe prædicatũ ſubiecto dicit. Hactenus Ioannes, Ad reliquã vero rationẽ iã ex ſuperius dictis quid reſpondendũ ſit liquet.

Defenſio opinionis Alex cõtra Ioã. grammaticum.

Cæterũ quoniam opinio Alexandri quã & Aſpaſius ſecutus eſt longe mihi antiquior eſſe videtur, ideo eam aliquantiſper ſtabilire conabor & præſertim eas partes defendendo, qui-

P bus vult affirmationẽ priorẽ eſſe negatione, nã prius vt in. poſt prædicamentis dicitur eſt a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ſed ita eſt de affirmatione negationeque: nã ſequitur negatio eſt. ergo affirmatio eſt, non tamen econuerſo, eſt itaque prior: præterea te quoque o Ioannes concedente illud eſt prius, quod componit: illud poſterius, quod cõponitur, ſed affirmatio non ſolũ quo ad verba verũ & quo ad ſignificationẽ negationẽ conſtituit, eſt itaque haud iniuria prior, ſignificatio etenim affirmationis appoſita negatione negatur, nec poſſet fieri talis negatio, ni prius præceſſiſſet affirmatio, cũ in ſophiſticis Elenchis dicat Ariſtoteles, ꝙ facere in non facere & omnino in negatione dictio intelligatur, nec ſolũ inter ſe hunc habent ordinẽ, ſed & generi, ſi oratio genus dicendũ, cõparata, nã affirmatio prius eſt oratio, quã negatio, quod monſtro, nã affirmatio prius eſt negatione, ergo prius habet eſſentiã, eſt itaque prius oratio, cũ oratio affirmationis eſſentiam rationẽque conſtituat.

Q Quod ſi aliquis inſtaret dicens rationẽ iſtã non valere, propterea quod in conſimili non ſequitur, Socrates prius fuit quã Ariſtote. ergo prius habuit eſſentiam, ergo prius fuit homo, igitur homo non prædicatur æqualiter de Socrate & Platone, & propterea non eſt ſpecies. Reſpondemus quẽadmodũ fortaſſe nonnulli etiã modernorũ dicerent, ꝙ homo non prædicatur æqualiter de Socrate & Plato. vt ſunt indiuidua accidentalia, ſed ſi de his prædicatur, prædicatur, vt eſſentiã hominis retinent, & ita Socra. non dicitur prius neque eſſe, neque fuiſſe quã Plato: ſed de affirmatione & negatione ſecus eſt, nãque affirmatio dico etiã vt continetur ſub oratione prius eſt quã negatio, quoniã affirmatio eſt tanquã pars negationis atque eã conſtituit. Verũ iſthæc miſſa facientes ad rem ipſam iã redeamus dicentes cũ Alexãdro ſolas hæc affirmationẽ negationemque definiri, quod etiã euidenti ratione cõmonſtrandum, oratio enim neque

penitus

A penitus vniuocum eſt, neque æquiuocum penitus, ſed ex eorum genere quæ ab vno ſeu ad vnum vocitantur, quæ definiri ſecundum communem naturam aliquam minime poſſunt, verũ ſi declarantur, in comparatione proportioneque dignioris deſcribuntur, quemadmodum ſi eas finire vellem, ad ſubſtantiam ſemper reſpiciendo deſcriberem, cum itaque propoſitio prius de affirmatione prædicetur, operæpretium fuit per affirmationis rationem ipſam definire, vnde dixit alicuius de aliquo tantum, nec pacto vllo addidit alicuius ab aliquo, quod negationẽ notet, innuens ꝙ ſi negatio propoſitio eſt reſpectu affirmationis propoſitio eſt, licet enim, vt inquit Alexander alicuius de aliquo in hac definitione ſolum ſignificet prædicatũ, quod aut affirmatiuæ aut negatiuæ prædicatus: prius tamen & conuenientius de affirmatione dicitur quam negatione, nec propterea negamus, quod ſimul etiã hac in definitione propoſitionis diuiſionem non innuat Ariſtote. tanquam breuitatis
B perpetuus obſeruator, & eã maxime quæ magis de eſſentia formaque propoſitionis eſt. Vt enim innuere videtur Albumazar Alpharabius in principio libri, qui de ſyllogiſmo inſcribitur, cũ in propoſitione duo ſint ſubiectum atque prædicatum, & ſubiectũ materiæ, prædicatum vero formæ rationẽ habeat, diuiſi propoſitionis ſecundum ſubiectũ, ſecundum materiã dicetur, ſecundũ autem prædicatum, ſecundum formã, & quia ſignum vniuerſale particulareue in partem cædunt ſubiecti, negatio autẽ prædicati, ideo hæc ſecundũ formam, ſecundũ materiã illa nuncupabitur. Definiens itaque hoc in loco propoſitionẽ non omnẽ vt inquit Alexander, ſed eam quæ & ſimplex & cathegorica ſeu prædicatiua nũcupatur, quandoquidem hypothetica non in eo, ꝙ aliquid de aliquo dicatur, ſed in conſecutione repugnantiaue veritatem habet, aut falſitatem, propoſitionẽ inquã definiens cathegoricam orationem pro genere accepit: non autem enuntiationem, quia enuntiatio propoſitione communior eſſe non poteſt, cũ idem vt diximus ſe-

Ariſto. propoſitionem cathegoricam tantũ definiuit.

C cundum rem exiſtat: nec addenda mea quidem ſententia indicatiua, cum ſola hæc dicat aliquid de aliquo, reliqua vero quæ in definitione ſunt tanquã differentiæ diuiſiuæq; particulæ poſitæ ſunt, aliæ qualitatem quantitatem aliæ diuidentes: cũ tamen alioquin vt inquit Aluidus Roſ. Diuiſio propoſitionis in vniuerſalem atq; particularem ſit ex parte formæ, quod exponens Leui Gerſonis ex parte inquit formæ, quoniam variatis propoſitionibus ſecundum hæc, et ſyllogiſtica variatur forma, quod fieri nequit cum neceſſariã probabilemue innuunt materiam. { Hæc autem aut vniuerſalis. } Hæc ſubaudi oratio: nõ autem propoſitio: vt ex codice græco liquet. Notatu dignũ ꝙ de ſingulari propoſitione mentionem non fecit, cum quia particulari æquiualet, tum ꝙ ſcientia nulla verſatur circa ſingularia: quamobrem ſi in ſyllogiſmo ponatur non vt ſingularis, ſed particularis collocabitur. Sed diceret aliquis cur de indefinita meminit, cũ & ipſa particularem reddat? Reſpondemus non ſemper indefinitam particularis vim obtinere, quod qui græcam callent dialectum dilucidius cognoſcunt: cum ĥ articuli

Diuiſio. ꝓpõnis in vniuerſalem & particularem ſcdm Auerr. eſt ex pte formæ,

D nota duplicem huius vim demonſtrent, & particularis & vniuerſalis: vnde & indefinita nuncupatur, quaſi indeterminatæ ſignificationis, aut indefinita, quia ſignum non habet, quod græci προσδιορισμὸν nos prædefinitionem vocare poſſumus. Sed dubitaret non immerito quiſpiam cur cum de tribus mentionem fecerit propoſitionibus, indefinitæ ſolum exemplum poſuerit. Reſpondemus hoc feciſſe Philoſophum ſolitæ breuitatis ſtudio, quoniam enim indefinita quodammodo materia eſt vniuerſalis particulariſque propoſitionis: cui ſi vniuerſale addatur ſignum vniuerſalis efficitur: ſi particulare, particularis: propterea de hac tantum exemplum poſuit, quoniam vtriuſque ſigni appoſitione poterant exempla hæc de indefinita, & vniuerſali & particulari propoſitione accommodari.

Differt autem demonſtratiua propoſitio a dialectica: quoniam demonſtratiua ſumptio alterius particulæ contradictionis eſt, non enim interrogat, ſed accipit demonſtrans. B

Quanquam ſecundum vniuerſale particulareq; propoſitionis diuiſio ſecundum materiam ſit: huius tamen comparatione ſecundum formam potius eſſe dicetur: hæc enim vera ſecundum materiam eſt, quoniam & variatis ſecundum has ſyllogiſmi propoſitionibus, non tamen ob id ſyllogiſmus quo ad formam mutatur: vnde cũ diuiſio omnis generis in ſpecies fiat per differentias, quæ formæ ſunt. Diuiſio propoſitionis per dialecticam & demonſtratiuam generis in ſpecies nullo pacto erit: licet vt inquit Aluidus Roſ. propoſitio ſyllogiſtica ad has ſe habeat quaſi genus, quia de his vtriſq; vniuoce prædicatur ſecundũ nomen dico ac definitionẽ. Diuiſio itaq; præcedens quodammodo per eſſentialia ſyllogiſmi ſimpliciter accepti fuit: hæc autem tanquam per accidentalia, & vt Diuus inquit Albertus per proprietates: oſtendit itaq; Philoſophus differentiam inter dialecticam propoſitionem demonſtratiuãq; ex vſu atq; aſſumptione. F Dialecticus nãq; totam interrogat contradictionem: vt quacunq; eius parte conceſſa ad inconueniẽs deducatur reſpondens. Demonſtratiuus vero alteram contradictionis partem accipit quæ vera fuerit, atq; illã accipit nulla præcedente interrogatione. { Alterius particulæ. } Non immerito dixit particulæ: particula enim vt & ſuperius diximus partem ſignificat partis, quoniã autem enuntiatio eſt vtralibet pars vt in poſterioribus inquit Ariſtote. & propoſitio enuntiationis altera eſt particula: ſequitur non iniuria demonſtratorem partem partis contradictionis accipere. { Sed accipit. } a ſeipſo. videlicet & ſi audienti non videatur hoc eſſe verum, ſiq; nullus qui audiat præſens ſit: accipiet enim demonſtrator ſi contigerit ſolem terra eſſe maiorem: licet quamplurimis ſecus ſe habere videatur non quemadmodum dialecticus, qui a reſpondente conceſſa accipit, ſeu vera ſint, ſiue falſa, vt aduerſarium ſuperet.

Diuiſio ꝓpoſitionis i dialecticã & demonſtratiuã nõ eſt gñis in ſpecies.

G

Dialectica vero interrogatio contradictionis eſt: nihil autem differet, quo vtrinſq; fiat ſyllogiſmus: namque & demonſtrans & interrogans ratiocinatur accipiens aliquid de aliquo ineſſe aut non ineſſe, quare eſt ſyllogiſtica quidem propoſitio ſimpliciter affirmatio aut negatio alicuius de aliquo ſecundum dictum modum.

Aliter in primo poſteriorum dialectica inquit eſt quæ ſimiliter vtramlibet enuntiationis particulam accipit, & aliter in primo topicorum. Propoſitio dialectica interrogatio probabilis aut omnibus, aut pluribus, aut ſapientibus, & his vel omnibus vel pluribus vel maxime notis non præter opinionem, & iterum in octauo. propoſitio dialectica eſt contra quam ſic in pluribus ſe habentẽ non eſt dare inſtantiam, & item inferius. Dialectica propoſitio eſt ad quam eſt reſpondere ſic vel non. & in libro de interpretatione interrogatio dialectica reſponſionis eſt petitio vel propoſitionis vel alterius partis contradictionis, has itaq; definitiones omnes aliquando enucleabimus, nunc ambiguitatem quandam diſſoluiſſe ſufficiat, H cur in libro περὶ ἑρμηνείας alteram contradictionis partem dialecticam interrogare aſſerat, nunc autem totam contradictionem, Dicimus ꝙ actu dialecticus alteram contradictionis partem tantum interrogat, potentia vero totum, quod & ex his, quæ hic dicuntur liquet, cum dialecticum dicimus interrogare, vt vtrauis parte conceſſa contradictionis, contra eam arguẽdi anſam habeamus, & ob hoc ab ea, quam græci πευστικὴν nos percunctatoriam vocare poſſumus diſtinguitur, quæ non vincendi, ſed ſciendi gratia fit, ad quam non ſimplici reſponſione, ſed longe pluribus opus eſt. Quod autem potentia vtraque contradictionis particula interrogetur, manifeſtum eſt ex eo, ꝙ reſpondens plerũq; reſpondet interrogationi non actu interrogatæ, vt ſi quiſpiam dicat eſt ne omnis anima immortalis, reſpondebit plerunq; aliquis, non, nec tamen negatiua contradictionis pars interro-

Diuerſæ diffinitiões ꝓpõnis dialecticæ.

Dubitatio

Solutio.

I gata actu fuerat. { Nihil aũt differt. } cũ intẽdat Philoſophus de ſimpliciter ſyllogiſmo pertractare hoc addit innuens, quod quantum ad ſyllogiſmi formam nulla erit differentia, ſiue interrogata fuerit propoſitio, ſiue accepta. { Vt vtriuſq; } id eſt tam dialectici quã demonſtratoris fiat ſyllogiſmus: namque & demonſtrans, id eſt qui demonſtrationẽ contexit, & interrogans, id eſt dialecticus. { Ratiocinatur accipiẽs aliquid de aliquo ineſſe aut non ineſſe. } hoc eſt propoſitionem aut affirmatiuã aut negatiuam, vbi quod ſuperius ſub obſcure dixerat, nunc declarauit: cum hoc quod eſt, aliquid de aliquo diuiſit per ineſſe & non ineſſe. { Alicuius de aliquo. } addunt quidã alicuius ab aliquo, ſed perperã, vnde inquit Alexander addidit ſecundum dictum modum innuens, ꝙ verbum alicuius de aliquo ſecus accipi poteſt: in præſentia tamen accipitur ſecundum modum prædictum, aut aliter ſecundum dictum modum, id eſt aut vniuerſaliter aut
K in parte, aut indefinite.

Demonſtratiua uero ſi uera ſit & per ſuppoſitiones, quæ a principio ſunt accepta: ſed dialectica percunctanti quidẽ interrogatio contradictionis, ratiocinanti autem ſumptio apparentis & probabilis, quemadmodum in topicis dictum eſt.

Addidit per ſuppoſitiones, quoniã propoſitionẽ eſſe verã non ſufficit ad conſtituendã demonſtratiuam, cum & hoc dialectice competat aliquando, ſed oportet eam ex primis principijs corroborari ac primis ſuppoſitionibus, aut enim ex principio ſuppoſitiones vocat communes animi cõceptiones: quandoquidẽ hæ ſciuntur per ſe, aut ex principio ſuppoſitiones propria vocat principia, vltra quæ non licet procedere, quemadmodũ in geometria punctũ eſſe, cuius; pars non eſt. { Percunctanti quidẽ. } facit & dialecticæ propoſitionis diuiſionẽ, aliã eſſe dicens interrogantis, quæ in petitione ab alio conſiſtit, quæ nondũ neq; enuntiatio, neq; affirmatio eſt aut negatio, aliã vero ratiocinantis, quæ & ſyllogiſmi pars eſt:
L interrogatio namq; contradictionis non eſt pars ſyllogiſmi. { Probabilis. } probabile & in primo topicorum aſſerit Ariſtot. multifariam dicitur: nam & quod omnibus videtur & quod pluribus, & quod viris celebribus probabile nuncupatur. { In ſequentibus. } hoc eſt in primo poſteriorũ iuxta principiũ, ibi enim exactiſsimas harum definitiones ponit.

Quid itaque eſt propoſitio & quomodo differat ſyllogiſtica & demonſtratiua & dialectica cum diligentia in ſequentibus dicetur, ad præſentem uero uſum ſufficiant quæ nunc a nobis determinata ſunt.

Breuis dictorũ concluſio, vbi notatu dignũ ꝙ de ſophiſtica propoſitione nulla facta eſt mentio, quoniã ad artẽ ratiocinationis non multũ confert, immo ſi verum fateri licet potius artẽ hanc deſtruit, quã conſtruat, poſſet autẽ & iſta hunc in modum definiri, ſumptio apparẽtis probabilis.

M

De termino.

TErminum autem uoco, in quem diſſoluitur propoſitio, ut & prædicatum & de quo prædicatur, aut appoſito, aut diuiſo eſſe, aut non eſſe.

Poſt definitionẽ propoſitionis, non ab re terminũ definiuit, quia vt ſuperius docuimus, in huius ratione ponitur propoſitio, ꝙ ſi ex poſterioribus priora declarantur, haud mirũ, cũ hæc primorũ principiorũ vim in hac obtineant arte, quibus priora dari minime poſſunt. Scitu aũt dignũ ꝙ vt inquit Philoponus terminus dictio, quã græci φάσιν vocant, vox ſimplex, nomen atque verbũ, idem ſubiecto ſunt: habitudine vero ac ratione differunt. Terminus enim dicitur, vt verbũ verbo effingam, quando vt pars ſyllogiſmi accipitur, quando autem vt pars propoſitionis, dictio, quando vt ſubiecta in propoſitione, nomen, quando vt prædicata verbum, quando vt vox ſimpliciter ſignificatiua, ſimplex vox, hæc ille. Sed meo

Terminus. phaſis ſiue vox ſimplex. Nomẽ, verbum.

periculo dixerim, non recte iſthæc protuliſſe Philoponũ. N non recte inquam, neque his, quæ inferius dicit conſentanea, namque terminus non ſolum ratione, ſed & re ſubiectoque a dictione ſimplici voce, nomineque atque verbo ſeiũgitur, multæ etenim ſunt voces ſimplices quæ non ſunt termini, vt verbũ, vt modi, vt prædefinitiones omnes, & ne multis agam, dictio omnis, quæ neque ſubiectum neque prædicatum in propoſitione ſit, nullo pacto terminus vocitandus eſt, vnde & Ariſtoteles in contextu breuitati ſolitæ indulgens, ſimulque & definitionẽ & diuiſionem tradens, { terminum inquit voco in quẽ diſſoluitur propoſitio, vt & prædicatum & de quo prædicatur appoſito aut diuiſio eſſe aut non eſſe: } vbi manifeſte innuit eſſe, & non eſſe, terminos non dici, cui & Alulidus Roſ. aſtipulatur inquiens, ꝙ res, quæ adduntur loco copulæ non ſunt termini, & addit ad verbum, quoniã in illas non reſoluitur propoſitio, ſecundum quod ſunt partes in ea, quia iam propoſitio eſt propoſitio in O actu, licet verbũ inueniatur in potentia & occultatione, ſicut currit conſuetudo in ea apud Arabes in ternarijs, & ſicut ſe habet res in binarijs, quod exponens ex ſententia Leui & Albumazaris in quinto capitulorum vniuerſalium dico, ꝙ Arabes maxime expoſitionem noſtram ſtabiliũt, cum ipſi in propoſitionibus tertij adiacẽtis verbum eſt in vſu non habeant, tantum quod nos dicimus Socrates ſapiens eſt, illi contenti ſubiecto prædicatoque dicunt, Socrates ſapiens, ſignificantes copulam non eſſe propoſitionis eſſentialem ſed aduentitiam partem. Hoc etiam voluere antiquorum nonnulli, quemadmodum et Eretrienſes philoſophi & Lycophron Ariſtotelicus, quẽ & apud nos in propoſitionibus binarijs, hoc eſt ſecundi adiacentis confeſſo conſtat, cũ in his verbum ſubſtantiæ potentia tantum comprehendatur: quemadmodum cum dicimus Socrates currit. Terminus autem ob id dicitur, quoniam in eum vltima fit diſſolutio, vltima inquam apud logicos non apud grammaticos, vnde & ratio pa P ter, ob quam terminum definierit, dicens in quem diſſoluitur propoſitio, propoſitionem vero non dixerit eſſe in quam diſſoluitur ſyllogiſmus. Terminus itaque vt & Alexander aſtipulatur dicitur, quia hoc propoſitio terminatur, vel vt Philoponus eo, ꝙ in hunc ſyllogiſmi diſſolutio terminatur: hoc tamen nouicium eſſe vocabulum teſtatur Philoſophus cum dixit voco, cum etenim alicuius vocabuli primus ipſe eſt author non dicit eſt aut vocatur, ſed voco, ſic vocetur, & conſimili vtitur dicendi modo, quemadmodum & in libro de interpretatione, at vero inquit de nomine infinito nec poſitum eſt nomen quo illud oporteat appellari. ſed ſit nomen infinitum. Sunt tamen qui dicant ob id Philoſophum voco dixiſſe, quia tranſlatitium & non proprium eſt verbum, proprie namque terminus non dicitur ſubiectum aut prædicatum ſed metaphorice. { Diſſoluitur } legendum & non reſoluitur, vt ex codice etiam græco liquet, & ratio conuincit, reſolutio etenim proprie eſt in partes formales, diſſolutio autem in materiales. Aliter Dauidus Phi-
Q loſophus. diſſolutio inquit ſeu διάλυσις eſt omnifaria corporis corruptio. Reſolutio autem ſectio in partes, cum itaque terminus pars ſit propoſitionis materialis, non iniuria diſſoluitur potius legendum, quam reſoluitur. { Vt prædicatum. } hic diuiſionem termini tangit aliud prædicatum eſſe dicens. Subiectum alium, ſola namque prædicatum atque ſubiectum partes eſſe dicuntur propoſitionis, reliqua vero, quæ in propoſitionem aſciſcuntur ligamentorum potius vt inquit Philoponus vim ſupplent. Definitio autem vt idem aſſerit prædicati eſt, terminus, qui de altero dicitur, ſeu qui alteri ineſt, aut non ineſt. Subiectum verum de quo alterum dicitur, vel cui alterum ineſt. { Aut appoſito. } hoc inquit Alexander addidit ne quis exiſtimaret, eſt, eſſe terminum in propoſitione, ſed aduenticium, cum alioquin in propoſitionibus ſecundi adiacentis terminus eſſe videatur, quod tamen falſum eſt, quoniam & illæ in verbum ſubſtantiæ participiumque diſſoluuntur. Sed amabo ait Alexander per abſurdum hercle videtur dicere appoſito aut diuiſo eſſe

Quare ſit dictus terminus.

Not. hic diſferentiã inter diſſolutionẽ & reſolutionẽ.

Subiectũ et prædicatũ ſunt tantũ propoſitionis partes.

Alex. expoſitio.

aut

A aut non eſſe:ſufficiebat enim dicere appoſito aut diuiſo eſſe. Cæterum hoc inquit addidit, vt ſignificaret quomodo diuiſio effici debeat: nã & ſi penitus auferamus eſt diuiſio dicitur, & ſi negationem addiderimus, diuiſio itidẽ nuncupatur, vt itaq; diuiſionis modum exprimeret, adiũxit etiam non eſſe, vel hæc dixit, vt ſignificet ꝙ non ſunt propoſitionis partes neq; termini tamen melius inquit fortaſſe ſe haberet contextus hunc in modum, addito eſſe vel non eſſe aut diuiſo. Cæterũ forte fortuna ait inconueniens eſt, ſi dicamus verbũ eſt, nullo pacto prædicari, cũ hoc pluribus oſtendat rationibus Eudemus in libro περὶ λέξεως. Hæc Alexander. Verũ inquit Philoponus expoſitio iſta ſimplex magis, quam vera eſt, cum enim affirmatio & negatio ſint oppoſita, ſi ipſas exprimere voluiſſet, oppoſitis vocibus expreſſiſſet. Appoſitio autẽ & diuiſio non ſunt oppoſita. appoſitioni namque ablatio opponitur, diuiſioni vero cõpoſitio. Diligentius itaq; & accuratius expoſuerunt Iamblicus atq; alij nonnulli volentes Philoſophum vtriuſq; oppoſitionis alterã tantum partẽ ob breuitatẽ protuliſſe, quare fient oppoſitiones duæ, appoſitio, ablatio, compoſitio atque diuiſio: per has vero omnes notauit propoſitiones quas in libro περὶ ἑρμηνείας recitauit. Omnis .n. propoſitio aut additũ habet verbũ ſubſtantiæ, aut ablatũ, aut compoſitũ, aut diuiſum, quod ex propoſitionũ ſufficiẽti diuiſione ita accipiamus, propoſitionũ aliæ cũ modo, aliæ ſine modo, atque earũ, quæ modũ non habent, aliæ potentia habent ipſum eſt, vt Socrates ambulat, actu aliæ vt Socrates philoſophus eſt, & vtrarũq; aliæ affirmatiuæ aliæ negatiuæ earũ vero, quæ cũ modo, quæq; actu verbũ habẽt ſubſtãtiæ, aliæ ſimplices, ex tranſpoſitione aliæ, & ſecundum vtraſq; aliæ affirmatiuæ, aliæ negatiuæ: affirmatiuæ igitẽ ſine modo potentia habentes ipſum eſt, ablationem dicuntur pati ipſius eſſe, vt Socrates ambulat: harum vero negationes, ipſius nõ eſſe ablationem habere dñr, vt Socrates nõ ambulat: affirmatiuæ autẽ ſine modo actu habentes ipſum eſſe, additionẽ patiuntur ipſius eſſe, vt Socrates philoſophus eſt, quoniã dictio philoſophus ꝓprie prædicatũ eſſe dicitur, quia vero duo nomina ſine verbo ſniam nõ abſoluũt, ideo additũ eſt ſubſtantiæ verbũ non tanquã propoſitionis pars: ſed potius ad terminos colligãdos, harũ aũt negationes appoſitionem habent ipſius non eſſe, vt Socrates philoſophus non eſt. Conſimiliter & modaliũ affirmatiuæ ſimplices compoſitionẽ habent ipſius eſſe, vt Socratẽ poſsibile eſt ambulare, quæ vero ex tranſpoſitione exiſtit, cõpoſitionẽ habet ipſius non eſſe, vt Socratẽ poſsibile eſt non ambulare: negatio aũt ſimplicis modalis diuiſionẽ habet ipſius eſſe, vt non poſsibile Socratẽ Philoſophũ eſſe, negatio vero eius, quæ ex tranſpoſitione diuiſionẽ habet ipſius non eſſe, vt non poſsibile Socratẽ non ambulare: cõpoſitionẽ aũt dicuntur habere affirmationes modales ſimplices & ex tráſpoſitione ipſius eſſe vel nõ eſſe, qm̃ verbo ſubſtãtiæ præexiſtẽte in propoſitionibus ſine modo, ipſo accedẽte tota cõponitur propoſitio: & conſimiliter ob eandẽ cauſam negationes, ipſius eſſe vel nõ eſſe diuiſionẽ habẽt, ſed nõ ita in propoſitionibus ſine modo. Volens itaq; Philoſophus breuibus propoſitiones iſtas oẽs ſignificare, in quarũ quibuſdã additur ipſum eſſe, in alijs ipſum non eſſe, in quibuſdã auferuntur, vtraque hæc, in nonnullis vero cõponuntur, & in alijs diuiduntur, dixit appoſito aut diuiſo eſſe vel non eſſe, apponitur & aufertur vt in propoſitionibus ſimplicibus ac ſine modo, componitur etiam atq; diuiditur, vt in reliquis, modus vero ſolus & cõponitur & diuiditur, vt itaque breue dictorũ cõpendiũ faciamus dicimus, ꝙ propoſitionũ aliæ potentia habẽt ipſum eſt, aliæ actu, & earũ quæ potentia aliæ ſunt affirmatiuæ & hæ ablationẽ habent ipſius eſſe, aliæ negatiuæ & hæ ablationẽ habent ipſius non eſſe, earũ vero quæ actu, aliæ ſimplices, aliæ ex tranſpoſitione ſeu prædicati indefiniti, & ſimpliciũ aliæ cũ modo, aliæ ſine modo, & ex his quæ ſine modo affirmatiuæ appoſitionẽ habent ipſius eſſe, negatiuæ appoſitionẽ ipſius nõ eſſe, & ex his, quæ cũ modo affirmatiuæ cõpoſitionẽ habent ipſius eſſe, negatiuæ diuiſionẽ ipſius eſſe. Si vero ex tranſpoſitione ſint propoſitiones cũ modo, ſi affirmatiuæ fuerint cõpoſitionẽ habent ipſius non eſſe, ſi negatiuæ diuiſionẽ ipſius nõ eſſe. Hactenus Ioannes grãmaticus atq; alia cõplura interſeruit, verũ ne in iliadẽ noſtra excreſceret oratio, quæ minus neceſſaria eſſe videbantur reſecuimus nihil tamẽ omittentes, quod ad propoſitum noſtrũ faceret, cũ alioquin expoſitio hæc & pulcherrima ſit & maxime contextui conſentanea.

Philoponus contra Alexãdri expoſitionem.

Iãblici expoſitio.

B

Nota diuiſionẽ vſem omniũ ꝓpoſitionum de quibus phs agit i libro de interpretatione.

C

D

Phs oẽs ꝓpõnẽ ſpẽs i definitione termini noluit cõprehendere.

E

De ſyllogiſmo quid ſit, & illius diuiſione.

SYLLOGISMVS autem eſt ratio in qua poſitis quibuſdã alterum quid a poſitis neceſſe contingere eo, quod hæc ſint. Dico autẽ eo, q hæc ſint, propter hæc contingere propter hæc uero nullius extrinſecus termini adiumento indigere ad neceſſarium efficiendum.

F

Quod nos ratiocinationẽ, græci ſyllogiſmum vocãt, quaſi vt inquit Alexander λογισμόν. eſt autem vox hæc diuerſæ & apud rhetores & apud dialecticos ſignificationis. Rhetores namq; ſtatũ quendã forenſiũ cauſarũ ratiocinationẽ ſeu ſyllogiſmũ appellitant. Quẽ definiens Hermogenes Tarſeus in libro de conſtitutionibus, ſyllogiſmus inquit eſt rei non ſcriptæ ad ſcriptã cõparatio concludente aliquo in idem rem non ſcriptam cũ ſcripta, vt lex eſt ex meritoria prognatũ muliere concionẽ habere non poſſe: a Lenone quendam genitum prohibent nõnulli concionẽ dicere, ſtatus oritur ſyllogiſmus, & de hoc rhetores. Sed et apud philoſophos dictio hæc multiplicitatẽ quandã habere videtur, ſunt .n. qui ſyllogiſmũ dialectici tantũ inſtrumentũ eſſe contendat. Quẽadmodũ Galenus in libello de hiſtoria philoſophica, qui definiens ſyllogiſmũ inquit, ſyllogiſmus eſt ratio datis reſponſionibus a diſputantibus concluſionẽ concludens inexpectatam, vbi confeſſo ſyllogiſmũ in dialectici tantum partẽ cedere aſſertare videtur. Cæterũ Peripateticæ ſectæ princeps Ariſtoteles ſyllogiſmũ non tantũ dialectico, ſed & demonſtratori aſcribit volens cõmune arguẽdi inſtrumentum in artibus atq; ſcientijs omnibus ſyllogiſmũ eſſe, de hoc itaq; ſecundũ propoſitionis ordinem pertractare incipit. Verũ quia Ephectici nominati philoſophi, quorũ ſecta & tripus & ἀπορητικὴ dicebatur, ſyllogiſmũ penitus deſtruebãt, illorũ ratiocinationibus prius reſpondendũ, deinceps & ad definitionẽ iſtã declarandã accedendũ eſt. Interrogant ergo hunc in modum dũ ſyllogiſmũ tollunt. Dicitis ne vos ſyllogiſmũ eſſe aut non? ſiquidẽ non cõmoſtrantes hoc dicitis, vobis non adhibemus fidẽ, ſi vero demonſtrantes, ſyllogiſmo nimirũ alio vtimini, quẽ iterũ per ſyllogiſmũ aliũ debebatis monſtrare, & rurſus hunc per alium, atq; ita res in infinitũ abibit, ſed contra hos dicimus eos proprijs capi retibus, arguã .n. ego quoq; conſimiliter, aut enim demonſtratis ꝙ non eſt ſyllogiſmus aut non, & ſi non demonſtratis, non credimus vobis, ſi vero demonſtratione vtimini, quare demõſtratio ſyllogiſmuſq; erit. Vnde et Plato in dialogo pſuaſorio ad iuuenes, referẽte Dauido philoſopho dicere conſueuerat εἴτε φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον εἴτε μὴ φιλοσοφητέον φιλοσοφητέον quaſi inquiẽs, ſi eſt philoſophia, opus eſt illi incũbere, ſi vero non eſt philoſophia, hoc demonſtrari oportet, ſed demonſtratio ad philoſophiam attinet, quare ex hoc ſequitur philoſophiam eſſe. Ad hæc dicimus, ꝙ non omnis notitia eſt per ſyllogiſmum, ſed ſunt quædam, quæ & per ſe cognoſcuntur, vt prima principia, & ideo ſi ſyllogiſmum eſſe dicimus non eſt opus, ꝙ per alium hoc monſtremus ſyllogiſmũ. Sed vt accedamus iam ad definitionẽ ipſam dicimus, ꝙ hæc definitio, quemadmodum & reliquæ ex genere conſtat & conſtitutiuis differẽtijs genus quidem eſt oratio, vt dicunt interpretes omnes, & oratio non omnis, ſed vt inquit Aluidus Roſ. enunciatiua, hæc enim vt ait Alexãder ſeparat a remotioribus, differentiæ vero a proximioribus. Verum enimuero iuratem animam philo-

Syllogiſmus diuerſimode accipitur apud dialecticos & rhetores.

Galenus in libro de hyſtoria pħica de ſyllogiſmo.

G

Ephectici philoſophi ſyllogiſmũ deſtruebãt.

H

I ſophi,nunquam per λόγον intelligendam eſſe orationẽ,
Nota aliam opinionẽ de gñe ſyllogiſmi et eſt propria auctoris.
ſciunt enim græcarum literarum periti nomen hoc multa ſignificare:nam λόγος oratio eſt, ſed & λόγος ratio etiã vocitatur,ratio inquam id eſt argumentatio, licet & intellectus quoq; vim notet,quodq; λόγος pro argumentatione accipiatur teſtem tibi afferam græce dialectici accuratiſsimum obſeruatorem Ariſtophanem, qui in nubiũ comedia inquit:εἶναι παρ' αὐτοῖς φασιν ἀμφοτέρω λόγω inde & λογικὸν rationale dicimus, & ne teneam iſthæc nominis ſignificatio in vſu frequentiſsimo eſt.Cæterum ne hoc ſine ratione proferre videamur pro virili noſtra etiam ipſum arguere conabimur, ſi enim λόγος pro oratione accipiendum eſſet,orationes magis, quam oratio dicendum fuiſſet, q ſi reſpondens,ideo orationẽ dixiſſe, vt inquit Diuus Albertus,quia in vnũ terminum vniuntur & ad finem vnicum tendunt.Contra inſtabimus dicentes, q ſi ex hoc ſyllogiſmus oratio vna eſt,tota quoque illa vnius orationis nomen ſibi vendicabit.cum ad
K vnũ finẽ dirigatur. Itẽ omnis oratio vna aut ſimpliciter vna,aut cõiunctione,hæc aũt nullo modo, ſumẽdo.ſ. ſyllogiſmũ pro propoſitionibus tantũ in modo & figura cõſtitutis. Præterea aut definitio iſta formam declarat ſyllogiſmi,aut materiã,ſi formã:ergo non eſt ponendũ genus oratio,cũ hæc materiã potius exprimat quã formã, ſi vero dicis materiã,nõ igitur dicendum oratio, q̃a propoſitiones non vniuntur in medio termino materialiter,ſed formaliter, vt & idẽ aſtipulatur Albertus, deinde vt inquit in ſexto topicorum Ariſto. aut in proximũ genus ponendũ, aut omnes differentias ſuperiori generi addendũ,per quas determinant proximũ genus,ſed oratio non eſt proximũ genus ſyllogiſmi,vt liquido cõſtat, nec ẽt per proprias differentias contrahitur, vt per affirmatiuũ negatiuumue,per vnũ,aut plures, per indicatiuũ aut non indicatiuũ,ſupereſt igitur non oratio,ſed ratio lectitandũ eſſe,cũ alioquin vt & diuus teſtatur Seuerinus libro de topicis differẽtijs ſecundo.Argumentatio ſit pro
L ximũ genus ſyllogiſmi,& non oratio, q ſi hæc nos ſom
Seuerinus Boetius q argumẽtatio ſit genus ſyllogiſmi.
niaſſe dicas,accipe quæ Diuus Albertus quaſi a veritate ipſa coactus dicit in topica Ariſto.in hac inquit definitione oratio eſt vt genus, & vt hoc proximũ ſit ſecundum vim nominis,accipit̃ oratio,quaſi oris ratio, hoc eſt ratio ſermone explicata.λόγον itaq; legitima de cauſa rationẽ & non orationẽ tranſtulimus, vt ſyllogiſmus & per formale genus & per proximius definiatur, q ſi audaculus eſſe videor, q contra omniũ ferme enarratorũ ſententiã rationẽ & non orationẽ ſcripſerim, bonã legentiũ veniã peto,hæc etenim non vt antiquioribus derogem, ſed vt aliquid vtilitatis in mediũ afferam ſcribo. { Quibuſ-
Nota d orationibus ſolicapijs.
dam. } dixit ad differentiam Enthymematis & eorum argumentorum,quæ μονολήμματοι nuncupantur,nos ſolicapias rationes appellare poſſumus, ſolã nanq; accipientes propoſitionẽ ex ea concluſionẽ inferunt, vt tu ſpiras, ergo viuis,altera ab audientibus addita,qui ſpirat,viuit, neq;.n.ſi quicquã neceſſario ſequitur ob id ſyllogiſtice ſequi dicendũ eſt:nanq; in plus ſe habet neceſſario ſequi,
M quã ſyllogiſtice:quẽadmodũ inquit Alexander in conſequentijs & habitudinibus & cõtinuis & cõiunctis neceſſario ſequitur concluſio,non tamẽ ſyllogiſtice. { Poſitis. } aut pro diſpoſitis dixit,vt notet modũ figuramq; ſyllogiſmi,aut poſitis vt inquit Alulidus Roſ. alijque cõplures ſcilicet conceſsis:in ſyllogiſmo quidẽ dialectico a reſpondente,in demonſtratione autem ſimpliciter. Cæterum ſi ita poſitis intelligamus definitio hæc ſyllogiſmi probantis nõ ſimpliciter ſyllogiſmi definitio erit:atq; ita conuerſiuus ſyllogiſmus cæteriq;,qui per propoſitiones procedunt impoſsibiles,non erunt ſyllogiſmi, quod per abſurdum hercle videtur. Aliter Alexander & mea
Alexandri expõ quid per verbũ poſitis intelligendũ ſit.
quidem ſententia longe melius,poſitis inquit non ſolum accepti ſignificat,ſed & acceptionis modum, q videlicet oporteat propoſitiones cathegoricas eſſe, id eſt prædicatiuas non hypotheticas,hoc eſt ſuppoſitiuas : hæ.n. ſupponi potius,quã poni dicuntur,quanquam Algazeles non ſolum oſtenſiuo,ſed & ſuppoſitorio voluit finitionẽ iſtã accomodari.Addunt nonnulli conceſsis, quẽ-
admodũ Diuus Seuerinus in ſecundo de differentijs topi- N
cis inquiens ſyllogiſmus eſt oratio,in qua quibuſdã poſitis & conceſsis & reliqua,ſed hoc aiunt nonnulli idcirco additum eſt, quia de dialectico tantũ ſyllogiſmo ſermo erat,qui propoſitionum conceſsionẽ exigit. { Alterũ. } legendum & non aliud,quemadmodum græcos codex atteſtat̃, & ratio ẽt confirmat, voluit enim Philoſophus ſignificare, q licet in ſyllogiſmo binæ ponantur propoſitiones atque vna cõcluſio, hæc tamẽ tria vim obtinẽt duorum antecedentis inquã & conſequentis, quemadmodũ & inferius dicet, ſiquis ponat.a. propoſitionem: b. aũt concluſionẽ, intelligimus aũt alterũ ſecundũ formam non ſecundũ materiã,quoniam quæ materiã exhibẽt cõcluſionis, ea ẽt pars erunt materiæ præmiſſarũ. Alterum itaque dictũ eſt propter petitionẽ principij,quia vt inquit Alulidus Roſ.res non accipiuntur in oſtenſionem ſui ipſarum, & propter eas rationes: quas græci appellant ἀδιαφόρως περαίνοντας & διαφορουμένους quemadmodum O
ſi dicerem, ſi dies eſt,dies eſt,ſed dies eſt:dies ergo eſt, poteſt etenim inquit Alexander figura eſſe ſyllogiſtica, nec tamen erit ſyllogiſmus:ſyllogiſmus etenim eſt inſtrumẽtum & alicuius vtilitatis gratia, quare quod non vtile neq; ſyllogiſmus,præterea ſyllogiſmus omnis in aliqua ſpecie eſt,verũ iſte nec demõſtratiuus nec dialecticus nec litigioſus:nõ eſt itaque ſyllogiſmus,qđ ſi diceret aliquis falſum eſſe, q oporteat cõcluſionẽ eſſe alterũ:cũ in ſyllogiſmo diuiſiuo plerũque ſit cõcluſio cũ præmiſſarũ aliqua eadẽ, vt ſi dicã,aut dies eſt,aut nõ eſt dies, ſed nõ eſt dies.ergo non eſt dies,reſpõdemus voce tantum non vi ſignificationeq; concluſionẽ cũ præmiſsis eandẽ eſſe· cõcluſio.n.accipitur non vt minor, ſed vt alterum membrum ſupra contra diuiſarum partium, nanque effectus ſemper altera cauſa eſſe debet, cũ itaque concluſio effectus ſit præmiſſarum, ſequitur neceſſario oportere, primã a præmiſsis eſſe diuerſam. Præterea quicunque aliquid commonſtrare contendit,aut manifeſtum manifeſto conſtituet,aut manifeſtũ non manifeſto,aut non ma- P
nifeſtũ non manifeſto, aut non manifeſtum manifeſto, primæ itaque tres cõiugationes nullũ cõſtituũt ſyllogiſmũ,ſecundũ vero vltimã fiunt monſtrationes, ſi igitur concluſio non manifeſta eſt, præmiſſæ autẽ manifeſtæ, relinquitur neceſſario oportere alterã a præmiſsis eſſe cõcluſionẽ. { Quid. } dixit, id eſt determinatũ propter,inquit Ioannes grãmaticus inutiles coniugationes, quæ & omni & nulli indeterminate concludunt. { Ex neceſsitate. } nõ rei,ſed cõſequentiæ.& ideo dixit accidit, ne quis exiſtimaret neceſſariam oportere concluſionẽ eſſe, ſed neceſſario conſequi ex antecedentibus, & hoc addidit propter exẽplũ,atque inductionẽ,quæ nullã habent neceſsitatẽ,niſi forte vt inquit Leui omnia accipiamus per
Diuiſio probationis.
ſenſum ſingularia,omnis.n.probatio conſtitutioque,aut ex æquo equũ(aut ex maiori minus, aut ex minori maius)cõprobat,et ſiquidẽ ex equo equũ,exemplum eſt,vt ille nauigãs naufragiũ fecit,ergo & tu ſi nauigabis,facies naufragiũ,ſi vero ex minori maius, Inductio, vt equus inferiorem mouet maxillam & homo & bos itidẽ, omne itaque animal inferiorẽ mouet maxillã,nulla igit̃ iſta- Q
rũ monſtrationũ vt liquido cõſtat neceſsitatẽ habet conſequẽtiæ,monſtratio autẽ ſyllogiſtica ea eſt,quæ ex maiori minus cõprobat, quæque omniũ iudicio neceſſario cõcludit:ob hoc igitur ex neceſsitate dictum eſt. { Eo q hæc ſit. } Dixit propter non cauſam vt cauſam & propter eos,quos antipater Referente Alexand. μονολημμάτους nuncupauit, non facticio nomine dicamus ſolicapios:hæc etenim alicuius extrinſeci indigent. & propter eas rationes, quæ a ſtoicis ἀμεθόδως περαίνοντες vocabantur, vt primũ ſecũdo maius,ſecundũ tertio, primum itaque tertio. Indiget enim extrinſecæ propoſitionis : tale eſt quod apud Platonem in republica, ſi fuiſſet filius dei non extitiſſet mali lucri, ſi mali lucri non filius dei, non igitur ambo,tale eſt & quod in Phedone dr̃,anima per ſe mouetur,quod per ſe mouetur ſemper mouet̃, anima itaq; immortalis,tale & qđ inferius ſexto tertio ponitur apud Ariſt.vt nõ ſubſtantia ablata non aufert̃ ſub-
ſtantia

A ſtantia eius autem quod aufertur & partes auferuntur, partes igitur ſubſtantiæ ſunt ſubſtãtiæ, & hactenus Ariſt.

Albumazar addidit quaſdã particulas definitioni ſyllogiſmi.

Albumazar vero capite octauo libri de ſyllogiſmo quaſdam huic definitioni videtur addidiſſe particulas, ait.n. Syllogiſmus oratio eſt, in qua ponuntur res plures vna, quæ poſteaquam compoſitæ ſunt ſequitur ex ipſis per ſe & non per accidẽs res alia ab ipſis de neceſsitate, quas particulares expoſitiones & Alulidus Roſ. per ſe inquit, vt nõ diminuatur aliquid, per quod fit ſyllogiſmus, non per accidens propter quaſdam figuras, quæ concludunt in quibuſdam materijs, vt ex duabus affirmatiuis in ſecũda figura & addit ꝙ quæ in definitione hac ponſitur omnia ſunt per ſe manifeſta præter illam particulam poſitis, quæ inferius declarabitur, dum videlicet figurarum diſpoſitiones declarabuntur, et hæc de ſyllogiſmi definitione.

Diuiſio ſyllogiſmi quam Albumazar fecit.

Albumazar autem diuiſionem quoq; eiuſdem addit ſyllogiſmorum inquiens alium cathegoricum, hypotheticũ alium eſſe. Nos autem ſecundum propoſitionis diuiſionem poſſemus & ſyllogiſmum diuidere dicentes.

B Syllogiſmorum aliũ eſſe demonſtratiuum, dialecticum alium, atque alium litigioſum: quemadmodum & in primo topicorum traditur ad principium, quodq; hæc diuiſio recte ſe habeat adducemus, quam in principio ſuæ enarrationis rationem adducit Ioannes grammaticus,

Diuiſio ſyllogiſmorũ de mẽte Ioan. grãmat. ĩ plogo priorum.

tria enim inquit ſunt, ſecundum quæ ſyllogiſmi diuiſio accipitur, cognitio, cognoſcens et cognitum, nam cognoſcens aut intellectus eſt aut diſcurſus, aut opinio aut phãtaſia aut ſenſus, ſed ex his intellectus quidem tanquã diſcurſu longe præſtantior nullo pacto ratiocinatur verũ neq; ſenſus, quum multo ſit vilior abiectiorq; diſcurſu ipſo, conſimiliter neq; phantaſia, eſt enim ſtatus quidam eorum quæ ſenſui videtur, quaſi φαντασία ſuperſunt itaq; duo, diſcurſus qui διάνοια dicitur atque opinio, ex quibus opinio nullo modo ratiocinatur, quum ſit quaſi cõcluſio ipſius diſcurſus: ſola igitur διάνοια ratiocinatur.

Nota de potẽtia dianoetica quæ diſcurſiua dicitur.

Cæterum quia ſyllogiſmus λογισμός ἐστι συλλογισμός oportet quaſdam res præcedere, quæ a reliquis animi partibus proficiſcantur, oportet itaq; res illas vel ex intellectu deduci aut ex phantaſia aut ex opinione, & ſiquidem ex intellectu

C principias, quas cõmunes conceptiones vocamus, ſumit ſyllogiſmorum facit demonſtratiuum, ſi uero ex opinione dialecticum, ſin autem ex phantaſia ſophiſticũ, omnis etenim falſa opinio ad phantaſia originem ducit, ex parte etiam cogniti trifariam diuiditur ſyllogiſmus: res.n. aut ſemper ita ſe habent, & ita ſe habent, & ita fit demõſtratio, vel nunquam & ita ſophiſticus ſyllogiſmus, aut aliquando ſic & aliquando aliter, et ita fit dialecticus. Cõſimiliter & ex cognitionis parte.i. nam cognitio aut nũquam errat, & ita fit demonſtratio, aut ſemper & ita ſophiſticus ſyllogiſmus, aut nũc errat, alias non, & ita dialecticus. Et hæc de ſyllogiſmo abſolute ſumpto.

Perfectum itaque uoco ſyllogiſmum nullo alio indigentem per ultra aſſumpta, ut neceſſarium appareat. Imperfectum uero indigentem: aut unius, aut plurium quæ ſunt quidem neceſſaria per ſubiectos terminos, nõ tamẽ aſſumpta ſunt per propoſitiões.

D Poſteaquam definiuit ſyllogiſmũ ac definitionis partes ſubobſcuras dilucidas reddidit, eundem diuidit vt ait Diuus Albertus non ſecundum ſpeciem, ſed ſecundũ apparentiam quo ad nos: imperfectus etenim non dicitur imperfectus ſecundum ꝙ eſt, ſed ſecundum ꝙ bene eſt tãtum, perfectus itaque ſyllogiſmus eſt, qui nullius extrinſeci indiget, vt conſequentiæ neceſsitatis appareat, imperfectus vero qui vnius.i. conuerſionis, aut plurium exponunt nonnulli conuerſionis & tranſpoſitionis præmiſſarum, Ioannes vero plurium dixit.i. conuerſionum. Sed diceret nõ ab re aliquis ſyllogiſmos imperfectos nõ eſſe ſyllogiſmos, quum alicuius extrinſeci indigeant, qđ eſt contra ſyllogiſmi finitionem vt vidimus. Reſpondemus eos minime ſyllogiſmos eſſe, qui extrinſeci termini indigeant vt neceſſarium appareat ſed fiat. Cæterum imperfecti ſyllogiſmi non ita ſe habent, immo omnes ſuos habent terminos & conſequentiæ neceſsitatem, indigent autem non conuerſionis, aut ad impoſsibile deductionis, non vt fiat, ſed vt appareat neceſſariũ. Quod ſi quiſpiam validius inſtaret dicens incongruum videri, ꝙ enthymemata, quæ vnius tantum indigent propoſitionis,

E a ſyllogiſmi ratione concludantur, ſyllogiſmi vero nonnulli, qui non vnius tantum propoſitionis, immo & ſyllogiſmi indigent extra ſyllogiſmi definitionem nõ eliminentur. Dicimus ad hoc conſimiliter eos ꝓpoſitione indigere vt fiat neceſſarium: hos vero nõ vt fiat, ſed vt appareat, quod ſyllogiſmi rationem non fugit. aut aliter ꝙ propoſitio illa ſyllogiſmi intenti concluſionem infert, ſyllogiſmus ad impoſsibile non primariam, ſed longe diuerſam concluſionem concludit, atque ita deductio illa ad impoſsibile non potentia in præmiſsis quemadmodũ conuerſio continetur, ſed potius & extrinſecus aſciſcitur & extrinſecum & concludit quæſitum.

De Principijs Siliogiſmorũ, Eſſe in toto vel de omni dici, & in nullo eſſe, vel de nullo dici.

IN toto autem eſſe alterum in altero, & de omni prædicari alterum altero idem ſignificat. Dicimus autem de omni prædicari, quando nihil ſit ſubiecti accipere, de quo alterum non dicitur: ac de nullo F *conſimiliter.*

Quoniam ſyllogiſmi tandẽ omnes per duo iſta principia, q̃ ſunt de omni & de nullo dici, vim habent, quum ſecunda ac tertia figuræ per primam ſtabiliantur, prima vero per hæc principia. Idcirco quid hæc ſint ſupponit Ariſt. inquiens, ꝙ in toto eſſe & de omni dici idẽ quo ad ſignificationem ſunt, differunt aũt inquit Philo. ſola habitudine, ſi.n. a ſubiecto incipientes in prædicatum terminemus in toto dicitur: ſin autẽ a prædicato in ſubiectum, de omni, nec ſolũ addit idem, habitudine differunt, ſed & alia differentia, .ſcđm ꝙ id, quod in toto eſt aut minus, aut æquale ei eſt, in cuius toto exiſtit, quod aũt de omni dicitur, aut plus aut æqualiter ſe habet ei, de quo dicitur, quemadmodũ homo in toto eſt animali, animal autem de omni dicitur homine, in toto aũt eſſe ſignificat inqt

Eſſe in toto & dici de oĩ ſola habitudine dĩſat.

G Alex. ꝙ nihil cadit extra id, in cuius toto eſſe dicitᷣ, neque .n. tantũ in toto dicitur, quod per totũ extenditur, nã & particulare in toto eſſe contingit, accidit etenim quod de omni dicitur in plus ſe habere, quemadmodum animal longe in plus ſe habet homo, dicit itaq; de omni eſſe qñ nihil.i. nulla pars ſubiecti accipi poſſit, de qua alterum.i. prædicatum, quod ſcđm eſt in propoſitione non prædicetur. Verũ inquit Alex. notatu dignum non eſſe idẽ & ꝙ hæc & quod in poſterioribus traditᷣ vniuerſale, ſed lõgo differunt vt aliqñ declarabimus, interuallo. { Ac de nullo conſimiliter. } non hoc dicit, ꝙ idem ſint de omni & de nullo, ſunt.n. cõtraria, ſed ꝙ poſsimus ex definitiõe de omni & ipſius definitionẽ aucupari dicentes, ꝙ tunc de nullo dicitᷣ, qñ nihil ſit capere ſubiecti, de quo dicatur prædicatũ. Quum aũt hæc ita ſint, videndum deinceps, quidnã vere per dictum de omni intelligendum ſit. Albumazar.n. Alpharabius, quemadmodũ Alulidus Roſ. illi videtur iniungere exiſtimauit, ꝙ dictum de omni ſit, qñ cuicunque attribuitur ſubiectum, eidem etiã attribuitur prædicatũ, addiditque differentia eſſe inter dictũ de omni & vniuerſalem propoſitionem, ꝙ propoſitio vniuerſalis eſt, in qua aliquid aut affirmatur aut negatur ab oĩbus partibus ſubiecti. nil aliud dicit, præterquã ꝙ cõſideremus prædicatũ ꝓdicari de omni eo, qđ eſt ſubiecti, ſed dictũ de omni eſt, ꝙ ꝓdicatũ aut affirmetur aut negetur a quolibet, qđ eſt pars ſubiecti aut quod denominatᷣ per ſubiectũ. Et iterũ addidit ſyllogiſmũ poſſe fieri ex duabus negatiuis, & ex negatiua minore, et affirmatiua maiore concludentem per dictum de omni, quemadmodũ ſi ita ratiocinaremur, ꝙ nõ eſt aĩal non eſt hõ, ſtatua, nõ eſt aĩal, ergo ſtatua non eſt homo, & hoc fortaſſe pertimile eſt conuerſioni, quã in priorũ ſcđo tradit Ari. capite de circulari mõſtratione, vbi ad concludendã negatiuã, ſumendum inquit, cui a nulli ineſt, huic b omni ineſſe. Cæterũ Alulidus Roſ. opinionẽ hãc Alpharabij, ſi vere ẽ Alpharabij deſtruẽs dictũ de oĩ dupliciter voluit habere ſi-

Albumazar Alpharabius dicto de omni & dĩa inter ipſum & propoſitione uniuerſali.

H

Nota de mẽte Albumazar qđ poſsit fieri ſyllogiſmus ex duabus negatiuis.

Alia opinio Auer. contra Alpharabium de dicto de oĩ.

I gnificatum, primarium atq; ſecundarium, primariumq;
eſſe ꝙ de qualibet ſubiecti parte dicatur prædicatum, ſecū
darium ꝙ de quolibet, de quo ſubiectum dicitur, & præ
dicatum enuntietur: & ſubdit dictum de omni binas no-
tare propoſitiones vnam in actu, quæ eſt vniuerſalis, alte
ram in potentia quæ eſt particularis, nullaq; inquit alia
differentia eſt inter dictum de omni & hanc propoſitio-
nem vniuerſalem, ꝗ ꝙ in dicto de omni in maiore pro-
poſitione innuitur minor eſſe in potentia, in propoſitio-
ne autem vniuerſali minime, quodq; hoc ita ſe habeat,
oſtendit euidente ratione Egidius in poſteriora analytica
inquiens: ſi propoſitio vniuerſalis idem eſſet cum dicto
de omni, ſequeretur quum in omni ſyllogiſmo ſit aliqua
propoſitio vniuerſalis, ꝙ ſyllogiſmus omnis conſtruere-
tur per dictum de omni: qđ per abſurdum eſt, ordo itaq;
ſyllogiſticus denotatur per dictum de omni, quē non in-
nuit vniuerſalis propoſitio. Sed diceret aliquis nonne &
in propoſitione vniuerſali continetur particularis in po-
tentia: nulla igitur videtur eſſe differentia inter propoſi
K tionē vniuerſalem ac dictū de omni Reſpondemus itaq;
ommittendo aliorum opiniones ex ſententia & Leui &
Alex. quoq; ꝙ differentia quæ eſt inter dictum de omni
ac propoſitionē vniuerſalem eſt ſecundū conſiderandi
modum tm̄, ſi enim conſideremus inhærentiā ſolam præ
dicati cum ſubiecto propoſitionem notat vniuerſalē, ſin
autem diſpoſitionem ſubiecti & partium ſubiecti, dictū
erit de omni, & addit Alex. aliam quoq; differentiam, ꝙ
propoſitio vniuerſalis ſemper per totū extenditur, eſſe
vero, in toto non, namq; & particulare in toto eſſe dici-
tur. Vel fortaſſe & melius differunt dictum de omni ac
vniuerſalis propoſitio, qm̄ dictum de omni binas notat
propoſitiones, vnā in actu & vniuerſalem, alteram in
potentiā vel vniuerſalem vel in parte, ſed affirmatiuam
ſemper, vniuerſalis vero propoſitio duas & ipſa notat
propoſitiones vnam vniuerſalem in actu, alteram vero
in potentia indeterminate penitus & q̄titatis & qualita-
tis, hoc eſt vel vniuerſalē vel in parte vel affirmatiuam
L vel negatiuā. Dicimus itaq; vt breuibus agamus, ꝙ de
omni dici aut in toto eſſe nihil aliud notat, quam primū
illud principium, quod in anteprædicamentis ponitur qm̄
alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto, quæcunq;
de eo ꝙ prædicatur dicuntur, omnia etiam de ſubiecto
dicuntur. Vt autem breuem eorum, quæ dicta ſunt enu-
merationem faciamus a primo exordientes principio di
cimus ſuppoſitiones quaſi omnes enarratas eſſe quid in
quā ſit propoſitio, & an genus affirmationis negationiſ
ue, an quemadmodum voluit Alex. ad vnius ad vnū,
quæq; differentia ſit inter propoſitionem atq; enuntia-
tionem, deq; ordine cur primū definierit propoſitionē.
Deinde propoſitionis omnifariam diuiſionem explicui
mus, poſtea quid terminus & quomodo a ſimplici vo-
ce contra Philoponum differt, ſimulque admirabilē ex-
poſitionem eiuſdem in termini definitione, mox & ſyllo
giſmi definitionem, quodque ratio, non autē oratio lecti
tandū ſit, & ꝙ ſyllogiſmus ſit cōtra Ephecticos philoſo
phos, deinceps & ꝗ ſit ſyllogiſmi diuiſio & qualis perfe
M ctus & qualis imperfectus, ac demum quid in toto eſſe,
aut de oī rectatis inibi & Albumazaris & Alulidi Roſ.
opinionibus, nunc aūt supereſt vt & aliud principium,
per ꝙ ſyllogiſmi ſecundæ ac tertiæ figuræ ſtabiliunt, in
medium afferamus dicentes, quid conuerſio ſit, ac quo-
modo propoſitiones cuiuſcunque quantitatis & in ma-
teria quancunque conuertantur.

De conuer ſione. POſtea igitur ꝗ declarauit Ariſt. principium de omni,
per quod prima figura vim obtinet, non immerito &
de conuerſione nunc agere incipit, quæ ſecundæ ac ter-
Conuerſio multipliciter dicitur. tiæ euidentiam exhibet arguendi. Cæterum quoniam
nomen hoc conuerſio multiplex eſt, non ab re erit, ſi ip-
ſius multiplicitatem prius aperuerimus, nam & conuer
ti denominationem, & conuerti terminos, & propoſi-
tiones, & ſyllogiſmos conuerti dicimus, & denomina-
tionem quidem conuerti vocat in ſecundo topicorum.
Ariſt. vt ſi ineſt alicui animal, erit verum conuenientem
dicere, ꝙ eſt animal: & hoc modo ſemper voluit genus
definitionemq; ac proprium conuerti, de accidente vero N
hoc negauit, neque. n. ſequitur mauro ineſt albedo, ergo
maurus eſt albus, pōt etenim illi ineſſe ſecundum, quid
non tamen ſimpliciter, & hæc de conuerſione ſecundum
denominationem. Conuerſio autem ſecūdum terminos
adhuc duplex, aut enim quoad relationem conuertun-
tur, aut quo ad exiſtentiam ambitumque, de cōuerſione
eorū, quæ ad aliquid dictum eſt in prædicamentorum li-
bro, nam pater filij pater dicitur, & cōuertendo filius pa
tris filius conuerſione vero ſecundum exiſtentiam ambi
tūque conuerti appellantur, quæ idem penitus ſignificāt,
vt definitio atque definitū, & ſubiectum cū propria ſua
paſſione. Sed cōuerſio dicat ſyllogiſmi nuncupatur, quū
accepta concluſione cum altera præmiſſarum, alterius
propoſitionis oppoſitum concludimus, et de hac abūde
in ſecundo priorum analyticorum diſputatur. De conuer
ſione vero in propoſitionibus in præſentia agitur nec de Diuiſio cōuerſiōis in propoſitionibus.
omni tm̄: quum etenim conuerſio circa duas ad minimū
verſetur propoſitiones & ꝓpoſitio omnis duos habeat
terminos, ſubiectū prædicatūque, neceſſe eſt propoſitio- O
nes in quibus conuerſio conſideratur, aut ſecundū vtroſ-
que ſibijnuicem communicare, aut ſecundum vtroſque
differre, aut ſcđm ſubiectum differre, ſecundū vero præ-
dicatum communicare, aut econuerſo, quum igitur qua
tuor ſint coniugationes, tres quidē minime conſiſtunt:
quarta vero ē, neque. n. ſi in vtriſque differunt terminis
conuerſio fit, quum penitus & diuerſæ & non commu-
nicantes ſint, oportet nāque ꝗ conuertuntur aliquo inter
ſe pacto conuenire, ſed neque ſi altero terminorum con-
ſentiant, altero diſſonent cōuerſio in his propoſitionibus
fieri poteſt: oportet itaque ſcđm ambos terminos eas in-
ter ſe conuenire. Cæterum qm̄ in propoſitionibus itidem
ordo quidam & qualitas terminorū conſideratur, neceſ
ſe eſt propoſitiones, quæ vtriſque terminis conueniunt,
aut ordine & qualitate ſibijnuicē conſentire, aut vtriſque
differre, aut altero conſentire, diſcrepare altero, & hoc bi
fariā aut ordine conuenire, qualitate autem differre, aut
econuerſo. Ex his itaque cōiugationibus quatuor, una ſo P
lūmodo nō conſiſtit, ꝗ vtriſque concordes habet propō
nes ordine inquam & qualitate. Ita. n. vna eſſet propoſi-
tio bis accepta, eſt autem hæc diuiſio priori penitus op-
poſita: quæ. n. hac conſiſtunt, ibi diſſident, ꝗ vero ibi con
ſiſtit, hic eſt nō conſiſtens, ſi itaque cōuertendæ propōnes
terminorum ordinem eundem habeant qualitatē vero
diuerſam, huiuſcemodi conuerſio contingens nuncupa-
tur, qm̄ in ſola contingenti materia reperitur, quemadmo
dum ſi dicamus, aliquis homo lauatur, aliquis homo nō
lauatur, ſint autē neq; ordo, neq; qualitas eadem ſit, talis
conuerſio cū oppoſitione nūcupatur, quia ſimul cū qua
litate & ordine mutat, vt homo animal eſt, nō animal
non homo eſt, ꝙ ſi propoſitionū qualitas eadē ſit, ordo
vero diuerſus, talis conuerſio ſimplex vocitatur, qm̄ cir-
ca id, quod maxime ſimplex eſt in propōne. i. terminos
ipſos conuerſionem exercet, vt oīs homo animal, aliqđ
animal homo, & de hac in p̄ſentia ſermo habēdus eſt, ꝗ
& definientes dicimus, conuerſio ſimplex eſt cōuenientia
duarum propoſitionum ſcđm vtroſque terminus, quali
tate eadem permanente, ordine autē terminorū variato Q
ſeruata veritate, addita eſt vltima hæc particula propter
eam, quæ græce ἀναστροφὴ latine euerſio dici poſſet, quem
admodū ſi dicam oīs homo animal, omne animal eſt ho
mo. Conuenientia per duarū propoſitionum ſecundum
vtroſq; terminos loco generis ponitur, hoc. n. cuicunque
competit cōuerſioni, reliqua vero differentiarū vim ob-
tinent, diximus. n. qualitate eadem permanente ad differē
tiam cōuerſionis cū oppoſitione, ordine aūt variato ad-
ditum eſt, ꝓp contingentem conuerſionem, & hæc Ioan
nes grammaticus quaſi ad verbū & multo etiā plura.

Cæterum quia iuniores nonnulli dicam equidē in bo- Nota contra iuniores de conuerſiōibus.
nis literis tenebriones, conuerſionis rationē euertunt, nu-
gas neſcio quas in mediū adducentes, non ob re fuerit ſi
paulo licentioſius euagauero, manifeſtiſſimū primo er-
rorem horū deſtruens, ſimul nominū diuerſitatē oſtendens
ꝗ inter priſcos & modernos inuenit, ac deinde nōnullos

alios

A alios conuertẽdi modos, de quibus hoc in loco nihil aut pauxillum admodum diximus, accuratiſsime declarans. Scito ergo dignum ꝙ quum antiqui conuerſionem cum oppoſitione iuniores per contrapoſitionẽ vocẽt, quodq́ꝫ illi latius ſimplicem vocitabant conuerſionẽ, hi preſſus appellant dicentes ex hac vnam eſſe, quæ per accidens nuncupatur, vt quum qualitas tantum propoſitionis ſeruatur quantitate variata, alteram vero ſimplicem nuncupari, quum videlicet vtraq; hæc ſeruatur, quemadmodũ ſi dicam, nullus homo lapis, nullusq́; lapis homo, ſed ſint hæc tolerabilia, quod autem vlterius addunt minime ferendum cenſeo, aiunt enim poſſe conuerſionem quandã eſſe & eam quidem per contrapoſitionem vocatam, in qua conuerſa vera ſit, conuertens autem falſa, & ne mentiri ſine aliqua ratione videantur, exemplum in medium afferunt, ponamus inquiunt nullam actu roſam exiſtere, profecto tunc vera hæc erit, aliqua roſa non eſt ſubſtantia, quum tamen hæc ſua conuertens ſit, falſa, aliqua non ſubſtantia eſt non roſa, ꝙ ex veritate contradictoriĵ ſatis

B liquet, hæc enim proculdubio vera eſt, omnis non ſubſtã tia eſt nõ roſa, ſed amabo viri boni paulo minoribus vobiſcum agam prius communioribus arguens rationibus, mox & exemplum veſtrum diſsipans, agúe itaque nonne conuerſio vtilitatis ſyllogiſticæ gratia adinuenta eſt, an vero alterius cauſa dicitis? nimirum ſcio reſpondebitis vtilitatis ſyllogiſticæ grã, ꝙ ſi ita eſt, dicitisne vos vtilitatem ſyllogiſmo afferre, quæ ſyllogiſmi penitus rationem deſtruunt? nemo eſt. n. qui hoc ignorat, ꝙ ni ſyllogiſtica ex vero falſum ſequi non poteſt. Præterea cur Diuus Seuerinus, & vos quoq; etiam negatis vniuerſalem negatiuam particularemq; affirmationem per contrapoſitionem conuerti? profecto nulla alia de cauſa hoc euenit, niſi quia vt ab verbum dicta Seuerini proferam non eſt ad veritatis falſitatiſue conſenſum fida cõuerſio, licet enim in falſitate conueniat, non tamen in veritate cõſentit, cuius oppoſitum de particulari dicimus affirmatiua, hæc enim quo ad veritatem conuenit cũ conuertente quo ad falſitatẽ vero diſcrepat. Præterea quæ ratio alia a

C Philoſopho aſsignatur ꝙ particularis negatiua non conuertatur, niſi ꝙ conuerſa eſt, vt aliquod animal nõ eſt homo, conuertens autem falſa, vt aliquis homo non eſt animal. Demum nonne cognoſcunt iſti boni uiri, nihil aliud eſſe per contrapoſitionem conuerti, quam deſtructo cõſequente ad antecedens reuerti deſtruendum, vt ſi homo eſt, animal eſt, ergo ſi non eſt animal non eſt homo, quũ itaq; modos iſte arguendi legitimus ſit, cur has ineptias proiecerunt? Sed dicerent fortaſſe, quid ad exemplum vel miſceri quanta bonarũ literarum cæcitate detinemini, nõne vel minutis logicis manifeſtum eſt, & nulla roſa exiſtente iſtã falſiſsimam eſſe, aliqua roſa non eſt ſubſtãtia? quod ſi negas, des oppoſitum, nonne hæc per ſe & neceſſaria eſt quæ dicit omnem roſam ſubſtantiam eſſe, et ſiue roſa exiſtat, ſiue non exiſtat, omnino veritatem ſuam obtinent. Dicamus itaq; cum Albumazare, & Aluhido Roſ. Diuo Seuerino, ꝙ ſi veritas non remanet, euerſio potius q̃ conuerſio nuncupanda eſt, & vt breuibus agã quod inquit Diuus Seuerinus in introductione ad ſyllo-

D giſmum categoricum conuerti propoſitiones dicuntur, quotiens mutato ordine terminorum. i. quod ſubiectum quod fuerat prædicato, & quod prædicabatur, ſubiecto,

Dubitatio — veritatẽ ſimul obtinent vel falſitatem. Sed proculdubio ex illius audaculus aliquis inſurget inquiens, quid nonne hæc falſa eſt, omne animal eſt homo, & tamẽ hæc vera, aliquis homo eſt animal? ergo nõ in falſitate conſentiũt.

Solutio — Dicimus & ad arguitiam hanc, ita id eſſe intelligendũ, ꝙ ſeruato ſyllogiſtico conſequentiæ modo ſeruanda eſt veritas, falſitaſue. i. ꝙ ſi antecedens eſt verum, conſequens ſit verum, & ſi conſequens falſum, ꝙ antecedens falſum exiſtat, non autem ſi antecedens falſum, propterea vetatur, quin conſequens ſit verum, quum ex falſo, vt alibi declarabitur, verum conſequi poſsit, vnde ſi hæc propoſitio, omne animal eſt homo, quæ vim obtinet antecedẽtis falſa ſit, non tamen ob hoc prohibetur, quin hæc, aliquis homo eſt animal, quæ conſequentis rõnem innuit, vera eſſe poſsit. Sed abunde contra manifeſtarios iſtos deturpatores dialecticæ ne dicam artium omnium inuecti fuimus. Supereſt igitur vt ad rem propoſitũq; noſtrũ redeamus, inueſtigantes ſit ne alius conuertendi modus

E & quonammodo cum oppoſitione conuerſio, de qua hoc in loco nullã philoſophus mentionem fecit, ſit facienda. Dicimus itaq; ꝙ & alius conuertendi modus ponitẽ ab eodem priorum analyticorum ſecundo capite de circulari oſtẽſione, qui dicto de omni Albumazaris, de quo ſuperius tractauimus valde eſt ſimilis, vtputa hæc propoſitio nullum b, eſt a in hanc conuertitur, cui a nulli ineſt, huic omni ineſt b & de hac inibi dicendũ erit. Alium etiam conuertendi modum recenſuit inferius ſectione ſecunda quum videlicet contradictorium in contradictorium conuertendum eſſe aſſerit. Sed quoniam de conuerſione cum oppoſitione nihil hoc in loco ponit Ariſt. & nos pauca admodum diximus, ideo quæ ſit, & quomodo fieri debeat breuibus narrandum eſt. Conuerti itaq; per oppoſitionem vt inquit Diuus Seuerinus propoſitiones dicuntur, quum vtrinque terminorum ordine permu-

F tato vni vel vtrique eorum negatiuum copulatur aduerbium, & vt breuibus agam nihil aliud eſt quod etiã diximus, per oppoſitionem conuerti, q̃ a conſequentis oppoſito ad antecedentis oppoſitum redire, quod quia non ſemper ita fit, ideo & ille modus enarrãdus nobis eſt, accidit. n. vt non ſemper huiuſmodi conuerſione conſequens ſe & antecedens aliquàdo deſtruamus, maximeq́ꝫ hoc fieri accidit vt in primum de cœlo Simplicius, & in primum de anima Themiſt. tradit, quum non ſit neceſſaria conſequentis cum antecedente connexio, taleque accipitur conſequens vt & omni & nulli poſsint ineſſe antecedenti, quemadmodum ſi dicam, ſi Dion nauigat, cõtingit ipſum bene nauigare, & ſi homo eſt, contingit ipſum eſſe grammaticum, conſimiliter ſi veniens illud animal eſt, contingit ipſum eſſe equum, vbi palã, ꝙ deſtructo conſequente, non ob id tamen antecedens deſtruitur neque. n. recte ſe habet, ſi dicamus, ſed non cõtingit illud eſſe equũ, ergo non eſt animal, ſed contrario potius mo-

G do arguendũ eſt vt videlicet deſtructo antecedẽte, conſequens ẽt deſtruamus, vt ſed non eſt aĩal, non igitur contingit ipſum eſſe equũ, quali arguendi modo in primo de aĩa volũt vſum eſſe philoſophũ dũ inquit, ſi eſt aliquod opus animæ propriũ cõtingit ipſam ſeparari, ſed de his alias, iam. n. tempus eſt vt contextũ ipſum redeamus.

DE CONVERSIONE PROPOSITIOnum Inexiſtentium. Cap. II.

QVONIAM *vero omnis propoſitio eſt aut ineſſe, aut neceſſario ineſſe, aut contingenter ineſſe, harum autem aliæ affirmatiuæ, aliæ negatiuæ ſecundum unamquanque allocutionem.*

VOLENS vt diximus philoſophus exponere principium, quo ſyllogiſmi ſecundæ ac tertiæ figuræ, apparentiam capiũt arguendi, prius omnifariam propoſitionum facit diuiſionem, in qua exponenda ſi quid vnq̃ H
ingenĵ in nobis fuit, id totum hercle adhibendum eſt, tãta eſt etenim hoc in loco enarratorum confuſio, vt ad aucupandam veritatem Oedipode aliquo opus nimirum eſſe videatur, & quemadmodum poſt multa inquit Leui Gerlonis, vt verbũ vèrbo effingam, ecce omnino vehementi confuſione confuſa res hæc, adeo vt iudiciũ non poſsimus ferre ob materias, quas in hoc nobis exhibuit Ariſt. quæ ſit ipſius, quam intenderit, intentio in his propoſitionibus, hæc illæ. Non iniuria igitur enixiſsime laborandum eſt, & q̃ fieri poteſt breuioribus agendum. Primum itaque quæſitu dignum, quum in modalibus duo ſint, modus ac materia ipſa, an ſecũdum modos, an ſecũdum materias, an vero ſecundum vtraque magis iſtã fecerit diuiſionẽ, vt videlicet ſenſus ſit, propoſitionũ aliam eſſe cum modo neceſsitatis, aliam cum poſsibili, alia cũ ineſſe ipſo, an vero potius ita intelligẽda eſt, ꝓpoſitionũ aliquas in mã neceſſaria eſſe, alias in poſsibili, nõnullas

Non pulchram diuiſionem de propõne modali. Digreſsio.

I autem in ea, quæ ineſſe nuncupantur, an demum ſenſus ſit, ꝙ ſecundum vtraq; diuiſio fiat: & ſiquidem ſecundū modos tantum dixeris, inuolui profecto nec Gordiano faciliores erunt tibi nodi exoluendi, ſi etenim iuxta modos tm̄ diuiſio hæc facta fuiſſet, ſequeretur hanc eſſe neceſſariam, neceſſe eſt aliquem hominem, eſſe albū, quod arguitur, namque & vera eſt, & modum habet neceſſitatis, igitur ex præſuppoſitis ſequitur ipſam neceſſariam eſſe, quod ſi conceſſeris maius adhuc ſequitur abſurdum in miſtione, namq; neceſſarij & inexiſtentis nulla erit diuerſitas, ſiue maior ſeu minor accipiatur neceſſaria, dummodo vera ſit, ſemper enim quum concluſio vera ſit, cū tali neceſſitatis modo neceſſaria erit nuncupanda. Præterea quod & abſurdius nonne ex hac poſitione ſequetur ſyllogiſmorum differentias iſtas, quas hoc in volumine tradit Ariſto. arbitrarias potius eſſe, q̄ ſecundum rei naturam? non igitur modorum tm̄ varietas propoſitionū facit diuerſitates. Amplius cur contingentes propoſitiones in omni contingentis ſignificato non eodem modo K conuertuntur, ſi nulli materiæ determinatæ addicuntur? profecto nullam quiſpiam rationem aliā aſsignare poterit, quā ꝙ & ſcd̄m materias diſtinctio iſta ſumenda eſt.

His accedit, ꝙ propoſitiones iſtæ non ſunt aliter hoc in loco accipiendæ, q̄ de his in libro de interpretatione pertractatum fuerit, ſed vt liquido conſtat modales ibi enunciationes materiam ſibi aſciſcebant determinatam, ratio itaq; eadem & hic habenda erit. Demū hoc etiam ipſius philoſophi teſtimonio refutatur, qui quum ſyllogiſmos ineſſe abſoluiſſet, volens de ſyllogiſmis ex neceſſarijs propoſitionibus agere inquit ad verbum. Quoniā diuerſum eſt ineſſe & ex neceſsitate ineſſe, & contingenter ineſſe, nam multa quidem inſunt, non tamen ex neceſſitate, alia vero neq; inſunt ex neceſsitate, neque inſunt omnino, contingit autem ineſſe, manifeſtum ꝙ ſyllogiſmus vniuſcuiuſq; horum aliter erit, non & ſimiliter ſe habentibus terminis, ſed hic quidem ex neceſſarijs, ille vero ex his, quæ ſimpliciter inſunt, ille autem ex contingē L tibus, & quæ ſequuntur, ob hæc itaq; & conſimilia, non immerito diceret aliquis diuiſionem iſtā penes materiā magis factitatam eſſe, q̄ modos. Contra quem tamen inſurgent alij: nam ſi iuxta materiam tantum ſumitur propoſitionum diuiſio hæc, nimirum iſta, homo eſt animal, propoſitio neceſſaria dicenda erit, & iſta itidem cō tingit omnem equum hinnibilem eſſe, quod perabſurdū eſt. Præterea ſi penes materiam differunt propoſitiones hæ, alia nimirum erit ipſius inexiſtentis materia, alia neceſsitatis materia, quare iſthæc propoſitio aliquod aĩal non eſt homo inexiſtens nullo pacto dicetur, quam tamen Ariſt. vt inexiſtentem manifeſtiſsime ponit, dū particularem negatiuam terminis conuerti negat. Deinde nonne idem dū arguit ex maiori affirmatiua, minoriq; negatiua in ſyllogiſmis inexiſtentibus nullam ſequi concluſionem, accipit hoſce terminos, animal homo, equus, ex quibus manifeſtæ neceſſariæ conſtruuntur propoſitiones, ꝙ & inferius paulo facit, dum hos accipit ſciētia linea, medicina. Præterea materiæ ex natura ipſa propriā M vim obtinent, modi autem ex noſtro proferendi modo. Philoſophus itaq; non ex natura, ſed ex noſtro proferendi modo, voluit propoſitiones iſtas variari, quū inquit, ſecundū vnamquanq; allocutionem. Hæc itaque & cōſimilia animo quiſpiā agitans, & penes modos & iuxta etiā materias ipſas iſtā fieri diuiſionē autumabit, quod ſi dixeris ſequetur, propoſitionem nullam falſam eſſe, & neceſſariam ꝑſertim, ſi enim in materia fuerit neceſſaria & modū habeat neceſsitatis, qui fieri poteſt, vt falſa eſſe dicatur. Præterea quonā ordine erunt iſtæ reponendæ, neceſſe eſt aliquē hominem currere, contingit hominē animal eſſe q̄ modum habent a materia diſſonum, ꝙ ſi dicas nullas tales fieri propoſitiones, hoc arguo: nulli enim ambiguum, quin ſi vnum contradictorium in rerū natura fuerit, & alterum itidem reperiatur, ſi igitur hoc ita eſt cur & huic propoſitioni, contingit omnem hominē currere vere exiſtenti ſuum contradictorium non dabitur Mirandum profecto eſſet ſi in talibus propoſitionibus

Modi non ex natura, ſed ex nr̄o ꝓferēdi mō variantur.

N nunquā poſſemus oppoſitum aſsignare, quod alioquin pleriſq; in locis Ariſt. factitauit. Quū itaq; adeo ad omnem partem ambigua ſint, Dicemus nos cum Alexan. Aphrodiſienſi, diuiſionem iſtam & iuxta modos, et penes etiā materias ipſas ſumi, quod vt planius intelligatur ipſum quoq; Alex. loquentem in medium proferam, ait enim inexiſtentiū aliquibus, alia ſemper inſunt, nonnulla aliquando inſunt, aliqn̄ minime, ſi itaq; ſemper inſit qđ ineſſe dicitur, & ſic accipiatur ineſſe, neceſſaria talis efficitur propoſitio affirmatiua vera, neceſſaria vero negatiua vera eſt, quæ nunquam aptum natum alicui ineſſe, accipit ipſum non ineſſe. Sin autem non ſemper prædicatū ſubiecto inſit, ſiquidem cum defectu inſit hoc ſignificās propoſitio inexiſtens ſit affirmatiua vera. Conſimiliter & inexiſtens negatiua vera, q̄ quod non ineſt, dicit non ineſſe, ſi vero in præſentia ſubiecto non inſit prædicatū, poſsit autem ipſi ineſſe, atq; ita vt potens accipiatur, cō tingens affirmatiua vera efficitur propoſitio, quæ vero O contingens ineſſe aut quod inſit, aut quod non inſit quidem, poſsit autē ineſſe, & non ineſſe dicit, contingens negatiua vera, falſæ autem, quæ non ſic ſe habentia, vt ita ſe habentia ſignificant, ſignificantes namq; inexiſtentiā propoſitiones eorum, quæ ab ipſis dicuntur, quemadmodum illa in eo, ꝙ inſunt ſe habuerint, ita & ipſæ aſsimilatæ eorum modo, quæ ab ipſis ſignificantur. Amplius omne quod alicui ineſt, aut inſeparabile ab ipſo eſt & ꝑ ſe ineſt, aut ſeparabile, ſiquidem inſeparabile, quæ hoc ſignificat propoſitio neceſſaria eſt, ſi vero ſeparabile, cō tingens, ex qua quæ quidem præſens iā ſignificat, inexiſtens, quæ vero ſeparatum hoc eſt nondum præſens, potens autem ineſſe contingens proprie. Hæc ad verbum Alex. quæ ſi diligenter inſpicimus, liquidum erit ſententiā extitiſſe Alex. vt modus materiæ conformis eſſet.

Quod alicui ineſt, aut iſeparabile eſt.

Cæterum Alulidus Roſ. iſtam hanc opinionem imitatus etiam protulit inquiens diuiſionem iſtā & eſſe ſecundū rei ſubiectam naturā, & ſecundum etiam noſtrū cognoſcendi modum, vt videlicet propoſitio illa neceſſaria ſit, quæ & in materia exiſtat neceſſaria, & ipſam etiā neceſſariam eſſe cognoſcamus, vt neceſſe eſt hominem animal eſſe, atque itidem poſsibilem, quæ & ſecundum P materiam & ſecundū cognitionem poſsibilis ſit, ea vero ineſſe nuncupetur, q̄ ignoramus ſit ne neceſſaria an poſſibilis, quemadmodū ſi dicam, omnē coruum nigrū eſſe, verum de his poſtea, ſufficiat ad præſens diuiſionem iſtā & ſecundum materias & ſecundum modos fieri, & altius exordiamus dicimus, propoſitionum alias actū, potentiā alias ſignificare, & ſi quidem actum notet aut permutabilem aut, non ſi permutabilem propoſitionē inexiſtentem conſtrui, ſi non permutabilem propoſitionē fieri neceſſariam. ſi vero potentiam ſignificet, propoſitiones iure contingentes nuncupari. Cæterum vt rationibus etiam in oppoſitum facere ſatis aliā faciemus diuiſionem, quam & Leui Gerſonis innuit, dicentes propoſitionum neceſſariarū ſeu poſsibilium, ſeu inexiſtentium, alias ſimpliciter tales eſſe, alias ſecundū quid, & q̄ ſimpliciter tales ſunt, hæ & modū habent & materiā modo, conuenientem, q̄ vero ſecundum quid, hæ biſariā ſecantur, aliæ, namq; ſcd̄m quid vocitantur, quia aut modū, aut materiam tm̄ habent, aliæ ſcd̄m quid, quoniam non Q ſolam materiam, ſed ipſius tantummodo partem modo correſpondentem retinent, & vt ſigillatim agamus ea ſimpliciter neceſſaria nuncupatur, q̄ & modum habet neceſsitatis, & ſubiecti ꝑdicatiq; exiſtētias neceſſarias et adhuc eſſentialem reſpectū ꝑdicati ad ſubiectum, quēadmodū ſi dicerem, neceſſe eſt hominē animal eſſe, et hoc modo neceſſariū, accipiens primo poſteriorū Ariſt. voluit per ſe neceſſariumq; ad ſeinuicem conuerti, neceſſaria vero ſecundum quid. i. ſine modo, in materia autē neceſſaria hæc nuncupabitur, homo eſt aĩal, neceſſaria aūt cum modo abſq; materia, vt neceſſe eſt Socratē currere, ſed neceſſaria quia materiæ tm̄ partem habet trifariam ſcinditur, aut .n. ſubiectum prædicatumq; contingentia habet, habitudinem tm̄ prædicati ad ſubiectum neceſſariam retinens, vt Socrates corrūpetur, aut ſubiectū habet

Opio Aue. de ꝓpōne neceſſaria.

A bet neceſſario cum exiſtens eadem prædicati habitudine neceſſaria, prædicatum vero contingens, vt homo ſpirat aut econuerſo, vt grammaticum eſt homo ſcribens eſt homo. Conſimiliter & contingentes patiremur hāc ſimpliciter contingentem vocitantes, contingit ſcribens eſſe album, has vero ſecundum quid contingit hominē eſſe animal, contingit Socratem ſpirare, contingit hominem ſcribere, contingit ſcribens hominem eſſe. Quæ autem inexiſtentes ſimpliciter, quæue ſecundum, quid dicantur mox pertractabimus: iam enim ad argumenta ratiocinationeſque reſpondendum eſt, quod itaque primo ſequi aſſeris, nullam videlicet hoc ſuppoſito propoſitionem falſam eſſe poſſe, negandum proculdubio arbitramur, nā hæc falſa eſt, neceſſe eſt, nullum hominē eſſe animal, & tamē cum modo neceſſitatis & in materia neceſſaria exiſtit. Poſtea dicimus ad hæc, ꝙ diuiſio iſta primaria intentione propoſitiones continet ſimpl'r tales, ſecundaria vero & eas, quæ ſecundum quid, tñ & hæc pacto aliquo, ſi non ſimpliciter, ſaltem ſecundum quid ne-
B ceſſaria uocitabitur, neceſſe eſt hominē currere, erit inquā ſecundum quid neceſſaria, ſed tñ falſa, atq; ita vt exiſtimo & rōni ſecundæ factū eſt ſatis. Verum enimuero, ꝙ iā polliciti ſumus, dicendū eſt, quæ nam ſit propoſitio inexiſtens ſimpliciter quæue ſcd͠m quid, quod ne ſæpe ac ſæpius repetenddū poſtea ſit, accuratius pertractandū eſt.

Diuerſæ antiquorū opiniões de ꝓpōne inexiſtente.

Sciendum itaq; ꝙ multiſarias ſuper materia propoſitionis inexiſtentis habuerunt antiqui opiniones, vt enim narrabit Alpharabius recitāte Alulido Roſad. Herminius Themiſtius ac Theophraſtus, voluerunt materiam propoſitionis inexiſtentis eam exiſtere, quæ comprehenderet neceſſariam atq; poſſibilem, quæq; reſpectu ipſarum eſſet quaſi genus, ſecundum hos etenim propoſitio omnis ſine modo inexiſtens nuncupabitur. Alexand. autem, quemadmodum ex antedictis ſatis apparere poteſt, longe ſecius opinatus eſt, voluit enim eam dici inexiſtētem cuius prædicatum non ſemper ſubiecto inhæreret: inhæreret tamē, hoc eſt contingentem propoſitionem ad actū reductam. Sed Alulidus Roſ. contra omnium iſtorū opinionem dixit illam abſolutam ſeu inexiſtentem nuncu-
C pari, quæ tempori determinato non addicitur, & æqualiter ſcitur ex re ipſius ꝙ non ſit neceſſaria, aut idem hoc ignoretur, & vt facilius quæ ſuper hoc intenderit, intelligamus perſtringam, quæ ab eodem in quæſtione de hac propoſitione ſcriptitata ſunt. propoſitio inquit vniuerſalis duplex eſt, vna in qua prædicatum ioti ineſt ſubiecto actu, alteram in qua non actu ſed potentia ineſt, & eius, in qua prædicatum ineſt ioti ſubiecto actu, quædam eſt, in qua ſemper ineſt prædicatum, & eſt neceſſaria, quædā in qua non ſemper & eſt inuenta ſeu inexiſtens, & hoc biſariam eſt, vt in pluribus, & eſt quum ſubiectum ſecūdum ſuam naturam non recipit niſi vnum contrariorum quod vero reliquum eſt, per accidens inuenitur, quemadmodum ſi dicamus, omne habens oculum videt. Alterū vero eſt quod non vt in pluribus, ſed aut in paucioribus aut æqualiter, & quæ ſecundum hoc efficitur propoſitio illa eſt, quæ oppoſita ſuſcipit. inexiſtens itaq; propoſitio tres habebit ſpecies, vt in pluribus, vt in paucioribus & æqualiter, & quæ vt in pluribus actu eſt, vt in pauciori-

Diuiſio vl's propōnis.

D bus potentia eſſe dicitur, atq; ita propoſitioni inexiſtenti vt in pluribus correſpondet poſſibilis vt in paucioribus, ei vero quæ eſt inexiſtens æqualiter, poſſibilis itidē æqualiter, ei autem quæ vt in paucioribus, poſſibilis vt in pluribus, quæ quum ita ſint addit idem, non eſſe inuentam quam voluit Ariſt. illam, quæ eſt ſecundum paucū, quēadmodum nonnulli intellexerunt ex doctrina Alexand. ſed voluit Ariſt. vel illam, quæ eſt ſecundū plurimū, vel ambas ſimul, præterquam ꝙ intendit illam quæ eſt ſecūdum plurimum primaria intentione, alias autem ſecundaria, ſecundum ꝙ conferunt in aliquibus locis, vt in ſyllogiſmo ducente ad impoſſibile.

Opinionē theophraſti de propōne inexñte, vt ipſe, nō eſſe intelligēdā.

Quod autem Theophraſti opinio, ſi vera Theophraſti eſt non ſit ſecundum philoſophi ſententiam, his idem Alulidus Roſ. arguit ratiocinationibus, Ariſt. namq; de his agit propoſitionibus quæ in re ipſa, & extra intellectum reperiuntur, ſed tales propoſitiones, quæ & poſſibili & neceſſariæ communes ſint, non ſunt extra animā, non itaq; de his agit Ariſt. Præterea falſum eſſe negare particularem negatiuā in terminis conuerti, quum poſſibilis, quæ ipſius quaſi pars eſt, terminis ad ſe conuertatur. Deinde ex ipſius quoque Philoſophi proceſſu hoc poteſt eſſe dilucidum, ſemper. n. & præſertim in miſtione contingentis & inexiſtentis ponit contingentem ineſſe, ergo ſequitur propoſitionem inexiſtentem nil aliud ſignificare, q̄ poſſibilem ad actum deductam. Præterea mgt Leui ſi ita eſt, quemadmodum dicitis, aut diuiſio iſta erit ſecundū rem ipſam, aut ſecundum noſtrum cognoſcendi modum, non ſecundum rem ipſam, quia genus nō venit in diuiſionem cum ſuis ſpeciebus, neque. n. ita dicimus numerorum alios numeros eſſe, alios pares, alios impares ſi vero dicas ſecundum noſtrum cognoſcendi modum, palam ꝙ hoc erroneum eſt, non enim dum abſolutā cognoſcimus neceſſariam poſſibilemque cognoſcimus, ſupereſt itaque non eſſe intelligendam propoſitionē inexiſtentem ſcd͠m Theophraſti opinionē. Si vero dixeris ſe-
F cundum opinionem Alex. ſtatim inſurgemus dicentes, quum omnis ſyllogiſmus ratiocinatioque per vniuerſales fiat propoſitiones raro aut nunquam euenire, vt inexiſtens vniuerſalis fiat propoſitio, quod perabſurdū eſt, vniuerſalitas enim propoſitionum iſtarum nō eſſet niſi per accidens. Præterea Ariſt. in miſtione contingentis & inexiſtentis propoſitiones damnat, quæ ſunt inexiſtentes vt nunc, & tempori determinato addicuntur, ſequitur igitur, nō eſſe hoc mō intelligendas propōnes inexñtes.

Verum dat intellectum de mente Auer. de ꝓpōne inexiſtenti.

His itaq; & cōſimilibus ratiocinationibus ambæ iſtæ refutantur opiniones, operæprecium ergo eſt, vt cū Alulido Roſ. Dicamus, Ariſt. per inexiſtentem propoſitionē intellexiſſe primaria intentione, quæ ſint inexiſtens ſimpliciter, ſecundaria vero, q̄ ſecundū quid, ſed vt hoc exactius intelligamus, prius nomina hæc aperiēda ſunt, quidue per ſimpl'r ineſſe, & quid per ſcd͠m quid audiendū ſit.

Dicimus itaque cū Alulido Roſadis atque eius interprete Leui eā ſimpliciter inexiſtentem vocitari, quæ nullum habeat modum & materiam inexiſtentem hoc eſt
G in qua teſtatur ſenſus, ꝙ inuenitur prædicatū in omnibus ſubiecti partibus in omni tempore aut plurimo eius & prædicatum ſubiectum inexiſtentia & non neceſſaria ſunt, vt omnis coruus eſt niger, & omnis nix eſt alba, & differentias eſſe inter has & neceſſarias, quia in his prædicatum non habet eſſentialem a ſubiecto dependentiā, & ſi non re, intellectu ſaltē poteſt ab ipſo ſeparari, in neceſſarijs vero prædicatum ſubiecti eſſentiam conſtituit, aut eſſentialem ſaltem habet dependentiam, nec me præterit alios nonnullos & magnos profecto longe aliter ſenſiſſe. Diuus namque Albertus duplicem vult eſſe propoſitionē inexiſtentem ſimpliciter, vnam quæ miſtionibus neceſſarij & inexiſtentis deſeruiat, alterā, quæ contingentis & inexiſtentis, in miſtione nāque neceſſarij & inexiſtentis vult eam a neceſſaria non differre, niſi quia modum non habet, quæ vero in miſtionem contingētis & inexiſtentis aſciſcitē ea eſt, quæ a contigētu nato oriūda eſt, vnde hæc inexiſtēs ſimpl'r vocitabitur, grammaticū

Opinio diui Alberti

H eſt animal, hæc Albertus. Alexander vero longe aliter iſthanc propoſitionem definiuit, ait enim oportet talē inexiſtentem propoſitionē accipi, cuius veritas non eſt determinata a contingēte ſibi addita, & contingēte vniuerſali in eā quæ inexiſtens eſt tranſumpta, nihil. n. differt ſiue determinationem quandā propoſitioni inexiſtēti addas, vt ſecundum tēpus coarctetur, ſiue talem cū ipſa cōtingentem cōponans, q̄ in eam, quæ inexiſtens eſt tranſmutata ipſam ioilai, nā neque eā, quæ ſemper ineſt dicit, hæc. n. iam neceſſaria eſt, ſed quæ manere queat vniuerſalis affirmatiua vera, & q̄ñ contingens affirmatiua vniuerſalis cū hac aſſumpta in eam, q̄ inexiſtens eſt, permutata fuerit. Hæc Alex. Nos autem quum ad locū illū deuenerimus aliqua fortaſſe ēt in mediū adducemus, ſufficiat igitur in præſentia eam ſimpliciter inexiſtentem vocitari, quā voluit Alulidus Roſ. ſcd͠. n quid vero biſariam ſcinditur, ſiue enim materiā habuerit inexiſtentem & cū

I modo extiterit aut econtrario modum non habuerit, & in neceſſaria aut contingenti materia. Siue curtam multiſlamq; inexiſtentes appellabuntur, neceſſe eſt omnē coruum eſſe nigrum, contingit omnem tunicam eſſe albam, homo eſt animal, aliquod animal ambulat, ambulans mouetur.

Quum hæc itaq; ſint abſurdum minime eſt, ſi propoſitio quæpiam & ſecundum quid neceſſaria & ſecundū quid inexiſtens ſit ac de reliquis conſimiliter, nā hæc, aliquod animal non eſt homo, & inexiſtens & neceſſaria dici poteſt, ſecundum quid tamen, vnde ſi eam in conuerſionibus inexiſtentium poſuit. Ariſt. haud mirum.

Expō. Cæterum multum profecto iam a propoſito digreſſi ſumus. Tempus itaq; eſt vt velis collectis in portum deſcendamus, & qđ ex contextu ſupereſt, enarremus. omnis propoſitio ſubaudiendum inquit Alex. cathegorica aut inexiſtens.i. ſine modo & in materia inexiſtente, aut neceſſario ineſſe, hoc eſt cum modo neceſſitatis materia adhibita neceſſaria, aut cōtingenter ineſſe, hoc eſt in qua prædicatum ſubiecto non inſit, quum tamē ineſſe poſſit,

K Dubium. modo contingentis appoſito. Sed cur dicet non ab re aliquis, quum quatuor ſint modum propoſitionum naturam variantes, de binis tantum mentionem fecit neceſſario inquam & contingente, poſsibilem impoſsibilemq;

Solutio. modos omittens? Dicimus breuitatis ſtudio factum hoc fuiſſe, neceſſario. namq; impoſsibilem, contingenti vero poſsibilem modo comprehendit, quod enim neceſſe eſſe illud impoſsibile eſſe, illud neceſſe non eſſe, & conſimiliter poſsibile contingensq; idem penitus valent, niſi q voce ac loquendi, communi quodam vſu aliquantum differunt, dicimus namq; impoſsibile priuantes poſsibilis naturam non autem incontingens. Quum & alij propoſitionum modi ſint ferme infiniti, vt bene, male ac cōſimiles, de his nullam fecit mentionem, quia propoſitionum naturam non variant. { Secundum vnamquamq; allocutionem. } Hoc eſt ſecundum vnumquemq; modū modos enim vocat allocutiones, quoniam locutiones

L quaſi additæ ſunt, ex hoc autem nonnulli aucupantur diuiſionem iſtam ſecundum modos tantum fieri, vnde & Alexan. quaſi his, quæ ſuperius dixerat contrarium ſecūdum vnamquanq; allocutionem inquit, hoc eſt ſecundū vniuſcuiuſq; appradicationis differentiam, & ſecundum vnamquanq; modi additionem ſignificat, neque.n. exiſtimat propoſitiones ab his, quæ in ipſis monſtrantur ſignificanturq; neceſsitatem accipere & ineſſe & contingens, verum ex additione appoſita & appradicata dicē te, q hoc huic ex neceſsitate ineſt aut ineſſe contingit. Ita enim erunt aliquæ neceſſariæ veræ & falſæ conſimiliter & inexiſtentes & contingentes, nullus namq; ſermo falſus efficeretur. ſi ſolus hic modus diceretur, qui rerum naturam ſignificat, quique talis eſſet, qualia quæ ſignificantur, quoniam autem dicimus enunciatorum orationem verum falſumq; conſimiliter ſuſcipere, dicimus autē & affirmationem quandam veram, atque aliam quandam falſam, quæ videlicet aſſerit, non vt id ſe habet, de quo ip

M ſa dicitur, ita dicemus & neceſſarium quandam falſam, falſa etenim neceſſaria eſt quæ non neceſſarium, neceſſarium aſſerit, oportet itaque propoſitionibus adhęrere allocutiones ac modos, ſed de his abunde ſupra diximus.

Rurſus uero affirmatiuarum ac negatiuarum, aliæ ſunt uniuerſaliter, aliæ in parte, aliæ indefinitæ.

His inquit Alex. additis propoſitionū differentijs fiūt propoſitiones omnes decē & octo, tres affirmatiuę neceſſariæ, vniuerſalis, in parte atq; indefinita, treſq; itidē his oppoſitæ negatiuæ, conſimiliter & inexiſtentes totidē, & contingentes eodē modo. Sunt itaque in ſumma propoſitione omnes decem & octo, quæ ex tribus originem ducunt diuiſionibus, quarum prima compoſitiones reſpicit prædicati cum ſubiecto, ſecunda prædicatū,

Dubitatio. ſubiectum tertia. Sed quæreret haud iniuria aliquis, cur indefinitam ſingularemque propoſitiones omiſerit. De

Solutio ſingulari quidem dicimus, aut quia eādem cum particulari cōuerſionem habet, aut potius quia in artē nō venit, quum ſub ſenſum cadat. Verum non eadem inquiet aliquis de Indefinita dici poterunt, iſta enim & in artē aſciſcitur & ſyllogiſtica eſt. Reſpondemus itaque & adhoc, quia particularis conuerſione conuertitur, q ſi quæras

N cur de particularis potius q̄ indefinita mentionem fecit? Dicimus aut quia vtilior eſt, aut quia indefinita ſatis ambigua eſt, quum enim nulla terminetur clauſura, ambiguum fortaſſe eſſet, an particularis an vero vniuerſalis vim obtineat, vnde & in logica ſua Algazeles inquit indefinitæ in ſenſu accipiuntur, particularium, quoniam proculdubio partem ſignificant, vniuerſalnas autem in illis dubia eſt, & non ſunt certæ, idcirco excluduntur a demonſtratiuis. Ad hæc dubitaret merito aliquis, cur de

Dubium. ſyllogiſmo ſecundum formam tractaturus, materiales ac ceptas differentias propoſitionum.

Solutio. Reſpondemus q ideo hoc fecit, quia quum ſyllogiſmorum plurimi per conuerſionem accipiat ratiocinādi, volens de conuerſione ad amuſsim pertrahere eas con numerauit propoſitiones, quæ varijs conuertuntur conuerſionibus, atque ideo neceſſarias cōtingenteſq; atque

O inexiſtentes propoſitiones recenſuit.

Vniuerſaliter quidem priuatiuam in eo, quod eſt ineſſe, terminos conuertere neceſſe. Si nulla uoluptas bonum, neque bonum ullum erit uoluptas, prædicatiuam autem conuertere quidem neceſſarium, non tamen uniuerſaliter, ſed in parte, ut ſi omnis uoluptas bonum & bonum aliquod eſſe uoluptatem. Earum uero quæ in parte, prædicatiuam quidem conuertere neceſſe eſt ſecundum partem: ſi enim uoluptas aliqua bonum, et bonum aliqđ erit uoluptas, priuatiuam autem non neceſſarium, non enim ſi homo nō ineſt alicui aīali, & animal non inerit alicui homini.

Exponit exempla adducens, quomodo propoſitionum vnaquæque conuertatur, & primo de vniuerſali negatiua agit, quia in ſeipſam conuertitur, & per hanc aliarum conuerſiones arguuntur, ob id enim q vniuer-

P ſalis eſt particulari affirmatiuæ præponitur, quæ & ipſa in ſe conuertitur, propter ea vero q in ſeipſam conuertitur, vniuerſali anteiuit. Vbi notatu dignum q contradictoriæ propoſitiones conſimilem ferme conuerſionis modum obtinent, vniuerſalis namque negatiua particularisque affirmatiua in ſeipſas redeunt. vniuerſalis vero affirmatiua, particularíſque negatiua ſi conuertuntur per accidens tantum vt declarabimus cōuertuntur, particularis namque affirmatiua atque vniuerſalis negatiua licet per accidens hæc in particularem negatiuam, illa vero in vniuerſalem affirmatiuam redeant, in ſe tamen etiā conuertuntur. { Non enim ſi homo non ineſt. } Particularem negatiuam noluit Ariſt. pacto aliquo conuerti & recte. Diuus tamen Seuerinus per accidens in vniuerſalem negatiuam conuerti tradit, q ita intelligendū, quum enim quemadmodū & paulo infra dicemus particularis negatiua ita ſe habeat q aliquando ex ſe, aliqn per vniuerſalem obtineat, ſi ex ſe vera fuerit non conuertitur, vt. aliquod animal non eſt homo, ſi vero non ex ſe, ſed per

Q vniuerſalem vera exiſtat, tunc per accidens.i. non ſcdm vniuerſalem ſui naturam conuertitur in vniuerſalē negatiuam. Damnant nonnulli exemplo Ariſt. aiunt enim non recte exemplum in propoſitionibus inexiſtentibus illatū fuiſſe ex materia neceſſarias, nos ait huic cauſſo abunde ſuperius fecimus ſatis, & paulo etiam infra fortaſſe aliqua percurremus. Algazeles tamen aliud exemplum poſuit particularis negatiuæ, nec fortaſſe minus ac commodatū, quum inquit hanc eſſe veram, quidā homo non eſt ſcriptor, falſam tñ hanc, quidam ſcriptor non eſt homo. Cæterum quum iſtud propoſitionis genus per eā, quæ oppoſitionis nuncupatur, cōuerti poſsit mirū eſt, cur hoc ſilentio philoſophus præterierit. Dicimus itaque q ideo hoc factitaſſi, eſt qa vt ante etiā diximus, conuerſio iſta non proprio conuerſio dici debet, ſed magis arguendi modus quidā, quum alioquin nec de ſubō prædicatum fiat, & econtrario, vt.n. nō ignoratmus multo diſtans inter ſtatio terminus finitur, atque infinitus, ſed quocunq; res ſe habeat q̄ philoſophus reticuit, nobis p tractanda

Nota de ꝓpōnibus cō tradictorijs

Exempl. Algazeles de ꝓpōne particularis negatiua.

A tractanda relinquuntur, quoniã itaq; penitus conuerſio iſta oppoſitionis eſt a prioribus diſſonat, modum etiam in conuertendis propoſitionibus diſſonũ obſeruat, quæ enim ibi conuertebantur, hic non retrocedunt, quæ vero ibi aut non conuertebantur, aut per accidens conuertebantur, hic penitus conuertuntur, et vt preſſius agamus, vniuerſalis affirmatio ſimpliciter retroagetur hoc eſt & qualitate & quantitate eadem permanente, ut omnis homo animal, omne non animal eſt non homo. Itidẽ & negatiua quoque particulari, vt quidam homo non eſt albus, quoddam non album non eſt homo. Vniuerſalis vero negatio non conuertitur, licet enim ambæ propoſitiones in falſitate conſentiant, non tamen in veritate conueniunt, hæc enim uera eſt, nullus homo lapis, hæc tamen falſa, nullum non lapis non homo. Conſimiliter & particularis affirmatiua, q̃q̃ etenim in ueritate conſonat, non tamen in falſitate conueniunt: nam hæc falſa eſt, quidam homo eſt lapis, & tamen hæc vera, quoddam
B non lapis eſt non homo, & hæc atq; alia cõplura Diuus Seuerinus, ſed mirũ hercle videtur, cur particularem affirmatiuam conuerti neget, quum ſempiternã obtineat veritatem, neque.n. exiſtimo eius eum animi extitiſſe, vt arbitraretur, falſitatem ſemper in vtraque propoſitionũ ſeruandam eſſe, quum vt ſuperius abunde diximus, poſſit conuerſa falſa eſſe, & tamen conuertens veritatẽ obtinebit, quemadmodum & de vniuerſali dicebamus affirmatiua, nam iſta falſa eſt, omne animal eſt homo, & tamen hæc veraciſsime profertur, aliquis homo eſt animal, non eſſet itaque vt cenſeo piaculum, ſi & particularẽ affirmatiuam per oppoſitionem conuerti concederemus, liberum tamen hoc opinaturis relinquo, neque.n. tantum mihi aſſumo, vt tanti viri ſententiam dicacitate mea contaminare contendam.

Primum itaque ſit priuatiua uniuerſaliter a b, propoſitio. Si enim nulli a, ipſum eorum quæ ſunt b, ineſt, & b inerit nulli eorum quæ a, nam ſi alicui, ut c, non uerum erit quod dicitur nulli ipſum a eorum, quæ b ineſſe c, enim ex his, quæ
C *b ſunt, eſt.*

Quoniam non eſt ſatis exempla conuertendarũ propoſitionum in medium attuliſſe: ideo vult in præſentia Ariſto. arguere conuerſiones iſtas omnes cum ratione et vniuerſales eſſe, ac primum ab vniuerſali negatiua ea de cauſa, quam ſuperius diximus, exordium ſumpſit, & ne quiſpiam ratione determinatæ materiæ hoc euenire autumaret, elementis cuicunque materiæ applicabilibus, hoc deſignauit, quemadmodum & in expoſitione ſua, Alulidus Roſ. & ante eũ Albumazar Alpharabius ca. 10 libri de ſyllogiſmo, & ante ambos Ioannes Philoponus atteſtatur. { Sit priuatiua vniuerſali, a, b, } hoc eſt accipiamus vniuerſalem iſtã negatiuam, nullum b a, vbi notes philoſophum ſecundum propriam conſuetudinẽ præponere ſemper ferme prædicatum, ipſum, tanquã quod in propoſitione maiorem & prærogatiuam & dignitatem habeat. Scitu vero dignum, ꝙ quemadmodũ Alex. atq; Philoponus inquiunt Theophraſtus atq; Eudemus
D Ariſt. ſocij planius ac dilucidius multo vniuerſalem negatiuam terminis in ſeipſam conuerti monſtrauere, ſi.n. inquiunt a, de nullo prædicatur b, ab omnibus eius partibus ſeiungitur, quod autem ſeiungitur a ſeiuncto ſeiungitur, & ipſum itaque b, ab omni ſeiungetur a, nam hoc quod eſt ſeiunctum ex eorum numero eſt quæ & ad aliquid ſunt, & ad conuertentia dicuntur. Ariſt. autem deductione ad inconueniens videtur vſus hoc pacto, ſi. a. nulli ineſt. b. & .b. nulli inerit. a. quod ſi neges, contradictorium vere proferetur, aliquod. a. eſſe. b. quod ſi ita eſt accipiatur. c. quod ſub .a. ſit & de quo ipſum. a. prædicetur, tunc ita. b. prædicatur de. c. & a. prædicatur de. c. igitur aliquod. c. b. & aliquod. c. eſt a. ſed quum. c. ſit aliquod. b. ponamus loco. c. b. ipſum, ſequetur propoſitionem iſtam veram eſſe, aliquod. b. a. ſed ſuppoſitum fuerat nullũ. b. a. eſſe, ergo duo contradictoria ſimul vera, quod abſurdũ. Sed inſurgunt hoc in loco dubitantes, quæ vitio vertant Ariſt. primo ꝙ circulari vtatur oſtenſione, hic enim per particularis affirmatiuæ conuerſionem, vniuerſalem negatiuam demonſtrat, & infra per huius retroceſſum par- E ticularem affirmatiuam conuerti arguit. Deinde cur non mirum fuerit arguendi modo ignoto adhuc, deductione inquam ad incommodum, de qua nullam adhuc mentionem fecit, abuti hic Ariſt. non enim conſentaneũ vt per ignotius ignotum monſtremus. Quæ quum ita ſint, reſpondet enarratorum omnium diligentiſsimus Alexã. hoc ſecius multo, ſe habere inquiens, particularẽ namq; affirmatiuam per vniuerſalem monſtrauit negatiuam, hanc vero per illius conuerſionem minime, ſed per ea, quæ iam dilucida facta ſunt hæc communit, de omni inquam ac de nullo, in toto eſſe atque in nullo hũc in modum, nam ſi. a. nulli. b. & . b. nulli. a. quia ſi non, oppoſitum uerificabitur, alicui videlicet .a. b. ipſum ineſſe, ſit autem hoc. c. c. itaque in toto erit. a. a. itaque prædicabitur de omni. c. ſed. c. aliquid fuerat ipſius. b. ergo. a. prædicabitur de aliquo. b. ſed ſuppoſitum erat de nullo, igitur contradictoria ſimul vera, quodque dum hoc monſtrat particularis conuerſione non abutatur vel ex con- F textu ipſo liquet, neque enim dixit, ſi alicui. a. ineſt. b. & alicui. b. inerit. a. quemadmodum inferius paulo de vniuerſali negatiua aſſerit dũ particularem monſtrat affirmatiuam conuerti. Aut & melius dicendum rationem iſtam expoſitoriam, hoc eſt per ſenſibilem monſtrationem fieri, quo arguendi modo & alibi in pleriſque locis vtitur Ariſt. quemadmodum & inferius planũ erit, quũ autem ratio iſta expoſitoria manifeſte in tertia ſit figura non tñ tanquam ſyllogiſtica hac vtitur, ſed tanquã per expoſitionem ac ſenſibilem cognitionem monſtrare, ꝙ autem modus iſte expoſitorius alius a monſtratione per conuerſionem ſit, inferius planũ erit, vbi vtraque vtitur ad maiorẽ dictorum euidentiam. Eſt item mõſtratio iſta alia ab oſtenſione circulari, & ratione ad impoſsibile deducẽte ſyllogiſtice, licet etenim & deductio ad impoſsibile poſsit accommodari, non tñ eadem eſt cum ea, quã artificioſe facimus, ſed talis, quali vtuntur Geometræ, G quum ad impoſsibile deducentes, hac tãquam per expoſitionẽ quaſi nota vtuntur, confuſæ, quemadmodum & Algazeles inquit, rationes in medium afferentes, nec tamen ob id inficias imus, quin aliquo pacto conuerſio iſta per ſyllogiſmum tertiæ figuræ probari poſsit ita, nullum. c a: omne c b: ergo aliquod b non eſt a. poteſt item per primam figuram ad incommodum deduci hunc in modum, ponatur enim .a. nulli .b. ineſſe, inſit etiam. b. alicui. a. conſtruitur in prima figura, ꝙ. a. alicui. a. nõ inſit. ſed abſurdum rationibus vti ſyllogiſticis quũ adhuc de ſyllogiſmo nulla facta ſit mentio.

Si uero omni. a. ipſum eorum, quæ ſunt. b. & . b. alicui eorũ, quæ. a. inerit: nam ſi nulli & . a. eorum, quæ. b. nulli inerit, at rum ſuppoſitum fuerat omni ineſſe. Conſimiliter autem & ſi propoſitio ſecundum partem ſit, ſi enim a. alicui eorum, quæ. b. & . b. alicui eorum quæ. a. neceſſe eſt ineſſe, nam ſi nulli, & . a. nulli eorum, quæ. b.

Sequitur ſecundum verũ ac debitum docendi ordinem H vt de vniuerſalis affirmatiuæ conuerſione agamus, quæ licet digniſsimũ inter propoſitiones omnes locũ habeat, ſecundum tñ a negatiua locum obtinuit, ꝙ hæc non in ſe illa vero in ſeipſam conuertatur, quã moderniores per accidens conuerſionem appellauere, quod vt dilucidius fiat dicimus, per accidens conuerſionem bifariã nuncupari poſſe, vel quia per alterius conuerſionẽ cõuertatur, vel quia non ſemper, ſed in materia aliqua determinata verificatã obtineat conuerſionem, priori modo vniuerſalis conuerſionem per accidens vocitabimus, tanquam quæ non ratione ſui, ſed particularis gratia in particularẽ conuertatur, nam quoniã ex vniuerſalis ſequitẽ particularis & q̃ in parte eſt, ad ſeipſam retroagitẽ, ob id & vniuerſalis in parte conuertitur. In ſecundo autem ſenſu nõ particularem, ſed ad ſeipſam dicemus affirmatiuã vniuerſalẽ retrocedere, ſunt.n. materiæ aliquæ in q̃bus licet vniuerſalẽ vniuerſaliter conuertere, quẽadmodũ ſi prædicatũ ſubiectũq; æquertibiles termini ſint, vt ſi dicã oĩs ho-

Notandum pulchrum.

Dubia.

Rẽſponſio Alexãdri.

Conuerſio per accidens duplicitur diuiditur.

I mo riſibile eſt, licet & conuertendo, omne riſibile hominem eſt dicere. Cæterum de iſta nulla facta eſt, mentio, quia conuerſione ſimpliciter pertractare propoſuerat {.Si enim.a.alicui.} Eadem ratione hoc eſt per vniuerſalis negatiuæ conuerſionem oſtendit particularem affirmatiuam retroagi in ſeipſam, ſi vero in vniuerſalem aliquando conuertitur, hoc per accidens euenit, & ratione materiæ:

Si autem.a.alicui eorum, quæ.b,non inſint, non neceſſe & b.alicui eorum, quæ.a.non ineſſe, ut ſi.b.quidem eſt animal.a.uero homo, homo quidem enim non omni animali, animal autem omni homini ineſt.

Particularem negatiuam non conuerti per materiam monſtrauit, ad deſtruendum enim demoliendumq; vnũ ſufficit, quare vniuerſali demonſtratione aut deductione ad incommodum opus non fuit, verum ſatis hoc fuit exemplo comprobare, nec tamen ignorandum ꝙ in cõtingenti materia vt plurimum in ſe conuertitur, vt ali-
K quis homo non eſt albus, aliquod album homo nõ eſt, in neceſſaria vero in vniuerſalem retrocedit affirmatiuã vt aliquod animal homo non eſt, omnis homo eſt animal: in impoſsibili autem ad vniuerſalem cõuertitur negatiuam, vt aliquis homo lapis non eſt, nullus lapis eſt homo, propter itaq; fluxum variabilemq; conuerſionis iſtius modum, non ab re conuerti eam negauit.

Q. particularis negatiua conuertatur.

Cæterum ꝙ & hæc conuertatur ratio in oppoſitum eſt, ſequitur enim nullum.b.a.ergo aliquod.b.non eſt.a. Iterum nullum.a.b.ergo aliquod.a non eſt.b Tunc ratiocinij gratia ponamus primam propoſitionem vocari.c.ſecundam.d.tertiam.e.quartam.f.& in hunc modũ arguamus particularem, negatiuam terminis ad ſeipſam conuerti ea diſcurrendi regula, quam vocant commutatam conuerſionem ſeu proportionem ita ſicut ſe habet.c.ad.d.Ita.e.ad.f.igitur ſicut ſe habet.c.ad.e. ita.d. ad.f.ſed.c.&.r.conuertuntur, ergo &.e.&.f.retrocedunt. Huic nonnulli & magni reſpondent non eſſe verum, ſi duo ſint, quorum alterum ex altero conſequatur, ꝙ quicquid ex conſequente, & antecedente etiam conſequatur
L niſi eſſentialis inter conſequens atque antecedens extiterit habitudo, quamobrem fallaciam aiunt eſſe conſequentis, quandoquidem particularis ſequitur ex vniuerſali non per conuerſionem, ſed ex hoc ꝙ vniuerſalis ſuã infert particularem, ſed hæc quid ad argumentum ꝓpoſe ctu vt mihi videtur, quæſtionem non ſoluũt, ſatius itaq; vt accidentis fallaciam hic eſſe dicamus, quum enim.c. ad.d.& e.ad.f.comparas ſimilitudinem venaris ab inferentia, quum vero.c.ad.e.proportionem facis in cõuerſione, quum itaq; medij ratio varietur fallaciam eſſe dicemus ſecundum accidens.

Negatiuã particularis duobus modis põt eſſe vera.

Sed eſto concedamus & proportionem, dicamus aliter, ꝙ negatiua in parte dupliei de cauſa vera eſſe poteſt, aut propter ea ꝙ vniuerſalis ſua vera eſt, aut in ſeipſa veritatem obtinebit. Si itaq; quod ſupponis, verum exiſterit particularem iſtam negatiuam veritatem habere a ſua vniuerſali, cõcedimus proculdubio, ad ſeipſam cõuerti, ꝙ ſi dixeris nõ ob vniuerſalem, ſed ex ſui natura iſtam verimonia comprobari, planum vel craſsius intuenti proportionem ſimilitu-
M dinemq; iſtã inter has fieri propoſitiones non poſſe, quæ enim conuertitur vniuerſalis negatiua ſcd̃m partem tantum falſa eſſe poterit, vt nullum animal homo, conuertẽs autem in toto falſa eſſe, vt nullus homo animal, quas ob res ſub falſa in parte, vera particularis aliqua reperitẽ, ſub falſa vero in toto ne vnam quidẽ offendamus veritati conſentientem.

Quod vniũs negatiua non cõuertatur, nec particularis affirmatiua.

Sed amplius quæ de negatiua vniuerſali dicta ſunt erronea eſſe videntur, quum veritatem vtrobiq; conuerſio iſta ſtabilem firmamq; non ſeruet, hæc.n.vera eſt ex ſuppoſito, nullus homo ſcribit, hæc autem, falſa nullum ſcribens homo Iidẽ hæc vera, nullus ſenex erit puer & hæc mendax, nullus puer erit ſenex. Cæterum & de particulari affirmatiua idem, videtur hæc vera eſt, aliquis ignis eſt extinctus, & hæc falſa, aliquod extinctum ignis.

Notãdum dignum.

Conſimiliter hæc vera, aliquis homo, eſt mortuus, ſed iſta falſa eſt proculdubio, aliquod mortuũ eſt homo, quæ quum ita ſint prænotanda quæpiam, ſunt N quo facilius dubitationibus his facere poſsimus ſatis, & ante omnia ſcitu dignum ꝙ ſcribens, ridens, atq; huiuſce modi reliqua eius ſunt naturæ vt poſsint & actũ & potentiam ſignificare, ſi actum notemus, ſignificat propoſitio hæc, nullus homo eſt ſcribens, ꝙ actus ſcribẽdi nulli ineſt homini, ſi vero potentiã, ſenſus eſt, ꝙ nullus homo ſubiectum põt eſſe actionis ſcribendi, ſi igitur in priori propoſitionẽ iſtam ſignificatione accipias, dicimus hanc eſſe verã, nullus homo eſt ſcribens, eſt etenim æque cum hac ſignificationis, nullus homo ſcribit, et itidẽ vera hæc erit, nulli ſcribens eſt homo, ideſt ꝙ ſenſus ſit, ꝙ nulli actu ſcribenti ineſt homo, ſin autẽ in ſecunda eas ſignificatione acceperis, nemini ambiguum, ꝙ vtraq; falſa eſt, atq; ita primæ rõni fecimus ſatis.

Aliud notandum.

Sed adhæc aliud quoq; annotatione dignum, ꝙ in quibuſdam propoſitionibus accidit aliquando ſubiectum prædicatumue, vt moderniores inquiũt ampliari, & licet multi iſtum ampliandi modũ negauerint non tamen video, quo hoc poſsint cũ Ariſt. aſſeuerare, nam vt reliqua miſſa faciã, nõne inferius, O vbi agit de contingenti propoſitionem iſtã contingit omne.b.eſſe.a.in duplici accipi ſignificatione aſſerit, aut cui ineſt hoc, aut contingit ineſſe, ꝙ ſi dicas hoc tm̃ fieri poſſe in dictionibus potentiam ſignificantibus, quid demum reſpondebis ad ea quæ in ſophiſticorum elenchorũ principio idem dicit, quũ de æquiuocatione pertractat vbi manifeſte aſſerit propoſitionem iſtam ægrotans ſanabatur in duplici ſenſu proferi poſſe, aut ꝙ ille qui tunc ægrotat, aut qui ægrotabat prius, quare quum hæc ita ſint, ſupponamus pro confeſſo, propoſitiones præteriti, aut futuri verbi duplicem poſſe ſenſum habere, aut ſubiecto præſentiam ſignificante, aut futurum præteritumue tempus denotante, quo circa quicquid alij dixerint, dicimus iſtam falſam eſſe, nullus ſenex erit puer, quãdoquidem ſignificat, ꝙ nullus exiſtens vel futurus ſenex eſt puer, atq; itidem falſitate eã damnari qua conuertitur P eam.ſ.quæ inquit, nullus puer erit ſenex, vt dilucide poſſumus conijctare.

Aliud notandum.

Cæterum amplius quoq; annotandũ ꝙ verbum ſubſtantiæ bifaria prædicatione dicitur, aut ꝑ ſe, aut per accidens, quũ per ſe prædicatur, exiſtentiã ſimpliciter notat, quũ per accidens ſeu ſecundũ quid exiſtentiã ſub prædicati ratione, vnde quum dico Homer. eſt Homerũ ſimpliciter eſſe ſignifico, quũ vero homerum eſſe poetã aſſero, homerũ non exiſtere per ſe, ſed ſub hoc prædicato quod eſt poeta annuntio, vt itaq; ad propoſitũ accedamus, dicimus in recta legitimaque cõuerſione candẽ verbi naturã obſeruandã eſſe, ſed quũ dico ignis ẽ extinctus, eſſe prædico ſecundũ quid, quũ vero extinctum eſt ignis, eſſe capio ſimpliciter, ꝙ ſi quæras vnde iſthæc prouenjat diuerſitas? reſpondeo ratione prædicatorũ, quorũ alterũ oppoſitionẽ ſignificat in adiecto, alterũ vero minime.

An cõuerſio ſit quidã modus rõcinãdi & primo arguit ꝙ ſic. Confirmatio.

Quũ hæc ita ſint quærẽdum deinceps an hæc quã vocamus conuerſionẽ ratiocinandi modus quidã, ſit an uero aliter, et primo arguimus ꝙ ita. Omne enĩ id ꝑ quod ex notiori ad ignotioris dilucidatiõe Iuenimus ratiocinãdi modus eſt, quũ igitur cõuerſio ſic cõfeſſo ſe habeat, palã profecto cõuerſionẽ ratiocinandi eſſe vim. Amplius quodcumque concluſionẽ habet diſcurrẽdi modus eſt, cõcluſio nãque, vt nemini dubiũ ratiocinium diſcurſumque præſupponit, ſed ita eſt ꝙ cõuertens propoſitio cõcluſio Q eſt, ſecundũ ꝙ ex conuerſa infertur: quẽadmodũ in ſecundo priorũ ad principiũ inquit Ariſt. relinquitur itaque cõuerſionẽ, ratiocinandi eſſe modũ.

Argumentum in oppoſitum.

Ad oppoſitas etiam partes arguimus, omnis etenĩ ratiocinandi vis vt in priorum ſecundo aſſerit Ariſto. aut a toto ad partẽ, aut a parte ad totũ, aut a parte argui ad partẽ, ſed conuerſio a nullo iſtorũ modorum arguit. Sequitur itaque eam ratiocinij vim nullã obtinere, quod ſi dicas eam a toto ad partẽ diſcurrere, ſyllogiſmũq; deminutum, quod græci ἐνθύμημα vocant, rationẽ ſubire.

Solutio.

Inſurgemus dicẽtes. Enthymema omne ad ſyllogiſmũ remeare ſi propoſitio, quæ ĩ mẽte detinetur addita fuerit.

Inſtantia.

Cæterũ conuerſio pacto aliquo in ſyllogiſmũ referi non poteſt, quũ in duobus rãtũ termis vt planũ eſt, exerceatur: relinquitur itaque conuerſio-

nem

A neti enthymema eſſe non poſſe. Quod ſi reſpondeas in cõuerſione binos eſſe terminos, ſecundũ rẽ, verũ ratione fieri tres, quemadmodũ & in ſyllogiſmo ex oppoſitis.

Inſtantia cõtra ſolutẽ.

Contra inſtabimus hunc in modum, ſyllogiſmus ex oppoſitis nullã ratione ratiocinij neceſsitatẽ habet conſequentiæ, cæterum ſi in hoc aliquid neceſſario conſequitũ, illud oppoſitionis gratia magis continget, quã vt ſyllogiſtica. Præterea in prima figura ratiocinatio ex oppoſitis nullo modo fit, ergo nec cõuerſio conſimiliter. Quod ſi aſſeras, abſurdũ ſequitur, conuerſionẽ conuerſione perfici, omnis nãq; ſyllogiſmus ſecundæ ac tertiæ figure cũ ſit imperfectus perficitur conuerſione dũ ad primã reuocatur figurã. Conuerſio itaque conuerſione perficietur.

Solutio.

Quod ſi dicas abſurdum nõ eſſe conuerſionẽ ab imperfecto ſyllogiſmo ſortiri neceſsitatẽ, a cõuerſione vero ſyllogiſmũ imperfectũ euidentiã habere neceſsitatis. Id refutabimus dicẽtes, apparentiã in ſyllogiſmo eius eſſe naturæ, vt neceſsitatẽ præſupponat, prius enim ratiocinatio eſt, hoc eſt ratio neceſsitatẽ habens conſequentiæ, de-

Inſtantia.

B inceps & euidentiã accipit ab alio neceſsitatis. abſurdum ergo eſt cõuerſionẽ euidentiã ſibiipſi exhibere ratiocinãdi, cũ nullã ex ſe neceſsitatẽ habeat. Præterea principium principiatũq; re atq; natura diſtincta ſeiunctaq; a ſeinuicẽ eſſe debẽt, ſed nulli dubiũ cõuerſionẽ ſyllogiſmorũ ſecundæ ac tertiæ figurarũ principiũ eſſe, conuerſio itaque non iniuria aliud erit a ſyllogiſmo. Deinde cõcluſio, vt manifeſtũ eſt, aliud eſſe debet a præmiſsis, ſed in aliqua cõuerſione, cõuerſa cõuertẽſq; idẽ ſunt. ſequitur itaq; cõuerſionem ad ſyllogiſmi rationem traduci non poſſe.

Cõuerſio cõſequẽtia eſt, nõ autẽ ſyllogiſmus.

Cũ hæc itaq; ſic ſe habeãt dicimus conuerſionẽ conſequentiã eſſe nec tamẽ ſyllogiſmũ, ſyllogiſmiue partẽ aliquã, ſed ſecundum omnẽ inferendi naturam a ſyllogiſmo ſeiunctã. quod ſi dicas conſequentiã omnem reduci tandem ad ſyllogiſmũ, id proculdubio negãdũ autumo, nam quemadmodũ et Alexander inquit communius cõtinentiuſq; eſt neceſſario conſequi, quam ſyllogiſtice, in conſequentijs enim habitudinibuſq; & continuis atque coniunctis ex neceſsitate ſequitur concluſio nec tamen

C ſyllogiſtice. Dicimus itaq; ad rationes conuerſionem diſcurrendi modũ quempiã eſſe, nec tamẽ ſyllogiſmum ſeu ad ſyllogiſmũ reduci, ſed ratiocinationis principiũ eſſe, quo ſecundæ ac tertiæ figuræ ſyllogiſmi ratiocinandi capium apparentiã. ꝙ ſi dicas diſcurrendi vim omnẽ, aut a toto ad partẽ, aut econuerſo, aut a parte eſſe ad partẽ reſpondemus diuiſionem illam de his fieri, quæ ad ſyllogiſmi vim rationemque reuocantur, quemadmodum in priorum ſecundo liquidum eſt.

De Conuerſione propoſitionũ neceſſariarũ. C. III.

Vniuerſalis negatiua de neceſſario conuertitur vniuerſaliter, Affirmatiua vero particulariter.

EODEM autẽ modo ſe habebit & in neceſſarijs propoſitionibus uniuerſalis enim negatiua uniuerſaliter conuertitur, affirmatiuarum uero utraque ſecundum partem. Si enim neceſſe eſt. a. eorum quæ b. nulli ineſſe & . b. eorum quæ. a. nulli ineſſe, ſi enim alicui contingit, & a. eorum quæ. b. alicui contingeret.

D QVANQVAM QVOD neceſſariũ ſempiternũque eſt, quẽadmodũ ſuperius in libro de interpretatione dixit Ariſt. natura atq; ordine vniuerſi præcedit, deinde quæ fluxa tranſmutabiliaq; ſunt merito conſequũtur, ipſius tamen ineſſe natura tanquã & ſimplicior & dilucidior ſecundum doctrinæ modũ primũ occupat locum. Deinceps & neceſſariæ propoſitiones ſubſequuntur, cũ ſimilem conuerſionis modum obtineant cum his quæ inexiſtentes ſunt, quamobrem poſteaquam hucuſq; de conuerſione propoſitionum inexiſtentium pertractauit, non iniuria de neceſſarijs exordium fecit inquiens conſimilem neceſſarias conuertendi modum obtinere. ſcias tamen velim quemadmodum & Alexander aſtipulatur, ꝙ de neceſſarijs ſimpliciter ſermo in præſentia eſt, non autem de neceſſarijs cum determinatione, ſiue & melius de neceſſarijs ſimpliciter prima intentio eſt, ſecunda de neceſſarijs ex determinatione. { Si enim neceſſe. } B

Nota vt Alexãder inquit de quibus propoſitionibus in pñtia ſit ſermo

Vniuerſalis inquit neceſſaria negatiua, hoc eſt neceſſaria affirmatiua, in qua modus de vniuerſali dicto negatiuo prædicatur: terminis in ſe retrocedit. ſi enim neceſſe eſt nullum b. eſſe. a. neceſſe & nullum. a. eſſe. b. quod ſi neges, eius ergo oppoſitum tibi erit concedendum. a. videlicet. b. contingere. vbi animaduertas, quemadmodũ inquit & Alulidus Roſad. ꝙ propoſitioni neceſſariæ vniuerſali negatiuæ, duæ opponuntur materiæ, neceſſaria inquam atque contingens, quod vt planius fiat dicimus nos in exemplo: huic propoſitioni, quæ eſt neceſſe eſt nullum. b. eſſe. a. tres opponi propoſitiones, & hanc neceſſe eſt aliquod. b. eſſe. a. & hanc aliquod. b. eſt. a. ac demum iſtam quoque contingit aliquod. b. eſſe. a. ſed quoniam ineſſe ipſum, contingentis ſibi, vt ſupra diximus, vendicat naturam: idcirco poſsibilem neceſſariãq; propoſitiones tantum illi opponi aſſeremus. Quod ſi quæras cur Philoſophus contingentem tãtum oppoſuit. Reſpondemus ſecundum ſententiam Alulidi Roſad. ꝙ iſtud ea de cauſa factitatum eſt, quoniam ſi neceſſariam accepiſſemus eadẽ cum propoſitione negatiua vniuerſali inexiſtente monſtratio facienda fuiſſet, hoc eſt expoſitione ſenſibili arguenda, quia ergo ſatis ex ſupradictis probatio hæc manifeſta erat, non immerito itaque eam ſilentio inuoluit de ea tantum mentionem faciens, quæ ſupradictæ eſſet diſsimilis.

Dubium Solutio ſecundum Auer. F

Sed abſurdum diceret quiſpiam profecto eſt per contingentis conuerſionem, de qua hucuſque nihil dictum eſt neceſſariam negatiuam conuerti monſtrare, ita enim per ignotius ignotum confirmari ac ſtabiliri accidet.

Dubium

Reſpondet Diuus Albertus, in cuius ſententiam Philoponus atque Alexander pedibus etiam veniunt, monſtrationem hanc haud ſancire per contingentis conuerſionem, ſed in deductione ad incommodum totam firmari, cum etenim vt aliquãtum infra conſtiturum erit contingens illud ſit, quo nõ exiſtenti neceſſario, poſito autem eſſe propter hoc nihil erit impoſsibile ſi propoſitio iſta ineſſe ponatur, ex ea merito nihil abſurdi conſequi neceſſarium erit, ſed abſurdum, quodque eſſe minime poteſt, ſequitur, non itaq; propoſitio illa poſsibilis extitit, quodq; hoc ita ſit, ponamus, aliquod. a. b. eſſe, ergo vt ſupra oſtendimus & aliquod. b. a. erit, quod proculdubio vniuerſalem deſtruit neceſſariam negatiuã, ſi itaque ex ea propoſitione ineſſe poſita inconueniens ſecutum eſt, non erit vtique contingẽs. G

Rñſio Diui Alberti.

Sed inquiet alius redire iterum primam ambiguitatem per ignotius ignotum videlicet ſtabiliri comprobarique, nondum enim contingens definitum erat, atque ideo ignotum.

Aliud dubium.

Dicimus & ad hoc ꝙ de contingenti abunde quo ad hoc ſpectat in libro de interpretatione pertractatum fuerat, & idcirco ignotiori hoc in loco nullo pacto eſt vſus.

Solutio.

Sin autem ex neceſsitate. a. omni uel alicui eorum, quæ. b. ineſt, & . b. alicui eorum quæ. a. neceſſe eſt ineſſe. ſi enim non neceſſe, neque a alicui eorum, quæ. b. ineſſet utique ex neceſsitate.

Vult hoc in loco vniuerſalem particularemque affirmatiuas neceſſarias terminis conuerti declarare, & has ambas tanquam breuitatis ſtudioſiſsimus ſimul monſtrat. { Si enim non neceſſe. } Scribitur inquit Philoponus in nonnullis codicibus, ſi enim contingit nulli, melius tamen ait eſt, vt legamus, ſi enim non neceſſe, ſi vero priori modo contextus ſe habeat, dicendum erit Philoſophum & modum modo, & quantum quanto, & quale quali oppoſuiſſe. Cæterum addidit ille, ſcriptura iſthæc perperam ſe habet: non enim ex ſuppoſitione ad incommodum poterimus rationem deducere: namque vniuerſalis affirmatiua contingens æquiualet vniuerſali negatiuæ contingenti, quod cum ita ſit, particularis neceſſaria affirmatiua duas habebit oppoſitas, vnã per ſe, hoc eſt vniuerſalem negatiuam contingentem, per accidens aliam, hoc eſt vniuerſalem contingentem affirmatiuam, ꝙ ſi ex vniuerſali negatiua aliquod ſequitur in-

I commodū, non tamē hoc ex affirmatiua conſequetur,
& vt hoc dilucidius appareat dico iſtam non eſſe bonā
conuerſionē, neceſſe eſt aliquod. b. eſſe. a. ergo neceſſe eſt
aliquod. a. eſſe. b. ꝙ ſi quæras oppoſitum, damus oppo-
ſitum, disiunctiuæ, vel contingit nullum. a. eſſe. b. vel
contingit omne. a. eſſe. b. & quanquam fortaſſe ex vni
uerſali negatiua contingente poſita in eſſe aliquod ſe-
quitur incommodum, non tamen idem ex affirmatiua
vniuerſali vtique ſequetur, vniuerſalis etenim affirma
tiua in particularem conuertebatur, vnde ſi omne. a. erit.
b. & aliquod. b. erit. a. quæ nullo pacto hanc deſtruit, ne-
ceſſe eſt aliquod. b. eſſe. a. nam neceſſe aliquod, & con-
tingit aliquod, ſiue ineſt aliquod, non ſemuicem peri-
munt, dicimus enim hanc veram eſſe, neceſſe eſt ali-
quod corpus moueri, & hanc, contingit aliquod corpus
moueri iudē veritati conſentire, quæ cum ita ſint, ſatius
eſt, vt legamus, ſi enim non neceſſe, ſed profecto meo
K periculo dixerim, neque hoc etiam pacto rationis huius
vim euitari poſſe, quæro enim conſimiliter cui æquiua-
leat contradictorium illud per totius negationem aſsi-
gnatū, & ita iterū prior redibit difficultas, idem enim eſt
non neceſſe aliquod. a. eſſe. b. ac ſi diceremus contingit
nullum. a. eſſe. b. vel contingit omne. a. eſſe. b. & cū opor
teat ex toto oppoſito incōmodum ſequi, ex altera tantū
oppoſiti iſtius parte, vt confeſſo cōſtat, inconueniens ſe-
quitur, ex vniuerſali inquam contingente negatiua ineſſe
Notādum. poſita. Vt itaque rationi huic, quæ difficillima eſt ſa-
ciamus ſatis, prænotandum, ꝙ omnis monſtratio diſcur-
ſuſq; ex dilucidiori ſemper ignotius ſtabilire contendit,
nunquam autem ex ignotiori ad notioris cognitionē de-
uenimus, quod cum ita ſit, cū affirmatiua propoſitio ſim
pliciter, negatiua & notior & dilucidior ſit, dicemus ne-
gatiuam ex affirmatiua monſtrari, non autem econtra-
rio, & ideo negatiua neceſſaria duas habebit propoſitio
nes oppoſitas, & eam quæ ſibi ſecundum ſui naturam
opponitur hoc eſt vniuerſalem affirmatiuam contingen
tem, & eam, quæ hac notior dilucidiorque eſt, quia no-
L tioris dilucidiorisq; oppoſitum reddit, vniuerſalem inquā
contingentem negatiuam, quæ ideo notior clariorque
eſt, quia neceſſariæ affirmatiuæ eſt oppoſita, ꝙ neceſſaria
negatiua tanꝗ quæ affirmatiua ſit, & dignior & diluci-
dior eſt, ſed neceſſariæ affirmatiuæ vnicam tantum con-
tingentem opponi dicemus, id eſt vniuerſalem negatiuā
contingentē, quā poſitam ineſſe conuertentes ad contra
dictoria ſermonem deducimus, atque ita ſi ex hac incō-
modū accidit ex toto oppoſito ipſum dicemus cōſequi.

Priuatiuum uero in parte non conuertitur ob eandem cauſam, obiquam & prius diximus.

Negatiua ꝗ neceſſario particularis nō cōuertit.
Particularis inquit negatiua neceſſaria non conuerti-
tur eadem de cauſa, quæ & ſuperius in propoſitionibus
inexiſtentibus tradita eſt, vbi videtur inquit Philopo-
nus. quaſi ſuperius cauſam aſsignaſſe cur particularis in-
exiſtentis negatiua non conuertatur, quod tamen ſecus
eſt, ſed eandem cauſam appellauit, id eſt eundem modū,
eodem namque modo monſtratur particularis neceſſa
M ria terminis non conuerti, quo & particularis inexiſtens
hoc eſt allata per exemplū & idem etiam exemplum in-
ſtantia, non enim ſequitur, neceſſe eſt aliquod animal
non eſſe hominem. ergo neceſſe eſt aliquem hominem
non eſſe animal.

Nota pſēs ꝙ quatuor eſſe modos, ſcd̄m quos moda et denominamus propōnes.
Verū enim vero quo facilius exactiuſque ea ſciamus
dignoſcamuſque quæ ſuperius cōmemorata ſunt, debe-
mus animaduertere, quod licet quatuor tantum modi in
vſu ſint ſecundum quos modales denominamus propo
ſitiones, plures tamen & alij reperiuntur, quibus & ver
bi naturam & prædicati cum ſubiecto inhærentiam de-
terminamus, ſed quoniā aut raro hæ veniunt in ſyllogiſ-
mum, aut eandem cum propoſitionibus inexiſtentibus
conuerſionem obtinent, idcirco de his nullam fecit men-
tionem, iſta enim vniuerſaliter conuertitur, nullum ho-
minem eſſe lapidem eſt verum. ergo verum eſt nullum
lapidem eſſe hominem, & conſimiliter de reliquis dicen-
dum erit, vniuerſali inquam affirmatiua particularibuſq; N
& affirmatiua & negatiua, & hoc ſemper ſeruatis regu
lis ſyllogiſticis, quemadmodum & ſuperius dicebamus,
vt ſi vnum conuertibilium eſt verum & reliquum, & ſi
antecedens eſt verum, & conſequens, vnde quia nulla re
gula eſt, quæ dicat, ſi antecedens eſt falſum, ꝙ conſequēs
ſit falſum, ideo talis conuerſio nulla eſt, omnem hominē
eſſe album eſt falſum, igitur aliquod album eſſe hominē
eſt falſum, conſimiliter non ſequitur, homo eſt animal eſt
per ſe primo modo. ergo animal eſt homo eſt per ſe pri-
mo modo, quoniam regula nulla aſſerit, quod ſi antece-
dens eſt per ſe, quod conſequens ſit per ſe, & in hūc mo-
dum de omnibus huiuſcemodi propoſitionibus dicen-
dum erit. Cæterum ſunt qui conuertendi ſupradictos
modos deſtruant, inquiunt enim quemadmodū & con-
cedimus iſtam veram eſſe, nullus homo neceſſario eſt
grammaticus, hanc tamen falſitate damnari, quæ eſt,
nullū grāmaticum neceſſario eſt homo. Sunt qui vt ra
tioni huic faciant ſatis, propoſitiones tales diſtinguen-
das eſſe autument, aiunt enim duplicem iſtarum ſenſum
eſſe, cōpoſitionis vnum, alterum diuiſionis, adduntque
Ariſtotelicas conuerſiones in ſenſu fieri compoſitionis,
non autem diuiſionis.

Quod ppō negatiua vniuerſalis ꝙ neceſſario, nō cōuertat ſimpliciter.

O

Solō quorūdam.

Solutio ppria.

Quod vt clarius diluciduiſq; ſit dicimus nos propoſi-
tionem iſtam. nullus homo neceſſario eſt grammaticus
duplicem ſenſum exprimere, aut enim modus ille verbo
componitur & a prædicato ſeiungitur, aut a verbo ſepa
ratur & prædicato cōponitur, ſi prius, ſenſum facit com
poſitionis, aſſeritque impoſsibile eſſe hominem aliquem
grammaticum eſſe, ſi ſecundum ſenſum habet diuiſio-
nis, ſignificat, quod hoc prædicatum grammaticum non
ineſt alicui homini ex neceſsitate, cum hæc igitur ita ſint
aiunt iſti conuerſiones illas veras eſſe in ſenſu cōpoſitio
nis, falſas autem in ſenſu diuiſionis, atque ita inſtantias
ſoluunt, nos autē & compoſitioni & diuiſioni haſce cō
uerſiones applicari poſſe dicimus, dummodo eundem
ſemper ſenſum obſeruent, ita quod ſi vna in ſenſu fuerit P
compoſitionis, ꝙ & reliqua in eodem ſenſu accipiatur,
quamobrē dicimus & propoſitionem illam conuerti, ſi
idem ſenſus vtrobique ſeruetur, vnde ſi hæc eſt vera in
ſenſu diuiſionis, nulli homini ex neceſsitate ineſt gram-
maticum, ſua itidē conuertens vera erit, quæ inquit, ꝙ
nullum neceſſario exiſtens grammaticum eſt homo.
Altrinſecus vero quia in ſenſu cōpoſitionis hæc falſa eſt,
neceſſarium eſt nullum hominē eſſe grammaticū, itidem
in eodem ſenſu hæc eſt falſa, neceſſariū eſt nullum gram
maticū eſſe hominem, atque ita confeſſum eſt, quod iſti
negant, conuerſionis regulas iſtas, tam diuiſo, quā com
poſito ſenſui poſſe accomodari.

Alia ſolutio
Alij tamen aliter inquiunt propoſitiones neceſſarias
biſariā ſcindi, vt & ſuperius aſſerebamus, alias ſimplici-
ter alias ſecundū quid neceſſarias vocari, ideoque aiunt
has magnifice cōuerti, nullus homo neceſſario eſt grā-
maticus, nullū grāmaticū neceſſario eſt homo, & ſecun-
dam iſtam veram eſſe, namque verum eſt quod ſimpli
ci neceſsitate hæc nullo pacto dicenda eſt neceſſaria, grā Q
maticum eſt homo, ſed ſi neceſſaria nuncupanda erit, ſe-
cundū quid neceſſaria dicetur, atque itidem prior intelli-
genda erit, quia ſi neceſsitatem ſecundum quid diceret
ꝙ proculdubio vtraq; eſſet falſa, namque iſta neceſſaria
eſt ſecundum quid homo eſt grammaticum, vt de ſupe-
rioribus liquet vtraque iſtarum ſolutionū bona eſt: anti-
quior tamen quæ præceſsit.

De conuerſione propoſitionum contin-
gentium. Cap. IIII.

INCONTINGENTIBVS *uero quoniā multifariam dicitur contingere, etenim neceſſarium & non neceſſarium & poßibile contingere dicimus.*

MERITO vltimum locum obtinuere propoſi-
tiones, quæ contingentes nuncupantur tanquam & cō-
poſitionem

A poſitionem quandam ſignantes, & a ſupradictis diuerſum cōuerſionis modū retinentes. Cæterum quia materia hæc per quam difficilis eſt, ideo attentione ſtudioque non mediocri opus erit: præſertim cū in hac contingentis diuiſione diuerſi diuerſa ſenſerit. Diuus namq; Albertus vir profecto magnus longe ſecius diuiſionem iſtā intellexit, quā & Alexander, & Philoponus, & Diuus Seuerinus, ac ipſemet deniq; Ariſtoteles acceperint, ait enim. Diſtinctionē hanc modorū potius eſſe contingentis quā ſpecierū, cum alioquin contingens, quod eſt quaſi genus neceſſarij, nō neceſſarijq; inter reliquas connumeretur diuiſionis iſtius partes, ideo per contingens neceſſariū illud intelligit, quod propoſitioni neceſſariæ æquam obtinet ſortem, per non neceſſarium, quod, ad vtramlibet partē flectitur, quodq; & in natum & infinitum diuiditur, per poſsibile autem contingens, quod eſt quaſi genus ad neceſſarium & non neceſſarium.

Diuiſio Alberti de ꝓpōne cōtingenti.

Verum ꝙ diuiſio hæc non ſit idonea rationibus ſatis euidentibus arguimus, primo namque abſurdum ſi genus contra ſpeciem diſtinguamus: nam iſta diuiſio aut eſt æquiuoci in æquiuocata, aut generis in ſpecies, aut totius in partes, non æquiuoci, quandoquidem ex Alberti ſententia ſecundū eandem rationem contingens altum de neceſſario ꝙ non neceſſario prædicatur, non etiā totius in partes, vt planum eſt, nec generis etiam in ſpecies quod monſtro, genus enim non venit in diuiſionem cū his, quorum eſt genus, neque enim conſueuimus dicere, quod animaliū alia ſunt animalia, alia homines & alia æqui, quod ſi dixeris, ideo genus inter ſpecies connumerari, quoniam iſthæc diuiſio modorum potius ſit, quam ſpecierum, & multa accidunt contingenti cōmuni, quæ non accidunt ſuis ſpeciebus.

Cōtra intētionē Alberti de ꝓpſa cōtingēti propoſitione.

B

Inſtantia.

Contra inſtamus dicentes, ꝙ eodē modo omnia genera in diuiſione cū ſuis ſpeciebus venirent, cum & illis multa ratione ſuæ accidant cōmunitatis, quæ ſpeciebus ſuis minime cōpetunt. Præterea. iſta eſt, quemadmodum inquis diſtinctio modorū non ſpecierū, igitur aut alius a ſuperioribus dandus erit diuidendi modus, aut æquiuoci in æquiuocata erit diuiſio, quæ tamen ambo illi negant.

Solutio.

C

Præterea nihil eiuſdē rationis poteſt eſſe cōmune actui & potentiæ, vt planū eſt, non igitur recte ponitur poſsibile illud altū ſeu commune, & hoc idem firmatur authoritate Diui Seuerini, qui inquit poſsibilitatē cōmunē actui atque potentiæ æquiuocam eſſe.

Item inquit inferius Ariſtote. neceſſarias et non neceſſarias negatiuas ſimiliter cū propoſitionibus inexiſtentibus conuerti, quæ vero contingentis vt in pluribus non ſimiliter, ergo non intelligendū per contingens non neceſſarium contingens natum atque infinitum, cum alioquin vt confeſſum eſt vniuerſalis negatiua contingentis nati nullo pacto terminis conuertatur, vt inferius perſpicuum erit.

D

Præterea inquiunt iſti non poſſe contingentis aliꝗ conuerſiones verificari niſi in ſuis ſpeciebus, igitur nullam habet naturam a ſuis ſeparatā ſuppoſitis, quare æquiuocum & ſolo nomine cōmune erit. Sed & ad oppoſitas partes adducuntur ſatis efficaces rationes, nā contingens opponitur vt clarum eſt neceſſario, aut ergo illud eſt contingens neceſſariū aut non neceſſariū, aut natum ſeu infinitū, ſed nullū iſtorum poteſt eſſe totum neceſſarij contradictoriū, ſequitur itaque dari quoddā contingens cōmunius iſtis, quod opponitur neceſſario, quod autē neceſſario non contradicat contingens neceſſariū, monſtro, ſequeretur enim duo contradictoria eſſe ſimul falſa, quod abſurdum, hæc enim falſa eſt, neceſſe eſt nullum hominē currere, & hæc itidē, ſi fuerit contingentis neceſſarij contingit aliquē hominē currere, quia idē ſignificat, ꝙ neceſſe eſt aliquē hominem currere, quod abſurdū, neque etiam contingens non neceſſariū, quia vel per non neceſſariū intelligendū eſt natū atque infinitum, quemadmodū aſſerit Albertus aut contingens, quod æquiualet propoſitioni inexiſtenti: quemadmodum & Alexander, & Philoponus aſſeruere, ſiue enim prius ſiue ſecundū dixeris. ſequitur incōmodum, quod antea deductum eſt, duo videlicet contradictoria eſſe ſimul falſa: nā hæc falſa eſt, neceſſe eſt nullū hominē eſſe animal, & hæc itidē, contingit aliquē hominē contingenti non neceſſario ſeu nato aut infinito eſſe animal, cū itaq; nullum iſtorum contingentiū contradicat neceſſario, ſequitur aliud communis contingens dandū eſſe. Amplius Ariſtoteles inferius in miſtione contingentis & inexiſtentis in prima figura, ex maiore inexiſtente negatiua & minore contingente, ſequitur inquit ſyllogiſmus non eius contingentis quod determinatū eſt, ſed nulli ineſſe ex neceſſitate: hoc enim eſt contradictio factæ ſuppoſitionis, poſitū eſt enim a, ex neceſſitate alicui c, ineſſe: ſyllogiſmus autē per impoſſibile eſt oppoſitæ dictionis, ſi itaque contingens in hac concluſum miſtione, neque eſt neceſſarium neque non neceſſarium, erit igitur aliud communius. Præterea, inquit idem inferius, ꝙ ex maiore vniuerſali negatiua neceſſaria & minore contingente ſequitur concluſio inexiſtens, et addit, manifeſtum eſt autem quoniā & eius, quod eſt contingere non ineſſe fit ſyllogiſmus, ſiquidem & non ineſſe, quare velle videtur ꝙ ex inexiſtente ſequatur contingens, ergo dabitur aliquod contingens, quod neque natum ſeu infinitum neque neceſſarium erit.

Alia opinio de cōuerſione contingētis alꝗ.

Rōnes ad oppoſitum. Prima rō.

B

Secūda rō.

F

Amplius ponit atque arguit Ariſtoteles regulā iſtam, ꝙ ſi antecedens eſt poſſibile, ꝙ & conſequens eſt poſſibile, ꝙ ſi intellexeris de contingenti neceſſario tantum, aut contingenti non neceſſario manifeſtum concludetur falſum, ſit enim ſyllogiſmus iſte, omne currens animal, omnis homo currens, omnis homo animal, planum profecto eſt antecedens ratiocinationis huius contingens eſſe natum, conſequens vero neceſſarium, dandum eſt itaque aliud contingens communius, cum alioquin & ibidem dicat Aluidus Rofad. ꝙ intelligenda eſt regula illa de contingenti communi, quod eſt illud, quod opponitur impoſſibili.

Tertia rō.

G

CVM HÆC itaque ad vtramlibet partem valde ſint ambigua dicimus nos, cum poſſibile atque contingens ſola vt omnes fatentur voce differant, ꝙ totidem modis contingens dicetur, quot & poſſibile ipſum, atq; vt faciliora cognitu ſint nobis iſthæc, altius pauxillum exordiendum cenſeo: vt enim & Ammonius & Diuus Seuerinus in libro de interpretatione referunt poſſibile diſtinguitur non vt genus, ſed vt vox in propria ſignificata: aliud namque actu, potentia aliud ſeu aptitudine. Iterum quod actu diuiditur non tanquam vox, ſed veluti genus, quoniam aliud rei innatum eſt, quod græci ἰδικόν, hoc eſt ſpecificum vocitant. aliud acceſſorium, quo illi ἐπίκτητον, quod in natum iterum ſcinditur, nam aliud æternum vt cœlum moueri, aliud non æternum neque in æternis, ſed quo ad ſubiecta extiterint, vt cum dicimus ignem iſtum poſſe calefacere, quod vero acceſſorium de potentia ad actum migrauit, vt cum dicam poſſibile eſt me ſcribere, ſuppoſito ꝙ ita ſit. Quod vero poſſibile dicitur, ꝙ non ſit actu ſed potentia tantum, adhuc ſecatur, aut enim eſt in potētia neceſſaria, aut non neceſſaria: neceſſaria vt poſſibile eſt ſolem ingredi primas partes cancri, cum ſit in capricorno: non neceſſaria vero potentia aut ad actum deduci poteſt, aut ſemper in potentia eſt. prius eſt vt ſi dicā poſſe me ambulare, cum ſedeam: ſecundum, vt cum aſſerimus continuū poſſe in infinitum diuidi. Vt itaque diuiſionem iſtam propoſito accōmodemus, dicimus per contingens neceſſarium Ariſtote. intellexiſſe, & quod in actu neceſſario eſt, & quod in potentia neceſſaria, per non neceſſarium vero, quod in actu non neceſſario, quod idem eſt in propoſitione inexiſtente, per poſſibile autem, quod in potentia eſt non neceſſaria, quodque poteſt eſſe, cum non ſit, & cum fuerit poteſt etiam non eſſe, & hoc eſt contingens illud, quod omnē neceſſarij naturam deſtruit, cum enim neceſſarium duo dicat vt plurimum, & prædicatum ineſſe ſubiecto, & non poſſe non ineſſe, hoc poſſibile oppoſitum totum aſſerit & prædicatum non ineſſe, ſubiecto, & poſſe cum inſit non ineſſe. Tale itaque contingens

Diſtinctio vniuerſalis omnis contingentis ſignificatorū.

H

I inferius etiã definietur vt videbimus, diuideturq; in natum atque infinitum ſeu incontingens vt in pluribus, vt in paucioribus & æqualiter, quod ab Ariſtote. in libro de interpretatione vocatur proprie [illegible], & quo facilius quæ dicuntur intelligere poſsimus dictimus ex ſententia Ammonij, q contingentia vt in pluribus ſunt, quæ ab arte aut natura proueniunt, quæ vero in paucioribus caſu accidunt & fortuna, & quæ æqualiter ſecundũ προαίρεσιν ac voluntatem noſtram eueniunt. Cæterum quo & quæſtioni faciamus ſatis dicimus diuiſionẽ iſtam æquiuoci in æquiuocata eſſe, neque pacto aliquo dari cõmune contingens actui & potentiæ, ſed ſi contingens aliquod cõmune dicendum eſt, illud tale nũcupabitur quod actum ſignificabit neceſſarium atq; nõ neceſſarium, ſed neq; iſtud proprie genus vocandũ erit, ſed magis ab vno, nã quæ neceſſaria prius actu ſunt, q̃ quæ non neceſſaria prius itaque contingens iſtud de neceſſario prædicabitur q̃ non neceſſario.

K Ad rationes vero in oppoſitum haud magna cũ difficultate reſpondemus, & primo dicentes, quemadmodum contingenti immediate opponitur per negationẽ aſsignatũ contradictorium, ſubinde vero & neceſſarij diſiunctiuam, ita & necceſſario contradicet primo per negationẽ oppoſitam, ſecundo & diſiunctiua ex omnibus contingentis ſignificationibus conſtituta, vt in propoſito huic, quæ eſt, neceſſe eſt nullum, b, eſſe, a, contradicit hæc contingit contingenti neceſſario aliquod, b, eſſe, a, aut cõtingit cõtingẽti nõ neceſſario, aut contingit contingenti vero, neq; ob hoc, ratione conuincitur dari cõe aliquod contingens.

Rñſio ad rõnes in oppoſitũ & prio ad primã.

Deinde ad ſequentem etiam dicimus contingens illud, quod in ea ſequitur miſtione dimidiũ contingentis eſſe, quod vt peritiores aſſerunt propoſitionẽ reddit ſecundũ quid inexiſtentem, hoc eſt contingens non neceſſarium, & conſimiliter alij etiã argumẽto facimus ſatis: dicimus enim ex inexiſtenti contingens ſequi non neceſſariũ tanquam illi quam obtinens vim non tanquam cõmunius, hæc tamen infra planius declarabuntur.

Ad ſecundã rationem.

L Ad idẽ autem quod vltimo aſſerebatur loco, dicimus regulam illã diſiunctiuæ intelligendam eſſe, videlicet ſi antecedens poſſibile fuerit hoc eſt aut neceſſariũ, aut non neceſſarium, aut natum ſeu infinitũ, q & conſequens aut neceſſariũ, aut non neceſſarium, aut natũ ſeu infinitum erit, nec propter ea cogimur vt contingens aliquod cõmune ponamus. Hæc itaq; vera eſt contingentis atq; poſsibilis diſtinctio, q ſi Ariſtotelicum deſideras teſtimonium, accipe, quæ ſecto quarto in libro περὶ ἑρμηνείας inquit Ariſtote. poſsibile enim ait non ſimpliciter dicitur, ſed hoc quidẽ, quod verũ eſt, vt in actu exiſtens, vt poſsibile eſt ambulare, quoniã ambulat iam, & omnino poſsibile eſt eſſe, quoniam eſt iam aliquid actu, quod dicitur poſsibile: illud vero, quod forſitan aget, vt poſsibile eſt ambulare, quoniã ambulabit & hæc quidẽ in mobilibus eſt ſolis poteſtas, illa vero & in immobilibus, vtraq; autem verum eſt dicere poſsibile ambulare, & quod ambulat iam & agit, & quod ambulabile eſt, hoc igitur ſic poſsibile

Ad tertiam & vltimã.

M non eſt verum de neceſſario ſimpliciter dicere, alterum autem verum eſt, quare quoniam partem vniuerſale ſequitur, illud quod ex neceſsitate eſt ſequitur poſſe eſſe, ſed non omne, & hæc hactenus de poſsibili contingentiſque diuiſione: ſupereſt iam vt ad propoſitum redeamus.

In affirmatiuis quidem conſimiliter ſe habebit ſecundum conuerſionem in omnibus: ſi.n. a omni, uel alicui eorum, quæ b contingit, & b alicui eorum, quæ a contingeret utique: ſi.n. nulli, neque a nulli eorum, quæ b, oſtenſum.n. hoc prius.

Cũ æquiuocũ ſit contingens, vt ſuperius monſtrabimus, ſi inquit Ariſtot. accipiamus in quacunque velimus ſignificatione, dummodo propoſitiones ſint affirmatiuæ, eodẽ conuertuntur, pacto, quo & neceſſariæ atq; inexiſtentes: hoc eſt vniuerſalis in particularẽ, particularis vero in ſeipſam, ſi enim inquit contingit, a, omni vel alicui, b, & b, continget alicui, a, quia ſi non, oppoſitũ ſequetur, hoc eſt non contingit, b, alicui, a, quod æquã obtinet vim cũ hoc neceſſe eſt, nulli, a, eſſe, b, quæ i ſeipſam conuertitur, & ex qua manifeſtum incommodum concluditur. Cæterum quoniã in omni contingentis ſignificato vnicã attulit monſtrationẽ, diuidenda nobis ſunt q̃ Philoſophus ſimul protulit, quemadmodũ & Alexander fecit, ſi enim inquit fuerit contingens poſsibile, ſuum oppoſitum etis neceſſarium, quod ſuperius monſtratum eſt conuerti, ſi vero inexiſtens extiterit ſuum oppoſitum ſitidem inexiſtens erit, quod conſimiliter ex ſuperius dictis conuerti liquet: ſin autem contingens fuerit neceſſarium: oppoſitum ſuũ contingens poni ineſſe poterit, atq; ita inconueniens deduci.

N

Sed profunda nimirũ ex hoc loco oritur difficultas, quo nã modo mõſtratio iſta vim aliquam obtineat, ſcimus etenim quemadmodum & inferius planũ erit, q propoſitioni contingenti binæ opponuntur neceſſariæ, affirmatiua inquã ac negatiua, huic itaque quæ eſt, contingit aliquod, a, eſſe, b, ſi veri extiterit contingentis, contradicent binæ hæ, neceſſe eſt nullũ, a, eſſe, b, & neceſſe eſt omne, a, eſſe, b, & quanquam ex vniuerſali negatiua incommodũ ſequitur, cũ ea terminis ad ſe conuertatur, non tamẽ ob id ex affirmatiua etiam vniuerſali impoſsibile deducitur: hæc.n. neceſſe eſt omne a, eſſe, b, in hanc conuertitur, neceſſe eſt aliquod, b, eſſe, a, quæ minime hanc deſtruit, contingit aliquod, b, eſſe, at particularis namq; affirmatiua contingens, particularisq; affirmatiua neceſſaria, veluti compoſsibiles vt affirmatiuæ ambæ nullo pacto ſeinuicem perimunt. q ſi dicas, quemadmodũ & Diuus inquit Albertus, q propoſitiones illæ non qua particulares, ſed ratione materiæ, quoniam videlicet altera neceſſaria, altera vero ſit cõtingẽs, ſibijnuicẽ repugnent.

Dubium difficile.

O

Abſurdũ profecto etis binas ſeinuicẽ particulares deſtruere, cũ alioquin in eiſdem terminis reperiantur proculdubio ſimul veræ, hæc etenim vera eſt, neceſſe eſt aliquod corpus moueri, atq; hæc itidẽ, contingit aliquod corpus moueri aut non moueri. Rurſus hæc vera eſt, neceſſe aliquod album eſſe cygnum, cõtingit aliquid album non eſſe cygnum.

Solutio de mente Alberti. Inſtantia

P Quod ſi reſpondeas in neceſſarijs non referre particularem aut vniuerſalem proferre. Dicas quæſo cur Ariſtoteles negauit particularem neceſſariam negatiuam terminis ad ſe conuerti cũ proculdubio vt dilucidũ eſt vniuerſalis negatiua in ſeipſam conuertatur: Præterea ſi particulares vniuerſaleſq; concurrunt, ſequitur nullam neceſſariã vere & ex natura propria particularem poſſe in mediũ afferri, ſed oẽs poſitione particulares exiſtere, & omnino meo dixerim periculo fatuum eſſe particularẽ neceſſariã vniuerſalem ſemper reddere, cũ alioquin multa exempla in contrarium veniant tam in affirmatiuis quam negatiuis.

Solutio, Inſtantia

Dicimus itaque nos omiſsis multis quæ ad hoc afferri conſueuere, memoria repetentes, quæ ſuperius dicta ſunt propoſitioni contingẽti negatiuæ binas opponi propoſitiones affirmatiuam inquam neceſſariam atque negatiuam, affirmatiuã quidem tanquam immediatum contradictorium, negatiuam vero tanquam cõtingentis affirmatiuæ oppoſitam, in quam negatiua cõuertitur contingens, tanquam & notioris & dignioris, ſed affirmatiuæ cõtingenti vnicã tantum opponi aſſerimus, negatiuam videlicet neceſſariã, namq; affirmatiua neceſſaria ei nullo pacto pro oppoſito eſt aſsignanda, cũ illa immediate contingenti opponatur negatiuę cuius adiumento ac mõſtratione minime indiget affirmatiua cũ & notior & antiquior ſit, atque ita anſam ſoluendi dubitationẽ cœpimus dicẽtea ex oppoſito & toto, quod eſt vniuerſalis negatiua neceſſaria, ad manifeſtum incommodum fieri deductionẽ.

Vera rãtio & pulchra.

Q

Sed nõ iniuria aliquis inſurget dicens his, iſtam eandem dubitationem contra cõuerſionem particularis negatiuæ cõtingentis factam nullo pacto exolui poſſe, huic.n. opponuntur duæ neceſſariæ, affirmatiua inq̃ & negatiua, affirmatiua immediate, negatiua vero tanq̃ affirmatiuæ oppoſita, quæ dilucidior clariorq; eſt, ex qua negatiua tanquã notiori monſtratur, ſi itaq; ambæ iſtæ illi opponantur & ex altera incõmodũ ex altera

Aliud dubium.

minime

A minime ſequitur, quomodo ergo illius conuerſio monſtrabitur. *Solutio.* Dicimus reſpondentes, particularem, negatiuã nullo pacto per deductionẽ ad impoſsibile monſtrari, ſed eo, ꝙ in affirmatiuã per oppoſitum conuertitur, quã ſuperius per impoſsibile conuerti oſtendimus. Sed exemplo etiã oſtendi poſſe videtur, ꝙ contingentis poſſibilis particularis in particularẽ eiuſdẽ naturæ conuerti minime poſsit. Hæc enim vera eſt, contingit aliquẽ hominẽ eſſe grammaticũ, hæc tamen falſa, contingit aliquod grammaticũ eſſe hominẽ ſi contingens poſsibile accipiamus. *Rñ. Alberti.* Huic diuus reſpondet Albertus, contingẽs natũ non ſemper in contingens eiuſdẽ conuerti naturæ, ſed in contingens aliquando neceſſarium, quemadmodũ in propoſito manifeſtũ eſt. Infinitum vero ad idem ſemper infinitũ contingens retrocedere, & addit ꝙ non conuertitur in contingens neceſſarium tanquã in ſpeciem diuerſam, ſed tanquã in contingens commune, atq; altum,

B quod omnium contingentis ſpecierum conſequens eſt. *Alia ſolũ.* Nos autẽ tum quia contingens hoc cõmune negamus, tũ quia hoc poſito eadẽ ratione vniuerſalẽ quoque negatiuã contingentis conuerti dicendũ eſſet, aſſerimus contingens verũ ſiue natũ, ſiue infinitũ in idem ſemper conuerti contingens, & ad inſtantiã reſpondemus propoſitionẽ iſtam, contingit aliquod grammaticũ eſſe hominẽ eodẽ pacto contingentem eſſe, quo & hanc, contingit aliquẽ hominẽ eſſe grammaticũ, ſignificat enim illa, quod aliquod grãmaticũ non exiſtens, contingens autẽ eſſe, contingenter eſt homo, quod & verũ, & ita nonnulli reſpondent, nos autem ſecundum ea, quæ ſuperius diximus longe ſecius hanc ſoluimus ambiguitatẽ aſſerentes neutram iſtarum propoſitionum contingentem eſſe ſimpliciter, ſed vtranq; & contingentem ſecundũ quid & neceſſariam ſecundũ quid: licet enim hæc, cõtingit aliquẽ hominẽ eſſe grammaticũ, contingens ſit ex habitudine prædicati ad ſubiectum, neceſſaria tamen exi

C ſtit ex habitudine ſubiecti ad prædicatum, atque ita etiã hæc, contingit aliquod grammaticũ eſſe hominem, contingens eſt ex habitudine ſubiecti ad prædicatum, neceſſaria vero ex habitudine prædicati ad ſubiectum. vnde hoc pacto vtraque & neceſſaria eſt ſecundum quid, & contingens ſecundum quid, neutra autem nec ſimpliciter neceſſaria, nec ſimpliciter contingens, atq; hunc in modũ, mea quidẽ ſententia, dubitatio hæc magnifice ſoluitur, ſed iam ad reliqua tranſeamus.

In negatiuis uero non ſimiliter, ſed quæcunque quidẽ contingere dicuntur eo, quòd ex neceßitate non inſunt, aut non ex neceßitate inſunt, ſimiliter, ut ſi quis hominem dicat contingere nõ eſſe equum, aut album nulli ueſtimento ineſſe. Horum enim *illud quidem ex neceßitate non ineſt, hoc autem non ex neceßitate ineſt, & conſimiliter conuertitur propoſitio. Si enim contingit nulli homini equum eſſe, & hominem contingit nulli equo, & ſi album contingit nulli indumento, & indumentum contin-*

D *git nulli albo, ſi enim alicui neceſſe, & album alicui erit ex neceßitate, hoc enim oſtenſum eſt prius, conſimiliter & in negatiua in parte.*

Affirmatiue vt diximus in omni contingentis ſignificato conſimiliter propoſitionibus inexiſtentibus ac neceſſarijs conuertuntur, negatiue vero non itidẽ, ſed cum contingens pro neceſſario aut non neceſſario accipiatur ſimiliter conuertuntur, cũ autem pro poſsibili aliter, vbi *Quid intelligat Albertus p non neceſſarium.* Albertus opinionẽ atque enarrationẽ ſuam peruertens per non neceſſariũ. Contingens ſuũ aliũ intellexit, atque contingens iſtud non neceſſariũ vocitari, eo ꝙ in genere acceptũ a neceſſario differt, ſed mirũ profecto, immo potius deridiculũ in duobus (vt ita dicam) verbis nõ neceſſarij ſignificationẽ variaſſe, aliterq; in diuiſione accepiſſe, atq; aliter dum diuiſionis partes exponit, ſatius itaque eſt vt cũ Alexandro dicamus atque Philopono, ꝙ *Vera expõ de mente Alexãdri et Philoponi.* per non neceſſarias propoſitiones inexiſtentes intellexit Ariſtoteles, atque in his ſolius fieri nominis permutationẽ, ſignificata autẽ eadẽ eſſe, contingentis inquam neceſ-

ſarij cum propoſitione neceſſaria, & contingentis nõ neceſſarij cum propoſitione inexiſtente. E { Vt ſi quis hominem. } Exẽplũ eſt contingẽtis neceſſarij: { Aut album. } Exemplum contingentis non neceſſarij hoc eſt inexiſtentis: ſupponendũ etenim eſt ita eſſe, ꝙ nulla tunica ſit alba atque hoc ſuppoſito efficitur propoſitio illa contingentis ineſſe. { Si enim alicui neceſſe. } Hoc dixit vt inquit Alexander quia oportebat vniuerſali negatiuæ contingenti opponi particularem affirmatiuam neceſſariam, iſta autem quæ eſt inexiſtens, id eſt contingentis non neceſſarij, ſecundũ dictionem erat contingens, opus itaque fuit & ſecundum dictionem neceſſariam tanquam oppoſitum aſsignare, & ideo dixit, ſi enim alicui neceſſe, & non ſimpliciter, ſi enim alicui ineſt, qualiter tamen contradictorium in propoſitionibus inexiſtentibus affertur. *Nota in expõne huius loci Alberti errorẽ inſignem.* { Conſimiliter & in negatiua in parte. } Nulla enim cõuertitur cũ particulari negatiua, quando contingens ſignificat, aut neceſſarium aut ineſſe. F

Quæcunque uero, eo quod ut plurimum atque ob id, quòd nata ſunt contingere dicuntur, ſecundum quẽ modum determinamus contingens, non ſimiliter ſe habebunt in priuatiuis conuerſionibus. Cæterum uniuerſalis quidem propoſitionibus non conuertitur, quæ uero in parte conuertitur. Hoc autem erit manifeſtum quando de contingenti dicemus.

Supererat vltimũ contingentis ſignificatũ, quod poſſibile nuncupabatur, diuidebaturque in contingẽs vt in pluribus æqualiter, atq; vt in paucioribus, & quoniam contingentia vt in paucis, & æqualiter ad vſum ſyllogiſticũ ſunt inutilia, ideo his omiſsis de contingenti nato atque vt in pluribus tantũ mentionẽ fecit tanquã quod in artem veniat & ad vſum accommodetur ſyllogiſmi, quemadmodũ & ipſe inferius dicet inquiens, diſciplina autẽ vel ſyllogiſmus demonſtratiuus ex indefinitis quidem non eſt, eo ꝙ inordinatum eſt medium, ex his vero G quæ nata ſunt eſſe pene omnes & conſiderationes ſunt de ſic contingentibus. Hæc ille: ſolum itaq; vt plurimum contingens conſiderauit, quod & natũ vocitauit, eo ꝙ verſatur in rebus maxime naturalibus, diximus enim ſuperius & ab arte & a natura contingens depẽdere vt in pluribus. { Quemadmodũ determinauimus cõtingẽs. } Hoc eſt quemadmodũ dicebamus proprium contingẽs in phyſicis aut in libro περὶ ἑρμηνείας. { Vniuerſalis quidem. } Quoniã vt infra planius erit & vniuerſalis affirmatiua in ſeipſam conuerteretur: contingens enim proprium in oppoſitam conuertitur qualitatem, quare ſi cõtingit nullũ, b, eſſe, a, conuerteretur, & contingit omne, b, eſſe, a, in ſeipſam retrocederet. { Quæ vero in parte cõuertitur. } Eadem de cauſa, quoniam videlicet in particularem affirmatiuam per oppoſitũ conuertitur, & illa procul dubio terminis ad ſe remeat, ſequitur itaq; ꝙ & hæc. { Hoc autem erit manifeſtum. } Nos etiam cum ad locũ illum deuenerimus amplam ſuper conuerſione vniuerſa- H lis negatiuæ faciemus quæſtionem, namq; & de hac nõ paucæ ambiguitates, negocium faceſſunt.

Nunc uero nobis et hoc ſit præter ea, quæ dicta ſunt, planũ, quòd contingere nulli, aut alicui non ineſſe affirmatiuam habet figuram, contingit namque ad ſimilitudinẽ ipſius eſt, ordinatur, ipſum uero eſt in quibuſcunque prædicetur affirmationem ſemper & omnino facit, ut eſt non bonum, aut eſt non album, aut ſimpliciter eſt non hoc, monſtrabitur autem & hoc per ſequentia, ſecundum uero conuerſiones ad aliarum ſimilitudinem ſe habebunt.

Expõ Aũ. Cauſã inquit Auilidus Roſadis cur negatiua contingens vniuerſalis non conuertatur in terminis eſt, quia negatiuæ in hac materia non ſunt negatiuæ in veritate, ſicut oſtenſum eſt in libro præcedente, ſed vis quidem earum eſt vis affirmatiuarum, hæc ille. *Alex. expõ.* Cæterum hoc damnat Alexander inquiens cauſam hanc non ſufficere, quandoquidem ſi ita eſſet, conſimiliter & neceſſariæ ſe

I habuiſſent, quod tamen ſecus eſt, cum neceſſariæ vt vidimus ſuperius in ſeipſa retrocedant vniuerſales negatiuæ. quod cum ita ſit. Ex eiuſdem ac Philoponi ſententia potius dicendum eſt, velle hoc in loco latentē philoſophum errorē abigere, quiſpiam namq; craſsioris ingenij exiſtimare potuiſſet ea veritatē minime continere, quæ in libro de interpretatione dictitata fuerũt, has inquã propoſitiones & affirmatiuas eſſe & ex tranſpoſitione, ne itaq; in hoc quis incidat decipulum inquit Philoſophus, has re vera affirmatiuas eſſe: quemadmodum ſuperius aſſeruimus. Cæterum & ſi Aluidi Roſad. opinionē propoſito aptare volueris dicas cauſam eſſe cur negatiua cõtingens vniuerſalis terminis non cõuertatur, quoniã hac in materia hoc eſt contingenti negatiuarũ vis affirmatiuas reddit, quoniam vt inferius videbimus, negatiuæ in affirmatiuas conuertuntur, & idcirco ſi vniuerſalis contingens negatiua in ſeipſam conuerteretur: eadem quoq;
K lege vniuerſalis contingens affirmatiua in ſe remearet, quod per abſurdum. { Semper. } in omni tẽpore. { Omnino } in omni materia. { Secundũ vero conuerſionē. } Inquit Ioannes grammaticus ſenſum contextus talem eſſe, ꝙ propoſitiones iſtæ, quæ negatiuã habent imaginē ſecundum conuertendi modum ad aſiarũ ſe habere ſimilitudinē, hoc eſt affirmatiuarum, conuertuntur namq; in parte vtræq; hæ negatiuæ, vt cõtingit nullũ vel aliquod, b, eſſe, a, & contingit aliquod, a, non eſſe, b, hæc Ioannes Alexandri expoſitionem imitatus.

Epilogus omniũ eorũ q̃ dicta ſunt de cõuerſionibus.

Atq; hæc longiore fortaſſe q̃ opus erat diſputatione de conuerſione diſtulimus, æquiuocationē primo nominis huius quod eſt conuerſio diſtinguentes, refutatis inibi & iuniorũ nugellis, quas de conuerſione mentiebantur: deinceps & de conuerſione cũ oppoſitione differentes, facta inſuper pulcherrima quæſtione, an diuiſio propoſitionis per modos fuerit, an per materias, an quod magis dixerim per vtrunque, mox & de propoſitione inexiſtẽte ſimpliciter, alia ſoluta ambiguitate, ſubinde & propoſitiones generis cuiuſcũq; conuertentes vniuerſales particulareſq; & affirmatiuas & negatiuas, & ſimplici nec
L non cum oppoſitione conuerſione, ſoluta ibidē argutia, quæ monſtrationē Ariſtotelicã infeſtabat, pauxillũ deinde infra & rationes ſoluimus atq; inſtantias, quæ quaſi tollebant ratos ſtabileſq; conuertendi modos, pertractata inibi & alia quæſtione an conuerſio ratiocinij modus ſit, poſtea & modalium conuerſiones enucleauimus, ſolutis ibidē maximis dubitationibus, quæ e contextu ipſo originē habebant, quæq; inſtantias non paucas contra datas regulas afferebant, mox præſsius egimus de contingentis diuiſione: refutata diui Alberti opinione, qua neſcio quid altum contingens imaginabatur. Simul etiã ſolutis ambiguitatibus, quæ enixiſsime contingentiũ cõuerſionum naturam demoliebantur. Supereſt itaque tot tantiſq; tranſactis, vt ad ſyllogiſmorũ formationes, q̃d præſentis erat negocij principijs iam omnibus & poſitis & enarratis pedem feramus.

M

De tribus figuris ex propoſitionibus inexiſtentibus. Cap. V.

DETERMINATIS uero his, dicamus iam per quæ & quando & quomodo fit omnis ſyllogiſmus. Poſterius autem dicendum de demonſtratione, prius enim de ſyllogiſmo dicendum quam de demonſtratione, eo quòd uniuerſalior ſyllogiſmus eſt, demonſtratio namque ſyllogiſmus quidam eſt, ſyllogiſmus uero non omnis demonſtratio.

Nota in entibus q̃dam eſſe q̃ nulla indigẽt mõſtratione & hæc quadrifariã diuidi.

QVONIAM de ſyllogiſmo ratiocinationeq; ſermonē habituri ſumus, ſcitu dignũ, ꝙ in his quæ ſunt, nõnulla eius naturæ exiſtunt, vt monſtratione aliqua minime indigeant, & hæc quadrifaria diuiſione comprehenduntur vt in ſecundo capitulorũ vniuerſaliũ inquit Albumazar Alpharabius & in oratorijs inſtitutionibus Fabius namq; & ea, quæ authoritate viri cuiuſdam magni ſtabiliuntur oſtenſione nulla indigere dicimus, quẽadmodũ moris erat apud Pythagoreos, quibus ſufficiebat ad alicuius monſtrationē dicere, αὐτὸς ἔφα. Iterum ad ea, quæ probabilia & vulgo conceſſa ſunt, raro aut nũquã ratiocinationē afferimus, quemadmodũ reges & viros bonos & iuſtos eſſe oportere nunquã arguimus, tanquã quod nemo neget. Senſibilia etiã eius eſſe naturæ dicimus, nullus. n. tam fatuæ mentis eſt, vt arguendũ cenſeat ſolē lucere, quod & de primis intelligibilibus ac cõmunibus cõceptionibus etiã aſſeruimus, ſunt enim apud omnes & accepta & indubitata, quẽadmodũ, de quolibet affirmationē aut negationē veram eſſe: cũ hæc itaq; ſic ſe habeant, ſunt ex altera parte nonnulla, quæ nunquã monſtrari poſſunt, eo ꝙ ignotiſsima ſunt, deq; ſe nullã exhibent euidentiam, quemadmodum ſtellas pares aut impares eſſe. Sunt porro quæpiã, quæ & partim nota & partim ignota ſunt, deq; his ſyllogiſmos ac monſtrationes omnes facere conſueuimus, cæterum quoniã ex ſe nihil monſtratur, ex alio quopiam argumentũ atque euidẽtiã accipit, ideo hoc trifariã fieri poſſe dicimus, aut enim ex toto partē ſtabilimus, & ita ſyllogiſmus ratiocinatioq; conſtruitur, aut ex parte totum, & ita inductio aut ex parte partē, quod exemplũ appellamus. N

Quæ partim nota & partim ignota ſunt mõſtratione indigẽt. O

Quid ſyllogiſmus ſit

Sed quoniã ſyllogiſmus mõſtratio eſt alicuius dubij propoſiti ad oſtenſionem quod problema nuncupatur. Propoſitũ namq; in monſtrationē tanquam ignotũ, vt inquit Alexander problema vocitatur, cũ itaque de problemate aliquo omnis monſtratio aſtruatur, quodque huiuſmodi eſt ſubiectũ habeat ac prædicatũ, quod oportet mõſtrare ſubiecto ineſſe, tertio aliquo opus eſt, quod coniungat aut ſeparet ambos iſtos a ſeinuicē terminos iſtud igitur efficit medius terminus, qui problema ipſum duas in partes ſecat, & ex ipſarum vtraque duas aſtruit propoſitiones, quarũ cõplicatio συζυγία coniugatioq; nũcupatur. Eſt enim coniugatio, referente Alexãdro duarũ propoſitionũ cõmunio ſecũdũ vnũ terminũ, qui medius appellatur, differentiã nãque propoſitionũ aliæ nullo pacto inter ſe cõmunicant, aliæ cõmunicant, & cõmunicantũ aliæ ſecundũ vnũ terminũ cõmunicãt, aliæ ſecundum duos, ſi ſecundũ duos & oppoſitionibus & cõuerſionibus aptæ ſunt, ſi ſecundũ vnũ, ſyllogiſmorũ coniugationes faciũt, ſi. n. vtriſq; differant ſunt ad ſyllogiſmos penitus inutiles. De his itaque propoſitionũ cõplicationibus, quas coniugationes dicimus, ſermonē habiturus Ariſtoteles tranſitionē quãdã ac breuē dictorũ facit ἀνακεφαλαίωσιν inquiens. { His determinatis. } Hoc eſt definitis ac poſitis: definitionē namque terminũ conſueuimus appellare. { Per quæ. } Quia ad minimũ per duas propoſitiones. { Quando. } Quia in tali vel in tali figura. { Quomodo. } Hoc eſt ꝑ quos modos cuiuſcũque figuræ. { Omnis ſyllogiſmus. } Abſolute dixit inquit Alexander, cũ alioquin de cathegoricis ſolis mentionē faciat, ſolos nãque hos proprie ſyllogiſmos cenſet, quemadmodum & infra planum faciet. { Poſterius autē. } Hæc dixit quaſi occurrens tacite obiectioni, quiſquã. n. non iniuria poſſet quærere, cur de demonſtratione ſe dicturũ pollicitus fuerit, cũ tamē nullibi de ea hoc in volumine pertractet: quaſi itaque reſpondens inquit prius agendũ eſſe de ſyllogiſmo non ab re, poſterius vero, hoc eſt in poſterioribus analyticis de demonſtratione, quoniã ſyllogiſmus prior cõmuniorque demõſtratione eſt, vnde quaſi et inſcriptionis cauſam expreſsit, cur hæc priora, illa vero poſteriora nuncupentur. { Demonſtratio namque. } Syllogiſmũ præcedere demonſtrationē natura oſtendit ꝑ ea, quæ ſupra determinata ſunt, illa videlicet priora eſſe natura, in q̃bus ſubſiſtẽdi cõſequẽtia cõuerſim fieri, nequit, quæque tollũt & nõ tollũtur, inferuntur & non inferũt.

Quid ſit coniugatio.

P

Q

Syllogiſmus natura eſt prior demõſtratione.

Figura Prima.

CVM itaque termini tres ſic ſe habeant inuicem ut ultimus in toto ſit medio, & medius in primo aut ſit aut non ſit, neceſſe eſt extremitatum eſſe ſyllogiſmum perfectum.

Diximus

A DIXIMVS tres terminos neceſſario eſſe ad quẽcunque decurſum ſyllogiſticũ, maiorẽ minoremque extremitates ac mediũ terminum, qui has inuicem colliget, quique ideo medius nuncupatur, quia ambabus propoſitionibus cõis eſt. Vnde & ſecundũ huius variã diſpoſitionẽ variæ & cauſantur figuræ, aut.n. vtriſque ſubijcitur, aut de vtriſque prædicatur, aut alteri ſubijcitur, de altera vero prædicatur. Si vtriſque ſubijcitur tertiã facit figurã, ſi de ambabus prædicatur, ſecundã: ſi alteri ſubijciatur, de altera prædicetur primã. Quod ſi dixeris, quẽadmodũ & Aluidus Roſadis ex ſententia refert Galeni fieri & quartã cõplicationẽ, cũ videlicet medius terminus de maiore prædicatur extremitate, minori vero ſubijcit, ſcias coniugationẽ talẽ non eſſe inter Ariſtotelicas figuras connumerandã, quandoquidẽ aut ad quæſitũ determinatũ referenda eſt talis complicatio, aut ad indeterminatũ, ſi ad determinatũ & prædicatũ quæſiti ſubiectum extiterit in propoſitionibus, & ſubiectũ prædicatũ palã

Nota de quarta figura.

B ꝙ naturalẽ ordinẽ non ſeruant, ſi vero ad indeterminatũ, hoc eſt ad id, quodcunq; ex tali poteſt ſequi coniugatione, nemini dubiũ, quin figura hæc a prima nullo differat interſtitio, neq;.n. ex eo ꝙ minor præponatur propoſitio, maior autẽ poſtponatur, ideo dicendum figurã coniugationemq; variatam eſſe, vt imperitiores autumant.

Si itaq; tres termini ita ſe habuerint, vt vltimus in toto ſit medio hoc eſt minor extremitas medio termino ſubijciatur affirmatiue, medius autẽ in primo aut ſit aut nõ ſit, id eſt medius aut affirmatiue aut negatiue ſubijciatur maiori extremitati talis complicatio prima vocitatur figura. figura quidẽ, quoniam vt inquit Philoponus exiſtens Philoſophus vnicunque φιλογεωμέτρης vult ea, quæ ad ſyllogiſmos attinent Geometricis aſſimilare negocius, & quemadmodum in Geometria tria hæc per ordinẽ ſunt, puncta, lineæ, & figuræ, & puncta quidẽ ſunt, quæ tantum terminãt, nullo autẽ pacto terminantur. Lineæ vero, quæ primã obtinẽt diſtantiam atq; interuallũ ſecundũ longitudinẽ, quæq; a punctis ipſis terminantur.

C Deinde & figuræ, quæ & a lineis & punctis terminantur. Ad horũ ſimilitudinẽ ſimplices voces, quibus in tota logica nihil ſimplicius punctis aſsimilans terminos vocitauit, quæ vero ex his conſtruũtur propoſitiones & lineis aſsimilauit & interualla nuncupari voluit, quæ autẽ ex his efficiuntur, ſyllogiſticas complicationes, figuras nominauit tanquam quæ interuallis & propoſitionibus terminentur, quẽadmodũ & apud geometras figuræ lineis conſtituuntur. Hac itaq; de cauſa & terminos & interualla & figuras dixit hoc in volumine Ariſtoteles.

Qua de cã primo ordine, prĩa collocata ſit figura.

Sed cur primo hanc figurã ordine collocauerit prænotandũ etiã eſt, namque ſi animo agitemus dignitates oẽs quibus ſyllogiſtica cõplicatio exornatur, plurimas profecto inueniemus in hac, quã primã vocitamus: ordo n. terminorũ atque poſitio maxime in hac naturalis exiſtit, nam terminus medius hac in figura non ſolũ habitudine eſt medius atque communis, ſed & ordine ipſo ac poſitione. Præterea ſyllogiſmi omnes, qui in hac fiunt perfecti ſunt, qui vero in alijs imperfecti omnes, & dignita-

D tis itaq; ordine, non immerito hæc primũ obtinuit locũ. Adde & aliud ꝙ reliquæ ambæ ſecunda inquã & tertia ab hac generantur figura, ſecunda per maioris conuerſionẽ, tertia per minoris, & quoniam maior longe dignior minore eſt, quia vniuerſalior, & vniuerſale plurimũ ad vim confert ſyllogiſticã, ideo non iniuria quæ ex maioris conuerſione efficitur ſecunda ordine eſt, quæ vero ex minoris, tertia, primũ itaque & via generationis hoc eſt naturaliter iſta locũ ſibi vendicauit. His accedit ꝙ problemata omnia in hac concluduntur figura, vniuerſalis inquam & affirmatiua & negatiua, & particularis conſimiliter, in alijs vero non etiã: in ſecunda namque affirmatiua concluſio nulla eſt: in tertia vero vniuerſalis nulla, & quoniã vt & ſupra diximus plus confert ſyllogiſmo vniuerſale, quã affirmatiuũ, idcirco & ſecunda tertiã ordine præceſſit. Poſtea ex diuerſitate & ſyllogiſmorũ diuerſitatẽ ordinis figurarũ aucupari poſſumus. Cum etenim inter ſyllogiſmos alij demonſtratiui, alij dialectici, alij ſophiſtici ſint, & prima figura demonſtrationi inſeruiat, tanquam quæ vniuerſale concludat, ſecunda dialectico, cui deſtruere, quod negantis exiſtit, propere ſemper eſt, tertia vero ſophiſtis, qui particularibus atque indeterminati, interrogationibus audientium mentes obuertunt, non immerito ordo qui in ſyllogiſmis eſt, in figuris quoque obſeruãdus fuit. His itaque rationibus nõ abre iſtam præpoſuere cõplicationẽ, quã primam nuncupamus figurã, ſunt autẽ quæ neceſſario hanc conſequũtur cõditiones duæ, vt videlicet & maior vniuerſalis ſit, ſit & minor affirmatiua, harum itaque conditionum, ſi altera defuerit, coniugatio illa inutilis reddetur, habet.n. hac in figura maior quantitatem determinatam, qualitatem vero indeterminatam, & econuerſo minor, vnde concluſio a maiore ſortitur qualitatem, a minore autem quantitatem. Determinatur enim concluſio ex eo, quod in vtraque indeterminatum eſt, & hoc argumento etiã concludi poteſt ꝙ concluſio in ſyllogiſmo ſequitur eo ꝙ hæc ſint, & ex poſitis quemadmodũ inquit Alexander, id eſt conceſſis: hæc enim proprie conceduntur, quæ non concedi etiã poſſunt, quæ vero ſunt neceſſaria, & quibus ablatis tollitur ſyllogiſmus, hæc non proprie conceduntur, vnde & paſsim dicitur ꝙ concluſio peiori, quod in ſyllogiſmo eſt aſsimilatur. { Neceſſe eſt extremitatum eſſe ſyllogiſmum perfectum. } Hoc eſt neceſſe eſt primam fieri figuram, namque in ſola hac ſyllogiſmus perfectus conſtituitur.

E

Ordo ſyllogiſmorum.

Cõditiones prĩę figurę.

F

Voco autem medium quod & ipſum in alio & aliud in hoc eſt, quod & poſitione ſit medium, extremitates uero quod & ipſum in alio eſt, & in quo aliud eſt.

Notatu dignũ ꝙ vniuerſalẽ medij termini rationem non aſsignauit, ſed eius tãtũ qui in prima figura medius efficitur, ꝙ ſi & vniuerſaliorẽ medij termini deſcriptionẽ afferre animus fuerit, dicemus eũ eſſe mediũ terminũ qui bis ante concluſionẽ aſſumatũ, quiq; in ambabus eſt propoſitionibus, & ſecundũ quẽ cõmunicant in coniugationibus ꝑpoſitiones inter ſe. { Extremitates vero. } videtur eadẽ & medij termini & extremitatũ deſcriptio eſſe, quod tamẽ ſecius ſe habet, nã medij termini deſcriptio collectim intelligẽda eſt, extremitatũ vero diuiſim.

G

Notatu inſuper dignũ ꝙ vtilium tantũ cõbinationũ primæ figuræ diſpoſitionẽ appoſuit Ariſtoteles, cũ dixit, cum itaq; termini tres ſic ſe habeant inuicẽ, vt vltimus in toto ſit medio, & medius in primo aut ſit aut nõ ſit, maiore etenim vniuerſali exiſtente & minore affirmatiua, vt ſupra etiã diximus ſemper eſt vtilis combinatio. Nec te, præter ea, quæ diximus lateat, ꝙ Ariſtote. aliquãdo ab eo, quod eſt eſſe in toto ſermonẽ facit, nonnunquã ab eo, quod eſt de omni dici, quorum alterõ vt nobis, altero vt naturæ notiori vtitur: in toto nãque eſſe, quo ad nos notius exiſtit, tanquã quod ſubiectũ & ex conſequenti particularius notet, de omni vero naturæ euidentius eſt tanquam prædicari ſignum.

Nota ꝙ Ariſto. vtiles tãtũ coniugationes hoc loco.

H

Prima Barbara. vtilis coniugatio ex maiori, & minori vniuerſali. bus affirmatiuis vniuerſali affirmatiuã concludentibus.

Si.n. a de omni b, & b de omni c, neceſſe eſt a de omni c prædicari. prius enim dictum eſt quomodo de omni dicimus.

I Ad enarrandas iam primæ figuræ coniugationes ſe confert, quæ tã vtiles quã inutiles quemadmodũ & Alexander & Philoponus & Aluliduis Roſadis aſtipulatur, ad numerũ excreuere ſex atque triginta, maiore nanque vniuerſali exiſtente affirmatiua ſex erunt coniugationes, vel minore vniuerſali affirmatiua aut negatiua, vel particulari aut indefinita affirmatiua aut particulari vel indefinita negatiua: conſimiliter ſi maior vniuerſalis extiterit negatiua, rurſus erũt cõbinationes totidem atque itidem ſi maior fuerit particularis aut indefinita affirmatiua, aut particularis vel indefinita negatiua, nam ſecundum vnamquamque ſex modis variatur, ꝙ ſi ſenarium ſexies multiplices perficies ſex atque triginta, & conſimiliter in alijs figuris dicendum eſſe arbitramur. Si vero indefinitas abſtuleris erunt omnes quater quatuor, hoc eſt ſexdecim, ꝙ ſi ab his demas ſyllogiſticas quatuor, ſuperſunt inutiles duodecim, ſyllogiſticæ vero hæ nuncupantur, quæ in materia quacunque nullo diſcrimine concludũt. Prius itaque hoc in loco philoſophus vniuerſales exponit coniugationes tanꝗ & digniores & valētiores, mox & de particularibus acturus, vniuerſales dico, quæ ambas habēt propoſitiones vniuerſales, particulares vero, quæ particulares itidē ambas aut alterã, cũque de vniuerſalibus pertractat vtiles præponit inutilibus tã quã dignitate præpollentes. Nec ſententiã vnquã approbauerim Albumazaris Alpharabij, qui capite vndecimo libri de ſyllogiſmo aliũ ſecutus eſt ordinē, primo nãque loco vniuerſalē affirmatiuã cõcludentē poſuit, ſecundo particularē affirmatiuã, tertio vniuerſalē negatiuã, ac quarto tandē atque vltimo particularē negatiuã: vt nãq; hoc ordine multo pluris in ſyllogiſmo qualitatē facere, quã quantitatē, cũ contrariũ potius faciendũ ſit, quãtitas nãque in ſyllogiſmo maiorē quo ad concluſionē inferendã obtinet vim vt cõfeſſum eſt, quã qualitas. Multo itaque melius Ariſtoteles, vniuerſales oẽs tã concludentes quã non concludẽtes præpoſuit, ac ſubinde de particularibus egit, vtitur autē in his exponēdis elementorũ notis ea videlicet de cã, quã ſuperius recitauimus, ac primã effinxit figurã per a b c ſecundã per m n x: tertiã, pec, p r s: vt fortaſſe ſeiũctas a ſeinuicē & ordine & natura ſtaſce eſſe figuras ſignificaret. Sed quæreret nõ iniuria aliquis, cur ſe ita Philoſophus ad iſtas determinauerit literulas, & non aſſumpſerit alias ex toto alphabeto inter ſe proximiores. Dicimus factum fuiſſe hoc penſiculatius quod his, qui græce dialecti cõſulti ſunt, planius erit. Græci nãque, quod & apud hebræos in conſuetudine eſt, numerorũ ordinē alphabeti elemētis ſignare ſoliti ſunt, vnde apud hos Alpha vnum ſignat, Beta duo, Gamma tria, Delta quatuor, E, quinque. Deinde ſex hac nota ſignificant, ϛ. ζ. Zeta ſeptem, η. octo, θ, nouem, ι, decem. κ. viginti, λ. uiginta. μ. quadraginta. ν. quinquaginta. ξ. ſexagiota. ο. ſeptuaginta. π. octoginta. Deinde ſignũ hoc. ϙ. nonaginta, ac demum. ρ. centum. & σ. ducenta, vt itaque perfecto atque integerrimo numero haſce figuras abſoluiſſe videretur: literas numerũ ſignãtes centenarium accepit ab alpha incipiens vſque ad. ϛ. primaque figurã primis literis notauit. α, β γ. mediã ſeu ſecundã medijs hoc eſt elementis ſignificantibus quinquaginta, quod dimidiũ centenarij eſt, μ. ν. ξ. vltimã vero, deſcripſit vltimis. π. ρ. ς. omiſſit autē notas & ſex & nonaginta ſignificantes, qm̃ et extra alphabeti ordinē ſunt, & ignotiores, multo exiſtunt. Mirũ profecto eſt, qd̃ vir iſte ſuis in voluminibus excogitauit, mirũ inquã quanto artificio quãtaq; diligentia ſuos codices cõpoſuerit, parũ ſuis exactiſſimã de ratiocinãdi ſcientia editionē cõminiſci ni, & Geometricis & Arithmeticis ipſam proportionibus exornaret: adeoq; has appoſitæ imaginatus eſt, vt ſi quid ex toto libro abſtuleris reliquũ operis tanquã Platonicus mundus diſſipetur ac diruat. Verũ ad ſequentia iã tranſeamus. Si inquit binas in prima figura vniuerſales affirmatiuas propoſitiones diſpoſueris, vniuerſalē colliges concluſionem affirmatiuã, ceu ſi dixeris, omne, b a: omne c b: cõcludes omne, c a, quod ex poſito principio de omni arguitur, quo primæ figuræ coniugationes ſtabiliri diximus; ſi etenim de omni eſt, quando nihil eſt aſſumere ſubiecti, de quo prædicatum non dicatur, cũ dicimus omne. b, eſſe a, ſignificamus nihil eſſe ſub, b, de quo non dicatur, a, cum itaq; c, ſub, b, ſit non immerito & de hoc, a, ipſum dicetur, quod fuerat commonſtrandũ, vnde cũ talem cõditionē naturãq; dictũ de omni obtineat, nemini ambiguum quin leges illas duas primæ figuræ recte Philoſopho aſcripſerint, maiorē videlicet vniuerſalē eſſe oportere, minorē vero affirmatiuã, nec ſolũ affirmatiuã, ſed nullã penitus includentē negationē, vnde talis cõplicatio nulla eſt, omnis homo animal, tantũ riſibile homo, ergo tãtũ riſibile animal, nec talis, omne albũ corpus, omne animal præter coruũ eſt albũ, omne itaq; animal præter coruum eſt corpus, nec talis, omne ridens homo, Socrates incipit eſſe ridens, Socrates igitur incipit eſſe homo, & hoc ideo accidit, quia minor nõ pure eſt affirmatiua, ſed negationē quandã includit: quemadmodũ moderniores quoq; per ſuas ſignificãt, quas exponētes vocant. Accidit itē quandoque ꝙ decurſus ſyllogiſticus perperã ſe habet, cũ in minore propoſitione ſignificamus prædicatũ cũ aliqua determinatione ſubiecto ineſſe, quã in maiore non expreſſimus, velut ſi dixerim, omnis homo albus, Socrates neceſſario eſt homo, Socrates igitur neceſſario eſt albus. Conſimiliter vitiũ addutur ſyllogiſmo ac decurſui de omni, cũ terminos aſſumimus æquiuocos: termini nãq; æquiuoci ratiocinationis vim deſtruunt.

Triginta ſex ſunt cõiugationes.

K

Non eſt approbãda opinio Albumazaris Alpharabij de ordine ſyllogiſmorũ.

L

Dubium

Solutio.

M

H

Diſpõ primæ figuræ.

N

Minor debet eſſe affirmatiua & nullã negõnē includē ex qua conditione ſubnuntur ſyllogiſmi quidam ſophiſtici.

O

Nota aliam conditionē ſeruandã in decurſu ſyllogiſtico.



Secũda coniugatio vtilis ex maiori vñi negatiue minori vniuerſali affirmatiua vñis negatiua cõcludētibus.

P

Conſimiliter uero, ſi a de nullo quidem b, b uero de omni c: quod a nulli c inerit.

Secundã exponit coniugationē vtilem vniuerſalē negatiuã concludentē: quæ ideo ſecunda eſt, quia vtiles, vt ſupra ẽt diximus, inutilibus præponuntur, & ex vtilibus vniuerſales particulares ante veniunt, & ex vniuerſalibus negatiuæ affirmatiuas, vtpote digniores ſubſequuntur.

Secũda coniugatio vtilis.

Sed ſi primum omne conſequitur medium: mediũ uero nulli ineſt extremo, non erit ſyllogiſmus extremitatum: nihil enim neceſſarium accidit eo quòd hæc ſint, namque & omni contingit ultimo primum ineſſe, quare neque quod ſecũdum partem neque quòd uniuerſaliter ſit neceſſarium, cum uero nullum ſit neceſſarium, per hæc non erit ſyllogiſmus, Termini omni ineſſe, animal, homo equus, nulli, animal, homo lapis.

Q



Prima inutilis coniugatio ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori vniuerſali negatiua.

Prior ex vniuerſalem concludentibus inutilis eſt, quæ maiorem habet affirmatiuam, minorem vero negatiuam, quæ ideo prior eſt, quia aliquam in qualitate dignitatem obtinet, cum alteram habeat affirmatiuam: ſequens etenim coniugatio nihil affirmatum continet, ſi itaque inquit primum, hoc eſt maior extremitas

Cõiugatio inutilis.

A mitas ſequatur .i. prædicetur de omni medio ; medium vero nulli inſit extremo hoc eſt minori extremitate, non erit ſyllogiſmus, non erit inquit ſyllogiſmus maiore vniuerſali, quandoquidem altera ex conditionibus primæ figuræ intereat, ꝙ minor videlicet affirmatiua exiſtat. Sci-

Notandum

tu tamen dignum, quemadmodum notat, & Alulidus Roſ. ꝙ licet coniugatio iſta naturaliter nihil neceſſario concludat artificioſe tamen particularem negatiuam per conuerſionem colligit, quemadmodum in ſequentibus planum erit, & hoc argumento eſſe poteſt Philoſophũ de naturalibus tantum ſyllogiſmis ſermonem habuiſſe. { Nam & omni & nulli. } Oſtendit euidenti ratione cõiugationem iſtam inutilem eſſe, namque in quadam inquit materia vniuerſalem concludit negatiuam, in quadam vero affirmatiuam vniuerſalem, quod quũ accidit nulla poteſt determinata concluſio ſequi, nam negatiua vniuerſalis ambas perimit affirmatiuas, vniuerſalem particularemq; & affirmatiua itidem vniuerſalis negatiuas

B ambas, quod quum ita ſit planum nihil determinati ex hac conſequi complicatione, in quacunque igitur coniugatione duo ſequuntur contraria, ipſam inutilem nuncupabimus, nihil tamen idcirco prohibet, quin aliquando contradictoria in utili complicatione ſequi poſsint, quẽadmodum & inferius enodabimus. Cæterum ꝙ Ariſt. exemplo, ratione quoq; comprobat Alex. inquiens, ſi a. de omni .b. dicitur, quoniam qđ de omni dicitur poteſt in plus ſe habere: idcirco tale aliquando accipiet vt & totum .b. comprehendat, & adhuc aliquas habeat partes ipſum .b. tranſilientes. Quibus poterit .c. ipſum comprehendere, & non comprehendere, iuxta itaque materiam variatam contraria nonnunquam concludetur.

Neque quando neque primum medio, neque medium ultimo nulli inſit, neque ſic erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe, ſcientia, linea, medicina, non ineſſe, ſcientia linea, unitas: uniuerſalibus igitur terminis exiſtentibus, planum in hac figura, quando erit & quando non erit ſyllogiſmus, & quod ſi fuerit ſyllogiſmus ter-

C *minos ita ſe habere neceſſe eſt, ut diximus, & ita ſe habuerint, planum quód erit ſyllogiſmus.*

2 Inutilis cõiugatio.



Alteram inutilium & vniuerſalium coniugationum exponit ambas retinentem negatiuas, quoniam non in prima tantum, ſed in omnibus figuris regula hæc vniuerſalis traditur, ꝙ ex ambabus negatiuis nulla determinata concluſio ſequitur, hoc autem & ipſe terminorum ſp

D poſitione confirmat, ratio autem cur hæc complicatio inutilis ſit eſt, quia medium nullam habet cum extremitatibus conuenientiam. { Et quod ſi fuerit ſyllogiſmus. Subaudiendum hæc in figura prima : Atq; hactenus de vniuerſalibus ſyllogiſmis primæ figuræ dicta ſufficiant.

Si uero hic uniuerſaliter, ille in parte ad alteram, quando quod uniuerſaliter ad maiorem extremitatem aut prædicatiuum aut priuatiuum, quod autem in parte ad minorem prædicatiuum, neceſſe eſt ſyllogiſmum eſſe perfectum: quum uero ad minorem aut aliter, quo l'nmodo termini ſe habuerint, impoßibile.

Poſteſquam quæ ambas habent vniuerſales propoſitiones, abſoluit complicationes, nunc de his, quæ alterã retinent particularem ſermonem habiturus eſt. ſunt autẽ hoc genus ſyllogiſmi in ſumma octo, atq; ex his vtiles duos, qui ſuperſunt, ſex reliqui inutiles, iſtos itaq; omnes innuens, ſi hic vniuerſaliter dixit, ille in parte, neque ad-

E didit maior minorue : ꝙ volebat concludentes, & non concludentes complicationes oratione ſua comprehendere, neq; iniuria ait Alexand. addidit ad alteram, poteſt enim in vna, & eadem propoſitione alter terminorum vniuerſaliter ſumi, alter vero particulariter, vt ſubiectũ vniuerſaliter, prædicatum autem in parte, ob hoc itaque dixit ad alteram, vt ſignificaret in complicatione propoſitionum vniuerſale fieri debere ac particulare. { Quã quod vniuerſaliter ad minorẽ. } De ambabus vtilibus ſimul mentionem fecit, deq; ea, quæ maiorem habet vniuerſalem affirmatiuam, minorem vero in parte itidem affirmatiuam, atque de ea, quæ maiorem retinet, negatiuam, ac minorem affirmatiuam, ſeruãtur etenim primæ figuræ conditiones duæ, namque quoniam prima figura per dictũ ſancitur de omni binas habet leges, vt maior uniuerſalis exiſtat, & minor affirmatiua, ꝙ ſi altera iſtarum fuerit abrogata, neceſſitas deſtruitur ſyllogiſtica vnde inquit quum vero ad minorem .i. quum vniuerſa-

F le ad minorem ponatur, aut quemadmodum exponit Alex. quando ad minorem ponatur priuatiua, ita vt minor ſit particularis negatiua, maior autem vniuerſalis aut affirmatiua negatiua. { Aliter quodãmodo. } Inquit Philop. ſi ambæ negatiuæ, aut maior affirmatiua minor vero negatiua, & hoc bifariam, aut maiori vniuerſali, aut minori, ſecus Alex. ſi maior inquit particularis et minor vniuerſalis ſit aut affirmatiua, aut negatiua, & hoc ſemper referente Alulido Roſ. ſecũdum naturalẽ diſpoſitionem intelligendum eſt, namq; & maiore in parte & minore negatiua artificioſa et vtilis comparatio cõſtruitur.

Dico autem maiorem extremitatem, in qua medium eſt, minorem uero, quæ ſub medio. Inſit. n. a omni b: b uero alicui c: ſi itaq; eſt de omni prædicari, quod in principio diximus, neceſſe eſt a. alicui eorum quæ c ineſſe.



G

1 Datis vtilis coniugatio particularis ex maiori vniuerſali affirmatiua Et minori particulari affirmatiua particulari affirmatiuam concludentibus.

Hoc eſt quæ de medio prædicatur, & conſimiliter minorem quæ ſub medio .i. de qua medium dicitur, & ex hoc ait Philopo. dilucide poſſumus cognoſcere idem eſſe de omni dici & in toto eſſe, ſola vero habitudine differre, ſi enim de omni prædicãtes ſyllogiſmum cõſtruimus, maiorem extremitatem, maioremq; proponemus propoſitionem tanquam a prædicato incipientes, cuius conditio eſt de alio dici; ſin autem in toto ſubijciamus, minorem, quæ ſubiecti rationem habet, præcõſtituemus ſecundum maiori locum aſcribentes, quod ſæpenumero

H & Ariſt. & Alulidus Roſ. græciq; enarratores oẽs ferme factitare conſueuerunt. Illud deinceps animaduertẽdum, ꝙ definitiones hæ maioris minoriſq; extremitatũ in prima duntaxat figuram veritatem obtinent, in reliquis etenim ſecius eſt. Cæterum ſi quiſpiam ſciſcitaretur cur tantum definitiones iſtas extremitatum diſtulerit.

Notandum

Dubium

Reſpondemus hoc ideo factum fuiſſe, ꝙ locus iſte ad hoc explanandum maxime eſſet accommodatus, nãq; terminis vniuerſalibus exiſtentibus, non tantum ſciungebantur, maior minorq; propoſitio, quã nũ ſi altera vniuerſalis particularis altera propoſitionum extiterit. { Inſit. a. omni. b. } Tertius modus ſyllogiſticus & maiore vniuerſali minoreque particulari affirmatiuis concluſionem concludens particularem conſimiliter affirmatiuam. Terminos inuenies, ſi genus ſpeciemque acceperis, mox ꝙ aliud utroque communius, deque eo medius terminus in parte, dicatur, vt animal, homo, animatum.

Solutio

I



4 Vtilis coniugatio ex maiori vli negatiua maiori pticulari affirmatiua, particularem negatiuam cõclusionibus

Et ſi a nulli eorum, quæ b ineſt: b uero alicui c: neceſſe eſt a alicui c non ineſſe. determinatum.n.eſt & de nullo quomodo dicimus, quare erit ſyllogiſmus perfectus.

K Conſimiliter & ſi indefinitum ſit.b.c.prædicatiuũ exiſtens, idem.n.erit ſyllogiſmus, et ſi indefinitũ et ſi in parte accipiatur.

Sinautem ad minorem extremitatem uniuerſaliter ponatur aut prædicatiuum, aut priuatiuum non erit ſyllogiſmus, neque affirmatiuo, neque negatiuo, neque indefinito, neque ſecundũ partem exiſtente. ut ſi a alicui b inſit, aut non inſit: b uero omni c inſit: termini quod inſit, bonum, habitus, prudentia: quod nõ inſit bonum habitus: ignorantia.



2 Particularis inutilis.

Rurſus ſi.b.nulli inſit c: a uero alicui b inſit, aut non inſit,
L aut omni inſit, neque ſic erit ſyllogiſmus, termini quod omni inſit, album, equus, cygnus, quod nulli, album, equus, coruus, idẽ & ſi.a.b.indefinitum ſit.



3 Particularis inutilis.

Quartus modus vtilis ac perfecte cõcludens ex maiore vniuerſali negatiua, minoreq; particula affirmatiua conclusionem particularem ac negatiuam, ſortitur enim concluſio quod in vtraque prius vtiliuſque eſt, a maiore
M q negatiua ſit, a minore vero q in parte terminos autẽ ad hanc inuenies coniugationem vtiles, ſi genus & contra diuiſas ſpecies acceperis, poſuerisque ſpecies maiorẽ extremitatem ac medium terminum, genus vero minorem extremitatem. {Conſimiliter & ſi indefinitum} Aequiualet enim vt ſupra etiam diximus indefinita propoſitio particulari, niſi quemadmodum inquit & Alulidus Roſ. tranſcendat particularis naturam, quod videmus fieri in propoſitionibus neceſſarijs, in quibus vt plurimum indefinitæ particulareſque vniuerſalibus etiam æquantur. Cæterum non eſt hoc naturam particularis aut indefinitæ per ſe conſequens. Erunt itaque cõnumeratis & his quæ minores habent indefinitas, in ſumma cõiugationes vtiles in prima figura ſecundum naturalem diſcurſum concludentes ſex, nam qui ἀνταναλαμβάνονται, hoc eſt refracti nuncupantur non concludunt ſecundum quæſiti naturã,

quemadmodum infra confeſto monſtrabimus. {Sinautem ad minorem.} Conſentaneum fuerat, quũ de particularibus inutilibus acturus eſſet, prius eas exponere N
quæ maiorem habent vniuerſalem aut affirmatiuã aut negatiuam, minorem vero particularem aut indefinitã negatiuam, ſed quoniam hæ longiore indigent oratione quemadmodum infra planũ erit ideo faciliores prius in medium voluit afferre, quæ ex maiore conſtant particulari indeferente, minore autem vniuerſali conſimiliter aut affirmatiua aut negatiua, ait ergo q ex maiore et in parte & minore vniuerſali nullo pacto coniugatio vtilis conſtituitur, ſeu affirmatiuæ, ſeu negatiuæ fuerint, primum autem eas, exponit, quæ maiorem habent in parte affirmatiuam ſeu negatiuam, minorem vero vniuerſalẽ, & inquit, q ſi.a.ineſt omni.b. vel non ineſt.b.autem omni.c.inutilis erit coniugatio, quum & omni concludãtur & nulli ineſſe, & ratio inquit Alex. eſt, quoniam quum maior ſit particularis, nihil prohibet medium terminum
O communiorem eſſe maiore extremitate, atque de pluribus dici, q maior dicatur & inde poterit ineſſe nulli illi, cui omni ineſt, a. atque ita maiore in parte, & minore vniuerſali affirmatiuis, nihil impedimento eſt, quin concluſio ſit & vniuerſalis & negatiua, & conſimiliter de reliquis dicendum erit. Hoc idem exemplo etiam arguitur, nam termini quibus omni ſequitur ſunt, hi bonũ, habitus, prudentia, aliquis habitus eſt bonus, omnis prudẽtia habitus, omnis prudentia bona. quibus, nulli, bonũ, habitus, ignorantia, vbi ſcias, q per ignorãtiam intelligimus eam quæ diſpoſitione aliqua acquiritur, ignorantia etenim negationis habitus nullo pacto eſt, has autem coniugationes ambas hoc eſt maiore particulari aut affirmatiua aut negatiua, minore vero vniuerſali affirmatiua ſimul expoſuit dum ait, ſi.a.alicui.b.inſit aut non inſit. Quũ vero inquit, rurſus ſi.b.nulli.c.eas enarrat, quæ minorem habent negatiuam vniuerſalem, maiorẽ vero particularem aut affirmatiuam, aut negatiuam, vbi notes quemadmodum & Alex. refert, q inutilitas ſuperiorum coniugationum ob maiorem eſt, horum vero ob P
vtranq;, maiorem inquã ac minorem, namq; & hæc affirmatiua, et illa vniuerſalis eſſe deberet in prima figura.

Neque quando quod ad maiorem extremitatem uniuerſaliter fiat aut prædicatiuum aut priuatiuum, quod autem ad minorem priuatiuum, ſecundum partem, non erit ſyllogiſmus, ſiue indefinitum, ſiue in parte accipiatur. ut ſi a omni ineſt b: b uero alicui c non ineſt, aut non omni ineſt: cuicunque .n. alicui non inſit medium, hoc & omne & nullum ipſum ſequetur primum: ſubijciantur enim termini, animal, homo, album, poſtea & de quibus non prædicatur albis homo, ſumantur cygnus & nix: igitur animal de illo quidem prædicatur omni, de hoc autem nullo: quare non erit ſyllogiſmus. Rurſus a quidem nulli inſit b: b uero alicui c non inſit termini ſint, inanimatum, homo, album: poſtea accipiantur de quibus albis non prædicatur homo, cygnus & nix: inanimatum namque de hoc quidem omni, de illo autem nullo prædicatur. Amplius quoniam indeter- Q
minatum eſt, b alicui c non ineſſe: uerificatur autem & ſi nulli ineſt, & ſi non omni, quod alicui non ineſt. Si uero tales aſſumatur termini ut nulli inſit, non fit ſyllogiſmus: hoc enim dictum eſt prius. Planum itaque quoniam eo, quod termi-



5 Inutilis.

A *ni ſic ſe habeant, non erit ſyllogiſmus: eſſet enim & in his. Conſimiliter autem monſtrabitur, & ſi uniuerſaliter ponatur priuatiuum.*

4 Inutilis.



rint, aut prædicatiuæ, aut priuatiuæ, aut hoc prædicatiuæ, illud priuatiuæ, aut indefinitum, illud definitum, aut utraque indefinita non erit ſyllogiſmus nullo pacto. Termini communes omnium, animal, album, equus, animal, album lapis. B



Inutilis coniugationum particularium, ſiue indefinitū exemplum.

Nota duplicē ſignificatum propōnis particularis.

Nunc redit ad coniugationes inutiles: quas ſuperius tā quam maioris indigentes negocij omiſerat, quādo videlicet maior vniuerſalis aut affirmatiua aut negatiua extiteris, minor vero in parte & negatiua. Cæterum quo facilius, quæ ſequuntur poſsimus percipere, nōnulla prius declaranda ſunt, vbi ſciendum particularem propoſitionem quam indefinitā vocitat duplicem eſſe ſignificatio-
B nem ſortitam atque naturam, aliquod enim.b.eſſe.a.bifariam verificatur, aut quia omne b.eſt.a.aut quia aliqđ b.eſt.a.& aliquod.b.non eſt.a.quemadmodum ſi in materia extiterit neceſſaria, ideo vera particularis vt plurimum eſt, quia vniuerſalis iuidem vera, vt aliquis homo eſt animal. Siautem in materia fuerit contingente & affirmatiua & negatiua particulares veræ ſunt, vt aliquis homo eſt albus, & aliquis homo non eſt albus, vnde ob hoc indefinitam eam vocat Ariſt. non ꝙ nullum habeat oppoſitum ſignum, ſed potius ꝙ indeterminatæ atq; indefinitæ ſit veritatis, quaſobres ſi propter vniuerſalē veritatem habeat, poſitione particularem, ſi vero ex ſe vera extiterit, per naturam vocare conſueuit Alulidus Roſ. Vt itaque ad propoſitum redeamus, volens Ariſt. monſtrare haſce coniugationes inutiles eſſe, prius ſupponit particularem veram eſſe ſecundum ſe & ex natura propria, arguitq; per expoſitionem & omni & nulli ſequi, ſecius etenim hoc monſtrari non poterat, ſi enim particularis minor & negatiua per naturam vera extiterit,
C ſua etiam ſubcontraria veritatem obtinebit, quæ particularis affirmatiua eſt, maiore vero vniuerſali aut affirmatiua aut negatiua, & minore particulari affirmatiua ſemper aliquid ſyllogiſtice concluditur, atque ex neceſsitate & ob id ad ſenſibilem expoſitionem reducenda fuit particularis illa, puta quum dicimus aliquod album non eſt homo, aut per id, quod eſt aliquod album intelligimus niuem, aut cygnum aut quippiam ſimile, atque ita tali facta expoſitione planum erit coniugationes iſtas inutiles eſſe. Si vero non natura ſed poſitione vera fuerit particularis illa nemini ambiguum. quin maiore vniuerſali aut affirmatiua aut negatiua, minoreq; negatiua in parte & omni & nulli ſequatur, quod rationem tollit ſyllogiſticam, vnde inquit ſi ita ſe habentibus terminis non efficitur ſyllogiſmus, planū ꝙ non eſt ratione formæ vtilis, ſed materiæ. vnde inquit, cuicunque alicui non ineſt medium, hoc & omne & nullum ipſum ſequetur primū hoc eſt maior extremitas vniuerſaliter & affirmatiue &
D negatiue prædicabitur de minore extremitate cui alicui non eſt medius terminus, poſtea hoc monſtrat per terminos exponendo, & hæc prior eſt ratio, qua oſtendit coniugationes iſtas in vtiles eſſe. Poſtea quum inquit. { amplius quoniam indeterminatum eſt. } ſubdit aliam rationem ſupponendo minorem particularem eſſe per naturam, & inquit, ſi minore exiſtente vniuerſali negatiua maiore autem vniuerſali aut affirmatiua aut negatiua, inutiles efficiuntur complicationes, ergo ſit minor particularis negatiua exiſtens eius fuerit naturæ, vt vniuerſalem reddat negatiuam, conſentaneū nimirū eſt, has quoque coniugationes inutiles eſſe. { Conſimiliter autem. } Autem inquit Alexander pro eo, quod eſt enim, vel autem pro eo, quod eſt igitur, namque eadem monſtratio vtriuſque eſt.

Neque autem ſi utraque interualla ſecundum partem extite-

Interualla etiam dixit ad imitationem Geometrarum qui diaſtemata hoc eſt diſtantias atque interualla vocāt lineas ipſas, vbiq; enim quemadmodum & ſuperius diximus philoſophus φιλογεωμέτρης connumerat. itaque ſexdecim alias coniugationes inutiles, quæ aut ex ambabus particularibus, aut ambabus indefinitis conſtituuntur, ſi enim ambæ ſunt particulares, aut affirmatiuæ aut negatiuæ ſunt vtræque, aut altera affirmatiua, altera vero negatiua, & hæc aut maior aut minor, atque ita quatuor conſtruuntur coniugationes, & conſimiliter ſi ambæ indefinitæ extiterint, aut altera particularis, altera vero indefinita erit, & ita octo aliæ efficiuntur, nam aut maior erit particularis & minor indefinita, aut ecōuerſo & vtroque modo quatuor efficiuntur, quæ ſuperioribus additæ ſexdecim reddunt, vnico autem terminorū exemplo haſce omnes refellit coniugationes oſtendēs, et omni & nulli ineſſe quamobrem inquit Alex. Rationes quas ſine artificio concludentes vocabant Stoici, aut nō ſunt ſyllogiſtice, aut reddaſguunt Ariſtotelis ſententiā, quod minime dicendum eſt.

Quid ſit interualla intelligēdum ſit.

F

Planum igitur ex dictis, quemadmodum ſi fuerit hac in figura ſecundum partem ſyllogiſmos, quod neceſſe terminos ſic ſe habere, ut diximus, aliter uero ſe habentibus nullo modo fit, manifeſtum autem & quod ſyllogiſmi omnes in eadem perfecti ſunt omnes enim perficiuntur per ea, quæ a principio ſunt accepta: quodque problemata omnia monſtrantur per hāc figuram, nāq; & omni & nulli & alicui & non alicui ineſſe, uoco autem figuram talem primam. G

Recte addidit hac in figura, quoniam in ſecūda minore etiam negatiua ſequitur & in tertia maiore particulari { Quodque problemata omnia. } Vniuerſalis affirmatiua negatiuaue, particulariſque itidem autem affirmatiua aut negatiua, vnde ob hanc cauſam maxime vocatur prima figura, vt inquit Alex. ſiue vt Alulidus Roſ. ꝙ ſyllogiſmi omnes huius figuræ perfecti ſunt, & ideo ſubdiuidit, voco autem figuram talem primam quaſi innuens ꝙ ex ſupradictis hoc tanquam concluſio ſequeretur, dixit autem voco tanquam primus ipſe appellationis huiuſce author. Sunt itaque hac in figura modi ſyllogiſmorum quatuor. Ii vero quinque quos Theophraſtus referente Alexan. addidit neque perfecti ſunt, neque vt ipſe ait ἀναπόδεικτοι, ſyllogiſmos enim qui immediate per dictum de omni perficiuntur vocāt græci indemōſtrabiles, quamobrem qui hos addunt vt inquit Alulidus Roſ. intentionem ignorant Ariſt. cuius intentio eſt ſyllogiſmos numerare qui ſecundum naturalem efficiuntur diſpoſitionem. Sed quæritur quum omnia problemata concludantur & optimo modo concludantur in prima figura, cur aliæ figuræ ſint additæ, quū in his imperfecti tantum ſyllogiſmi conſiderentur. Inquiunt nonnulli, ꝙ ideo hoc factum fuit, quia nō ſolum de perfectis modis pertractare, ſed & de imperfectis intentio fuerat Ariſtotelica. Nos autem & fortaſſe melius & dicimus, ꝙ hoc ideo fecit Ariſt. quia concluſionū vnaquæq; vnā figurā maxime habet accōmodatā, nāque vniuerſalis affirmatiua maxime & potiſsime in prima cōcluditur figura, negatiua vero vniuerſalibus ſecda, tertia vero pticularibus ābabus aſcribit, affirmatiuæ inq̄ et negatiuæ. Si itaq; volumus cōiugatiōes ī hac figura utiles pficere duæ illæ cō-

Nota de quinque modis quos addidit Theo.

H

Dubium

Solo quorūdam.

Solo alia et melior.

I diſiones primæ figuræ ſunt obſeruãddæ & ꝙ maior vniuerſalis ſit & ꝙ minor affirmatiua. Quod ſi quiſpiam dicat maiore etiam particulari minoreq; vniuerſali concluſione neceſſario ſequi, puta, aliquis homo eſt Socrates, omne rationale eſt homo. ergo aliquod rationale eſt Socrates, & ſimpliciter quotieſcunque maior extremitas ſingularis terminus extiterit.

Propõ ſingularis non ingredit̃ ſyllogiſmum

Sciat vir ille rationali hanc non vi tenere ſyllogiſtica, ſed expoſitoria & ſenſibili monſtratione, ſingularis etenim propoſitio quemadmodum ſupra etiã diximus, aut nõ ingredit̃ ſyllogiſmũ, aut dũ vim obtinet particularis.

Adhæc obſeruandum eſt in huiuſcemodi modis ſyllogiſticis, ꝙ aliquando ponitur minor negatiua in prima figura pro affirmatiua tamen ex tranſpoſitione, quemadmodum apud Ariſt. in primo poſteriorum, omne non ſcintillans prope eſt, planetæ non ſcintillant. ergo prope ſunt: planetæ dixit non ſcintillant pro eo, quod eſt, ſunt non ſcintillantes. Cæterum ſcies etiam ꝙ aliquando multæ rationes efficiuntur, quæ videntur formam habere ſyllogiſticam, ac propoſitiones veras, concluſionẽ autem falſam, quales ſunt, quæ maiorem habent multiplicem ſecundum compoſitionem diuiſionemq;, quemadmodum ſi dicamus, omne animal ſi eſt riſibile eſt rationale, omnis equus eſt animal ſi eſt riſibilis, ergo omnis equus eſt rationalis, ſi etenim maior in ſenſu fuerit compoſitionis mendax eſt, quia ſignificat ꝙ de quocunque verum eſt dicere, ꝙ eſt animal ſi eſt riſibile, ꝙ illud ſit rationale, ſed de omni animali poſſumus vere dicere ꝙ eſt animal ſi eſt riſibile, non tamen ꝙ ſit rationale, ſinautẽ maior ſenſum habuerit diuiſionis, tunc formam perdidit ſyllogiſticam. Atque hæc hactenus de prima figura retulimus primum quæ in quæſtionem veniant, quæue minime dubitanda ſint enarrantes, mox quid ſit ac quomodo extruatur, coniugatio, ſubinde quod ſint ratiocinationum figuræ, curue figura nuncuperur, quodque Philoſo. in omnibus φιλολογιμα'τ ͅ. Poſtea & ordo figurarũ expoſitus, connumeratis ibidem cuiuſq; figuræ potiſsimis dignitatibus. Deinceps & numerus coniugationum omnium expoſitus, curq; diuerſorum elementorum notulis vnaquæque figurarum deſignata fuerit, ſolutis inſuper dubitationibus dum coniugationes exponebamus, quæ modos ſyllogiſticos videbantur infringere. Ac demum rationem reddidimus cur particularis propoſitio indefinita & ſit & vocitet̃, mox refutatis quinq; Theophraſti coniugationibus, tanq̃ quæ ad propoſitum non faciũt et artificioſam habeãt complicationẽ. Supereſt itaq; vt his oĩbus enarratis ſcdæ figuræ expoſitionẽ deſcẽdamus.

K (margin, beside "tem falſam") — L (margin, beside "nium expoſitus")

Secunda Figura.

QVando uero idem huic quidem omni, illi autẽ nulli inſit, aut utrique omni, autem nulli, Figuram quidem talem uoco ſecundam, medium uero in ipſa dicitur, quod de utriſque prædicatur, extrema autem de quibus dicitur hoc.

NON Immerito quemadmodum ꝙ ſupra retulimus figura hæc alterũ ſortita eſt locum, namq; & dialecticæ miniſtra eſt, & maioris conuerſione a prima creatur & vniuerſale concludit quæſitum. Tertia vero & q̃ ſequit̃ ſophiſtice deſeruit & minoris a prima cõuerſione, gignitur, & particularẽ duntaxat concluſione cogit, quæ oĩa, vti planũ eſt, nõ tm̃ rõcinationis dignitatis obtinẽt.

M (margin, beside "cticæ miniſtra")

Cõditiones requiſitæ ad ſecundã figuram.

Secunda itaque figura hæc, diuo referente Alberto, quatuor ſuppoſitis conditionibus, ſemper ſyllogiſtica exiſtit. Prima eſt maiorem oportere eſſe vniuerſalem, tũ quia maiore conuerſa, quæ ſemper vniuerſalis eſt, a prima deducitur, tum vero quia ſi maior particularis foret contingeret nonnunquam aliquam eſſe complicationem, in qua nulla penitus fieret concluſio, puta maiori extremo communiori: exiſtenti q̃ medius ſit terminis, ſi ent in hac aliquod animal homo, nullus equus homo, ſic enim propoſitionibus diſtributis nulla penitus ſequitur concluſio, namque affirmatiua fieri nequit, quum in ſecunda nullo modo ſit affirmatiua, neque item negatiua, quemadmodum liquido conſtat. Prima itaq; cõditio maiorem exigit vniuerſalem. Secunda alteram vult negatiuam, ſiquidem ambabus affirmatiuis, non ſequitur concluſio in ſecunda, quemadmodũ infra planius erit. tertia concluſionem requirit negatiuam. quarta concluſionẽ ſecundum quantitatem minori eſſe perſimilẽ, ſcdm vero qualitatem alterutri. Hæc Albertus, cæterũ preſſius Philopo oportet inquit hac in figura maiorem vniuerſalem eſſe, minorẽ vero a maiore figura diſsimilem, hoc eſt, ſi maior affirmatiua fuerit minorem negatiuam exiſtere, et in oppoſitum, ſi maior negatiua, minorẽ affirmatiuam, nãq; quemadmodũ & Albumazar Alpharabius capite libri de ſyllogiſmo. 15. inquit, his obſeruatis ſemp in ſecunda figura complicatio erit vtilis. Cæteræ vero cõditiones quas Albertus dinumerauit ex his proculdubio conſequuntur, ſi etenim propoſitiones diſsimilis extiterint figuræ, cui dubiũ, ꝙ altera negatiua futura eſt? & ſi altera negatiua, nimirum & cõcluſio negatiua ſequetur.

N (margin, beside "ua, quemadmodum liquido")

O

Complicationes in ſecunda figura.

Sunt aũt, in hac quoq; figura, quemadmodũ et in prima complicationes tam vtiles, q̃ inutiles ſex atque triginta, quas vnuſquiſq; ſuopte ingenio forma facillime poterit, & ex his vtiles quatuor, veluti legentibus planũ fiet, binæ vniuerſales ac totidem particulares, primũ itaque ab vniuerſalibus exorditur, quemadmodum & ſupra fecerat & primo vtiles cõnumerat hoc eſt, q̃ propoſitiones habẽt diſsimilis figuræ inquiens { quandoquidem } .i. medius terminus huic, quidẽ omni, alteri vero nulli, hoc eſt de alterutra extremitatum vniuerſaliter & affirmatiue, de altera vero vniuerſaliter ac negatiue dicat̃. { Aut vtriq; omni aut nulli. } Hic inutiles innuit vniuerſales, q̃ ambas conſimilis habẽt. { Figuram talem voco. } dixit tanquã primus nominis iſtius inuentor. Sed mirum profecto cur iſta exponens Alulidus Roſ. ſimpl'r dixeris ꝙ huiuſmodi compoſitio ſyllogiſtica eſt, quũ ex ambabus cõſimilis figuræ non ſequatur neceſſario quippiam.

Dubium.

Solutio

Reſpondemus dicentes ſyllogiſticã non ob id vocitari, quod oẽs iſtæ complicationes vtiles ſint, ſed ꝙ diſpoſitio hæc terminorũ apta eſt ad faciẽdas binas coniugationes. P

Maius uero extremum, quod ad medium iacet, minus autem quod longius a medio ponitur: medium quidem extra extrema, ſed poſitione primum.

Binæ inquit Diuus Albertus ſunt medij termini leges, & ꝙ prædicandi ratione mediũ ſit, & ꝙ poſitione, ſecũdæ figuræ medius alteram ſeruauit, alterã amiſit, tertiæ vero vtranq; atq; ideo non iniuria, & ob hãc cauſam figura hæc ſecundum obtinuit locũ, quæ vero ſequitur vltimum. Cæterum dum medium dico, non id volo, quod in naturalibus vſuuenit, quod inquã inter extrema ponitur, atq; ab vtriſq; æquali diſtat interſtitio, ſed mathematicum volo mediũ intelligi, quod media ipſa & vnit & copulat. Cæterum quærit hoc in loco Alex. an ne ſcdm rei ipſius ingenium atque naturam termini, iſti, medius, maior minorq; extremitates diſcriminentur, an vero cuiuſq; arbitrio ſciungantur, quum etenim vniuerſalis negatiua terminis in ſeipſam conuertitur, poterimus nimirum vtramlibet maiorem, ſeu minorem facere extremitatem.

Dubiũ q̃õ ſint iudicanda extrema & med' ĩ in ſecunda figura.

Q

Solutio herminij, q̃d' extrema poſſunt ſuomi ſecundũ naturam in ſecunda figura

Quamobrẽ voluit Herminius, eodem referẽte, naturaliter maiorem & extremitatem & fieri & ſtabiliri in ſecunda figura. Si enim inquit eodem genere vtraque ſint extrema, de quibus medium prædicatur, maior extremitas ea vocitanda eſt, quæ generari communi ꝓpinquior extiterit, puta ſint extrema volatile atq; homo ambo ſuo aĩali continẽtur, & volatile aĩali proximius, maioris itaq; extremi locum ſortietur. ſinautẽ vtriq; ſint a genere æque diſtantes conſiderandum, qui eã legẽ habet vt de eo medius terminus ſeorſum dicat̃, quiue eius ſit genij, vt de eo, alio mediante ꝑdicetur, deinde cõparãdus his eſt per quẽ de altero dicitur ei, de quo per ſe enunciatur, vt in exẽplo, ſint extrema equus atque homo, equũ habẽtia ab aĩali interſtitiũ. ꝑdicetur autem de ipſis rationale, de equo negatiue, de homine vero affirmatiue, qm̃ rõnale non per ſe negatur ab equo, ſed eo ꝙ irrationali ipſum vero rõnale: per ſe de homine dicitur, irrationales

vero

A vero propius eſt animal q̃ rationale equus. itaq; a quo rationale per id q̃ irrationalis eſt remouetur, maior erit extremitas. Si vero diuerſorum generum extiterit, maius erit extremũ, quod communiori generi proximius, quẽadmodum ſi quid de colore atque homine prædicetur, maior extremitas erit color, eo quod magis qualitatem attingit, quam homo ſubſtantiam, homo etenim ſpecies eſt indiuidua in prædicamento ſubſtantiæ, color autem in propria coordinatione minime, ſinautẽ & ipſe æqualiter a proprijs ſeiungantur generibus, redire itidem debemus ad prædicatum, & conſiderare de quo ipſorum ſecũdum ſe de quoue per aliud dicatur, & ſi id, per quod de altero prædicatur ſit generi communiori propinquius, et hoc ob illud dicitur de alio, maior ponendo eſt extremitas, ſint puta termini, album atque homo, illud in qualitate ſpecies indiuidua, hoc in ſubſtantia, prædicetur autẽ rationale affirmatiue quidem de homine, negatiue vero de albo, quoniam de homine ſecundum q̃ homo affirmatur, ab albo autem non ſecundum q̃ album negatur

B ſed eo, q̃ inanimatum, quia inanimatum propius eſt ſubſtantiæ quæ homo, nimirum album maior erit extremitas. Cæterum, inquit Alex. quæſtio hæc præterquã

Aliud dubium.

q̃ curioſa eſt, veritati etiam aduerſatur, ſemper etenim in negatiua maior erit extremitas, quod tamen perabſurdum eſt: namq; modus ſecundus figuræ iſtius ad affirmatiuam maius ſemper retinet extremum, q̃ autem id ſequatur monſtrat idem plana ac dilucida ratione, nam inquit, ſi ſecundum prædicata maius extremum venabimur, negatiue ſubiectum ſemper maior erit extremitas quandoquidem ſemper æquale aut ſecundum ſe, aut ſecũdum prædicata medio erit termino, nam ſi medius ab eo remouetur per aliud, per ſui oppoſitum vtique remouebitur, quod contra ſe diuiditur, quod autem tale eſt, nimirum ſemper medio erit æquale nũquam vero minus, ſed affirmatiue ſubiectum ferme ſemper in minus ſe habebit, raro æqualiter, quaſobres negatiua ꝓpoſitio maior ſemper cenſenda erit, quum tamen alioquin. Ariſt. aliquãdo locum iſtum affirmatiue aſcribat. Præterea eadẽ quæſtio, quam in negatiuis faciendam iubes ſecundũ prædi-

C cata, & in affirmatiuis fiet, quare ratio prædicationis tãdem reducenda erit ad coæquales differentias, atque ita neutrum neutro communiori proximius erit. Dicendũ igitur, quemadmodum & Alulidus. Roſad. inquit quod

Solutio de mẽte Auer.

maior extremitas in ſecunda figura credo itidem in tertia aucupanda eſt penes quæſitum, ita q̃ & quæſiti prædicatum ſemper maioris teneat locum extremitatis, quæſiti dico directe concluſi, non autem euerſa ratiocinatione. { Quod ad medium iacet. } Hoc eſt, quod ſecundo loco ponitur, quum potiſsimum in ſyllogiſmo ac propoſitione ſit eſſe prædicatum, & medius terminus hac in figura bis prædicetur, ideo non abre, primum ſortitus eſt locum, maior vero extremitas quia ſemel prædicatẽ minori anteponetur, quæ nunquam prædicatur, medium autem ſequetur, quod bis de ſubiecto dicitur. { Extra extrema. } Si medium intra extrema iaceret poſitione eſſet medium, ſed quoniam poſitione medium non eſt, ideo extra extrema locari dicitur. { Poſitione primum. } ex hoc inquit Alex. ſignificat maioris conuerſione a prima

D ſecundam deriuare figuram.

Perfectus quidem hac in figura nullo pacto eſt ſyllogiſmus, poteſt autem eſſe & uniuerſaliter & non uniuerſaliter. Terminis exiſtentibus: uniuerſaliter quidem exiſtentibus terminis erit ſyllogiſmus, quando medium huic quidem omni, illi uero nulli inſit, & ſi ad utrumuis fuerit priuatiuum. Aliter uero minime.

Eo q̃ primi tres conuerſionis indigent, quartus ad incommodum deductionis. { Poteſt & vniuerſaliter. } Hoc dicit q̃ ex ambabus vniuerſalibus fieri poteſt hac in figura vtilis ſyllogiſmus, & non vniuerſalibus, non quia ex ambabus particularibus, hoc enim fieri nequit, ſed altera vniuerſali, in parte altera. { Vniuerſaliter terminis exiſtentibus. } Quatuor ſunt hac in figura vtiles complicationes, vniuerſales duæ, bineq; item particulares, primum locum obtinent vniuerſales, & in his quæ maiorem habet, negatiuam quandoquidem ſolius maioris conuerſione ad primam redit figuram, ſecunda ſubſequitur ex maiore affirmatiua minoreque negatiua, nãq; duplicis indiget conuerſionis, mox e particularibus priorem ea locum obtinet, quæ maiorem habet negatiuam, quoniam hac ſola conuerſa ad primam reuocatur figuram, vltimum deinde locum ſortita eſt, quæ maiorem habet affirmatiuam, quum conuerſione ad primam redire nequeat, ſed incommodum deductionis indigeat, quæ multo imperfectior eſt conuerſione. Conuerſio namque quæſitum monſtrat, deductio autẽ aliud a quæſito. His accedit q̃ tres præcedentes & conuerſione & ad incommodum deductione oſtenduntur, hæc autem ſola ad impoſsibile mõſtratione ſtabilitur. { Aliter vero minime } Hoc eſt ſi ambæ aut affirmatiuæ, aut negatiuæ extiterint nullo pacto ſyllogiſtica efficitur complicatio. E

Conuerſio quæſitũ, deductio aliud a quæſito monſtrat.

Prædicetur m de n quidem nullo: de x autem omni, quoniam itaque conuertitur, priuatiuum, nulli m inierit n: m uero omni x ſuppoſitum eſt, quare n nulli x: hoc enim monſtratum eſt prius. F

1 Ceſare vtilis coniugatio maioris conuerſionẽ indigens vt ad primæ ſecũdum modum reducatur.



G

2 Cameſtres vtilis coniugatio, q̃ minoris & cõcluſionis cõuerſione ad .2. primæ, reducitur.



H

Rurſus, ſi m n quidem omni: x uero nulli, & x n. nulli inierit: ſi enim m nulli x, & x nulli m. m autem omni inerat x. uero nulli inerat n. Facta namque rurſus eſt prima figura. Quoniam uero conuertitur priuatiuum, & .n. nulli inierit x. quare idem erit ſyllogiſmus eſt, autem ipſa monſtrare & ad impoſsibile deducentes. Quod itaque fit ſillogiſmus ita ſe habentibus terminis planum: uerum non perfectus, non enim ſolum ex his, quæ ex principio, ſed & ex alijs efficitur neceſſarium.

I

Deductio ad impoſſibile



K Prima coniugatio ex maiore vniuerſali negatiua, minoreq́ vniuerſali affirmatiua vniuerſalem concludẽs negatiuam, eſt autem.m.medius terminus.n.maior.x.vero minor extremitas, ſit.m.animal.n.lapis.x.homo. Complicemus in hunc modum ſyllogiſmum, nullus lapis animal, omnis homo animal, nullus homo lapis, nãq; maiore conuerſa ad primæ ſecundum reducetur modum hoc pacto, nullum animal lapis, omnis homo animal, nullus homo lapis. Dubium. Sed dicet non immerito quiſpiam cur modus iſte quum minus ſit arti ſyllogiſticæ neceſſarius, ſequenti multo nimirum neceſſariori anteponatur, namq; eadem concluſio, quæ per hunc monſtratur eadem penitus & per primam concluditur figuram, quod ſecus ſe habet in ſequente, non enim eadem, ſed conuerſa concluditur. Solutio Dicimus itaque non propter maiorem minoremue neceſſitatem ordinis huiuſce diſtributionem factã fuiſſe, ſed penes faciliorem reducendi modum, quemadmodum ſupra quoque oſtendimus. { Rurſus ſi.m.n.quidem omni. } L Iſte alter eſt modus ſecundæ figuræ ex maiore vniuerſali affirmatiua, minoreq́ vniuerſali negatiua concluſionem concludens vniuerſalem, ſi inquit ponamus propoſitiones, omne.n.m.nullum.x.m. ſequetur nullum.n.x. vbi aduertas, ꝙ immediata conſequens cõcluſio non eſt adducta, ſed ea, quæ facta ad primam reductione concluditur. Conuertens inquam priorem, vnde & ipſe ait. ſi.m.nulli.x.&.x.nulli.m.inerit, facta videlicet minoris conuerſione, ex qua cum maiore ſequitur concluſionem conuertẽs, quæ eſt, nullum.n.x. quare erit idem ſyllogiſmus, addidit, quoniam per eundem ſyllogiſmum & concluſio iſta monſtrabitur, nullum inquam x.eſſe.n.per quem & eius conuerſa, hoc eſt per ſecundũ primæ, ꝙ autem vniuerſalis negatiua concludatur pro confeſſo accepit. { Eſt autem ipſa monſtrare. } Ad impoſſibile monſtramus quum oppoſito concluſionis alteram addimus propoſitionem, & ex his alterius oppoſitum concludimus, quemadmodum in propoſito, ſit primus ſecundæ figuræ ſyllogiſmus, nullum.n.m. omne M x.m.nullum.x.n.ſi non ſequitur, ſequatur ergo ſuum oppoſitum quod eſt, aliquod.x.eſt.n. conuertaturque in ſeipſum, aliquod.n.eſt.x.deinceps huic minori applicita alterius oppoſitum concludamus dicentes: omne.x.m. aliquod.n.x. aliquod.n.m. quod maiori vt planum eſt penitus aduerſatur, vel ſic & melius, vt inquit Alex. nullum.n.m. aliquod.x.n. aliquod itaque.x.non eſt.m. Cuius oppoſitum minor prioris ſyllogiſmi aſſerebat. Eodem pacto & ſecundum huiuſce figuræ modũ monſtrabimus, ſit primum complicatio, omne.n.m.nullum. x.m.nullum.x.n.ſi non ſequatur ergo oppoſitũ, aliquod x.n.quod cum maiore minoris contradictorium infert, vel cum minore facta prius in ſeipſum conuerſione, maiorem demolitur. { Quod itaque ſit ſyllogiſmus. } Inquit ꝙ ita ſe habentibus in ſecunda figura terminis ſyllogiſmus quidem efficitur non perfectus, & huius binas reddit cauſas, alteram, quia per conuerſionem monſtrãtur, quod innuit dum ait, non enim ſolum ex his quæ N ex principio, alteram vero quia ad impoſſibile deductione arguuntur, quod arguit dum inquit, ſed & ex aliis efficitur neceſſarium.

Si autem.m.de omni.n.atque.x. prædicetur, non erit ſyllogiſmus. Termini quod inſit, ſubſtantia, animal, homo, quod non inſit, ſubſtantia, animal, numerus, medium ſubſtantia: & quando neque de.x.neque de.n.aliquo prædicetur.m. Termini quod inſit, linea, animal, homo, quòd non inſit, linea, animal, lapis. Manifeſtum itaque ſit ſyllogiſmus uniuerſalis terminis exiſtentibus, neceſſe terminos ita ſe habere, ut diximus in principio, aliter enim ſe habentibus non efficitur neceſſarium, quando autem medium ad alterum uniuerſaliter ſit quandoquidem ad maius ſit uniuerſale aut prædicatiue aut priuatiue, ad minus uero & ſecundum partem & oppoſite, dico autem oppoſite, ſi uniuerſale priuatiuum, quod in parte affirmatiuum, ſi uero uniuerſale prædicatiuum, quod in parte priuatiuum, neceſſarium eſt ſyllogiſmũ O *fieri priuatiuum ſecundum partem.*

Inutiles coniugationes vniuerſales ennumerat, quarũ altera ex ambabus conſtat affirmatiuis, altera ex negatiuis vtriſque. Rationem vero cur ex ambabus affirmatiuis non ſequitur ſyllogiſmus, hanc Alex. namque ait, medius de vtraque dicitur extremitate, in plus itaque ſe habet, quare extrema ita ad ſeinuicem ſe habebunt, vt vna de altera prædicari vniuerſaliter & affirmatiuæ poſſit, aut etiam nonnunquã negatiuæ, quamobrẽ & omni & nulli ſequetur, quod rationem deſtruit ſyllogiſticam. Hæc ille. Sed Philoponus bonam, & ipſe rationẽ in medium, affert, merito ait ex ambabus affirmatiuis vniuerſaliter in ſecunda nil ſequitur neceſſario, nãque ſi propterea ꝙ altera propoſitione conuerſa in primam traducitur figuram, ob id rationes ſecundæ euidentiam habẽt concludendi, cum in hac complicatione altera conuerſa ſemper maior in parte efficiatur, quod primæ figuræ rationem penitus diſturbat, non immerito ſyllogiſtica nullo pacto, futura eſt, vnde quemadmodum & infra planius erit, ſi forte fortuna contigerit, propoſitiones iſtas P eius eſſe genij vt terminos habeant æquiualentes, nimirum coniugatio iſta vtilis erit, vnde communi omnium conſenſu dici ſolet, in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis terminorum conuertibilium ſyllogiſticam fieri complicationem, quod quoniam non ſecundum ratiocinationis formam, quam hoc in volumine conſideremus, efficitur, ideo philoſophus eam inutilem eſſe pronunciauit. Adde ꝙ altera quoque lex figuræ iſtius deſtruitur, oportere inquam propoſitiones figura diſsimiles eſſe, ſubſtãtia, animal, homo, medium ſubſtantia, puta, omne animal ſubſtantia, omnis homo ſubſtãtia, omnis homo animal. { Quod non inſit ſubſtantia, animal, numerus. } Omne animal ſubſtantia, omnis numerus ſubſtantia, nullus numerus animal. Sed melius inquit Alexan. ſi pro eo, ꝙ eſt numerus legeremus lapis, namque vt vel minuto philoſopho planũ eſt, numerus nullo pacto ſubſtãtia eſt, ſed quantitas, vel igitur inquit numerum poſuit ſubſtantiam eſſe, numerum accipiens pro vnitate, nãq; vnitas (vt aiunt) ſubſtantia eſt, nam quantitas nullo modo Q dicenda eſt, quum neq; diſcreta neq; continua ſit, ſubſtãtia vero exiſtit eo ꝙ contrariorum ſuſceptiua eſt, nã principium finemq; contraria eſſe aſſerũt, quæ ambo in vnitate fundãtur. Sed hæc ait ille perperam dicta ſunt, nã quãtitatis pars quantitatis potius dicenda eſt quã ſubſtãtia, vnitas vero vt planũ eſt numeri pars eſt, ſatius itaque ꝙ & Philop. dicit, ꝙ numerũ ſubſtantiam dicat ſecundũ Pythagoreorum ſententiam, qui volebant omnia ex numeris proportionibuſq; conſtare, quemadmodũ Nicomachus Geraſeus in primo ſuæ arithmeticæ optime declarat. & Timeus platonicus qui mundi animam ex numeris proportionibuſque conſtruxit. Cæterum ſi & nobis quippiam audere licet, dicamus equidem Ariſto. ſecundum Pythagoreos locutum, non ob id tamen ꝙ illi numerum aut quantitatem, ſubſtantiam eſſe vellent, hæc etenim & apud eos ſeiuncta, ac diſcriminata fuerant:

Rõ cur ex ãbabus affirmatiuis ĩ ſecunda figura non ſequitur ſyllõ Dcm Alex.

Dcm Phil.

Quantitatis pars, potiꝰ quãtitas quam ſubſtã dicendã eſt.

Nicomach pro arithmeticæ. Timeus platonicus.

A fuerant: quemadmodum optime in ſuis prædicamentis Tharentinus expoſuit Architas, verum ſubſtantiam pro eſſentia accepit animal vero atque numerum pro ſenſibili aut animali, aut numero, ſed pro ideis ac formis abſtractis, quemadmodum Nichomachi procemium atq; eius interpretem legentibus palam eſt, ſed de his abunde. { Et quando neque de. x. } Alteram inutilem exponit ex ambabus conſtantem negatiuis, quam appoſitis terminis oſtendit malā eſſe. { Vt diximus in principio. } Hoc eſt vt pauloante diximus, dum vtiles connumerabimus coniugationes, non autem quemadmodum dictum eſt in ipſo ſtatim ſecundæ figuræ exordio, quoniam inibi iā vtiles connumeratæ ſunt, atque hæc de vniuerſalibus ſecundæ ratiocinationibus. { Quandoquidem ad maius. } Ambas ſyllogiſticas complicationes, quæ figura ſunt diſſimiles & maiorem habent vniuerſalem, connumerat, quæque particularem concludunt negatiuam.

B *Si namque. m. ineſt. n. quidem nulli: x uero alicui neceſſe eſt n ipſi. x. non ineſſe. Quoniam enim conuertitur priuatiuum, nulli m. ineſſe. n. m uero ſuppoſitum eſt. x. alicui non ineſſe, quare. n. alicui. x. nō inerit: efficitur nāq; ſyllogiſmus per primā figurā.*

3 Feſtino vtilis coniugatio quæ maioris cōuerſionē ad. 4. primæ reducitur



C

Rurſus, ſi m n. quidem omni: x uero alicui m. non inſit, neceſſe eſt n x alicui non ineſſe. Si enim omni ineſt prædicetur autem & m. de omni n, neceſſarium eſt m omni x ineſſe, ſuppoſitum uero fuerat alicui non ineſſe, & ſi m n quidem omni ineſt, x uero non omni, erit ſyllogiſmus, quod non omni x n. demonſtratio autem eadem.

4 Baroco vtilis coniugatio, quæ deductiōe ad impoſsibile ad. 1. primæ reducitur.

D



Tertius iſte eſt modus eſt ſyllogiſticus in ſecunda figura maiorem habens vniuerſaliter negatiuam, minoremque affirmatiuam in parte, concluſionem ſubinde cōcludens negatiuam in parte. Tertium vero ſortita eſt locum complicatio hæc ob eandem cauſam, quam ſupra de vniuerſalibus retulimus, quoniam videlicet vnica cōuerſione ad primam reducitur figuram, altera vero ad incommodum deductione indiget. Termini ad coniugationem iſtam ſunt, genus ac contradiſtinctæ ſpecies vt E ſi dicam, nullus homo equus, aliquod animal equus, aliquod animal non eſt homo, vbi ſi maiorem in ſeipſam conuerteris quartum modum primæ figuræ perficies, & hac vtitur monſtratione Ariſt. Verum inquit Alex. poſſet hoc idem oſtendi ad impoſsibili deductione, accepto concluſionis oppoſito cum maiore minoris oppoſitum inferendo, rurſus ſi. m.

Quartus iſte ē modus ſecūdæ figuræ ſyllogiſticus ex maiore vniuerſaliter affirmatiua minoreq; negatiua in parte, concluſionem concludens negatiuam in parte. Cuius vtilitatem non amplius conuerſione monſtrat Ariſt. ſed ad impoſsibile deductione, ſi etenim maior verteretur eſſet inutilis omnino ſyllogiſmus ex vtriſque in parte, minor vero conuerti non poteſt, cum particularis exiſtat negatiua. Termini autem erunt, genus, ſpecies, ac vtriſque cōmunius puta omnis homo animal, aliquod animatum non eſt animal, aliquod animatum non eſt homo, q ſi concluſionis oppoſitum ſuppoſuerimus addita maiore, minoris concludemus contradictorium hunc in modum, omne animatum homo, omnis F homo animal, omne animatum animal, cuius oppoſitū minor aſſerebat. { Et ſi m. n. quidem omni. } Monſtrat eodem pacto futurum ſyllogiſmum, ſi pro eo, quod eſt alicui non, acceperimus non omni, nam ſola quemadmodum nonnulli ferunt, locutione differunt, quales qui a iunioribus referente Alex. ὑποσυλλογιστικοὶ vocitantur, verum hi ſyllogiſmos appellitant ſolam vocem intuentes, Ariſt. vero non vocem, ſolum, ſed & ſignificata reſpicit, quaſobres non idem uenitus fore cenſendum eſt non omni, atq; alicui non ineſſe. Si nāque accuratius Ariſto. verba penſitare voluerimus, inueniemus alicui non verificari de vtraque particulari, poſitione inquam et natura, nō omni autem de particulari natura tantum, quod & ratione confirmatur, quum etenim cōtradictoriæ opponatur ei, quod eſt omni, quæ vniuerſaliter exiſtit affirmatiua, nimirum in parte negatiua erit ſecundum naturam, nam G ſi poſitione eſſet non magis contradictoria, quā contraria dicenda foret, vnde hoc quaſi innuens philoſophus dixerat ſuperius. Amplius quoniam indeterminatum eſt. b. alicui. c. n non ineſſe, verificatur autem & ſi nulli ineſt, et ſi non omni, non omni inquit pro eo, quod eſt alicui nō natura. Cæterum quæſitu dignum quomodo fieri poſſit, vt ſimplices ſyllogiſmi, qui multo & notiores & dilucidiores ſunt hypotheticis, ad impoſsibile ductione mōſtrentur, cum alioquin de hoc monſtrandi modo nulla hucuſque mentio facta ſit. Inquiunt nonnulli recte ſe habere oſtenſionem iſtam atque ex notioribus procedere, cum deductio ad incommodum oſtenſiuam ſupponat complicationem, quæ multo notior ea eſt, quæ mōſtratur, addunt deinceps non proprie coniugationem iſtā eſſe ad impoſsibile ſyllogiſmum, ſed magis, conuertēdi ſyllogiſmum. Cæterum bona eorum venia dixerim, neque hoc pacto rationis vim tolli, quoniā neq; de hoc quoq; conuertendi modo vlla adhuc mentio facta. Supereſt itaque vt ſecius reſpondeamus, quemadmodū & ſupra innuimus, monſtrationem iſtam non vt tenere ſyllogiſmi H ad impoſsibile, qui vt infra planū erit, pars eſt hypotheticarum rationum, ſed primæ dignitatis munimine ſtabiliri aſſerentis bina contradictoria de eodem dici nō poſſe, quam domo quiſque ſibi connatam affert.

Dubium.

Solo quorū dam.

Alia reſpō ſio.

Si uero de x quidem omni, de n uero non omni prædicetur m, non erit ſyllogiſmus termini, aīal, ſubſtantia, coruus, aīal, album, coruus: neque quando de x quidē nullo, de n uero aliquo.



1 Inutilis ex maiori negatiua in parte.

I *Termini quod inſit, animal, ſubſtantia unitas, quod non inſit, animal, ſubſtantia ſcientia, quando itaque oppoſitum ſit uniuerſali quod eſt ſecundum partem, dictum eſt, quando erit & quando non ſunt erit ſyllogiſmus.*

3 Inutilis ex maiore particulari affirmatiua.



Inutiles enumerat cõplicationes figura diſſimiles, ac primum eam recenſet, quæ maiorem negatiuã habet in parte, minorem vero vniuerſaliter affirmatiuam inquiẽs ꝙ ita terminis diſpoſitis nullo pacto erit ſyllogiſmus, hoc autem ideo eſt, quoniam altera ex ſecundæ figuræ K conditionibus deſtruitur, maiorẽ videlicet oportere eſſe vniuerſalem, namq; maiore in parte exiſtẽte hac in figura nunquã vtilis e igitur complicatio. niſi forte vt nonnulli autumant, medium vniuerſaliter ſumatur, veluti ſi dicerem, aliqd' lucens ſupra nos eſt, omnis lucidiſsimus planeta, ſol eſt lucidiſsimus planeta, ſol itaque eſt ſupra nos lucens, ſed coniugatio iſta raro & p accidẽs in vſum veniet, ſi enim quemadmodum alibi dicet Ariſto. prædicatum vniuerſale vniuerſaliter ſumatur, propoſitio redditur falſa, quod ſi forte fortuna accident vt veritatem obtineat, hoc nulla alia erit de cauſa, niſi quia propoſitio illa vniuerſaliter conuerti poterit, quod p accidens & indeterminata materia fieri tantummodo põt. Addunt ijdem ſi medium, terminus extiterit ſingularis, maiore iidem particulari, fieri poſſe cõplicationem vtilem, vt ſi dixerim, aliquod animal eſt Socrates, aliquis homo Socrates, ergo aliquis homo animal. Sed quemadmodum & ſupra diximus, ratio hæc non videtur ſyllogiſtica, verum ſenſibili expoſitione, de qua in præſentia ſermo non eſt.

Nota de cõiugatiõe cu ius maior ĩ pticularis ĩ ſecunda figura.

L Neque quando de.x. } alteram explicat, cum figura diſsimiles propoſitiones extiterint, & ait ꝙ maiore in parte & affirmatiua, minore autẽ vniuerſaliter negatiua conſimiliter inutilis aſtruitur coniugatio quodq; hoc ita ſe habeat terminis refutat, in qbus & omni & nulli ſequitur, vbi ſcias velim eadẽ de cauſa, qua & ſuperius vnitatem ſubſtantiã appellitaſſe, quocirca vnitatis loco lapidem poni vult Alex. { Quando itaque, } hoc eſt cum propoſitiones & vniuerſaliter & parte qualitate a ſeinuicem diſſentiant, puta ſi altera vniuerſaliter extiterit affirmatiua, altero vero in parte ſit negatiua, & econuerſo.

Nota

Quando uero propoſitiones eiuſdem ſiat figuræ, quemadmodum utræque priuatiuæ aut affirmatiuæ, nullo pacto erit ſyllogiſmus. Stat enim primum priuatiuũ, & uniuerſale adiaceat maiori extremo: ut m a quidem nulli: x uero alicui non ſit. Cõtingit utique n & omni, & nulli eorum, quæ ſunt x ineſſe.

M

5 Inutilis ex ambabus negatiuis, altera vniuerſali altera particulari.



Termini quod nulli inſit, animal, nix, nigrum, quod uero omni inſit non eſt capere. Si m x alicui quidem ineſt, alicui autẽ non. Si enim n omni x m uero nulli n: m nulli x inerit, ſed ſuppoſitum fuerat alicui ineſſe. Sic itaque non contingit terminos capere: ex indefinito autem monſtrandum, quoniam enim uel ſica-

N Ex de inde finito oſtenſio de ol.



O

tur quòd m alicui x non inſit, & ſi nulli inſit, cum uero nulli inerit, non erit ſyllogiſmus, manifeſtum quod neque nunc.

4 Inutilis ex ſ:babus aſfirmatiuis, altera vniuerſali, altera particulari



Rurſus ſint prædicatiuæ & uniuerſale ponatur, cõſimiliter ut m, n quidẽ omni, x uero alicui inſit: contingit utique enim & omni & nulli ineſſe x. termini quod nulli inſit, album, cygnus lapis, quod uero omni non eſt accipere ob eandem cauſam, quam prius, ſed ex indefinito monſtrandum.

P Diximus plerunq; bina propria huic figuræ competere & ꝙ maior vniuerſaliter proferatur, & ꝙ minor figura ſit a maiore diſsimilis, huculq; eas recenſuit, q̃ priorem demoliebantur conditionem, qm̃ ea erat q̃ maxime figuram iſtam ſtabiliebat. Nunc autem eas enarrat, quæ alteram deſtruunt, hoc eſt, quæ ambas habent eiuſdem figuræ puta aut negatiuas aut affirmatiuas, ac prius eam proponit, quæ maiorem habet vniuerſaliter negatiuam minorem vero in parte iidem negatiuam, monſtratque hanc inutilem penitus.

Dubium. Vbi nõ immerito ambigeret quiſpiam, cur hãc prius ponat. q̃ eam, quæ ambas retinet affirmatiuas, cum alioquin affirmatiua & dignior & prior ſit negatiua. Huic dicimus, hoc ideo factũ fuiſſe, quoniam maiorem de ſe dubitationem exhibet, ꝙ ſit vtilis q̃ ſequens ipſa, cum ex dictis planum fuerit, hac in figura concluſionem non concludi affirmatiuam ait itaq; ꝙ ſi maior vniuerſaliter extiterit negatiua, minorq; iidem in parte, inutilis conſtruitur complicatio. eo ꝙ & omni & nulli ſequatur, cũ hoc dixiſſet inquit Alex. oſtendiſſetque nulli ineſſe, non potuit omni penitus monſtrare, quocirca quemadmodũ & in prima figura ex particularis indeterminatione mõſtrauit, namque ſi aliquod. x. non eſſe m. verum eo fit, ꝙ & ſubcontraria veritatem obtineat aliquod videlicet x. eſſe. m. non poterimus omni ineſſe monſtrare, ꝙ Ariſt. arguit ad incommodum deducens, ſit enim inquit ita, ꝙ poſsimus omni oſtẽdere, ſitq; concluſio oĩ. x. tunc maiore accepta. q̃ aſſerebat nullum. n. eſſe. m. cõcludimus, nullum. x. eſſe. m. cuius oppoſitum ſuppoſueramus, aliquod videlicet. x. m. eſſe. Si itaq; particularis ſuopte ingenio uera fuerit, nullo pacto bina cõtraria cõcludere valebimus ſimaũr ideo veritatẽ obtineat, qa vniuerſalis ſua vera ſit; tunc proculdubio & oĩ & nulli ineſſe inferemus, hoc etenim ſupra planum factũ fuit, quamobrẽ indefinitã, vocauit particularẽ ipſam tanq̃ vage atq; incertæ ſignificationis ppea ꝙ, et p affirmatiua in parte et p negatiua vni-

Solutio.

Q

uerſaliter

A uerſaliter accipi poteſt. Eadem monſtratione vtitur & ſi ambæ extiterint affirmatiuæ, maior vniuerſaliter, minor vero in parte. Si namq; natura vera extiterit vtilem faciet cōplicationem, quoniam maiore vniuerſaliter affirmatiua, minoreq; negatiua in parte, vtilis in ſecunda figura erigitur coniugatio. Cæterum addit Alexander hoc

Alexander.

itidem poſſe oſtendi expoſitione, quemadmodum in prima fecimus figura, puta ſint termini, ſcientia, vitiū, habitus, conſtruaturq; ſyllogiſmus hoc pacto, nullum vitiū ſcientia, aliquis habitus non eſt ſcientia, deinde ea aſſumātur, quibus non ineſt, fortitudo puta & timiditas, quibus acceptis poterimus concludere nullā fortitudinē vitium eſſe, ac ſubinde timiditatē omnem vitium exiſtere. Si vero ambæ ſint affirmatiuæ. termini, habitus, ſcientia, qualitas, deinceps quibus qualitatibus in eſt habitus accipiantur intemperantia atq; grammatica, vnde ſcientia omni inerit grammaticæ, intēperantiæ vero nulli. Sed quæret non ab re quiſpiā, cur hoc in loco haſcē monſtrationes nō attulerit Ariſtote. Reſpondet Alulidus Roſadis

Dubium ſolutio Alul.

Dubium

B hoc ideo factū fuiſſe, qm̄ minor item ad vniuerſaliter negatiuam redit. Sed dicet fortaſſe argutulus quiſpiam: cur itaque ambas iſtas mōſtrationes in prima faciebat figura. Satius igitur dicendum cenſeo hanc ideo hoc in loco fuiſſe amiſſam, quoniā quemadmodū planū eſt expoſitoria ratio eius, ꝙ de omni dicitur, vi ac ratione ſtabilitur. Dictū vero de omni maxime locū obtinet in prima figura: hoc itaq; tanquam ibi conuenienter monſtratum non immerito dimiſit Ariſtoteles. Verū quod nō nulli antiquorum, referente Alexandro, & Herminius aſſerebant exiſtimare complicationē aliquā ob id inutilem eſſe, ꝙ bina concludat contradictoria ſine ratione penitus cenſeo: hoc.n. non ſufficit ad alicuius coniugationis calumniā, namque ſi redarguere volumus complicationē quampiam, non ſolum ea ſumere opus eſt, quæ ſimul eſſe non poſſunt, ſed & omnia tollere, quæ ſyllogiſtice monſtrari poſſunt: particularis autem affirmatiua non deſtruitur niſi nulli abundemus, neque negatiua in parte, niſi omni concludamus, Præterea ſi hoc eſſet verum ſe-

Solutio.

Opinio nō nullorū anti quorū de cō plicatione inutili.

C queretur complicationes aliquas vtiles exiſtentes inutiles eſſe, quod oppido per abſurdū, erat etenim in prima figura coniugatio vtilis ex maiore vniuerſaliter negatiua particulariq; affirmatiua minore negatiuam concludens in parte, & tamen in hac poſſumus nulli & alicui concludere, quæ ſunt contradictoria, nulli ſi dicam, nullus equus homo, aliquod quadrupes equus, nullum quadrupes homo: alicui, ceu ſi dicam, nullus cygnus nix, aliquod albū cygnus, aliquod album nix, conſimiliter & in alijs compluribus idem hoc inuentu facillimū erit. Quamobrem Hermini ratio nulla penitus exiſtit.

Quinta inutilis ex maiori particulari negatiua.

Si uero uniuerſale ad minus eſt extremum, et m x quidem nulli: n uero alicui non ineſt, contingit n & omni et

D *nulli ineſſe x. Termini quod inſit, albū, animal, coruus: quod non inſit, album, lapis, coruus.*



Sexta inutilis ex ambabus affirmatiuis, & maiori in parte.

Si autem prædicatiuæ ſint propoſitiones, termini quod non inſit, album, animal, nix: quòd uero inſit, albū animal, cygnus. Manifeſtū itaque quādo eiuſdē figuræ ſint propoſitiones, & hæc quidem uniuerſaliter, illa uero in parte, quòd nullo modo efficitur ſyllogiſmus. Verum neque ſi alicui utriq; inſit aut non inſit, aut huic quidem, illi uero nō, aut neutri omni, aut indefinite. Termini omniū cōes album, animal, homo: album animal inanimatū. E

Septima inutiliū coniugationū particularium exemplum.



Manifeſtū itaq; ex dictis, quod & ſi ita ſe habeant termini ad ſemnicē, quemadmodū dictum eſt, ex neceßitate ſit ſyllogiſmus & ſi ſyllogiſmus ſit, neceſſe eſt terminos ita ſe habere, pla- F *nū autem quod & omnes qui in hac figura ſyllogiſmi imperfecti ſunt, omnes enim perficiuntur aſſumptis quibuſdam, quæ uel inſunt terminis ex neceßitate, aut ponuntur ut ſuppoſitiones, ut quando per impoßibile monſtremus, & quod non ſit affirmatiuus ſyllogiſmus per hanc figuram, ſed omnes priuatiui, et qui uniuerſaliter & qui ſecundum partem.*

Monſtrat nunc eas eſſe inutiles quæ maiorem habēt particularem, minorem vero vniuerſaliter, & figura conſimiles, quas ideo poſtpoſuit, quoniā ambas ſecūdæ figuræ conditiones demoliuntur, & hæ ſunt inutiles cōplicationes ex altera vniuerſali atq; altera in parte. { Verum neq; ſi vtriq; alicui. } Nunc vnico exēplo eas oēs redarguit, quæ ambas habēt in parte ſexdecim numero exiſtētes. { Neutri omni. } Dixit pro eo ꝙ eſt vtriq; alicui nō. { Manifeſtū itaq;. } Subaudiendum inquit Alexander in ſecunda figura. { Inſunt terminis. } Vt cōuerſiones. { Ponuntur. } Vt ſuppoſitiones.

Epilogus.

Atq; ita totā ſecundā figurā explicuimus addita primū rōne, cur alterū a prima locū ſibi vendicauerit, ac deinde G expoſitis & firmatis huiuſce figuræ conditionibus, enarrato inſuper coniugationū numero atq; ordine, mox & rationes attulimus medij atq; extremitatū. Refutata inibi cōmentatione Hermini philoſophi, ſubinde & ad incōmodū deductionē explicuimus addito modo, quo ex ambabus affirmatiuis vtilē poſsimus cōplicationē erigere. Poſtea rationē attulimus, propter quam philoſophus numerū ſubſtantiā nuncupauerit, oppoſita cauſa ob quā quartus figuræ iſtius modus conuerſione monſtrari non poſsit, ſoluta ibidē perpulchra dubitatione, q̄ huius monſtrationē inceſſabat, allatis deinde coniugationibus quæ maiore in parte exiſtēte neceſſario concluſionē inferunt. Deinceps & ratio aſsignata eſt cur negatiua in parte indefinite nomē ſubierit, ſoluta ambiguitate cur quēadmodū in prima expoſitoriam monſtrationē non attulerit. Demū Hermini atq; antiquorū opinionē diſsipauimus, qui duorum contradictoriorū concluſione inutilem fore complicationē monſtrari poſſe credebant. Cæterum his H omnibus explicitis atq; enumeratis, conſentaneum deinceps eſt, vt ad tertiæ nos conferamus enarrationem &c.

Tertia figura.

SIN autem eidem, hoc omni, illud uero nulli inſit, aut ambo omni aut nulli, Figuram talem uoco tertiam. Sed medium in ipſa dico, de quo ambo prædicamus: extrema uero quæ prædicantur, maius quod a medio longius: minus autem quod proximius. Ponitur uero medium extra quidem extrema poſitione autem ultimum. Perfectus itaque neque in hac figura ſyllogiſmus efficitur, poterit autem cum & uniuerſaliter & non uniuerſaliter termini ad medium extiterint.

I NON IMMERITO vltimus tertiæ figuræ locus aſſcriptus eſt:namq; & medij poſitio hac in figura viliſsimũ obtinet locũ,cum vtriq; ſubijciatur extremo, & concluſio nulla concluditur vniuerſalis, & viliſsimæ arti deſeruiũt formulæ iſtæ,cũ decipulorũ ars harũ cõplicationibus abutatur.adde q; non dignitate ſolũ, ſed & tẽpore nouiſsima eſt,quẽadmodũ.n.& ſupra relatũ eſt, ſecunda ac tertia figuræ a prima propoſitionũ conuerſione deriuãtur,maioris ſecunda,minoris vero tertia. Quaſ obres non iniuria ad vltimũ reiecta eſt locum. Cæterũ, quod nonnulli autumãt,cõditiones ac leges figuræ iſtius binæ ſunt,minorẽ inquã oportere affirmatiuã eſſe,& cõcluſionẽ particularẽ.Quod tamen perperã dictum aſſeruerim tũ maximorum virorum authoritati innixus, tum vero & rationi:nãq; complicationum leges,vt vel cuiq; planũ eſſe poteſt,nullo pacto ad concluſionem referuntur:non enim ſuperius enunciauimus primæ figuræ legem eſſe,vt quatuor concludat problemata.Cæterum

Qua de cauſa tertiæ figuræ vltimus aſsignatus ſit locus

K de his tantum mentio facta eſt,quæ propoſitiones corrigebant,qua de re dicemus nos cum Alexandro atq; Philopono figuræ iſtius vnicam eſſe legem, minorẽ ſcilicet affirmatiuam eſſe oportere, quod ob multas ac diuerſas cauſas fieri debere conſentaneũ eſt.Si etenim minor eſſet negatiua,quemadmodum & Diuus refert Albertus, nec affirmatiue neq; negatiue poſſet aliquando concludi fieri namq; poſſet,vt extrema a ſeinuicem eſſent diſperata, quare affirmatiuũ concludi minime liceret, poſſent item & ſubalterna ſibijnuicẽ eſſe,atque ita negatiuum concludi nullo modo poterit,quod exemplis quoque ſatis cõprobatur,ſi terminos præſumpſerimus,homo,lapis animal:hic etenim affirmatiuã concludere nullo pacto valemus,ſumantur altrinſecus alij,homo,equus,animal: nãque his ſuppoſitis,affirmatiua tantũ concludetur. Aliter & melius:minorẽ opus eſt affirmatiuã eſſe, quoniam cũ prima figura binis legibus ſtabiliatur, & q; maior vniuerſalis ſit,& quod minor affirmatiua, quæ a maiore deſcendit figura ſecunda,maioris legem obſeruauit, quare

L operæpretium etiã eſt tertiam, quæ a minore deducitur, eiuſdem lege muniri. Sola itaq; lex iſta vtiles complicationes hac in figura perficit, quamobrẽ & plures ratiocinationum modi in tertia ſunt quã in quauis alia,vbi nãque differentiarum numerus maior ſubiecta pauciora exiſtunt, puta animal paucioribus differentijs contrahitur q̃; homo,& ideo animalis ſubiecta plura ſunt,quam hominis ſuppoſita, differentiarũ namque additamentũ res ipſas minuit.Quæ cũ ita ſint:merito hac in figura cõplicationes ſex cõpertæ ſunt, cũ in alijs quatuor tantum exiſtant:quatuor inquã naturali & non artificioſo diſcurſu concluſionẽ colligentes.{ Sin autem.} Dixit: non tantum vtiles innuens cõplicationes,ſed & inutiles, quãdo quidẽ poteſt & vanis caſsiſque coniugationibus figura ipſa obſeruari.{ Sed mediũ. } eſt inquit Alexander. hæc quaſi ratio tertiæ figuræ : nã tertia figura eſt in qua medius terminus bis ſubijcitur.{ Maius.} aſſcripſit Ariſtoteles primũ locũ maiori extremitati, quandoquidẽ ſecundũ prædicandi rationẽ potiorẽ retinet dignitatẽ:namque & in propoſitionibus & in concluſione prædicatur,ſecũdã deinceps ſedẽ minor ſortita eſt extremitas, quæ quanquã in concluſione & quæſito ſubijcitur, in propoſitionibus tamen prædicatur: extremus medio datus eſt locus,quoniã ſubijcitur ſemper prædicatur nunquã. Atq; ita naturalem ſecutus ordinẽ hunc in modum terminos iſtos diſpoſuit Ariſtoteles,p.r.s. Secius Alulidus Roſadis, ille enim,non naturæ,ſed diſciplinæ ordinẽ ſecutus, quæ nobis notiora exiſtunt,præpoſuit, mediũ primo, minorẽ deinceps,ac maiorẽ vltimo,nãque ait ad verbum, & erit ipſorum ordo in ſermone,vt principium ſumamus a termino medio, poſtea ab ipſo ſequatur minor, deinde ab ipſa maior. Hic enim per hoc quod eſt eſſe in toto terminos ita diſpoſuit,ille vero ex dicto de omni ordinis rationẽ aucupatus eſt.Ponemus itaq; Ariſtotelem ſecuti primo maiorẽ:nã quẽadmodũ in ſecunda figura maiore conuerſa medius terminus,qui ſequebaẽ, maius anteceſsit extremũ,ita & in tertia minoris cõuerſione poſt minorẽ extremitatem medius terminus ponebatur, ex quo rationem venari poſſumus,cur maior longius, minor vero medio proximior ſit. { Non vniuerſaliter. } Non ideo dictũ eſt,q; neutra propoſitionum vniuerſaliter ſumpta vtilis fiat complicatio,ſed ſenſus eſt, q; ſiue ambæ ſint vniuerſales,ſiue non ambæ, ſed altera tantũ, vtilis omnino coniugatio efficitur.

Vbi numerus differentiarum maior ibi pauciora ſubiecta ſunt.

Not. q; aliter Ariſt. terminos ſeriꝫ æ figuræ, aliter Auer. ordinauit.

Quare in hac tertia figura maior longius minor vero a medio proximus ſit

N

Vniuerſaliter igitur terminis exiſtentibus, cum p & r omni inſit s: erit ſyllogiſmus,quod alicui eorum,quæ ſunt r, p inerit ex neceſsitate. Quoniam enim conuertitur prædicatiuum, inerit s alicui eorum, quæ ſunt r: quamobrem quoniam p omni s: s uero alicui r:neceſſe eſt p:alicui r ineſſe:per primam namque figuram ſyllogiſmus efficitur.

O

Prima darapti vtilis cõiugatio, q; minoris cõuerſione in parte,reducitur ad tertiũ primæ.

Vtitur elementis.p.r.s:p. maiorẽ notat extremitaẽ.r. minorẽ.s.vero mediũ,q; ſi cui mirũ videatur Ariſtotelẽ ita disiunctis & ſine ordine elementis vti, ſcire poterit hæc apud græcos ſeinuicẽ conſequi,quemadmodũ & in ſecũda figura.m.n.x.nos aũt latini aliũ ordinandorũ elementorũ in alphabeto modũ fecimus.Poteramus introductione conſequenter hæc facere, in ſecunda. m.n.o.in tertia.p.q.r.Cæterũ quod ſupra ẽt declaratũ eſt Ariſtotelis ingeniũ deturpabaẽ. Sed vt ad propoſitũ redeamus,

P explicat nunc Philoſophus vtiles cõplicationes ex ambabus vniuerſalibus,metho.n.quæ vniuerſalia ſunt particularia antecedunt:atq; ait,q; ſi ambæ in tertia vniuerſales extiterint affirmatiuæ,cõcluſio cõcludetur affirmatiua in parte,quẽadmodũ ſi dixerim,omne.s.p. omne. s.r. aliquod igiẽ.r.p.monſtrat autẽ hanc Ariſt.trifariã per minoris conuerſionẽ,ad incõmodũ deductione, ac demum exponendo. Sed in ipſo ſtatim veſtibulo accidit dubitatio.Cur cũ minore conuerſa, vt ſupra ẽt diximus,ſyllogiſmi iſti a prima deducantur:minorq; cũ ſit affirmatiua ſemper in particularẽ vertatur,non ſemper tertiæ figuræ minor particularis ſit. Ad hoc reſpõdẽt nonnulli dicentes ſyllogiſmos iſtos a particularibus primæ deriuari, & qm̃ particularis propoſitio aliquãdo particularẽ conuerteret:nonnunquã vniuerſalẽ, ideo minor & vniuerſaliter & in parte in tertia figura aſſumi poterit. Nos autem ſecius & fortaſſe melius:nãque quẽadmodum & ſupra abunde diximus particularis aliqñ natura in parte eſt,aliquando poſitione, hæc ſyllogiſmos facit ex ambabus vniuerſalibus,illa ex altera tm̃, ſi namq; minor poſitione fuerit in parte nil refert,ſeu particularẽ ſiue vniuerſalẽ poſueris. Sed cur dicet quiſpiã cum vniuerſalis potior multo ſit,q̃ particularis,& hæc cũ vniuerſali in cõcluſionẽ poſsit particularẽ, ambæ vniuerſales nil plus concludant q̃; particularẽ: aut abſurdũ ſequitur, fieri videlicet his in cõplicationibus non cauſam vt cauſam. Reſponſum velim, binas vniuerſales plus poſſe non quantũ ad inferendũ concluſionẽ,ſed quantũ ad inferendi euidentiã: euidentius nãq; ac dilucidius ex ambabus vniuerſalibus concluſio colligitur in parte,q̃ ex altera vniuerſali atque

Dubitatio

Sol. quorũdam.

Q

Solutio melior

Alia dubi.

alꝫra

A altera in parte. {Quoniã enim conuertitur.} Monſtrat minore conuerſa vtilem eſſe cõplicationẽ iſtã, ſi.n.cũ dicebamus, omne.s.r.cõuerſim proferamus aliquod.r.s.prima conſtituetur figura. Sed inquit Alexander ꝙ & maiore ac concluſione verſa poterat modus iſte ad primã reuocari figurã, puta ſi dicamus aliquod.p.s.omne.s.r. aliquod.p.r.deinceps, & aliquod r.p. nã particularis affirmatiua in ſeipſam conuertebatur, verum inquit, quoniã monſtratio hæc longior intricatiorꝗ; eſt: ideo ab hac ſuperſedere operæpretiũ fuit. Sed quæret legitime quiſpiã cur in ſecunda figura ex ambarũ cõuerſione, maioris inquam minoriſꝗ;, binæ fiebant cõiugationes, in hac quoque non ita factitatũ fuerit. Reſpondet Alexãder hoc ideo extitiſſe, quoniã in ſecunda figura diſsimilibus exiſtentibus propoſitionibus neceſſarium fuit alterã determinate conuerti, hic autem cũ ambæ figura ſimiles ſint, poſſumus vtralibet. Adde & ꝙ coniugationes variantur nõ iuxta diſsimiles mõſtrãdi modos, ſed penes cõplicatio
B nũ drias: cuius argumẽto eſſe poteſt, ꝙ idẽ ratiocinũ modus & cõuerſione, & ad incõmodũ ductione, & exponendo monſtratur, nec ob id tñ plures eſſe dicuntur.

Dubitatio

Solutio Alexan.

Poſſumus aũt & per impoßibile & exponẽdo demõſtrationẽ facere. Si ambo.n.omni inſunt.s.ſi quid eorum, quæ ſunt.s.acipiatur, ut.n.huic & .p.& r.inerunt: quare alicui.r.inerit.p.

Eiuſdẽ oſtẽſio per impoßibile, & expoſitiõe.



C

N. Socrates.

Omiſit monſtrationẽ iſtã tãquã ex his, quæ in ſecunda figura dicta ſunt, aliquantulũ notã, nos aũt eam faciamus, ſit coniugatio prima, omne.s.p. omne.s.r: dico ꝙ ſequitur, aliquod.r.p.quod ſi negas, ſequatur itaꝗ; contradictoriũ, nullũ.r.p.Cui addita minore, omne.s.r. concludo in prima figura, nullũ.s.p. quod maiorem prioris demolitur ſyllogiſmi, poſſumus & in ſecunda hoc facere, ſed melius & euidentius in prima. {Et exponendo.} Apponit tertiã monſtrationẽ, quã vocat expoſitionem, quãꝗ; & deſcribit & arguit, qualẽ fieri oporteat, & ex
D hoc inquit Philoponus cui planũ eſſe poteſt, expoſitoriũ oſtendendi modũ, multũ a conuerſione differre, cũ etenim ſupra cõplicationẽ iſtã conuerſione mõſtraſſet, addidit nunc & expoſitionẽ. {Si ambo enim.} Qm̃ inquit, p.& r.inſunt omni.s: ſi pro.s.accipiamus aliquid eorum, quæ ſub.s, huic inerit et p.& r. ſi quidẽ & omni.s. Ita mõſtrabit & .p.alicui.r.ineſſe, & capit partẽ.n. hoc enim ſic ſe habẽte, & .p.inquit, alicui.r.inerit. Sed vr̃, ait Alexander, hunc in modũ nil amplius ad monſtrandũ propoſitũ factũ eſſe, qui enim differt quo ad ratiocinũ modũ accipere.p.& .r.ineſſe omni.s.vel eadẽ ineſſe omni.n eadem enim penitus efficitur cõiugatio. Reſpondet idẽ nõ eſſe hanc monſtrationẽ quam facit, ſed oſtẽdi hoc ſenſibili argumento, nãꝗ; expoſitionis modus ſenſu fit, quẽadmodũ ſi ſub homine capiamus ſenſibilẽ quẽpiã, puta Socratẽ. Cuius ſignũ, quia niſi ita acciperetur non valeret monſtratio. Signũ præterea, ꝙ acceperit.n.pro ſubiecto, nõ aũt.s.vnde cõuertitur.r.s.non aũt.r.n. Propria eſt aũt monſtratio ex ſenſibilis figuræ tertiæ, oportet.n.expoſi-

Dubium Alex.

Reſponſio eiuſdem.

tionẽ mediũ ac ſubiecti fieri. Termini iſtius cõplicationis B ſunt, genus, ſpecies, & vtriſꝗ; communius, genus maior extremitas, ſpecies mediũ, quod cõmunius, minor, puta animal, ſubſtantia, homo. Ex hoc & poriſma aliud cõtra non nullorũ opinionẽ cõcludere poſſumus, vniuerſalem inquã affirmatiuã ſecundũ ſui rationẽ conuerti, non autẽ per accidens, & quia particularis conuertatur.

Et ſi r omni s: ipſum uero p nullis inſit: erit ſyllogiſmus quod p alicui eorum quæ ſunt r non inerit ex neceßitate, erit enim idẽ modus demonſtrationis conuerſa.r. s. propoſitione. Monſtrari uero poſſet & per impoßibile: quemadmodum in priori.

F

Felapton Secũda vtilis cõiugatio quæ minoris cõuerſione, ad ſ̃r.tã primæ reducitur

Si uero r nulli s: p uero omni inſit s: non erit ſyllogiſmus. termini quod inſit, animal, equus, homo, quod non inſit animal, inanimatum, homo.



G

Prima Inutilis ex maiori vniuerſali affirmatiua minor, vniuerſali negatiua.

Neque quando ambo de nullo.s. dicantur erit ſyllogiſmus. termini quod inſit, animal, equus, inanimatũ: quod non inſit, homo, equus, inanimatum. Manifeſtũ itaque & in hac figura quãdo erit, & quando non erit ſyllogiſmus cum termini uniuerſaliter fuerint: quando enim ambo termini prædicatiui poſiti ſint, erit ſyllogiſmus, quod alicui inerit extremum extremo, quãdo aũt priuatiui, non erit, quando autẽ hic prædicatiuus ſit, ille uero affirmatiuus: ſi maior quidem factus fuerit priuatiuus, alter autem affirmatiuus, erit ſyllogiſmus quod alicui non inerit extremum extremo, ſi econuerſo non erit. H



Secũda inutilis cõiugatio ex ambabus vniuerſalibus negatiuis.

Secundã explicat vtilẽ cõplicationẽ ex ambabus vniuerſalibus, & ait ꝙ ſi maior vniuerſalis extiterit negatiua cũ minore vniuerſaliter affirmatiua, concludet negatiua in parte, puta nullum, s, p, omne, s, r, aliquod igitur,

I r,nõ eſt,p,ſi namq; minor conuertatur ad quartũ primæ reuocabitur.{ Monſtrari aũt poſset. } Puta ſi nõ ſequiẽ aliquod r,non eẽ,p,ſupponatur ſuũ cõtradictoriũ, omne,r,p.Cui addita minore,omne,s,r,concluditur,omne, s,p,quod eſt maioris contrariũ. Sed quæritur qua de cauſa de expoſitione nullã fecerit mentionẽ. Aiunt quidam hoc ideo fuiſse, quoniã ex ſuperioribus palã facta eſt,& propterea breuitatis ſtudio hic omiſsa fuit,verum conſimiliter dicet alius non fuiſse mentionẽ faciendã de ad incõmodum deductione,cum ſupra ſatis fuerit elucidata. Melius nonnulli negant non fuiſse hoc in loco expoſitionis mentionẽ factam,cum enim dixit quemadmodũ in priori expoſitionẽ ſignari volunt. Sed & aliĵ ſucutus multo, inquiunt de expoſitione nihil cõmeminiſſe Ariſtotelẽ,propterea ꝙ ſatis fuerat in prima declarata figura,& quoniã minore conuerſa ad primã reducebatur figurã,quod etiam conſequens erat,expoſitionis mõſtratione ſtabiliebatur.Melius ſi diceremus in negatiuis nõ ita expoſitionẽ locum habere,quemadmodũ in affirmatiuis,quod ex his,quæ in ſecunda dicta ſunt figura ſatis patet.

Dubium ſolutio.

Alia ſolutio

Alia ſolutio & melior.

K Oportet autẽ in hac coniugatione terminos capere,qui ſupra in quarto primæ ſunt aſſumpti, contra diuiſæ ſpecies,atq; vtriq; commune aliquid, & hoc facere minorem extremitatem,ex contradiuiſis vero ſpeciebus alteram maius extremũ,alteram medium terminũ,puta, equus,animal homo. { Si vero,r,nulli,s. } Inutiles ponit ex ambabus vniuerſalibus atque eam prius quæ maiorẽ habet affirmatiuã,minorem autẽ negatiuam,namq; inutilis eſt complicatio iſta ob eandẽ cauſam, quæ & ſupra in prima figura relata fuit,& quoniã tertiæ figuræ legem abrogat,oportere inquã minorẽ affirmatiuã eſſe. { Neq; quando. } Secundã hanc poſuit, quoniã magis ſyllogiſtica ratione ſecedit,namq; non vnã tantum ſed binas demolitur leges,communẽ alterã,propriam alteram.Communis nãq; omniũ figurarum lex eſt non poſſe ambas negatiuas.Propria vero tertiæ figuræ,non debere minorẽ eſſe negatiuam. { Manifeſtũ itaq;. } Breuis dictorũ cõcluſio,græci συμπέρασμα vocant,in qua reuocat in memoriam,quæ vtiles, quæue inutiles ſint ex ambabus vniuerſaliter.

L *Sed ſi hic quidem uniuerſaliter ſit,ille autem in parte, terminis utriſque prædicatiuis exiſtentibus, neceſſe eſt fieri ſyllogiſmum.Si uterlibet terminorum uniuerſaliter ſit. Si enim.r.omni ineſt s:ipſum uero p alicui, neceſſe eſt.p. alicui eorum, quæ ſunt r ineſſe. Quoniam enim conuertitur affirmatiua, inerit. s. alicui eorum,quæ ſunt.p.Quare quoniam.r. quidem omni.s: s.uero alicui eorum,quæ ſunt p:& r alicui p inerit,quare & p alicui. r.*

M

Diſamis Tertia vtilis cõiugatio quæ maioris & cõcluſionis cõuerſione ad tertiũ primæ reducitũ.

Quid vniuerſales & particulares cõplicationes intelligendã ſit.

Poſteaquam de vniuerſalibus abunde hucuſq; complicationibus diſputauit:ſupereſt vt particulares quoque in mediũ afferat,vniuerſales voco non quæ concluſionẽ colligunt vniuerſalẽ, cum ſicuti planum eſt nulla hac in figura concluſio vniuerſaliter ſit,ſed eas,quæ ambas propoſitiones præmittunt vniuerſaliter, particulareſq; itidẽ non a particulari cõcluſione denomino,ſed ab altera propoſitione vel & vtriſq; in parte. Primum itaq; eam exponit, quæ maiorẽ habet in parte, minorẽ autẽ vniuerſaliter affirmatiuã,monſtratq; hanc ſyllogiſticã eſſe maioris conuerſione,inſit enim inquit.r,omni, s, ipſum vero, p,alicui·hoc eſt ſi talẽ faciamus coniugationẽ,aliquod,s, p,omne,s,r,dico ꝙ ſequitur,aliquod,r,p.Namq; maior quæ affirmatiua eſt in parte in ſeipſam conuertitur, aliquod,p,s. Cui ſi minorẽ addiderimus, ſequetur in prima figura aliquod,p,r,qua conuerſa redibit quæſitum cõcludendum,aliquod,r,p. Sed quæſitu dignũ cur ita Philoſophus modo huic tertium aſſcripſerit locũ, cũ alioquin duplicis indigeat conuerſionis & ad maiorẽ & ad concluſionẽ ipſam:ſequens vero ad maiorẽ tantũ conuertatur:nãq; eadẽ ratio quæ ſecundæ figuræ formulas diſpoſuit,hic ẽt obſeruãda fuit. Motus hac ratione Theophraſtus referente Philopono & eũ ſecutus Alexander,& his authoribus Albumazar Alpharabius capite libri de ſyllogiſmo ſextodecimo,hunc in modũ particulares tertiæ figuræ ſyllogiſmos diſpoſuere,primũ illi locũ aſcribentes, qui maiorẽ habet vniuerſaliter minorẽ vero in parte affirmatiuas,cũ vnius tantũ indigeat conuerſionis,ſecundum autẽ ei,qui econuerſo maiorẽ in parte, minorẽ vero vniuerſaliter retinet affirmatiuas,ꝙ binas habeat conuerſiones dũ ad primã reuocatur figurã. Deinceps negatiuos deſcripſere ita vt his præcederet,qui maiorẽ habeat negatiuã vniuerſaliter,minorẽ autẽ in parte affirmatiuã, ſubſequatur ille,qui maiorẽ negatiuã retineat in parte,minorẽ vero vniuerſaliter affirmatiuã,cũ ille per ſolã minoris conuerſionẽ ad primã reducatur figurã, hic aũt conuerſione reduci nõ poſsit,ſed ad incõmodũ deductione mõſtretur:atq; hæc ad ſecundæ figuræ exẽplũ atq; ordinem facta fuere. Cæterũ multo mihi antiquius eſſe videtur, ſi quẽ propoſuit Ariſto.ordinẽ obſeruabimus conſentiente ẽt Philopono,qui inquit quoniã in tertia figura minor propoſitio digniorẽ obtinet locũ cum legibus muniatur maior ex lex penitus ſit:ideo penes minoris dignitatem fuiſſe in modis his ordinandis Philoſophũ diſpoſitionem aucupatum,vbi itaq; minor vniuerſaliter extiterit affirmatiua præcedit ea, ſubſequetur deinceps altera, ſiue ambas habuerint affirmatiuas ſiue alterã tantum.Sed de his hactenus. Termini vero ad cõplicationẽ iſtã ſunt ſpecies, genus,atque vtriſq; cõmunius,ſpecies maior fiet,genus medius,& cõmunius minor hunc in modũ, aliquod animal homo,oẽ animal ſubſtãtia aliqua ſubſtãtia homo. N

O

Ordo particularũ ſyllogiſmorũ tertiæ figuræ.

P

Alius ordo & melior.

Rurſus ſi r quidem alicui s,p uero omni ineſt:neceſſe eſt, p, alicui,r,ineſſe.Idem enim modus erit demonſtrationis.



Q

Datiſi Quarta cõiugatio vtilis,q̃ minoris conuerſione ad tertium primæ reducitur.

A *Eſt aut em demonſtrare & per impoßibile & expoſitio, quemadmodum in prioribus.*

Oſtenſio eiuſdē modi per impoſsibile.



B

Quartus iſte modus eſt huius figuræ ſyllogiſticus, in quo econuerſo fuere propoſitiones diſpoſitæ, namq; maior vniuerſaliter eſt affirmatiua, minor vero in parte itidem affirmatiua, opus eſt autem ſola minoris conuerſione, vt ad primam reducatur, quamobrem voluit Alexā. tertium huic locum aſcribi. Termini ad hanc coniugationem ſunt genus pro maiori extremo, ſpecies pro medio, & ipſis quippiam particularius quidem exiſtens, de aliȷs tamen etiam prædicatum, quod minoris extremi vicem ſuſtineat, puta, omnis homo animal, aliquis homo album, aliquod album animal. { Eſt autem demonſtrare. } poſſumus inquit vtraſque præmiſſas complicationes per impoſsibile monſtrare, ſit primo ſyllogiſmus, aliquod, s, p, omne, s, r, dico ꝙ ſequitur aliquod, r, p: qđ ſi non, ſequetur itaque contradictorium, nullum, r, p, cui

C ſi minorem applicuero, concludam nullum, s, quod maiorem penitus tollit. Conſimiliter monſtrabitur & altera, omne, s, p, aliquod, s, r, aliquod, r, p, ſi hoc eſt falſum, verum itaque erit, nullum, r, p, quod minore appoſita concludit aliquod, s, non eſt, p, cuius contradictorium ſuppoſueramus in maiore. { Et expoſitione. } quemadmodum ſi quippiam ſub ipſo, s, acceperimus, cui vniuerſaliter, inſit, aut, p, aut, r, tunc ſenſibili monſtratione concludemus, aliquod, r, eſſe, p, ſicuti, & ſupra plerunque fecimus.

Sed ſi hic quidem ſit prædicatiuus, ille uero priuatiuus: uniuerſaliter autem prædicatiuus, quando minor quidem ſit prædicatiuus, erit ſyllogiſmus. Si enim. r. omni. s, ipſum uero. p. alicui non ineſt, neceſſe eſt. p. alicui. r. non ineſſe. Si enim omni & . r. omni. s. & . p. omnis. s. inerit: ſed non inerat monſtratur autem & ſine deductione, ſi acceptum fuerit aliquid eorum, quæ ſunt. s. cui. p. non ineſt.

D

Brocardo, ſa veitis cō iugatio, quę deductione ad ipſe ad primum, i. reducit.



Quando autem maior quidem ſit prædicatiuus, minor uero particularis priuatiuus, non erit ſyllogiſmus, ut ſi. p quidem omni ineſt. s. r. autem alicui. s. non ineſt. Termini quòd omni ineſt, animatum, homo, animal: nulli non eſt accipere terminos ſi alicui quidem ineſt. s. ipſum. r. alicui autem non: ſi enim nulli. r. ineſt. p. ipſum uero: r. alicui. s. & . p. alicui. s. non inerit: ſuppoſitum autem eſt omni in eſſe. Si enim omni. s. ineſt. p. r. uero alicui. s. & . p. alicui. r. ineſt: ſuppoſitum autem fuerat nulli ineſſe: ſed quemadmodum in prioribus accipiendum eſt, cū etenim indefinitum ſit alicui non ineſſe, & quòd nulli ineſt uerum eſt dicere alicui non ineſſe: cum uero nulli inſit, non eſt ſyllogiſmus: manifeſtum igitur quod non erit ſyllogiſmus. B

Inutilis cō iugatio ex maiori vniuerſali affirmatiua minori particulari negatiua.



F

Iam ſe ad eas confert, quæ figura diſsimiles propoſitiones retinent primo eam explicans, quæ maiorem habet negatiuam in parte, minorem vero vniuerſaliter affirmatiuam, huius autem monſtratio non amplius fieri conuerſione poteſt, namq; particularis negatiua non cōuertitur, minor vero ſi conuertetur, in parte conuertetur, quo fit, vt ambæ reddantur particulares, ex quibus proculdubio nihil in quacunq; figura ſyllogiſtice colligitur monſtratur itaque, & ad incommodum deductione & ſenſibili expoſitione, per impoſsibile hunc in modum, aliquod, s, non eſt, p, omne, s, r, aliquod, r, non eſt, p, ſi non ſequitur, ſit ergo, omne, r, p, cui ſi minorem addo ſequetur, omne, s, p, quod maiorem demolitur propoſitionem. Sed expoſitione oſtenditur, puta ſi quippiam ſenſibile ſub ipſo, s, acceperimus, quemadmodum & ſupra G factum fuit. Verum inquit Alexan. non ſolum hoc fit, ſi ſingulare aliquid ſumpſerimus, ſed & ſi tale, de quo nullo prædicetur, p, puta aliquid minus vniuerſale, s, ipſo, a quo negetur, p, vniuerſaliter, hoc etenim mediȷ locū ſubeunte ad ſecundam figuræ iſtius complicationē remeat ſicuti & Albumazar Alpharabius voluit coniugationē iſtam monſtrari. { Quando autem maior, } Econuerſo nunc ordinat propoſitiones, maiorem vniuerſaliter affirmatiuam, minorem vero negatiuam in parte, quibus ita poſitis inutilis ſimpliciter erigitur complicatio, lex enim figuræ iſtius abrogatur, cum minor ſit negatiua. Sed Philoſophus terminis modum iſtum refutat, namq; & omni & nulli ſequitur, omni ſi dicam, omne animal animatum, aliquod animal non eſt homo, omnis homo animatum, nulli vero monſtrare minime poterimus, ſi minorem natura particularem acceperimus, namque ſi H nullum, r, p, concludi dicamus, & minor fuerat aliquod s, non eſſe, r, ita ꝙ & aliquod, s, r, eſſet, ponamus itaque aliquod, s, r, cum præcedente, nimirum concludemus, aliquod, s, non eſſe, p, cuius contradictorium maior aſſerebat. Rurſus faciamus rectum ſyllogiſmum, omne, s, p, aliquod, s, r, namque & hæc vera erit, ſi minor particularis extiterit per naturam, ergo aliquod, r, p, ſed nulli dicebamus poſſe concludi: falſum itaque hoc eſt, vnde et ipſe inquit, ſuppoſitum autem fuerat, non hoc dicens, ꝙ in propoſitionibus eſſet, nullum, r, p. hoc enim volebamus monſtrare non poſſe concludi, ſed ꝙ ſi quis ſuppoſuerit ſupponet impoſsibile. { Sed quemadmodum in prioribus. } Id eſt debemus minorem particularem accipere poſitione quæ vniuerſalem reddat, atque ita nulli concludere, puta omne animal animatum, aliquod animal non eſt lapis, nullus lapis animatum.

I *Sed priuatiuus terminorum uniuerſaliter ſit, qui autem in parte prædicatiuus, cum maior ſit priuatiuus, minor uero prædicatiuus erit ſyllogiſmus. ſi enim p nulli s, r autem alicui ineſt s, p r alicui non inerit. Rurſus enim erit prima figura, r s, propoſitione conuerſa.*

Periſon. 6. vtilis cõiugatio quæ minoris cõuerſiõe ad 4. primæ reducitur.

K

Sed quando minor ſit priuatiuus, non erit ſyllogiſmus. Termini quod inſit, animal, homo, ſylueſtre, quod non inſit, animal, ſcientia, ſylueſtre, medium amborum ſylueſtre.

Inutilis cõiugatio ex maiori particulari affirmatiua, & minori vniuerſali negatiua.



L *Neque quando utrique priuatiui poſiti fuerit, ſit autem hic quidem uniuerſaliter, ille uero in parte. Termini quod inſit cum minor ſit uniuerſaliter ad medium, animal, homo, ſylueſtre, quod non inſit, animal, ſcientia, ſylueſtre.*

Inutilis cõiugatio ex maiori particulari negatiua, & minori vñi negatiua.



Sed quando maior uniuerſaliter, minor uero in parte, quod non inſit, coruus, nix album, quod autem inſit non eſt capere ſi, r, alicui quidem ineſt, s, alicui uero non ineſt. ſi enim, p, omni, r, s, autem alicui, s, & p, alicui, s, inerit: ſed fuerat ſuppoſitũ nulli, cæterum ex indefinito monſtrandum.

M

Inutilis cõiugatio, ex maiori vñi negatiua, et minori particulari negatiua.



Neque quando uterque alicui medio inſit, aut hic quidem alicui, ille uero non omni, aut indefinitè, non erit ſyllogiſmus. Termini omnium communes, animal, homo, album, animal, inanimatum, album.



N

Inutiliũ cõiugationum commune exemplum.

Manifeſtum itaque & in hac figura, quando erit: & quando non erit ſyllogiſmus: & quod ita ſe habentibus terminis quẽ admodum dictum eſt, fit ex neceßitate ſyllogiſmus: & ſi exiſtat ſyllogiſmus, neceſſe eſt terminos ita ſe habere. Manifeſtum & quod omnes imperfecti & qui hac in figura ſyllogiſmi ſunt, perficiuntur namque omnes aſſumptis quibuſdam: & quòd uniuerſaliter ratiocinari per hanc figuram non licet, neque priuatiuũ, neque affirmatiuum.

O

Sextus iſte modus ſyllogiſticus eſt huiuſce figuræ ſecundum Ariſtotelicum ordinem ſecundum vero Theophraſtum & aſeclas, quintus cenſebitur, monſtratur autem minore conuerſa, namq; ad quartum figuræ primæ ſtatim reuocatur, quo fit vt complicationes particulares vtiles hac in figura quatuor exiſtant, q̃ ſi particularis loco indefinitam poſuerimus, octo nimirum efficientur, quemadmodum animo aduertenti liquidum erit. { Sed quando minor ſit priuatiuus. } Ex maiore affirmatiua in parte, minore vero negatiua vniuerſaliter nihil ſyllogiſtice colligitur, quandoquidem & omni & nulli ſequitur omni ſi dicam, aliquod ſylueſtre animal, puta fera, nullum ſylueſtre homo, omnis homo animal, vbi p ſylueſtre non fera ſolum animalia intelligenda ſunt, referente Philopono, ſed plantæ, quemadmodum apud græcorum poetas ſæpenumero in vſu eſt, φυγεῖ δὲ ἀλ εκ ἐᾶς, nulli ſequetur, aliquod ſylueſtre animal, nullum ſylueſtre ſcientia, nulla ſcientia animal. Conſimilis mõſtratio fiet, ſi ambæ propoſitiones extiterint negatiuæ, non ſolum neceſſitatis lex figuræ deſtruitur, ſed & communis figurarum omnium conditio abrogatur. { Sed quando maior. } Quando inquit maior vniuerſaliter, extiterit negatiua, minorque itidem negatiua in parte nihil ſyllogiſticæ colligitur, namque & omni & nulli ſequetur, ſi particularis poſitione fuerit, ſi vero natura extiterit non poterimus omni capere ea de cauſa, quæ ſuperius plerunque recitata eſt, quare ex minoris indeterminatione mõſtratio facienda eſt. { Neque quando vterque } Reliquas omnes connumerat inutiles, quæ aut ex ambabus conſtant in parte, aut ex indefinitis ambabus, aut ex altera particulari, indefinitis ambabus, aut ex altera particulari, indefinita vero altera. { Manifeſtum itaque. } Concludit breuibus ea, quæ de hac figura ſuperius allata ſunt. { Et q̃ ita ſe habentibus. } Subaudiendum iterũ inquit Alexander in hac figura, quod enim primo dicitur verũ eſt ſimpliciter, quod terminis ita ſe habentibus erit ſyllogiſmus, quod autem ſequitur, q̃ ſi eſt ſyllogiſmus neceſſe eſt terminos ita ſe habere, non eſt ſimpliciter verũ, ſed in hac, tñ figura. { Et q̃ vniuerſaliter. } Quaſi cauſam reddit cur hæc figura vltimum locum obtinuerit. Sed quæret non immerito quiſpiam, quænam ſit cauſa qđ hac in figura tantum particularis concludatur, curque nulla reperiatur, quæ tantum vniuerſaliter colligat. Rñdet Diuus Albertus medij ad extrema habitudinẽ in cauſa eſſe vbi namque habitudo iſthæc ſit ceu partis habitudo, tunc medium inira extrema neque conuenientiã neq; diſſidium ponit niſi ſecundum, partem, vbi vero talis habitudo ſit veluti totius habitudo vel totius ac partis ſimul, tunc poteſt & vniuerſalem & particularem conuenientiam diſſidiumq; cauſare, quemadmodum in prima ac ſecunda, namq; in prima ex vniuerſali conuenientia concilioq; vniuerſalis colligitur affirmatiua, ex differentia, vniuerſaliter itidem negatiua, ex particulari vero conuenientia affirmatiua in parte, ex diſſidio autem, negatiua conſimiliter in parte. Quod ſi quiſpiam diceret

Per ſylueſtre non ſolũ aïalia intelligẽda ſunt ſed & plantæ.

P

Q

Dubitatio

Solutio Alberti.

Dubium

A cur non in ſecunda tantum concluditur vniuerſalis.

Solutio. Reſpondemus hoc ideo fieri, quia ex vniuerſali ſequitur, vt planum eſt particularis, non autem in contrariũ, quaſobres in ſecunda vtraque concluditur & vniuerſalis & particularis, in tertia vero particularis duntaxat. Atque hæc hactenus de tertia figura.

Planum autem & quod in omnibus figuris, quando nõ fiat ſyllogiſmus, prædicatiuis aut priuatiuis utriſque exiſtentibus terminis, & in parte nihil penitus fit neceſſarium, prædicatiuo autem & priuatio & uniuerſaliter accepto priuatiuo, ſemper fit ſyllogiſmus minoris extremi ad maiorem: quemadmodum ſi a omni b, aut alicui: b uero nulli c, conuerſis nanque propoſitionibus, neceſſe eſt, c, alicui eorum, quæ ſunt, a, non ineſſe. Conſimiliter & in alijs figuris, ſemper enim per conuerſionem fit ſyllogiſmus.

B



Quoniam quæ de tribus figuris dicenda fuere, iam ad vmbilicos deducta ſunt, & ex complicationibus quaſdã inutiles eſſe diximus, quæ tamen non ſunt penitus reijciẽdæ, vult in hoc quaſi diuerticulo Philoſophus expendere atque examinare, quæ inutiles omnino ſint, que pacto aliquo ſyllogiſticæ cenſeantur, & inquit planum ac dilu-
C cidum eſſe, ꝙ complicationes omnes inutiles ex ambabus figura conſimilibus, aut particularibus propoſitionibus conſtantes neque propoſitum monſtrant, neque cõuerſione aliqua ſyllogiſmum faciunt, quæ vero inutiles ſunt ex figura diſsimilibus, negatiuam habentes vniuerſalem, propoſitum quidem non ratiocinantur, aliud autem hoc eſt minus extremum de maiori ſyllogiſticæ colligunt. Sunt autem in prima ſimiles inutiles, ex ambabus vniuerſaliter negatiuis, ex vtriſque in parte affirmatiuis aut etiam negatiuis. In ſecunda ex ambabus affirmatiuis ſeu itidem negatiuis, aut vniuerſaliter aut in parte. In tertia ex negatiuis vtriſque ſiue vniuerſaliter vel in parte, & ex ambabus particularibus affirmatiuis aut negatiuis. Qualitate verũ diſsimiles in prima ex maiore affirmatiua, & minore negatiua ambabus vniuerſaliter, & ex maiore in parte affirmatiua, minoreꝗ; vniuerſaliter negatiua, in ſecunda ex particulari affirmatiua maiore,
D & minore vniuerſaliter negatiua, in tertia ex maiore aut vniuerſaliter aut in parte affirmatiua, & minore vniuerſaliter negatiua, namq; ſupra monſtrauimus complicationes iſtas inutiles eſſe, & quemadmodum inquit Aluidus Roſadis non poſſe in quæſitum determinatum. Cæterum ſi aut ambas propoſitiones conuerterimus permutatis terminis vt in prima figura, aut alteram ſolum, quẽadmodum in ſubſequentibus duabus, ita vt minor maioris ac prædicati locum in concluſione obtineat, poterimus nimirum aliud quippiam a propoſito ratiocinari, & quæſitum indeterminatum, puta accipiantur in prima, omne b a, nullum c b, in hac conluſio nulla efficitur, a ad c, quamobrem & ad propoſitum inutilis eſt. Si vero ambas conuerteris propoſitiones, nullum, b c, aliqđ; a b. proculdubio minorem de maiore concludemus aliquod, a non eſſe c. Quare non immerito, referente Scuetino atque alijs compluribus nuncupati fuere ſyllogiſmi iſti ἀντ' ἀ ἐκλογον ſiue ἀνακλώμενοι. Refranguntur etenim
E quodammodo facta conuerſione propoſitionum. Nam conuerti nequit, cum ſit in parte negatiua. Altera primæ figuræ complicatio maiorem habet in parte affirmatiuam, minorem vero vniuerſaliter negatiuam, ita diſpoſitis terminis nihil determinare colligens ſyllogiſticæ, ꝙ ſi ambas verterimus propoſitiones, monſtrabit & ipſa, c, alicui, a, non in eſſe econuerſo, ſumptis terminis quã fuere propoſiti. Hi namque ſunt modi illi duo vltimi ex his, quos Theophraſtus atque Eudemus, primæ adijciẽtes figuræ, nouem eos faciunt, qui ob id vltimum inter eos ſortiti ſunt locum, propterea ꝙ nullo pacto propoſitum concludunt. De reliquis vero tribus, qui per cõcluſionis conuerſionem procreantur mentionem facit, & Ariſto. ipſe in ſecundo libri iſtius volumine ad principiũ. Conſimiliter & in ſecunda figura inutilis erat complicatio ex maiore affirmatiua in parte, ac minore vniuerſaliter negatiua, nihil enim maioris ad minorem concludit, ſed econuerſo, vniuerſali negatiua conuerſa, & minore locum maioris ſubeunte, his etenim ita diſpoſitis minus
F extremum de maiori negatiue & in parte concludimus. In tertia quoque coniugationes binæ hoc pacto inutiles reperiuntur, quæque maiorem affirmatiuam ac minorẽ negatiuam ambas vniuerſaliter retinet, & quæ maiorẽ habet affirmatiuam in parte, minorem vero vniuerſaliter negatiuam, atque ita complicationes iſtæ, quæ quæſitum determinatum non concludunt, ſed duntaxat indeterminatum in ſumma in omnibus figuris quinꝗ; efficiũtur, binæ in prima, in ſecunda vna tantum, atque in tertia iterum binæ. Quaſobres palam eſt, quæſtione eorum vanã eſſe, qui quærunt quomodo in ſecunda figura bini efficiantur ſyllogiſmi indirecte concludentes, Ariſtote. namq; de his tm̃ mentionẽ facit, quæ ad propoſitũ ſunt inutiles, concludunt autem pacto aliquo quæſitũ indeterminatum, ſed complicatio illa, quæ maiorem in ſecunda figura vniuerſaliter habet affirmatiuam minoremq; negatiuam itidem vniuerſaliter quæſitum etiã determinatum concludit. Quod ſi dixeris, nonne & conuertentes concluſionem in hac quoque complicatione concludere poſſumus, profecto etiam, non tñ de hoc genus cõcluſionibus in præſentia ſermo eſt, verũ hæc declarabuntur
G in principio ſecundi priorum voluminis, quemadmodum & ſupra diximus, & hæc eſt intentio Aphrodienſis Alex. licet quidam alij & magni alio verſum abierint, binaſque in ſecunda etiam figura iſtiuſmodi complicationes fieri poſſe aſſeruauerint. Vnũ tamen addit Philop. & recte, ꝙ qui in prima ſunt figura ex ambabus conuerſis vtiles efficiuntur, qui in ſecunda minore qui vero in tertia maiore retrocedente ad vtiles primæ figuræ reuocantur complicationes. Cæterum cũ res ita ſe habeat, Ariſt. tamen de modis primæ tantũ figuræ mentionem in exẽplo facit, tum quia prima ordine eſt, tum quia huius exẽplo reliquæ facillime elucidari poterant. Vel aliter & melius dicemus Ariſt. non fuiſſe exẽplo ſecundæ aut tertiæ vſum figuræ, propterea ꝙ nulla facta conuerſione ſola propoſitionum tranſpoſitiones vtiles erant quæſitũ concluſum, vel ne præmiſsis quoque tranſpoſitis, cum nil referat, quo ad ſyllogiſmi perfectionem, verũ maior
H aut minor ordine præponatur, qđ etiã ſupra innuimus, ſit itaq; in ſecunda figura cõnexio hæc, aliquod, b, a nullum, c, a, ergo aliquod, b, non eſt, c. Dico ſyllogiſmũ hũc vtilem eſſe & tertium ſecundæ, maioremꝗ; eam exiſtere propoſitionem quæ ſecundo, loco minorem vero, quæ primo ponitur. Sed dicet quiſpiam, perperã ergo Philoſo, has etiam complicationes in alijs figuris fieri poſſe tradidit.

Dubitatio

Solutio. Reſpondeo hoc ideo protuliſſe Philoſophũ, qm̃ oculum dirigebat ad quæſitũ determinatum, puta ſi intẽtio noſtra fuerit concludere, b, de, c, & econuerſo concludamus, c, de, b, tunc prior maior nũcupabitur, ſubſequẽs vero minor, & ob hoc contentus fuit Ariſto. exẽplo primæ figure, qm̃ aliarum figurarũ exempla aliquam patiebantur inſtantiam. Et ꝓpter hæc omnia crediderim eas duntaxat, quæ in prima efficiuntur figura, quæſitũ colligentes indeterminatum fuiſſe a Galeno in quartam re-

Quo pacto in ſecunda figura ſint duo ſyllogiſmi in directe cõcludentes.

I latas figuram, quã tamen Alulidus Roſadis binis demolitur rationibus, tum, quia ſi quod prædicaretur in propoſitionibus, in concluſione ſubijceretur, ſequeretur hoc fieri præter rei ipſius naturam, quod extra Philoſophi propoſitum eſt. Tum quoniã ſequeretur idem ſecundũ idem & prædicati & ſubiecti rationem habere, quod ideo maxime extraneum eſſe dicit, quia primũ deſtruit principiũ namq; ſi intentio noſtra ſit concludere quæſitũ, a, de, b, eum propoſitiones, quemadmodum & ſupra enucleauimus, modum & denominationẽ capiant a quæſito, ſi in propoſitionibus, a, faciamus ipſius, b, ſubiectum dum id medio ſubijcimus de quo, b, prædicatur in minore reſpiciendo ſemper ad quæſitum ipſum proculdubio idẽ, a, reſpectu eiuſdem, b, ſecundum idem quæſitum prædicati ſubiectiq; rationẽ geret, quod oppoſita claudit. Vñ inquit Leo Gerſonis, figuram iſtã eſſe penitus exterminandam tanquam duplici de cauſa non naturaliter cõcludentem, tñ quia id, quod primo & per ſe ex tali ſequitur cõnexione aliud eſt a quæſito, tum quia ſequeretur binas contrarias vias ad vnum & eundem finẽ naturaliter pertingere, quod per abſurdum oppido eſt. Quod ſi dixeris, quemadmodũ inquit & Alulidus Roſ. ob id naturalẽ cenſendam eſſe figuram iſtam, quia facta conuerſione ad primam reducitur figuram, quæ naturaliſſima eſt, veluti ſecunda & tertia, propterea naturales exiſtimantur, quoniam & hæ factis conuerſionibus ad primã remeant. Reſpondebimus, ſicut & idem Alulidus, conuerſiones iſtas maximo a ſeinuicem differre interſtitio, nãq; hac naturales, illa artificioſi reducuntur ſyllogiſmi: Ariſt. vero intentionem non eſſe artificioſis pertractare ſyllogiſmis, quoniam & imaginarij ſunt & ab eo quod eſt in re ipſa diuerſificantur, & ad hoc in infinitum quaſi procedunt, namque ſi naturali diſcurſu concludam omne animal ſubſtantiam eſſe, nil erit impedimento, quin artificioſe pleraque alia & quaſi infinita poſſim concludere, puta omnẽ equum ſubſtantia eſſe, omnem hominẽ, omnem camelum, ſocratem, balliam, aliquã ſubſtantiam animal eſſe conſimiliter ſubſtantiæ ſubiecta cuncta percurrendo, quod quaſi in infinitum excreſcit, & ita Leo Gerſonis. Nos aliter, artificioſas connexiones tanquam infinitas hoc eſt indeterminatas omiſiſſe Philoſophum dicimus. Sed ad rem noſtram iam redeamus.

Opinio leo Gerſonis,

K

Dubitatio

Rñ. Auer.

L

Dubium.

Palam autem quòd & ſi indefinitum pro prædicatiuo in parte ponatur, eundem facit ſyllogiſmum in omnibus figuris.

Quæritur cur dixit indefinitum pro prædicatiuo et nõ addidit vel negatiuo, cũ tam affirmatiua q̃ negatiua in parte ſuam ſibi coæqualem retinent indefinitam. Rñdent nonnulli q; vel ex affirmatiua negatiuam quoq; ſignificat, aut eo q; affirmatiua in parte multo & potior & dignior eſt negatiua: nãq; complicationes omnes vtiles in quibus affirmatiua extiterit in parte hæ aut indemonſtrabiles ſunt, aut per conuerſionẽ ad indemonſtrabiles ſtatim reducuntur: vbicunq; vero particularis fuerit negatiua, ibi per impoſſibile deductione tantũ vtimur: ob hoc igitur de affirmatiua tm̃ cõmeminiſſe Philoſophum inquiunt Alexander atque Philoponus.

Solutio,

M Nos aũt & fortaſſe melius, dicimus ob id Philoſo. de negatiua in parte nullã feciſſe mentionẽ: ꝓpterea q; nõ pertractabat de vniuerſali indefinite natura, nãq; hæc ſuperius abũde fuit declarata, verum de ea tm̃ indefinita ſermo erat, quæ hiſce complicationibus aptabatur, & qm̃ in his affirmatiua tm̃ ponebatur, ideo de affirmatiua ſoliſmodo mentionem fecit, & cum dixit in omnibus figuris, ſignificat ſe de iſtis intelligere connexionibus ſiue in prima, ſiue in ſecunda, ſiue in tertia figura factæ fuerint.

Alia ſolutio & melior.

Manifeſtum autem & quod omnes imperfecti ſyllogiſmi perficiuntur per primam figuram, aut enim monſtratiuæ aut per impoſſibile concluduntur omnes, utroque autem modo prima efficitur figura. ſi quidem monſtratiuæ perficiantur, quoniam per conuerſionem concluduntur omnes, conuerſio uero primam efficiebat figuram, ſin autem per impoſſibile monſtrantur, quoniam poſito falſo ſyllogiſmus efficitur per primam figuram, quemadmodum in ultima figura, ſi, a, & b, omni inſunt, c, quòd a, alicui, b, ineſt: ſi enim, a, nulli, b, b, uero omni, c, a, nulli, c, ſed erat omni, conſimiliter & in alijs. N



Primus modus tertiæ figuræ, qño deductione ad impoſſibile reducatur ad primam.

O

Aliud Theorema, quo primã vult figurã extollere & in hac vniuerſales maxime coniugationes, & inquit q; ſyllogiſmi omnes imperfecti, hoc eſt ſecundæ ac tertii figuræ per primam perficiuntur figurã, dum ad eandem reuocantur aut monſtratiuæ hoc eſt per conuerſionem aut ad impoſſibile deducendo, nam ſecunda figura maiore conuerſa tertia vero minore ad primã deducitur. q; autẽ etiã per impoſſibile deductio in prima efficiatur figura, ipſe exemplũ poſuit de tertia in modo primo, qui ex ambabus conſtat affirmatiuis vniuerſaliter: nãq; deductio proprie deſtruendo fit, nullus aũt modus aptior eſt hoc, vt vniuerſalis negatiua, quæ maxime deſtruit, ſuppoſito concluſionis contradictorio concludatur, licet enim tertius quoq; eandem concludat, non tñ ita appoſitæ, quemadmodum & infra dilucidamus. Auer & melius de hoc præcipue modo mentionem fecit Ariſto. qm̃ nullus erat modus ac complicatio, quæ totidem modis deduci ad primam poſſe figuram, quot iſtæ namq; per maioris conuerſionem, per minoris, ac per deductionem ad incommodum perfici poteſt coniugatio iſta. P

Eſt autem & omnes ſyllogiſmos reducere ad uniuerſaliter ſyllogiſmos, qui in prima ſunt figura, qui quidem in ſecunda ſunt figura planum, quòd per illos perficiuntur: preterquã quòd non omnes conſimiliter, ſed uniuerſales priuatiuo conuerſo qui uero in parte uterque per deductionem ad impoſſibile, qui autem ſunt in prima figura ſecundum partem, perficiuntur quidem & Q



per ſe ipſos, uerum eſt etiam per ſecundam figuram monſtrare ad impoſſibile deducendo. ut ſi, a omni b: b alicui c, quòd a, alicui, c, inerit: ſi. n. nulli, b uero omni, nulli c b inerit: hoc. n. fit per ſecundam figuram. Conſimiliter autem & priuatiuo erit demonſtratio: ſi enim. a nulli b: b uero alicui c ineſt: a c alicui nõ ineſt: ſi enim omni, nulli autem. b ineſt, nulli c b inerit: ſed hæc erat media figura.

Quamobrem

A 

B

Quāobrem quoniam oēs qui in media ſunt figura ſyllogiſmi reducuntur ad uľes ſyllogiſmos.qui in prima : qui uero ſecundū partē in prima ad eos,qui in media. Planū quòd & qui ſecūdum partem reducūtur ad uľes ſyllogiſmos,qui in prima figura,qui uero in tertia, cum termini uniuerſaliter ſunt.ſtatim perficiuntur per eos ſyllogiſmos, qui in prima figura, cum uero in parte fuerint accepti,per ſyllogiſmos in parte,qui ſunt in prima figura:iſti autem in illos redacti ſunt. Quare & qui in tertia figura ſecundum partem omnes reducentur ad uniuerſales ſyllogiſmos qui in prima.qui igitur ineſſe aut non ineſſe monſtrant ſyllogiſmi,dictum eſt quomodo ſe habent,et ſecundum ſe, qui ex eadem figura,& ad ſeinuicem qui ex diuerſis figuris.

Secundā theorematis propòſiti partē monſtrat : vniuerſales inquā ſyllogiſmos figuræ primæ perfectiſſimos
C eſſe eo,ꝙ ꝑ os aliȷ̃ oēs perficiantur : hoc aūt ideo facit vt ex cōſequenti oſtendat quinā modi ad demonſtrationē maxime vtiles cenſeri debeāt: ſunt itaqȝ modi oēs qui ad vniuerſales primæ reducuntur duodecim, quatuor ſecundæ,ſex tertiæ,& primæ particulares duo: vniuerſales ſecundæ facillime negatiua cōuerſa ad hos deducunt,particulares vero bini ſuppoſito cōcluſionis oppoſito cum altera vniuerſali,tertius in ſecundū, quartus vero in primū redeunt per impoſſibile. { Qui aūt ſunt in prima. } Mōſtrat quonā pacto ſyllogiſmi particulares primæ ad vľes eiuſdē deducuntur, merito aūt de his poſterius pertractat,cū ſecunda mediante ad primā reuocentur.ait ergo hoſce ſyllogiſmos ex ſe quidē perfectos eſſe,cum ſint indemonſtrabiles : poſſe tñ maiorem adhuc perfectionē aſſequi,ſi ad ſecundæ vľes reducātur:deinde his mediantibus ad primā,vnde non eſſe cenſeo ambigendū cur cōplicationes primæ figuræ cū multo perfectiores exiſtant, ad ſecundā reducantur,neque enim in hanc transferantur vt qui ab ea perfectionem aliquā capiunt,ſed vt hac quaſi internuntia ad primæ vniuerſales deferātur. Vel aliter. { Per ſeipſos. } Qm̃ ſine reductione ad ſecundā poſſunt immediate per impoſſibile ad primæ vniuerſales reuocari.puta in exemplo.nullū.b.a.aliquod.c.b.aliquod.c.non
D eſt.a.ex oppoſito concluſionis cum maiore conuerſa, fit ſecunda primæ cōplicatio , vt nullū.a.b.omne.c.a. nullū b.c.Idem & in altero particulari fiet ſyllogiſmo, omne b.a.aliquod.c.b.aliquod.c.a.ex oppoſito cōcluſionis cōuerſo,nullū.a.c.omne.b.a:nullum.b.c. & hæc quidē hūc in modū, ſi tñ recte animaduertamus res ipſa ſecundum vtrāqȝ expōnem in idem recidet. Tertius itaqȝ primæ ad ſecundum reducitur ſecundæ. Quartus vero ad primum eiuſdem, quēadmodum & de cōtextu ipſo liquet. { Qui vero in tertia. } Nunc eos mōſtrat,qui ſunt in tertia, qūo ad primæ reducuntur vniuerſales per impoſſibile,& ait, ꝙ primi duo ſtatim, hoc eſt nullo alio mediante ad primæ vniuerſales remaneant,prior ad ſecundū, ſecūdus ad priorē facta per impoſſibile deductione: hoc enim cōuerſione fieri minime poteſt, cū hac altera omnino particularis efficiatur. { Cū vero in parte. } Particulares inquit tertiæ nō amplius ſtatim,ſed mediantibus particularibus primæ ad eiuſdē reducuntur vľes,ad hos etenim alterius E
propoſitionis cōuerſione migrant, ſubaudiendum autē, referente Alexan. hoc in loco, quicunqȝ ex ſe reduci non poſſunt,ita ꝙ ſenſus ſit,particulares tertiæ ſyllogiſmi,qcunqȝ ex ſe reduci ad primæ vľes non poſſunt,per ſyllogiſmos in parte qui ſunt in prima, ad eoſdem reducūtur, nāqȝ tertius & quintus ſecundū ordinē Ariſtotelicum ſtatim per impoſſibile ad primæ rediguntur vniuerſales,puta,aliquod.c.a. oē.c.b.aliquod.b.a.huius enim contradictorio ſuppoſito cū minori fit ſecūdus primæ hūc in modum:nullū.b.a.omne.c.b.nullū.c.a.Quod ſi dicas nō debere cōplicationes iſtas hoc pacto ad primæ vniuerſales reuocari,ſed per cōuerſionē, quæ perfectior, dilucidiorqȝ eſt.Contra inſtamus dicētes, ꝙ eodē pacto & vniuerſales tertiæ reducendi eſſent in particulares primæ ꝑ conſimilem conuerſionē,cuius tñ contrarium fecimus,merito itaqȝ additamento illo omnis tollitur ambiguitas.{ ſecūdum ſe } .i.q̄uo vnuſquiſqȝ in propria figura ſyllogiſticus fit.{ Ad ſeinuicem. } Hoc eſt quæ ſit figurarū diuerſitas & ſyllogiſmorū ad ſeinuicē in varijs figuris,qm̃ penes mediȷ̃ diſpōnē,& eo ꝙ variæ ad primos primæ reuocantur,aliȷ̃ nāqȝ per ſe,aliȷ̃ per aliorū reductionē. Cæterum ex his quæ dicta ſunt dilucidū fit, expoſitionē minimam arguendi coniugationes partē ſibi vendicare,cū huius adiumento nulla vti palā eſt reductio fiat ſyllogiſmorū. Sed iam totū ſyllogiſmorū inexiſtentium negocium expeditū eſt primæ, ſecūdæ, ac demū tertiæ figuræ. de qua diximus cur extremū ſortita fuerit locum,cur cōplicationes plures efficiantur in hac q̄ in aliarū alterutra, damnata ibidem nōnullorū opinione,qui binas tertiæ figuræ leges aſcribebant,deinde & terminorū ordine enarrato,appoſita & Aiulidi Roſa.coaptatione præpoſtera: Mox & rationem attulimus cur ex ambabus vniuerſalibus in parte tantū hac figura ſequatur concluſio, curqȝ cū modus primus vtriuſqȝ conuerſione ad primā reduci poſſit figurā,non fuerint bini effecti modo, quēadmodū in ſecunda.Deinceps & expoſitoriam monſtrationē expoſuimus addita ibidem ratione, cur hac in ſecundo huiuſce figuræ modo nō ſit vſus , mox & ratio reddita cur nonnullæ complicationū iſtarū vniuerſales,quædā vero G
particulares nuncupentur,declarato ſubinde particularū proceſſu atqȝ ordine:refutata ſimul Alexandri opinione, Eudemi,atqȝ Alpharabiȷ̃,deinceps & quinti figuræ iſtiuſmodi mōſtrationem expoſuimus addita ratione cur nulla reperiatur figura, in qua vniuerſalis tantū cōcluſio ſit. Demum complicationes illas enodauimus,quæ ad propoſitū ſunt inutiles,quaſqȝ refractas vocabat Theophraſtus,refutata ibidem Galeni figura quarta;ac reductione ſyllogiſmorū omnium ad primæ vniuerſales duos facta. Supereſt autem vt poſt hæc expedita,ad neceſſarias contingentesque & ſimplices,& miſtas pedem feramus.

Duodecim ſūt modi q reducūtur ad vľes primæ figuræ.

Recapitulat ea q̄ ſupius dicta ſunt de ſyllogiſmis in eſſētibus.

De ſyllogiſmis, qui conſtituuntur ex ambabus de Neceſſario. Cap. VI.

QVoniam uero diuerſum eſt ineſſe & ex neceſſitate ineſſe & contingere ineſſe : multa enim inſunt quidem, non ex neceſſitate. tamen alia uero neque inſunt omnino,cōtingunt autem ineſſe,planū quod & ſyllogiſmus uniuſcuiuſque horum diuerſus erit,& non ſimiliter ſe habentibus terminis:ſed hic quidem ex neceſſarijs,ille uero ex inexiſtentibus,ille autem ex contingentibus. H

POSTEAQVAM figuras & cōiugationes oēs inexiſtētes explicuit tanquā ſimpliciores, tractaturus de modalibus priorē neceſſarijs locū aſcribit tanq̄ dignioribus & potioribus , atqȝ ideo quaſi ordinis huiuſce rōnē aſſignans ſimul & diuerſitatē ſyllogiſmorū ex diuerſitate fieri propoſitionum innuens inquit quaſi ad verbum. Qm̃ materiæ propoſitionum inexiſtentium,neceſſariarū ac contingentium,a ſeinuicē ſeiungūtur, nimirū propoſitiones quoqȝ ipſæ diuerſæ erunt, & ſi hoc,ſyllogiſmi etiā ex his cōſtituti inter ſe magno differrēt diſcrimine.quodqȝ in materia ipſa ꝓpoſitiones diſcriminentur,rationē aſſignat dicens,prædicata ſubiectis ineſſe aliqñ nō ex neceſſitate & ita propoſitionem fieri inexiſtentem, aliquādo

Ineſſe nō ẽ magis cōe q̃ neceſſario ieſſe, ſed cō tra diſtinguitur illi.

ex neceſſitate, atq; ita neceſſariã, nõnunquã vero neque ex neceſſitate ineſſe, neq; omnino ineſſe, & ſic propōnẽ fieri contingentẽ. Nec vnquã dixeris, quod quidã autumant ineſſe cõmunius & in plus eſſe, q̃ ex neceſſitate, nãq; hæc & mã & mõ ſeiunguntur, quẽadmodũ ſupra diximus ex opinione Aluli. Roſ. cõtra Theophraſtrũ ac Themiſt. inſurgentis: & in p̃ſentia idẽ quoq; aſſerentis, ait enim propõnes iſtas & modo et materia a ſeinuicem differre. Sed illud etiam perperam dictũ arbitror, ꝙ cõtingere ineſſe cõmunius ſit, q̃ ſimpliciter ineſſe, ꝓpterea, ꝙ omne quod inſit, cõtingat ineſſe: hoc enim fieri nullo modo poteſt: ſi Ariſt. audiamus dicentẽ, alia nō oĩno ineſſe contingere, autẽ ineſſe: hoc enim cõtingens nullo pacto de eo quod ineſt p̃dicari poteſt, verũ ſi ex ineſſe contingens inferimus, nō eſt illud, de quo nunc ſit ſermo, ſed contingens, quod ſupra non neceſſarium vocauit Ariſt. de quo abunde diſputauimus. { Et non ſimiliter } quidã affirmãdo legendũ putant, ita vt ſenſus ſit ſyllogiſmi ex propõnibus illis diuerſi conſtituũtur, ſimiliter ſe habẽtibus terminis, hoc eſt ſi ambæ fuerint neceſſariæ, aut contingentes ambæ: vel ſi altera fuerit neceſſaria, altera vero contingens vel ineſſe: cæterũ ſenſus iſte verus quidẽ eſt, non tamen contextui accõmodatus. namq; ſi ita legendum eſſet, debuiſſet hũc in modum dicere, & ſimiliter ſe habẽtibus terminis & ſi hic quidem ex neceſſarijs & reliqua. Satius ergo vt cum Alex. dicamus ꝙ philoſophus exponit, quõ diuerſus efficiatur ſyllogiſmus, nãq; inquit

Opi. Auer. de propõne de ineſſe cõtra Theophraſt. & Themiſt. Cõtingere ineſſe nõ ẽ cõius quã ineſſe.

K termini non ſimiliter ſe habent, hoc eſt ſyllogiſmi iſti nõ ex conſimilibus propõnibus, ſed hæc quidẽ ex neceſſarijs, illæ vero ex inexiſtẽtibus, illæ aũt ex cõtingentibus, & propterea ſunt inter ſe multum diuerſi. Sed quæreret aliquis cur cum infiniti quaſi modi ſint, verũ puta & falſum, per ſe, per accidens, impoſſibile, bene, male, & cõſimilia non & ex his quoq; diuerſus efficiatẽ ſyllogiſmus ?

Dubitatio.

Reſpõdemus ꝙ modi iſti aut ĳdẽ ſunt cũ ſupra dictis, aut propoſitionẽ inexiſtentẽ quo ad decurſum ſyllogiſti cum non variant, quẽadmodum & ſupra retulimus.

Solutio.

In neceſſarijs itaque ferme conſimiliter ſe habet & in his, quæ inſunt: eodem enim modo poſitis terminis in eo, quod eſt ineſſe: & in eo quod eſt ex neceßitate ineſſe, erit & non erit ſyllogiſmus, præterquam quòd different in eo, quod adiacet terminis

L *ex neceßitate ineße, uel non ineſſe. nãque & priuatiuũ ſimiliter conuertitur, & quod eſt in toto eſſe & quod de omni cõſimiliter aßignabimus: in alijs igitur eodẽ pacto mõſtrabitur per cõuerſionẽ, quod cõcluſio ẽ neceſſaria, quẽadmodũ in eo, quod ẽ ineſſe.*

Quæritur cũ Ariſt. de ſimpliciter ſyllogiſmo ſermonẽ faciat, cur ipſum coerceat ad neceſſarias aut contingẽtes ꝓpõnes, nãq; de ſyllogiſmo ex neceſſarijs, in poſterioribus, de contingente in Topicis abũde diſputat. Rñdemus ꝙ neceſſarium contingensq; bifariã cõſiderari poſſunt latius vt formã variant ſyllogiſticã, atq; vt neceſſariũ pro quocũq; accipiatur neceſſario ſeu ſimpliciter, ſeu ſecundũ quid, & contingens cõſimiliter vt ex diuerſo dicto de omni ac diuerſis conuertendi modo diuerſas facit cõplicationes, et preſſius, vt neceſſarium idẽ, quod per ſe

Dubium.

Solutio.

M ſignificat, & contingens idẽ, quod probabile cũ timore oppoſiti. Latius itaq; neceſſariũ & cõtingẽs hoc in loco accepit Ariſt. vt formã videlicet ſyllogiſmi, de qua in ꝓpoſito ſermo eſt, aliquãtiſper variãt. Ait itaq;, ꝙ ſi ꝓpoſitiones neceſſariæ extiterint, non addo quẽadmodũ nõnulli in ſenſu aut cõpoſitionis aut diuiſionis, nã et hoc ſupra refutatũ eſt in cõuerſiõibus, ſi inquã ꝓpoſitiones tales fuerint, ferme ĳdem fiũt ſyllogiſmi, qui & in his, quæ ſunt inexiſtentes. nam quatuor vtiles complicationes in prima efficiunt, totidẽ in ſecunda, & ſex in tertia, & quaſi cauſam reddidit, ob quã ſtatim poſt coniugationes inexiſtentes neceſſarias ordinauit, nãq; & eo ꝙ ſunt conſimiles in vtriſq; enim p̃dicatũ actu ineſt ſubiecto, & principia etiam ſyllogiſtica, ſi non eadẽ, conſimilia tñ retinet conuerſionẽ inquã ac dictũ de omni, ideo ſtatim poſt ſyllogiſmos inexiſtentes de neceſſarijs agendum fuit. { Præterquã ꝙ different. } Ex hoc non immerito quiſpiã anſam caperet dubitandi contra ea, quæ ſuperius dicta ſunt inquiens, propoſitiones modales ab his, quæ ſunt inexiſtentes non ſecũdum materiam & modũ vt aſſeruimus, verum modi tantũ appoſitione differre, nãq; hoc quaſi ex contextu manifeſtũ eſt. Dicimus quemadmodũ & alibi Alexander, ꝙ modorum appoſitio in conueniente materia facienda eſt, & hoc voluiſſe philoſophum dixerim, vt videlicet differant propoſitiones iſtæ eo ꝙ illis ſecundum debitas & cõgruentes materias apponatur modus. { Nãq; & priuatiuum. } Reddit rationem, nunc, cur complicationes neceſſariæ ſimiles ſint his, quæ ſunt inexiſtentes, nãq; inquit principia harum ſunt eadem, ergo & coniugationes ſimiles erunt, principia eſſe eadẽ ipſe hũc in modũ monſtrat: cõuerſio eſt eadem: vniuerſalis enim negatiua inquit eodem pacto conuertitur: igitur conuerſio eadem eſt. Sed quæreret non iniuria quiſpiam quare de vniuerſali tantũ negatiua mentionem fecerit, cum nõ huius duntaxat, ſed affirmatiuarũ quoq;. Conuerſione ſecunda ac tertia ad primam reducantur figuram. Dicimus ob id hoc factũ eſſe, quoniam affirmatiue omnes eodem modo conuertebantur tam inexiſtentes, q̃ neceſſariæ aut contingentes, negatiuæ vero non ſidem, nã contingens negatiua vniuerſalis non conuertitur terminis, quẽadmodum infra dilucidabimus. { Et quod eſt in toto eſſe. } Et dictum de omni inquit per quod prima mõſtratur figura idem vtrobique eſt in propoſitionibus dicto inexiſtentibus & neceſſarijs, in contingentibus vero non idem. ſicut infra planum erit.

Dubium

Solutio.

O Dubium aliud.

Solutio.



P

In media uero figura, quãdo ſit hoc quidem uniuerſaliter affirmatiuum: hoc autem priuatiuum in parte, atque iterum in ter-



tia, cum ſit hoc quidem uniuerſaliter prædicatiuum, illud uero priuatiuum in parte: non ſimiliter erit & demonſtratio: cæterũ neceſſe eſt, cui utrunque non ineſt de hoc facere ſyllogiſmum: erit enim neceſſarium & in his, ſi autem de expoſito neceſſario eſt, & de illo quodam, namque expoſitum quod illud aliquid eſt: fit autem uterque ſyllogiſmorum in propria figura. Q

Exponit quare ſuperius dixit ferme: nãq; inquit in hoc differunt cõplicationes neceſſariæ a cõplicationibus inexiſtentibus: qm̃ quartus ſecundæ & quintus tertiæ non eodẽ pacto monſtrantur, in ſyllogiſmis enim inexiſtẽtibus monſtrabãtur per impoſſibile, hic autẽ oſtẽſio talis fieri minime poteſt: ſed ex põne arguuntur: nam ſi oppoſitum aſſumpſeris concluſionis cũ altera ꝓpõnũ miſtionem facies ex neceſſarijs & cõtingentibus: de qua adhuc nulla facta eſt mentio: atq; ita ignotiori ignotũ mõſtrabis, quod ꝑ abſurdũ. neq; dicas, quẽadmodũ nõnulli male aſſerũt, ꝙ quia miſtio talis nõ eſt cõgrua, ideo nõ poſſunt per impoſſibile mõſtrari. nãq; nulla eſt vtilis cõplicatio, q̃n cõuerſiuo pacto aliquo poſſit mõſtrari ſyllogiſmo: ſed potius dixeris ob id philoſophũ mõſtrationẽ hãc negaſſe, q̃a de tali miſtione, nulla adhuc mẽtio facta fuerat.

A fuerat. Sed dubitaret merito aliquis quomodo cōiuga
Dubitatio. tiones iſtæ non poſsint per impoſsibile dico & per notio
ra monſtrari:ſuperius enim dictum eſt, q necesſariæ pro
poſitioni triplex opponitur contingens, necesſaria, non
necesſaria, & poſsibilis: ſi itaq; contradictorium aſſum-
pſerimus contingens necesſarium, manifeſtū q ex amba
bus necesſarijs complicatio aſtruetur, atq; ita ex euiden-
tioribus ſyllogiſmus fier. Dicimus q licet hoc fieri poſ-
Solutio ſit, non tamē ſemper, nā ſi contradictorium verificetur
non pro contingenti necesſario, ſed pro non necesſario
aut poſsibili, tunc planum eſt, q ex ignotioribus argue-
mus, in miſtione inquam aut necesſarij & inexiſtentis,
aut necesſarij & contingentis veri, quod quaſi videns
Aluidus Roſ. inquit, erit igitur ſyllogiſmus permiſtus ex
propoſitione necesſaria & abſoluta aut contingente, ta
euit autē necesſariā, quia tunc ex notioribus procedebat
deductio. { Cæterum neceſſe eſt. } Verum inquit ſi volu
mus coniugationes iſtas arguere, expoſitoria ratione
B vti debemus, vbi notes, quēadmodū & Alexā. refert, q
modus iſte exponēdi longe ab eo diſsimilis eſt, qui.n. ſu-
pra in tertia figura in ſyllogiſmis inexiſtētibus fiebat: ibi
enim quoddā ſenſibile accipiebamus nō egēs mōſtratio-
ne aliqua, vnde & ſolū acceptū ſufficiens erat, hic autem
quod accipitur non ſolū ſenſu ſufficit, ſed ad ipſum opus
eſt ſyllogiſmū facere, quare hoc veluti innuens intulit, de
hoc facere ſyllogiſmū quaſi non ſufficeret ſola ſenſibilis
monſtratio, ſed adhuc ſyllogiſmo opus eſſet, quod iterū
planius oſtendit, dum ait, nāq; expoſitū quod illud ali-
quid eſt, quod illud.n. nota eſſentialis prædicari exiſtit,
quemadmodū & infra declarabimus, verū licet hoc pa-
cto expoſitoria iſta monſtratio procedat. nil tamen pro-
hibet, q ſenſibili etiam monſtrationē argui poſsint. { In
propria figura. } Hoc eſt ſyllogiſmus expoſitorius mon
ſtrans cōplicationē figuræ ſecundæ, in ſecunda & ſit, &
tertiæ conſimiliter in tertia, atq; vt hoc planius ſit facia-
mus expoſitionē. Sit ſyllogiſmus in ſecunda, neceſſe eſt
omne b. eſſe. a: neceſſe eſt aliquod. c. nō eſſe. a: ergo neceſ
C ſe eſt aliquod c. nō eſſe. b. mōſtro hoc: accipiamus.n. ſub
ipſo. c. aliqd minus cōe a quo vniuerſaliter remoueatur. a.
& ſit. d. & ita pcedamus neceſſe omne. b. a: neceſſe nullū
d. a. ergo neceſſe nullū. d. b. ſed. d. erat aliquod. c. aliqd igit.
c. necesſario nō eſt. b. Planū itaq; q ſyllogiſmus iſte expo
ſitorius in eadē figura efficitur, in qua & expoſitus, con
ſimiliter & de tertia dicendū erit. Cæterū Theophra-
Opio Theo phraſti. ſtus, referente Alex. non ita mōſtrauit cōplicationes iſtas
in primo ſuorū priorū analyticorū, ſed deſtulit horū mō
ſtrationē tanquā quæ per impoſsibile fieri poſsit: & hæc
de vniformibus necesſarijs, deinceps de miſtis ex necesſa
rijs & inexiſtentibus dicendum erit.

Miſtio Necesſarij & Ineſſe.

*Sed contingit aliquādo et altera propoſitione ne-
ceſſaria exiſtēte, neceſſariū fieri ſyllogiſmū, præ-
terquā quod nō utralibet, ſed quæ ad maius extre-
mū. ut ſi a quidē ſumptū eſt ineſſe ipſi b ex neceſſi
tate, aut nō ineſſe: b uero ipſi. c. ineſſe ſolum: ſic enim ſumptis
D propoſitionibus, ex neceſsitate a inerit ipſi c, aut non inerit.*



Cōiugatio ex maiori de necesſario, minori de ineſſe in ſert cōcluſionē de neceſſario.

POSTEAQVAM pertractauit de complicatio E
nibus ex ambabus necesſarijs vult in præſentia expone-
re, quomodo altera necesſaria, altera vero inexiſtente ſe-
quatur cōiugatio necesſaria, & ait, q maiore necesſaria,
ac minore inexiſtente necesſarium concluditur quæſitū,
econuerſo aūt diſpoſitis propoſitionibus, minime. Sed
quoniam circa hæc infinitæ quaſi inſurgunt quæſtiones,
ac variæ virorū doctiſsimorum ſententiæ, adeoq; locus
iſte difficilis intellectu eſt, vt vix poſsit extricari: non ab-
ſurdum facturus ero, ſi prius diuino implorato auxilio,
ad ænigma hoc enodandū me conferam: debet.n. numē
intereſſe, cum dignus inciderit nodus vindice. Sit itaq; in- Inuocatio.
uocatio noſtra eadem, quam in muſarum hymno fecit
antiquiſsimus poetarum Orpheus.

Ἀλλὰ θεαὶ μοι ἔλθοιτε πολυμνήστω ἱερῷ
Παντοίην ἀρετὴν μοι σοφὴν βακχεύσαντα μύθον, F
Μηδέ μ' ἀποπλάγξητε δυσκλέα γήρως ἀοιδήν.
Ἀτρεκέως ζωὴν ἐν ἐμοῖς ἐχέμεν ὅλον ἦμαρ, Inuocatio Orphæi.
Ἀντὶ δ' ἐμῆ ψάλλοντι πολυπλάγκτοισι μελῶν,
Ἔλθετ' ἐμὴν ψυχὴν καταλάμψατε, πρὶν φάος αὐγῆς.
Τὸ πρὶν γὰρ βρίθουσαν ἀκήριον ἀπὸ σῶμα,
Καὶ κλέος ἰσχυρὸν φρονίμοισι ἀντέχεται.

Dicimus itaq; iā a veſta vt dicitur exorſi, q variæ ac
multiformes circa modū iſtum complicandi connecten-
diq; propoſitiones, extiterunt & antiquorū & moder-
niorū opiniones: iuniores enim modū quendā mea qui-
dem ſentētia valde auerſum a veritate ſecuti ſunt. Qui- Opio quorūdā de miſtione neceſſarij & ineſſe.
dam namque eorum, dicunt q ex maiore necesſaria in
ſenſu diuiſionis & minore inexiſtente, ſequitur conclu-
ſio necesſaria, ſiue minor ſimpliciter ſiue vt nunc fuerit
inexiſtēs. Si vero maior in ſenſu compoſitionis accepta
fuerit, non valere aiunt coniugationē iſtā, ni minor ſim-
pliciter fuerit inexiſtens, definiuntq; ſimpliciter inexiſtere
cū prædicatum non aliquādo ſubiecto cōpetere poteſt,
aliquādo non, ſed ſemper, vt nunc autē cū ſecus ſe ha-
buerit. Adduntq; ſi maior fuerit inexiſtens vt nunc, mi-
nor vero necesſaria ſiue cōpoſita ſiue diuiſa, q nunquā G
vtilis aſtruitur coniugatio, ſin autē inexiſtens ſimpliciter
ſit, q ſemper quomodocunq; ſumpta minore necesſaria,
concluſio ſtidē ſequetur necesſaria, dicunt inſuper philo-
ſophum intellexiſſe de propoſitionibus in ſenſu diuiſo,
non autem compoſito. Alij vero binas ponunt circa Opinio aliorum.
miſtionē iſtā. regulas, vnā q maiore necesſaria, oēs mo-
di valent in concluſionē necesſariā in parte, non autem
vniuerſalē: propterea q verificatur medius de minore tā
tum pro eo quod eſt, in concluſione aūt maior extremi-
tas non ſolū pro eo, quod eſt, ſed pro eo etiā, quod non
eſt, ſed poteſt eſſe. Alteram q ex maiore inexiſtente non
ſequitur concluſio neque inexiſtens, neq; necesſaria, ſed
poſsibilis, per poſsibile cōe quidpiam intelligentes inexi-
ſtenti & necesſario. adduntq; ex maiore necesſaria & mi
nore inexiſtente poſſe concluſionē necesſariam vniuerſa
liter ſequi, cum reduplicatione tamen. Sed quoniā poſi-
tiones iſtæ longe recedunt ab Ariſtotelica veritate, & ſi
quid boni retinent, id totum infra declarabitur, ideo has H
omittēdas cenſeo, nāq; prior quaſi refutata eſt, dum age
bamus de conuerſionibus, altera quoq;, dum poſsibile
illud commune deſtruebamus. Satius itaque eſt vt ad ce-
lebratiores opiniones veniamus. Diuus namque Al- Opinio Alberti.
bertus nulla præmiſſa diuiſione compoſitionis diuiſio-
niſq; inquit, q ſi maior fuerit necesſaria, & minor inexi-
ſtens ſimpliciter, ſemper complicatio fiet vtilis in conclu
ſionem necesſariam: ſin autem maior inexiſtens fuerit vt
nunc, minorq; necesſaria, coniugatio fiet inutilis ad con
cluſionem necesſariam, atque inſuper dicit, q ſimpliciter
inexiſtens nūcupatur, quæ ſecundum rem necesſaria eſt,
licet modum nō habeat, atque ita ambiguitates omnes,
quæ hac in materia efficiuntur, ſubterfugit: & quoniam
opinio hæc maxime probatur noſtris temporibus, & qa
ſanctum eſt præhonorare veritatem eam quibus potero
rationibus infringam. Primum itaque ſi minor eo pa- Contra Albertum.
cto eſſet ſimpliciter inexiſtens, ſequeretur complicatio-
nes iſtas nihil differre ſecundum rem ab his, quæ vtraſq;

I habent neceſſarias, atq; ita aut miſtio hæc ſuperuacanea
foret, aut cõplicationes non re, ſed noſtro proferẽdi mo-
do tantũmodo differrent, quorum vtrunq; per abſurdũ
eſt, quodq; ſecundum falſum ſit, de priori enim nemo du
bitat, monſtro euidenter ratione, nãque in ſecunda figu-
ra ambabus neceſſarijs in coniugationibus omnibus, in
quibus & inexiſtens, vtilis erigitur complicatio, ſi vero
affirmatiua neceſſaria fuerit, negatiua vero inexiſtens,
quemadmodum infra planum erit, inutilis erit coniuga-
tio, non modo igitur ſolo, verum & re a ſemuicem diffe
runt, eadem ratio adduci poſſet, & de alijs compluribus.
Præterea quemadmodum ſupra etiam retulimus, nõne
inexiſtens dicebatur, quãdo prædicatũ ſubiecto inerat,
poterat autem non ineſſe: hoc enim declaratum a nobis
eſt, & Ariſt. quoq; innuit, cum dixit. Quonã diuerſum
K eſt ineſſe, & neceſſitate ineſſe & reliqua: vbi quaſi ratio
nem hanc adduxit, ſi propoſitiones re diſtinguuntur, ſyl
logiſmi quoq; ex his confecti diſtingui debent, ſed prius
eſt, igitur & ſecundum: non erit itaq; illa ſimpliciter in-
exiſtens, cum inexiſtendi rationem ac naturam deſtruat.
Præterea Ariſt. ipſe in contextu dum tollit deſtruitq; cõ-
plicationem ex maiore inexiſtẽte ac minore neceſſaria,
nonne maiorẽ accipit vt nunc inexiſtentẽ? profecto etiã,
ergo aut refutatio iſta nulla eſt, aut nõ oportet inexiſtẽtẽ
Reſponſio Albert.
eiuſmodi eſſe. Quod ſi dicas quẽadmodũ & diuus re-
ſpondet Albertus minorẽ inexiſtẽtem a neceſſaria aſtrin
gi, vt ſimpliciter ſit, maiorem vero a minore. minime, cũ
Confutatio reſpõſionis.
minor ſub maiore, non autem ſub minore maior conti-
neatur. Contra. Si hoc verum eſſet, ſequeretur q nunq̃
poſſemus pacto aliquo ſub maiore neceſſaria, minorem
ſumere vt nunc inexiſtentem, quod tñ falſum: nãq; hæc
neceſſaria eſt, neceſſario omnis homo animal, et hæc vt
nunc inexiſtens, omne currens homo, ex quibus, vt pla-
num eſt neceſſaria ſequitur concluſio, omne currens ne-
ceſſario eſt animal. Demum ſi volebat philoſophus mi-
norẽ talem eſſe, cur de ea nullã fecit mentionẽ, quẽadmo
dum in miſtione inexiſtentis & contingentis? profecto
L
Opio Auer.
nullã quiſpiã rõnẽ aſſignare poterit. Dicendũ itaque mi
norẽ poſſe quõcunque inexiſtentẽ accipi. Sed adhuc in-
furget Alulidus Roſ. cum ſua opinione quãplurimi fecit,
& ob id credidit ſe ſolum veritatẽ adinueniſſe, ait enim
primo quandã faciens diſtinctionẽ q propoſitionũ alia
neceſſaria, alia inexiſtens, & hoc quãtũ propoſito ſatiſ-
facit, additque vtraſque iſtas bifariã ſecari, propterea q
alia per ſe, alia per accñs & neceſſaria & inexiſtens ſit,
per ſe dñr neceſſariæ, quæ ex ſubiecto conſiſtunt, ac præ
dicato eſſentiali ſubiecto, aut ex ſubiecto ꝓpriaque paſ-
ſione, vel vt planius dicã, q̃cũque aut in primo aut in ſe-
cundo ſunt per ſe dicẽdi modo: neceſſariæ vero ꝑ accñs
ſunt, quæ partẽ naturæ inexiſtẽtis habẽt, partẽque neceſ-
ſarij, ceu ſi dicã, oẽ ambulans animal, ſed inexiſtens per
ſe ſeu ſimpliciter ea nuncupabitur in qua cũ ſubiectum
diſponit aliqua diſpõne, erit prædicatũ neceſſario ipſum
cõſequens, ſicuti eſt oẽ ambulans moueri. Inexiſtens aũt
per accñs, ſiue vt nunc ea dicetur, quæ in tẽpore determi
nato veritatẽ obtinet, quẽadmodũ, omnis homo albus.
M His p̃miſſis diſtinctionibus inquit, q ſi ambæ propõnes
fuerint neceſſariæ per ſe, concluſio erit per ſe neceſſaria,
ſi vero maior ſit per ſe neceſſaria & minor per accñs, ꝑ
ſe aũt inexiſtens, concluſio ſequetur per accñs neceſſaria
inexiſtens per ſe: & addit differentiã iſtã inter cõcluſio-
nem, quæ ex ambabus ſequitur per ſe neceſſarijs, & eã,
quæ ex altera tantũ. Verum ſi maiori neceſſariæ per ſe,
addatur vt nunc inexiſtens aliquando cõcludetur neceſ-
ſarium, aliquando nõ neceſſariũ, quodque hoc ita ſe ha-
beat terminis ipſe cõprobat. Si vero maior fuerit inexi-
ſtẽs & minor neceſſaria nõ cõcludetur cõcluſio neceſſaria
eo q minoris p̃dicatũ, qui eſt terminus medius nõ eſt na
tura neceſſarij, & ex cõſequenti maior propõ erit ſecun
dum ſubiectũ neceſſaria, ſecundũ vero prædicatũ inexi-
ſtens: modus aũt neceſſitatis nõ ſubiectũ, ſed p̃dicatũ cõ
ſequitur, quare concluſio non erit neceſſaria. Hæc ille.
Cõtra opio nem Auer.
Sed contra hanc opinionem hunc in modũ arguimus &
primo contra determinationẽ propoſitionis inexiſtentis
ſimpliciter, nãque ea per ſe & proprie ac ſimpliciter in- N
exiſtens dicenda eſt, quæ plures habet conditiones inexi-
ſtendi, q̃ quæ pauciores, ſed iſta, oẽ ambulans mouetur,
pauciores habet inexiſtendi cõditiones q̃ hæc: oẽ currẽs
albũ, ergo hæc potius ſimpliciter dicenda eſt inexiſtens,
arguitur aſſumptum: nãque quẽadmodũ plerunque re-
citauimus leges inexiſtẽtis ſunt, vt ſubiectũ ſit quidem,
non ex neceſſitate tñ, & conſimiliter p̃dicatũ, & adhæc
q p̃dicatũ ſubiecto inſit, non tñ neceſſario, ſed hæc, om
ne currens albũ, oẽs has habet, illa vero, ambulans mo-
uetur, alterã tantũ, non igitur dicenda eſt ſimpliciter in-
eſſe. Præterea te quoque alibi aſſerente iſta erit inexiſtẽs
ſimpliciter, omnis coruus niger, et iſta itidem omnis nix
alba, in quibus tamen nulla eſt eſſentialis habitudo p̃di-
cati ad ſubiectũ, neque neceſſitas aliqua vti manifeſtum
eſt, ſequitur itaque illam quã ponebas non eſſe verã &
ſimpliciter inexiſtentẽ. Præterea denominatio ſemper fa
cienda eſt ab eo quod ſimpliciter dicitur, ſi igitur vt aſſe
ris concluſio q̃ ex maiore ſequitur neceſſaria & minore O
inexiſtente, per accñs neceſſaria eſt, ſimpliciter vero in-
exiſtens cur nõ potius inexiſtẽs dicetur q̃ neceſſaria? aut
ſi hoc eſt, cur minorẽ conſimilis quoque naturæ inexiſtẽ
tem nõ potius appellabas neceſſariã q̃ inexiſtentẽ, nõ vi
detur itaque & hæc opinio in totũ ꝓpoſito ſatiſfacere.
Sequitur deinceps græcorũ opinio, Alex. inquã atque
Opio græcorum.
Philoponi, quã optimam omnium eſſe duco ex maiore
videlicet neceſſaria, & minore inexiſtente quõcunque
concluſionem ſequi neceſſariã, & q̃q̃ opinio hæc inter
Dubium Alex.
alias eſt optima, quædã tamẽ ponit, quæ nos cum ratio-
ne rejcienda arbitramur. Et primum videtur dubitare
Alex. quonã pacto minor ſumẽda ſit, an cum tali diſpo-
ſitione vt prædicatum neceſſario inſit ſubiecto, an vero
ex ſuppoſitione quẽadmodũ & ipſe aſſerit inexiſtentẽ,
nos autẽ dicimus minorem veræ exiſtentẽ accipiendam
eſſe vt videlicet a neceſſaria contingenteque ſeiungatur,
hoc eſt vt ſubiectũ inexiſtens ſit, ac prædicatũ ſimiliter,
& habitudo eiuſdẽ ad ſubiectũ inexiſtens, addimusque
deinceps eodẽ pacto maiorem ſimpliciter neceſſariam P
accipiendã eſſe, ac deinde concludimus qualẽcunque ſe-
qui neceſſariã, vtplurimũ vero ſecundũ quid ſeu ex ſup-
poſitione neceſſariã, licet in omnibus hoc fieri Philopo
nus referat, dicatque hanc etiã extitiſſe Alexã. opinionẽ
hoc aſſerentis in quodã ſuo libello, ac Soſigenis p̃ceptο
Declaratio opionis græcorum.
ris ſui teſtimoniũ adducentis, nos aũt & vere neceſſariã
ſequi monſtrabimus. Sed primũ fundamenta opinio-
nis iſtius iacenda ſunt, mox etiã ad rõnes oppoſitas re-
ſpondendũ. Primũ itaq; ſumitur ex ratione dicti de om-
ni: ſi enim quẽadmodum & ſupra dictũ eſt, de omni dici
& in toto eſſe ſimiliter aſſignantur in neceſſarijs atque
inexiſtentibus propoſitionibus, nil ergo refert quo ad de
curſum ratiocinandi ſiue inexiſtẽtes, ſiue neceſſariam aſ-
ſumpſerimus propõnes, ſi itaq; maior fuerit neceſſaria e
minor inexiſtens, per dictũ de omni indemõſtrabilis fiet
ſyllogiſmus, concludens maius extremũ de minori cum
determinatione maioris, & quia maius neceſſario deter
minatur, concluſio quoq; neceſſaria erit. Secundo dici
mus maiorẽ oportere accipi vere neceſſariã, & minorẽ Q
conſimiliter vere inexiſtentẽ eo, quẽ ſupra diximus, mo-
do, ac complicationes iſtas primo fieri ita ſe habentibus
propõnibus, deinde quia oẽ quod per accidens eſt, redu-
citur ad per ſe tale, dicimus etiam q ſi maior neceſſaria
extiterit per accidens, & minor conſimiliter inexiſtẽs, q
concluſio valde ſequetur per accidens & cum determi-
natione ſecundũ quid neceſſaria: quemadmodũ expone-
Correlariũ
mus, & Alulidus Roſ. & nõnulli moderniorũ quaſi de-
clarauerũt. Et ex hoc ac ſupra relatis patere põt cauſa,
quare hæ cõnexiones, miſtiones fuerint nuncupatæ, nãq;
quẽadmodũ in naturalibus ex miſtis elemẽtis aliud quid
conficitur, quod potentia elementa eſt, actu vero aliud,
ita & in miſtionibus iſtis aliquod vtplurimũ fit, qđ neq;
vere eſt neceſſariũ, neq; ſimpliciter inexiſtẽs, ſed naturæ
vtriuſq; particeps. Tertio dicimus qm̃ Ariſt. hoc in li-
bro de forma pertractat ſyllogiſtica, ideo in his cõplica-
tionibus decurſum tantũ ratiocinãdi cõſiderandũ eſſe,
quonam

A quonam pacto poſitis propoſitionibus eo ꝙ hæc ſint ſe
quatur conclusio, & ob id aliter in poſterioribus, aliter
hic accipi connexiones iſtas aſſerimus, ibi namq; neceſ-
ſariæ erant propoſitiones & non ſolũ neceſſariæ, ſed &
ſimpliciter neceſſariæ, & non ſolũ tales, verũ & per ſe
neceſſariæ, ſi per ſe neceſſariũ, quod nos negamus a ſim-
pliciter diſtinguitur neceſſario, & amplius oportebat eaſ
dem concluſionis cauſas eſſe. Hic vero ꝓpoſitiones qua
litercunque neceſſariæ eſſe poterũt, ſeu ſimpl'r, ſeu per ac
cidens, ex principali tñ intentione ſimpliciter neceſſariæ
eſſe debẽt, ex ſecundaria ẽt per accidens, & qualem ſe-
mentem feceris in præmiſſis propoſitionibus, talem col-
liges in concluſione. Sed qm̃ opinio iſthæc quãplurimia
agitatur conquaſſaturq; inſtantijs atq; argumentis ope-
ræpreciũ facturus ero, ſi iſtis ſatis aliqua in parte ſecero.

Rationes theophraſt. & Eudemi cõtra Ariſt.

Occurrunt itaque in primis Ariſt. referente Alexã. ſocij
Theophraſtus atq; Eudemus, qui validis rõnibus Ariſt.
placitũ conantur infringere, in quorũ ſententiam ceſſere,
B vt inquit Philop. Platonicorum, quoq; nonnulli, hi.n.
dicũt ex ambabus quidem neceſſarijs concluſionẽ colli
gi neceſſariã, ex altera vero neceſſaria & inexiſtente al-
tera, non neceſſariã ſed inexiſtentẽ ſequi, ꝑpea ꝙ cõclu-
ſio ſemper aſſimilaẽ viliori propoſitionũ, namq; vide-
mus ſit altera vl'r ſit, altera in parte, concluſionem ſequi
in parte. Conſimiliter ſi altera negatiua fuerit, & altera
affirmatiua, negatiuũ erit quæſitum, cũ itaq; inexiſtere
vilius ſit ꝙ̃ neceſſarium eſſe, proculdubio concluſionẽ
inexiſtentẽ, non neceſſariam eſſe oportet. Præterea mõ-
ſtratur alia quoq; rõne, nam ſi in minore dicimus hanc
eſſe inexiſtentẽ, omne.c.b. manifeſtũ ꝙ.b. poterit nõ ineẽ
ipſi.c. ſit ergo ita, tunc itaq;.a. maius extremũ non ine-
rit.c. ergo concluſio iſta nõ erat neceſſaria omne.c.a. ſi
quidẽ.a. ab ipſo.c. remoueri põt. Præterea hoc ẽt termi-
nis refellunt, non.n. ſequitur neceſſe eſt oẽm hominẽ eſſe
aĩal, omne motũ eſt homo, neceſſe eſt igitur omne mo-
tum eſſe animal. Iterũ, omne ambulans mouetur cruri-
bus ex neceſſitate, oĩs homo ambulat, nec tñ ſequitur,
C ergo neceſſario omnis homo cruribus mouetur. Itẽ non
ſequitur, neceſſe eſt omne grammaticum ſcientiã habe-
re, omnis homo grãmaticus, igitur neceſſe eſt oẽm ho-
minem ſcientiam habere. Præterea ſi maius extremũ mi
nori ineſt per medium, palam ꝙ eo pacto, quo mediũ
minori inerit, & maius de eodem in cõcluſione dicetur,
ſed a minori mediũ abeſſe poteſt, ergo & ab eadẽ ma-
ius. Demum addit ex eorum ſententia Alulidus Roſ.
vbicunq; fuerit dictum de omni. oportet cum eadem de
terminatione & totũ et partem determinari, ſed ſi maior
extiterit neceſſaria, maius extremum, quod rõnem totius
habet neceſſario determinatur, ergo ſi fieri debet de om-
ni prædicatio, neceſſe eſt, medium terminum, quis partis
rõnem habet, in minore propoſitione eadem determina
tione coerceri, ſi itaq; minor inexiſtens fuerit, non ſeque-
tur neceſſaria concluſio per dictum de omni. Confirma
tur, namque ſi oẽs cõplicationes, quæ ex id genus termi-
nis conſtitui poſſunt percurramus, ſemper inueniemus
concluſionem ſimilẽ minori, non autẽ maiori, puta, om-
nis homo aĩal, omne grammaticum homo, omne gram
D maticum animal, hæc.n. quemadmodum minor neceſſa-
ria eſt ſecundum quid, ita & concluſio, cum alioquin ma
ior ſimpliciter ſit neceſſaria. Aiunt nonnulli hoc euiden
tius reprobari in particularibus hunc in modum, neceſſe
eſt omnem hominem eſſe animal, aliquod albũ homo,
non tamen ſequitur neceſſe eſt aliquod album aĩal eſſe,
ꝙ ſi dicas hanc eſſe neceſſariam, ſequetur & hanc conſi
militer neceſſariam eſſe, aliquod aĩal album, qđ eſt fal-
ſum, nãque hæc proculdubio veritatẽ obtinet, contingit
nullũ animal album eſſe, quæ illã demolitur ac deſtruit.

Solutio rõnũ Theop. & Eudemi cõtra Ariſt.

Adhæc & conſimilia conabimur pro virili facere ali-
qua in parte ſatis, & ad primũ rñdemus, quemadmodũ
& Alulidus Roſ. nãque inquit cõcluſio non ſequiẽ pro-
poſitionẽ negatiuam, non aũt affirmatiuã ex eo, ꝙ nega
tiua vilior ſit affirmatiua, ſed ꝑpea ꝙ ipſa negatiua eſt,
cũ alioqn ſi abſoluta eſſet vilior, ipſa eẽt affirmatiua, nõ
negatiua, & cõfuſio ſermonis iſtius palã eſt ꝑ ſe. Hæc il-
le ſeu ſi diceret, negandum eſſe aſſumptum illud, ꝙ ſem B
per concluſio viliorem ſequatur propoſitionem, ꝙ ſi di
xeris hoc eſſe manifeſtum in ratiocinijs, in quibus con-
cluſio negatiuam ſequitur, non affirmatiuam, dicimus
ꝙ hoc non ſit eo, ꝙ negatiua vilior ſit affirmatiua, ſed
propter dictum de nullo, quod negatiuam colligit con-
cluſionem. Præterea inquit, ſuppoſito ꝙ ita eſſet, cum in
miſtione neceſſarij & inexiſtentis, minor quæ abſoluta
& inexiſtens eſt ſemper ſit affirmatiua nonne merito af-
firmationis, dignior cenſenda eſſet neceſſaria negatiua?
Quod ſi dixeris propterea ꝙ cõcluſio ſequitur eo ꝙ hæc
ſint, ideo ꝙ viliſſimum in vtraq; eſt, id etiam ſeruari in
concluſione, puta ſi altera negatiua fuerit vniuerſaliter,
altera vero affirmatiua in parte, concluſionem fieri ne-
gatiuam in parte, conſimiliter fieri & miſtione, hac nãq;
concluſionem a minore modũ accipere, ꝙ ſit inexiſtẽs,
a minore vero qualitatem quia ſit negatiua. Reſponde-
mus hoc falſum eſſe, namq; non ob id, ꝙ cõcluſio ſequi F
tur eo ꝙ hæc ſint, propterea debet ſeq̃it modum propo-
ſitionis ignobilioris, ſequi.n. eo ꝙ hæc ſint, conditio ac
lex eſt dicti de omni ac de nullo, in dicto autem de omni
vel de nullo duo tantum conſiderantur, qualitas & quã
titas, dico itaq; cũ tale principiũ idem ſeu ſimile ſit in ꝓ-
poſitionibus & inexiſtentibus et neceſſarijs, ꝙ leges illæ
quæ in inexiſtentibus obſeruabantur, eædem & hic cen-
ſentur, concluſionem inquam ſequi debere viliſſimum,
quod in quantitate ac qualitate extiterit non aũt in mo-
dis, quia ſi modũ ſequeretur, cum modus totam propo-
ſitionem determinet, maxime aũt prædicatum, eſſet con
cluſio in oĩbus alteri propoſitionum ſimilis, quod per-
abſurdum, namq; ſi altera eſſet negatiua, affirmatiua al-
tera, ex neceſſitate cõcluſio colligeretur negatiua. Ad alte
ram rationem reſpondet nonnulli negantes medium in
minore poſſe a ſubiecto abeſſe, propterea ꝙ partes tñ
ſubſtantiales accipiũtur medij termini, atq; quaſi in eorũ
opinionem incidunt, qui minorem volunt ſimpliciter in
exiſtentem eſſe quæ a neceſſaria non differat niſi modi G
appoſitione, alij etiam aliter dicunt, ſed nos omiſſis eorũ
rñſionibus hunc in modum dicimus fortaſſe longe me-
lius, cum.n. dicis, cum maior extremitas inſit minori in
concluſione, per medium, ſi medium a minori remoueri
poteſt, ergo & maior ab eadem, nego conſequentiã ra-
tiocinium q;, namq; ſi præmiſſæ nõ ſolũ illationis, ſed et
exiſtentiæ eſſent cauſa concluſionis, proculdubio verũ
eſſet, ꝙ medio deſtructio, concluſio aboleretur, quem-
admodũ & in poſterioribus arguitur, ſed quoniam de
modo tñ inferendi conſideramus non aũt cauſandi, ob
id dicimus poſſe concluſionẽ neceſſariã eſſe, toto antece
dente neceſſario non exiſtente, ſed altera dũtaxat parte.

Solutio inſtantiarum quæ factæ ſunt in terminis.

Ad inſtantia ꝑterea faciliime rñdere poſſumus, negantes
minorem hanc, omne motũ eſt homo veram aut inexi
ſtentẽ eſſe, immo dicimus ex neceſſitate aliquod motum
non eſſe hominẽ puta cœlum. Et ad alteram rñdemus ſe
cundum intentionẽ Alulidi Roſa. quẽ nonnulli etiã mo-
derniorum ſecuti ſunt, ꝙ concluſio maiore exiſtente ſe-
cundum quid & non abſolute neceſſaria, accipienda eſt
cum determinatione, cum.n. dicimus ꝙ homo eſt ambu
lans, manifeſtũ ꝙ nil aliud volumus, niſi ꝙ homo nõ eo H
ꝙ. homo ſed eo, ꝙ eſt ſubiectũ ambulationis ambulans
eſſe dicitur, itaque & in concluſione cũ tali accipiendua
eſt determinatione, nãque ſi propoſitiones per accidens
veræ ſunt, cur mirũ, ſi & cõcluſio talis, dicimus itaque
concluſionẽ iſtam eſſe veram, neceſſe eſt hominẽ ſecun
dum ꝙ ambulationis ſubiectũ moueri, conſimiliter ſol-
uitur & ſequens obiectio. Ad aliud vero quid ſit dicẽdũ
iã ex ſuperioribus liquet, non.n. verũ eſt, ꝙ eo mõ quo
mediũ minori, & maius eidẽ inſit, ni forte per cauſam de
monſtratio extiterit. Ad argumentũ vero Alulidi dici-
mus maiore falſam eſſe, non.n. ſi maior negatiua, pro-
pterea oportet & minorem eſſe talẽ. Cæterũ quo ad mo
dos iſtos ſemper cõcluſionẽ ad maioris imaginẽ enũcia-
ri in his inquam ratiocinijs, q̃ per dictũ de omni arguun
tur, ꝙ ſi acciderit concluſionẽ componi ad ſimilitudinẽ
minoris quo ad p̃dicati determinatiões, dicimus hoc ſic

I ri oppido per accidens, quẽadmodũ in modis illis, quoa ſupra relractos nuncupauimus, ibi.n.concluſio non maioris ſed minoris qualitatẽ ſequitur. Ad aliud prætere a quod ad huius confirmationẽ affertur, reſpondemus negantes id verũ eſſe, ſi enim faciamus cõplicationes iſtas, omnis homo ens, omne grãmaticũ homo, ergo omne grãmaticũ ens. Itẽ omnis homo animal, omne currens homo, omne currens animal, hic minor eſt, vt nunc inexiſtens, concluſio vero per accidens neceſſaria, ibi vero minor per accidens neceſſaria, cõcluſio autẽ per ſe, quapropter confeſſo conſtat, concluſionẽ non minoris ſed maioris naturã ſequi. Ad vltimã inſtantiã de particularibus ſyllogiſmis, dicimus minorẽ illã diſtinctione egere, cũ.n.dicis aliquod albũ homo, aut albũ accipis pro ſubiecto tantũ albedinis, aut formaliter pro albedine tantũ, aut pro ſubiecto cũ tali aptitudine, ſi primo & vltimo modo ſequitur concluſio illa, neceſſaria, ſi ſecundo, quẽadmodũ concluſio eſt falſa, ita & minor.

Nota quot modis conſideratur accidẽtale ſumi.

K Quod ſi dicas eodẽ pacto & minor neceſſaria dicenda erit, cum aſſeris aliquod albũ eſſe hominẽ. ſi.n.pro ſubiecto accipiatur nil amplius notat, niſi ꝙ homo albedini ſubiectus eſt homo, & hoc neceſſarium eſt.

Reſpondemus ꝙ hoc eſt aliquod albũ licet vnũ ſignificet determinatũ atq; ab alijs ſeiunctũ, indeterminate tamen & diſiunctiue ſignificat, quo fit vt minor inexiſtẽs, concluſio aũt neceſſaria eſſe dicatur, ſi enim antequã minor induceretur fuiſſet aliqua alia propoſitio præpoſita, ex qua neceſſario minor illa ſequeretẽ, proculdubio minor illa neceſſaria dicenda eſſet: quaſobres ſuppoſito ꝙ aliquod albũ ſit homo, ex neceſſitate ſequitur, neceſſariũ eſſe, aliquod albũ eſſe animal, vnde conſueuerunt moderniores modũ iſtũ neceſſitatis cõſequentiæ, nõ conſequentis neceſſariũ appellare, quare ſi faciamus conditionalem ſyllogiſmũ ex maiore minoreq; concluſionẽ poterimus cũ neceſſitatis modo determinatã inferre, puta ſi ex ne-

L ceſſitate omnis homo eſt animal, & aliquod albũ eſt homo, ex neceſſitate neceſſariũ eſt aliquod albũ animal eſſe. Quod ſi ambigens dixeris eodẽ pacto ſi maior ſine neceſſitatis modo afferratur addita minore, poterimus concluſionẽ cũ neceſſitatis modo concludere. Reſpondemus, poteris quidẽ aſſerere concluſionẽ neceſſario ſequi, non tamen neceſſario neceſſariã, quoniã talis modus in neutra præmiſſarũ opponebatur. Quod ſi iterũ dubites inquiens ꝙ Ariſto.infra modũ iſtum neceſſarij, quod vocamus ex ſuppoſitione rejicit atque refellit.

Ariſt.infra in ſecũda figura aliter ſumit ex ſuppoſitiõe neceſſarium.

Reſpondemus ꝙ ſecius ibi neceſſarium accipitur ex ſuppoſitione, q̃ hoc in loco quẽadmodũ procedẽtes declarabimus. Vel aliter & fortaſſe melius dicẽdum ad rationẽ principalẽ, ꝙ minor illa aliquid album eſt homo, nullo pacto vere inexiſtens cẽſenda eſt, tũ quia & prædicatũ neceſſario eſt, & habitudo etiã prædicati ad ſubiectũ neceſſaria, ſi albũ pro albedinis ſuppoſito accipiatur.

In ſumma igitur colligentes quodãmodo ea, quæ ſuperius diximus, enunciamus Ariſto.ſententiã extitiſſe, vt maiore neceſſaria & minore inexiſtente cõcluſio pacto aliquo ſequatur neceſſaria, ſicuti expoſuimus per decurſum de omni: nãq; ſubiectũ propoſitionis ſimpliciter neceſſariæ tã de eo quod in actu exiſtit verũ eſt, quã de eo,

Subiectum propõnis ſimpliciter neceſſariæ dr̃ tã de eo qđ actu quã de eo qđ potentia.

M quod in potẽtia, quo fit, vt nõnullæ propoſitiones, quas neceſſarias quidã arbitrãtur, nullo pacto neceſſariæ ſint vocitandæ, puta, ex neceſſitate nullũ album eſt nigrum, quia.n.poteſt aliquod albũ eſſe nigrũ, ideo quemadmodũ & infra dilucidũ erit, falſa illa exiſtit. Præcauendũ itaque ne has tanquã neceſſarias proferentes aliquod inde incõmodũ inferamus. Verũ enimuero tẽpus iã eſt, vt vel his collectis ad contextus expoſitionẽ me conferã. {Sed contingit aliquãdo.} Falſum inquit Alexã.eſt, quod nõnulli aſſerunt Ariſto.dixiſſe contingit aliquando, ob id, quia videbat cõplicationes non poſſe in omni materia verificari, non enim ob hoc contingit dixit, ſed propterea ꝙ non ſemper in tali miſtione ſequebatur concluſio neceſſaria, namque ſi maior fuerit inexiſtens, non ſequitur talis concluſio, ſi vero maior extiterit neceſſaria, & minor inexiſtens, tunc ſyllogiſtice neceſſaria ſequetur cõcluſio, quod & ipſe quaſi exponens inquit, præterquam ꝙ non vtralibet ſed quæ ad maius extremum. N

Nota hĩc ꝓpõnẽ eẽ falſã ex neceſſitate nullũ albũ eẽ nigrũ, vt infra pliꝰ dicit.

Quoniam enim b ipſi, ex neceßitate ineſt, aut non ineſt a: ipſum uero c, aliquid eſt eorum, quæ ſunt b: manifeſtum quod & c ipſi ex neceßitate erit horum alterum.

Iſta eſt monſtratio Ariſto.in his coniugationibus, cui maxime innititur, quoniã enim quemadmodũ & ſupra retulimus, idẽ aut ſimile eſt dictũ de omni in neceſſarijs, atque inexiſtentibus: ſi maior fuerit neceſſaria affirmatiua aut negatiua & minor inexiſtens affirmatiua, concludetur in concluſione maior de minore, cũ maioris determinatione. Verum alij hanc eandem monſtrant per ad incommodũ deductionẽ, ſit puta complicatio: ex neceſſitate omne b a: omne c b: dico ꝙ ſequitur ex neceſſitate omne c a. quia ſi non ſit ergo oppoſitũ, cõtingit aliquod c. non eſſe. a. cũ quo & maiore fit in ſecunda figura coniugatio ex maiore vniuerſali affirmatiua neceſſaria, & minore particulari negatiua contingente concludens particularẽ negatiuã contingentem, quemadmodũ & Theophraſtus & Eudemus volebant, referente Alexan.

Probatio ꝑ deductionẽ ad impoſſibile ꝙ ex maiori de neceſſario & minori de in eſſe ſequatur cõcluſio de neceſſario.

O

Melius autẽ & longe euidentius hoc fieri poteſt in tertia accepto oppoſito concluſionis cum minore, contradictoriũ maioris inferendo. namq; ex maiore negatiua cõtingente in parte, & minore vniuerſaliter affirmatiua inexiſtente, volente etiã Ariſto. contingens concluditur negatiua in parte. Sed & aliter nonnulli perſuadent, ſi enim inquiunt ex ambabus inexiſtentibus, inexiſtens ſequitur concluſio, nonne ex altera neceſſaria & altera inexiſtente maius quippiã ſequi debet? Ad hæc quidam inſurgunt dicentes, ꝙ eodẽ pacto monſtrare poſſemus & inexiſtentẽ contingentẽ fieri concluſionẽ, dico.n. ratiocinij gratia, ꝙ ſequitur ex neceſſitate, omne. b. a. omne. c. b: nõ neceſſario omne. c a. quia ſi nõ, ſit ergo oppoſitũ, aliquod c. nõ eſt. a: omne. c. b: igitur aliquod. b. nõ eſt. a. quod maiorẽ demolitur. Conſimiliter monſtrabitur & cõtingens: ſi.n. non ſequitur, contingit omne. c. eſſe. a. ſequatur itaq; oppoſitũ neceſſe eſt aliquod c. non eſſe. a. omne. c. eſt. b. ergo vel ex neceſſitate aliquod. b. non eſt a, vel ſaltẽ inexiſtendo aliquod. b. non eſt. a. quod maiorẽ diruit. Quare inquiunt iſti deductio hæc ad incõmodũ oppoſitũ magis q̃ propoſitũ monſtrat. Ad aliam quoq; perſuaſoriã rationẽ dicunt, ſi propterea ꝙ ex ambabus inexiſtentibus ſequitur inexiſtens, ideo ex altera neceſſaria & altera inexiſtente ſequi deberet neceſſaria, nos ad contrarias partes arguemus, ſi.n. ex ambabus neceſſarijs neceſſaria ſequitur concluſio, profecto ex altera tantũ aliquid minus ſequi debet, ſequetur igitur aut inexiſtens aut contingens concluſio. Ad harũ rationũ primã nonnulli hoc pacto reſpondent, in quorũ ſententiã Alex. quoq; ceſsiſſe videtur, qui ait, ꝙ de quibus neceſſario prædicatur aliquid, de his & ineſſe prædicabitur, nã quod ex neceſſitate ineſt, verũ eſt & ineſſe. Dicunt itaq; ex eo, quod eſt neceſſarium ineſſe, ſequi ineſſe ipſum: vnde recte proferri poſſe arbitrantur, ex neceſſitate homo eſt animal. ergo animal ineſt homini, & propterea inquit, ꝙ ſi in hac cõplicatione ad incõmodum deducentes monſtrauerimus ſequi neceſſariũ, cum ex neceſſaria ſequatur inexiſtens, quodãmodo & per accidens oſtendemus concluſionem etiã inexiſtentẽ ſequi. Sed Hercule non poſſum nõ maxima affici admiratione, ꝙ viri iſti tã contraria ſupradictis protulerint, nõne.n. ſuperius ſatis ſuperq; arguimus, propoſitiones iſtas a ſeinuicẽ & modo & materia penitus ſeiungi, neq; vnã ex altera ſequi vllo modo poſſe, ſi enim inexiſtẽs ea eſt, quæ prædicatũ dicit ſubiecto ineſſe, ita vt & nõ ineſſe poſſit, qui fieri põt, vt inexiſtens ex neceſſaria ſequatur? quod enim non poteſt non ineſſe, poſſe non ineſſe, hoc eſt aſſerere. Quaſobres ſecius ergo dixerim, ꝙ ductio illa ad incõmodum nulla penitus eſt: nõ enim ſimpliciter inexiſtentẽ ſequi mõſtrat, verũ ſecũdum q̃d inexiſtentẽ, quæ & neceſſaria ſecundũ materiam eſſe poterit, quẽadmodũ ſupra ſatis diſputauimus, & hanc concludi poſſe nos quoq; concedimus tanquam quæ ex neceſſaria ſequi poſſit, ꝙ ſi & illi ita intellexere nullum in-

Inſtãtia cõtra modũ deducẽdi ad impoſſibile.

Scda inſtãtia cõtra eãdẽ.

P

Inſtãtia contra rõnẽ ꝑſuaſoriam.

Solutio inſtãtiæ primæ ſcdm mẽtẽ quorundã & etiã Alex.

Q

Contra ſolutionem.

Alia ſolutio

ter

A ter nos penitus diſſidium erit. Ad ſecundam quicquid alij dixerint dicimus nos quaſi & prioris reſponſionem confirmantes, ꝙ non ſequitur incommodum aut impoſſibile, quod ſufficiat, vt monſtremus ſequi contingens, namq; neceſſaria negatiua particularis non modo contingentem deſtruit vniuerſaliter affirmatiuam, ſed & neceſſariam, non enim ſi iſta ſit falſa, ex neceſſitate aliquod .c. non eſt .a. propterea iſta erit vera, contingit omne .c. eſſe .a. ſed poterit & iſta, neceſſe omne .c. eſſe .a. vt in exemplo, ſi iſta eſt falſa, neceſſe eſt aliquem hominem non eſſe, animal, non tamen ob hoc vera hæc erit cõtingit omnem hominẽ eſſe animal, ſed iſta, neceſſe eſt aliquẽ hominẽ eſſe animal, non itaq; monſtratio illa ſana eſt, cũ non magis arguat contingens ſequi q̃ neceſſarium, eodẽ pacto & ad primam rationem poſſumus facere ſatis. Ad reliquam & poſſumus reſpondere cõcedentes aliquid minus ſequi q̃ ex neceſſarijs ambabus, propterea ꝙ ibi ſemper ex vtriſq; ſimpliciter neceſſarijs, ſimpliciter concludebatur neceſſariũ, hic autem ex ſimpliciter neceſſaria maiore tantum, aliquando ſimpliciter aliquando ſecundum quid ſequitur neceſſarium quemadmodum de ſupradictis palam eſt, non tamen ex his deduci poteſt, ſequi debere concluſionem inexiſtentem & non neceſſariam.

Solutio ſecundæ ſub ſtantiæ.

Solutio inſtantiæ contra rõnem pſuaſoriã.

C

B {Qm̃ enim .b. ipſi.} Senſus & ordo eſt, ex neceſſitate erit horum alterum ipſi .c. hoc eſt aut affirmatiua aut negatiua vniuerſaliter neceſſaria concludetur, qm̃ .a. ineſt aut non ineſt ex neceſſitate ipſi .b. & .c. eſt aliqd eorũ, q̃ ſunt .b. hoc eſt, quia per dictum de omni .a. prædicatur ex neceſſitate de omni eo, quod ſub .b. continetur.

Sin autem .b. quidem non eſt neceſſarium .b.c. uero neceſſarium, non erit concluſio neceſſaria: nam ſi eſt, continget .a. eorũ quæ ſunt .b. alicui ineſſe ex neceſſitate, & per primam, & per tertiam figuram: ſed hoc falſum. Contingit enim .b. tale eſſe, cui nulli accidit ineſſe .a.



C

Coniugatio ex maiori de ineſ. minori de neceſſario, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua.

Præterea & ex terminis palam, quod non eſt concluſio neceſſaria: ut ſi .a. eſſet motus, .b. animal, in quo autem .c. homo: animal namque homo ex neceſſitate eſt: uerum mouetur animal non ex neceſſitate, neq; homo. Conſimiliter autem & ſi priuatiuum eſſet, .a.b.e. eadem enim demonſtratio.



D

Eadem cõiugatio ꝙ ad neceſſariã ſit inutilis ex terminis oſtẽſio.

Poſteaquã inquit Philoponus eam expoſuit, q̃ ex maiore eſt neceſſaria, nunc eã elucidat, quæ econuerſo ſe habet hoc eſt quæ minorem habet neceſſariam, maiorem vero inexiſtentem & inquit non neceſſariam, ſed inexiſtentem ſequi concluſionem Hæc ille. Sed mea quidem ſententia non recte, namq; nullibi quæritantes, inueniemus Ariſt. aſſerere concluſionem ſequi inexiſtentem, immo quod amplius eſt, ſi hoc diceret perperã diceret, niſi forte inexiſtentem non ſimpliciter, ſed ſecundum quid intelligeret, quemadmodum & ſupra relatum eſt, & alibi quodammodo notat Leo Gerſonis, ex altera enim neceſſaria & inexiſtente altera non niſi per accidens ſequi poteſt vera & ſimpliciter inexiſtens. Dicimus itaq; nos aliter, ꝙ Philoſophus ſolum monſtrat complicationem iſtam non eſſe ad neceſſariam vtilem concluſionẽ concludendam, & hoc bifariam, tum quia ex hoc falſum aliquid ſequeretur, tum vero quia ex terminis refellitur, prius monſtrat hunc in modum, ſi enim inquit ex maiore inexiſtente & minore neceſſaria, concluſio concluderetur neceſſaria, ſequeretur aliquam propoſitionem inexiſtentem eſſe, & tamen prædicatum ex neceſſitate ineſſe alicui ſubiecto, quod eſt falſum vbi ſcias, inquiunt Alex. atque Philoponus ꝙ falſum dixit & non impoſſibile, propterea ꝙ poteſt iſta vera eſſe, omne .b. eſt .a. cum hoc ꝙ aliquid .b. ex neceſſitate ſit .a. Ego autẽ dico ſi maior fuerit vere inexiſtens, fieri hoc non poſſe, namq; particularis neceſſaria affirmatiua vniuerſalẽ inexiſtentem affirmatiuam deſtruit ac demolitur, ꝙ ſi dixeris, cur ergo non dixit impoſſibile? Reſpondemus hoc ideo feciſſe quia maior poterat fortaſſe ab aliquo perperam accipi inexiſtentis ſecundum quid, cum qua nil vetat quin & particularis neceſſaria vera eſſe poſſit, & inſuper quia licet propoſitiones iſtæ ſeinuicem perimant, non tamen veræ contradictoriæ ſunt, & ex hoc liquidũ inquit Alex. eſt, qualem philoſophus voluerit accipi pro poſitionem inexiſtentem, quod tamen nonnulli aliter interpretantur, ſed de his ſupra abunde diximus. Monſtrat autem Ariſt. hoc falſum ſequi & per primam & per tertiam figuras, per primam hunc in modum, ſit primum complicatio hæc, omne .b.a. ex neceſſitate omne .c.b. dico ꝙ non ſequitur ex neceſſitate omne .c.a. quod ſi aſſeras, tunc ex concluſione, & minorem conuertente in prima figura concludimus ex neceſſitate aliquod .b.a. hoc pacto, ex neceſſitate omne .c.a. ex neceſſitate, aliquod .b.c. ex neceſſitate aliquod .b.a. verum ſupra dicebamus, abſolute omne .b.a. eſſe, quod cum ſuperiore falſitatem & fortaſſe impoſſibile claudit. In tertia vero figura ſic mõſtrabitur, ex neceſſitate omne .b. ergo ex neceſſitate aliquod .b.a. quod falſum eſt & abſurdum, non autem ſequitur tale quippiam ſi econuerſo ponantur propoſitiones, vt cuiq; planum fieri poteſt, vnde tali motus differẽtia non immerito dixit, maiore neceſſaria concluſionem itidem neceſſariam ſequi, minore autem minime {Contingit autem.} Dixit, ait Alex. pro eo, quod eſt cõtingit .n. namque ſuperiorum quaſi rationem reddit, quamobrẽ & nonnulli .n. pro autem ſcripſere. {Præterea & ex terminis.} Poſſumus inquit Philoſophus monſtrare complicationem hanc ad concluſionem neceſſariam inutilẽ eſſe hunc in modum, omne animal mouetur, ex neceſſitate omnis homo animal, & tamen non ſequitur ex neceſſitate omnis homo mouetur. Mirum, inquit Alexan. quomodo non vidit, ijſdem terminis refelli poſſe præcedentem coniugationem ex maiore neceſſaria hunc in modum, ex neceſſitate omnis homo animal, omne motum eſt homo, nec tamen ſequitur ex neceſſitate omne motum eſt animal; quare ait idem, voluit fortaſſe ꝙ ea ſub .b. acciperemus quæ illi ſubſtantialia ſunt, aliter .n. nõ ſemper ſequitur neceſſarium, immo addit Philoponus, ꝙ aut neglexit aut ex ſuppoſitione accepit neceſſarium, nos autem dicimus ꝙ nullo pacto ijſdem terminis illa complicatio refelli poteſt, namque quemadmodũ concluſio eſt falſa, ita & minor, non .n. verum eſt omne motum hominẽ eſſe, immo ex neceſſitate aliquod motũ nõ eſt homo, puta coelũ, quare nullo pacto minor ineñs vera eſſe põt. {Conſimiliter aũt.} Conſimiliter, inquit, mõſtrabimus & ſi maior negatiua fuerit meñs, nõ ſequi cõcluſionem neceſſariã in prima figura hunc in modũ, ſit cõplicatio, nullũ .b.a. ex neceſſitate, omne .c.b. dico ꝙ nõ ſequitur ex neceſſitate nullũ .c.a. ꝙ ſi aſſeras, hac accepta eſt minorẽ conuertente ſequetur ex neceſſitate aliquo .b. nõ eã .a. ita ex neceſſitate nullũ .c.a. ex neceſſitate aliqđ .b.

E

Contra expõnem. leo gẽſ.

Alia expõ.

Nota de mẽte Alex. & Philop.

F

G

H

I c.ergo ex neceſsitate aliquod.b.non eſt.a.ſed fuerat ſuppoſitum hanc inexiſtentem eſſe,nullum.b.a.falſum.itaq; eſt, quod ſequitur.Conſimiliter & in tertia monſtrationem facere,poſſumus, quemadmodum & in præcedentè.Verum inquit Alex. dum monſtratio hic videatur deductio ad impoſsibile,non tamen talis eſt, námque neq; oppoſitum concluſionis ſupponitur, neque quod ſequitur vere eſt impoſsibile,eſt itaque oſtenſio quædam mōſtrans complicationem iſtam non eſſe veram, eo q ex vero minime falſum ſequitur.

In ſyllogiſmis uero qui ſunt in parte, ſi uniuerſale eſt neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria, ſinautem quod ſecundum partem,non neceſſaria, neque priuatiua,neque prædicatiua,exiſtente uniuerſali propoſitione. Sit autem primum uniuerſale neceſſarium,& .a.omni.b.inſit ex neceßitate.b.uero alicui.c.ſolum inſit,neceſſe utique.a.alicui.c.ineſſe ex neceßitate,nam.c.ſub.b.eſt b.uero omni.a.inerat ex neceßitate.

K Cōiugatio ex maiori de neceſſario minori, de in eſſe particulari.



Conſimiliter autem & ſi priuatiuus eſſet ſyllogiſmus,eadē enim erit demonſtratio, ſi uero quod eſt in parte neceſſarium ſit,non erit concluſio neceſſaria, nullum enim impoßibile concidit, quemadmodum neque in uniuerſalibus ſyllogiſmis. Conſimiliter autem, & in priuatiuis: Termini, motus, animal,album.

Eadem negatiua.

L



Eodem inquit pacto monſtrabimus & particulares, namque ſi maior neceſſaria extiterit, concluſio itidem neceſſaria erit,ſi inexiſtens,non erit neceſſaria. { Sit autē primum. } Monſtra quomodo ex vniuerſali affirmatiua

M neceſſaria, & minore particulari inexiſtente concluſio ſequatur affirmatiua in parte, hoc autem oſtendit per decurſum dicti de omni. { Conſimiliter autem. } Eodē inquit pacto ex maiore vniuerſaliter negatiua neceſſaria,& minore inexiſtente affirmatiua in parte, cōcluſio ſequetur,neceſſaria negatiua in parte.{ Si vero quod eſt ſecundum partem. } Monſtrat eas, quæ minorem habēt in parte neceſſariam affirmatiuam inutiles eſſe ad cōcluſionem neceſſariam,namq; inquit nullum ſequitur impoſsibile, quemadmodum neque in vniuerſalibus, hoc eſt veluti in vniuerſalibus ſupponentibus nobis ex maiore inexiſtente, & minore neceſſaria concluſionem ſequi inexiſtentem, nihil falſi ſequebatur, impoſsibile.n. pro falſo dixit, neceſſaria vero ſuppoſita aliquid ſequebatur Conſimiliter & in his, vel aliter inquit Alexand, quemadmodum in uniuerſalibus ſi neceſſarium ſuppo-nebamus concluſionem, facta ad impoſsibile deductione,nullum ſequebatur impoſsibile,ſed falſum ſolum, ita & quando minor in parte fuerit neceſſaria ſit.n.omne.b. a.aliquod.c.ex neceſsitate eſt b.ergo aliquod.c.ex neceſsitate eſt.a.ſi quiſpiam vellet hoc monſtrare,ſumet ipſius oppoſitum,contingit nullum.c.eſſe.a.cui addita minore, aliquod.c.ex neceſsitate eſt.b.concluditur in tertia,cōtingit igitur aliquod.b.non eſſe.a. quod non eſt impoſsibile,poſitum namque fuerit omni ineſſe.Si vero non vellemus neceſſarium oſtendere, ſed inexiſtens ſecundum quid,procederet ductio & impoſsibile aliquid cōcluderetur, ſit itaque ſenſus, q quemadmodum in vniuerſalibus non erat concluſio,neceſſaria,quia nihil impoſsibile ex deductione ſequebatur,ita & in particularibus, non expoſuit autem monſtrationem iſtam, eo q non dum de miſtione neceſſarij & contingentis facta eſt mentio. N

Vel aliter inquit Alex. poteſt hoc,quod eſt nihil impoſsibile contingit referri nō in monſtrationem, qua oſtendit falſum ſequi,neq; in deductionem ad impoſsibile,ſed eſſe terminorum teſtimonium quoddam ita q ſenſus ſit,aſſumptis quibuſcunque terminis nil ſequitur impoſsibile ſi ſuppoſuerimus concluſionem ſequi ſecundum quid inexiſtentem,non autem neceſſariam,quodque hoc ita ſit ſignificat, quum terminos ſtatim appoſuit, nam motus omni ineſt animali aut nulli, animal alicui albo ex neceſsitate,puta cigno, & tamen motus alicui albo ineſt vel non ineſt non ex neceſsitate.Scitu tamen dignum q ad falſum,deductio non vſu venit hoc in loco,quemadmodum in vniuerſalibus, ſi enim poſuerimus aliquod, c.a.ex neceſsitate, vtram aſſumpſerimus, faciemus inutilem complicationem, ſi enim minorem acceperimus, aliquod.c.b.ex neceſsitate, habebimus in tertia figura binas particulares. Conſimiliter & ſi b.c.conuerterimus in prima, ſi vero aſſumpſerimus omne.b.a.& aliquid.c.a. ex neceſsitate,erit ſecunda ex ambabus affirmatiuis,poſſumus autem & ex vniuerſalibus iſtas arguere,nā quoniam hæ ſolo differunt particulari,& in illis poſita inexiſtente ſecundum quid concluſione,nil ſequebatur impoſſibile eodem pacto & in his.Itidem dicendū erit,ſi maior fuerit inexiſtens,fiunt enim rurſus in prima aut tertia particulares ambæ, vna negatiua,altera affirmatiua,aut in ſecunda ambæ negatiuæ, atque hæc hactenus de miſtione neceſſarij & inexiſtentis in prima figura, ſequitur deinceps eiuſdem miſtionis ſecunda. Miſtio neceſſarij,et ineſſe in ſecunda figuræ. O P

Sed in ſecunda figura ſi priuatiua propoſitio eſt neceſſaria, & concluſio erit neceſſaria, ſi uero prædicatiua non neceſſaria. Sit enim primum priuatiua, & a nulli contingat.b.ipſi uero.c.ſolum inſit,quoniam itaque conuertitur priuatiuum & .b. a.nulli contingit.a.uero omni ineſt.c.quare nulli.c.contingit.b. namque.c.ſub.a.eſt.

Q Coniugatio ex maiori de neceſſario minori de in eſſe. quæ maioris conuerſione oſtenditur.



Conſimiliter autem, & ad.c. ponatur priuatiuum. ſi enim.a.nulli.c.contingit, & .c.nulli a..contingeт. a. uero omni ineſt.b. quare. Nulli.b.contingit.c. quare

A *quare nulli.b.contingit.c. ſit enim prima rurſus. igitur neque. b.ipſi. c. conuertitur enim ſimiliter.*

Cõiugatio ex maiori de ineſſe, minori de neceſſario, q minoris & cõcluſionis cõuerſione & pmiſſarũ trãſpoſitione oſtẽditur.



B

Monſtrat quõ in ſecunda figura ex altera neceſſaria & altera inexiſtẽte fiat vtilis cõplicatio, & inquit q ſi priuatiua ſit neceſſaria, & cõcluſio itidẽ neceſſaria erit: ſi vero affirmatiua ſit neceſſaria, minime. vbi inquit Alexander ſubaudiendũ eſt, ſi priuatiua & vniuerſalis ſit neceſſaria, tum quia de vniuerſalibus nunc ſermonẽ facit, tum quia in quarto figuræ iſtius priuatiua neceſſaria exiſtente, non erigitur vtilis coniugatio, quẽadmodũ infra dilucidũ erit. Hoc autẽ ideo fieri debet qm̃ complicationes iſtæ eundem tiam capiunt a ſecũdo primæ, vbi ſi maior neceſſaria extiterit & concluſio ſimiliter ſe habebit: ſin autẽ minor concluſio non erit neceſſaria, negatiua enim ſecundæ ſemper maior efficitur in prima, facta terminorũ conuerſione, & ob id oportet hanc eſſe neceſſariam vt maior primæ neceſſaria ſit. { Sit enim primũ. } Primam exponit quæ maiorem vniuerſaliter habet negatiuam neceſſariam, & minorem vniuerſaliter affirmatiuam inexiſtentẽ, & inquit concluſionem colligi neceſſariam: nãq; maiore conuerſa ad ſecundum primæ reuocatur, dixit autem, a, nulli contingit. b, pro eo, quod eſt, ex neceſſitate nullum.b.eſt.a.

Expõ Alex. Not. Alex. in expõne huius loci dicere qđ huic dicto philoſophi cõtingit nulli ſiſeeſt aliud dictum, nõ cõtingit alicui quod æquiualet huic neceſſe nulli, ex quo ſoluit inſtantia q̃ hic facit author.

C

Vbi inquit Alexander nõ intelligendũ nulli contingat, vt cõtingens: ſed vt cõtingentis negatio, quod æquiualet ex neceſſitate nulli. Verum hæc haud recte: nãq; ſi nulli cõtingit, cõtingentis negationẽ ſignificaret, non eſſet hoc vniuerſaliter enunciandũ, ſed in parte: huic enim cõtingit nulli, aut cõtingit omni nõ cõtradicit neceſſe nulli, ſed neceſſe alicui, aut alicui nõ. Dicimus itaq; aliter, q cõtingit latius dixit pro neceſſe eſt, quẽadmodũ & ſupra expoſuimus, & hæc Ariſtoteles. Verũ Philoponus inquit poſſe cõplicationẽ iſtã terminis refelli hunc in modũ, ex neceſſitate nulla ſanitas eſt ægritudo, omnis hõ eſt ſanus, nec tñ ſequitur ex neceſſitate nullus hõ eſt æger. Itẽ ex neceſſitate nulla virtus eſt vitium, omnis hõ eſt vitioſus, nec tñ ſequitur, q nullus hõ ex neceſſitate ſit ſtudioſus. Cæterũ inſtantiolæ iſtæ nullæ ſunt: nãq; termini non recte exponuntur, quẽadmodum infra bene declarabit philoſophus: hæc enim neceſſaria eſt, nulla ſanitas eſt ægritudo, nõ aũt iſta: nullus ſanus eſt æger, & ideo perperã minor accepta fuit, omnis hõ eſt ſanus, ſed dicendũ fuerat omnis hõ eſt ſanitas, & in cõcluſione: nullus hõ eſt ægritudo ex neceſſitate, quorũ alterũ falſitatem, alterũ veritatẽ obtinet. { Cõ ſimiliter autẽ. } Eã explicat, quæ maiorẽ vniuerſaliter habet affirmatiuã inexiſtentẽ, minorẽ vero vniuerſaliter negatiuã neceſſariã cõcluſionẽ, cõcludens negatiuã neceſſariam itidẽ vniuerſaliter, quæ minoris ac concluſionis conuerſione facillime ad primã reuocatur figurã. { Cõuertitẽ enim ſimiliter. } Similiter dixit, hoc eſt, ſi cõuerſa ſit neceſſaria, q & cõuertens itidẽ neceſſaria erit, ſi inexiſtens, inexiſtẽs, aut ſimiliter in neceſſarijs & in his, quæ inexiſtũt.

Inſtantiæ Philoponi

D

Solutio inſtantiarũ.

Sin autem prædicatiua propõ eſt neceſſaria non erit concluſio neceſſaria: inſit enim.a.omni.b.ex neceſſitate.c.uero nulli inſit ſolum. Conuerſo itaq; priuatiuo prima efficitur figura: monſtratũ eſt autem in prima quòd non neceſſaria exiſtente priuatiua, quæ ad maius, neque concluſio eſt neceſſaria: quare neque in his erit ex neceſſitate. E

Cõiugatio ex maiori de neceſſario minori de ineſſe, q minoris cõuerſione oſtenditur.

F

Præterea, ſi concluſio eſt neceſſaria, contingit.c.alicui.a.non ineſſe ex neceſſitate: ſi enim.b.nulli.c. ineſt ex neceſſitate, & .c. nulli.b.inerit ex neceſſitate: ipſum uero b.alicui a.neceſſe eſt ineſſe: ſi quidem & .a.omni.b.ex neceſſitate inerat: quare & .c.neceſſe eſt alicui.a.non ineſſe: uerum nihil uetat.a.tale acceptũ fuiſſe, cui omni.c.ipſum contingit ineſſe.



G

Eiuſdẽ per impoſsibile oſtenſio.

Præterea & terminos exponentem monſtrare liceret, quòd concluſio non eſt ſimpliciter neceſſaria, ſed his exiſtẽtibus neceſſarijs, ut ſit.a.animal: b.homo: c.uero album, & propoſitiones ſimiliter ſint acceptæ. contingit enim animal nulli albo ineſſe, & homo utiq; nulli inerit albo, uerum non ex neceſſitate: contingit enim hominem fieri album, non tamen quouſque animal nulli inſit albo, quare his quidem exiſtentibus neceſſaria erit concluſio, ſimpliciter autem non neceſſaria. H

In terminis eiuſdẽ oſtẽ.



Mõſtrat inutiles cõplicationes hac in figura ex vniuerſalibus terminis. ſi.n.inquit affirmatiua neceſſaria fuerit, negatiua vero inexiſtens, nõ erũt vtiles cõplicationes ad concluſionẽ neceſſariam, nãq; ſi in prima redigãtur figu-

I rã caſſæ atq; inutiles inuenientur. {Præterea ſi cõcluſio.} Poſteaquã monſtrauit prædictam complicationẽ concluſionem colligere non neceſſariã ex conuerſione ad primã figuram, idem nunc arguit facta ad incõmodũ deductione: ſi enim ſupponamus neceſſariã fieri concluſionem abſurdum quid conſequetur: hoc eſt aliquod.a.ex neceſſitate non eſſe.c: ſit enim omne.b.a.ex neceſſitate: nullũ.c.eſt.a, tantum, ſi dixeris concludi ex neceſſitate nullũ.c.b.erit, & nullũ.b.c.ex neceſſitate: nam conuertitur, deinceps cõuertatur maior ex neceſſitate omne,b.eſt.a: & dicamus ex neceſſitate aliquod.a.b, ex quibus in prima cõcluditur aliquod,a,non eſt,c,ex neceſſitate, quod tamen falſum eſſe dicit: nil enim vetat, ꝙ hæc vera ſit nullũ,a,c, ita ꝙ etiam cõtingat omne,a,eſſe,c. Hæc enim quẽadmodũ & ſupra retulimus cõditio eſt propoſitionis inexiſtentis, quæ igitur ſic accipiatur negatiua nullũ,c,a, vt & omni cõtingat ineſſe falſum erit ex neceſſitate aliquod,a,nõ eſſe,c, ergo & ſuppoſitio falſa: non enim poteſt ex vero falſum ſequi.

K Vnde hoc in loco inquit Leui Gerſonis opinionẽ Theophraſti atq; inſuper Aluli. Roſ. falſas eſſe: ꝓpterea ꝙ volebant cũ propõne inexiſtẽte poſſe verificari & neceſſariã, quod tñ penitus negat Philoſophus, quapropter nullo pacto iſta inexiſtens cenſenda eſt, oẽ ambulans mouetur: cũ nunq; poſſimus vere enunciare: nullũ ambulans mouetẽ, qua de re inquit idẽ, fortaſſe illa vere inexiſtens cenſenda eſt, quã poſuit Alexander. Cæterũ de his abunde ſupra diſputauimus. {Præterea & terminos.} nõ ſolũ inquit vniuerſalibus rõnibus hoc poſſumus confirmare, ſed & excẽplis ꝙ concluſio nõ proprie cõcluditur neceſſaria, vt ſit a, animal b, homo, c, albũ: nãq; ex neceſſitate omnis homo animal, nullũ albũ animal, cõcluditur ſimpliciter nullũ albũ hõ.

Dictũ Leui Gerſõn cõtra Theophr. & Aluli. de ꝓpõne inexiſtẽte

Verũ inquit Alexãder terminos iſtos nõ poſuit ſine aliqua ſuſpitione dicens, contingit enim animal nulli albo ineſſe: nãq; ex neceſſitate aliquod animal eſt albũ, et aliquod albũ nõ eſt animal, & ꝓpterea non eſt hæc vere inexiſtens: vnde inquit ille poſſemus alios terminos accipere: puta ſit, a, vigilare, b, ambulare, c, autẽ homo: nãq; ex neceſſitate oẽ ambulans vigilat, nullus hõ vigilat, nõ tñ ſequitur ex neceſſitate nullus homo ambulans, ſed hi

Not. Alex. terminos et variãdos ab his quos Ari. aſſũpſit, Nota neceſſarium ex ſuppoſitiõe duplr ſum.

I cratem ambulare, negatio eſt, non contingit Socratem ambulare, hoc autem, quod eſt contingit Socratem non ambulare, ex tranſpoſitione eſt affirmatio, huius autem negatio, nõ contingit Socratem nõ ambulare, Fit.n.negatio in huiuſcemodi propoſitionibus & ſi ipſi eſt applicet negatio, cum ipſum eſt accepimus ſecudum actũ in talibus propoſitionibus actualiter ponentes non ſolum ſubintelligentes ipſum, quemadmodum quando nõ dicimus, poſsibile Socratem philoſophari, ſed cum, poſsibile eſt Socratem philoſophari, huius.n.affirmationis negatio, & quæ eſt non poſsibile eſt Socratem philoſophari, & quæ eſt, poſsibile non eſt Socratem philoſophari, ſatius tamen & tutiua ſecundum omnes negationes in propoſitionibus cum modo præponere negationem modo, ſiue habeant, ſiue non habeant eſt adiacens, & affirmationis, quæ eſt, poſsibile eſt Socratem philoſophari, negationem ponere non poſsibile eſt Socratem philoſophari, & in alijs autem facere conſimiliter. Hæc ille, ve-
K rum iſta magis ad librum atinent περὶ ἑρμηνείας. { Quemadmodum dictum eſt prius. } Hoc eſt in libro de interpretatione, ex quo inquit Alex. monſtrare poſſumus de interpretatione librum Ariſt. eſſe, non autem ſubditiũ, veluti male opinabatur Andronicus Rhodius. Aut & hoc ſupra dixit vbi agebat de modalium cõuerſione ad calcem illius capitis.

Determinatis uero his rurſum dicimus, quod contingere ſecundum binos dicitur modos: unum eo quòd ut plurimum fit & deficit neceſſarium, ut caneſcere hominem uel augeri aut minui: aut penitus quod aptum natum eſt eſſe, hoc enim non continuum quidem habet neceſſarium. propterea q. non ſemper eſt homo, atqui dum homo ſit aut ex neceßitate aut ut plurimum eſt. Alium ipſum infinitum, quod & ſit & non ſit impoßibile, ut ambulare animal, aut ambulante terræmotum fieri, aut omnino quod a fortuna fit: nil.n. magis ſic aptum eſt natum, quàm in contrarium.

L

Diuiſio cõtingẽtis eſt generis in ſpecies.

Secat nunc cõtingens ſupra definitum duas in partes in natum atq; infinitum, eſt autem referente Alex. diuiſio hæc veluti generis in ſpecies, aut totius in partes: quas tres facit in expoſitione ſua Aluiidus Roſ. vt in pluribus vt in paucioribus, & æqualiter, has etiam ſupra recẽſuimus, ſed Ariſt. tria hæc ad duo redegit, natum atq; infinitum. Hoc autem iſta de cauſa factitatum fuiſſe arbitror, propterea ꝙ vtraque contingentia et vt in paucioribus & æqualiter indeterminatam quandam naturã habent, & ob id exiſtimo iuiſſe iſthæc infinita vocitata, cõtigẽa enim æqualiter propter hoc infinitum atq; indeterminatum dicitur, quia non magis ſic ꝙ̃ ſic determinatur, ſed ad vtramuis partem flectitur, vt in paucioribus vero infinitum vocitatur, quia quaſi ſine cauſa fit, caſu puta aut fortuna, & quia penitus infinitum eſt & incertum, nãq; neceſſarium illud eſt, quod maxime finitum & determinatum dicitur, ſecundo, quod neceſſario proximius, hoc autem eſt contingens vt in pluribus, quod autem maxime diſtat a neceſſario ac determinato, non iniuria infinitum atque indeterminatum vocatur, vt æqualiter cõtingens, & adhuc magis, quod in paucioribus, vnde inqt
M Alex. fingamus lineam diui duas in partes inæquales, ex hac ſectione cauſabuntur duo cõtingentia, vt in pluribus atque vt in paucioribus, ſi vero eandem partiamur in duo æqualia, contingens erit æqualiter. { Hoc enim non continuum. } Cauſas tradit ob quas contingens vt plurimum non eſt neceſſarium, et inquit has binas eſſe, vnã ex parte ſubiecti alteram ratione prædicati, ex parte quidem ſubiecti, veluti ſi naturaliter debeat homo caneſcere in ſenectute, accidit plerunque hoc non fieri, propterea ꝙ homo antequam ad ſenectutem deueniat prius interibit, ex parte vero prædicati, quoniam licet ad id etiam ætatis perueniat, non tamen orientur cani, & hoc eſt, qđ ipſe dixit, hoc.n.non continuum quidem habet neceſſarium, propterea ꝙ non ſemper eſt homo, ſi vero ſemper eſſet homo, non tamen adhuc ſemper caneſceret in ſenectute ſed aut ex neceſsitate aut vt plurimum caneſceret,

Quare contingẽs æquale & in paucioribus infinita vocẽtur.

ex neceſsitate quidem, ſi tale prædicatum neceſſariã haberet ad ſubiectum habitudinẽ, ut plurimum vero, ſi nõ neceſſariam, quemadmodum in propoſito ſupponimus nõnulli vero aliter exponunt dicentes motum ad canitiẽ neceſſarium eſſe, ipſam vero canitiem nõ neceſſariam, ſed prior expoſitio multo antiquior. { Alium. } Nunc alterum cõtingens exponit, quod infinitũ nuncupatur, quodq; biſariam dicitur æqualiter atque vt in paucioribus, contingens æqualiter ſignificauit, cum dixit, quod & ſit & non ſit poſsibile, vt in paucioribus dũ ait, aut omnino quod a fortuna fit, & exemplo etiam vtrumq; notauit, æqualiter, cũ dixit, ambulare animal, vt in paucioribus dum inquit, aut ambulantes terræmotum fieri.

Conuertitur itaque ſecũdum oppoſitas propoſitiones utrũq; contingentium, non eodem tamen modo, ſed quod aptum natum eſt eſſe cum eo, quod eſt, non ex neceßitate ineſſe: ſic enim contingit non caneſcere hominem, ipſum uero infinitum cũ eo, quod eſt, nihil magis ſic, quam illo modo ſe habere aut habitum ire.
O *Verum ſcientia ac ſyllogimus demonſtratiuus de ipſis quidem infinitis non eſt, eo quòd inordinatum eſt medium, de apte uero natis eſt, & ferme rationes & conſiderationes fiunt de ſic contingentibus: de illis autem accidit quidem fieri ſyllogiſmum, nõ tamen conſueuerunt quæri. Hæc igitur magis determinabũtur in ſequentibus. Sed nunc dicamus quando & quomodo & quis erit ſyllogiſmus ex contingentibus propoſitionibus.*

Quia ſuperius ſimpliciter dixerat contingẽs ad oppoſitum conuerti, nunc idem hoc preſsius & in ſpecie declarat inquiens vtrumq; contingentium, hoc eſt natum atque infinitum conuerti ſecundum propoſitiones oppoſitas, differre tamen inter ſe, propterea ꝙ contingẽs natum non conuertitur in natum amplius, ſed in non neceſsarium, ceu ſi dicam, contingit hominem caneſcere in ſenectute, vertetur in iſtam, cõtingit hominem nõ caneſcere in ſenectute, quod natum nõ eſt, ſed non neceſsarium, vbi per non neceſsarium intelligunt nonnulli contingens in genere, ſeu poſsibile illud alium, quod nos ſu-
P pra & negauimus & demoliti ſumus. Quapropter ſecius Alex. conuertitur inquit & ſecũdum oppoſitas propoſitiones vtrumq; contingentium, nõ eodem tamẽ modo, ſed de eo quod vt plurimum dicitur, verum eſt aſſerere, ꝙ contingat nõ eſſe, non ꝙ æqualiter cõtingat eſſe & nõ eſſe, verum quia de contingente vt plurimum dicere poſſumus, ꝙ nõ neceſſario eſt, contingens enim nõ eſt neceſſarium, vult itaq; in ſumma Alex. dixiſſe philoſophũ, contingẽs hoc cõuerti in non neceſſarium quaſi cauſa reddẽtem cur, & ipſum in oppoſitam cõuertatur qualitatem, ceu ſi diceret, cõtingens vt plurimum ad oppoſitum vertitur, quoniam et ipſum nõ eſt neceſſarium. Cæterum licet enarratio hæc ſit multum ingenioſa, nõ tamen multum cõtextui adaptatur, namq; cauſam cur cõtingens ad oppoſitum vertatur ſatis ſupra retulit, cum alioquin intẽtio philoſophi hoc i loco nõ ſit cauſam reddere. ob quã cõtingens ita vertitur, ſed differentiam potius, qua differunt vtrorumque contingentium cõuerſiones. Dicimus itaque nos aliter, ꝙ per nõ neceſſariũ hoc
Q in loco intellexit contingẽs vt in paucioribus, quãuis ꝓ alio ſupra in cõtingentis diſtinctione nõ neceſſarium acceperit. Hoc autem ideo fecit, quia cõtingens iſtud maxime neceſſarij vim atque naturam demolitur, neceſſarium namque & ſubiecto prædicatum ineſſe dicit et ſemper ineſſe. Contingens vero in paucioribus prædicatum ſubiecto non ineſſe aſſerit & rarenter ineſſe poſſe.

Alter ſecũdum Alex. cõuerti contingens ad oppoſitam qualitatem.

Qua de re ſunt qui aliter intelligant diuiſionem cõtingentis ſupra recitatam, volunt enim ꝙ contingens natũ comprehendat contingens illud, quod natura & vt plurimum fit, puta hominem naſci cum quinque digitis, & illud etiam, quod huic opponitur, quod & ipſum natum vocari poteſt non vt ſit, ſed vt nõ ſit, naturale enim eſt, vt homo non naſcatur ſe digitus. Addunt inſuper infinitũ quoq; biſariam dici, & id quod æqualiter ſe habet, vt hominem ambulare, & illud etiam, quod rariſsime accidit,

Nota expoſitionem diuiſionis infiniti contingentis & nati ſecundum alios.

A dit, non tamen naturaliter aut ad eſſe, aut ad non eſſe determinatur, ſed cauſam habet infinitam & per accidens, quemadmodum ambulante homine terræmotum fieri, & ob id aſſerunt Ariſto. dixiſſe, contingens natum eſſe, non conuertitur in contingens natum eſſe, ſed in contingens natum non eſſe, quod non neceſſarium vocitauit, quodque quaſi deſcribens inquit, ſic enim contingit non caneſcere hominem, ipſum vero infinitum conuerti in idem ſemper infinitum, puta ſi fuerit infinitum æqualiter in infinitum æqualiter, ſi infinitum & in determinatū ſecundum cauſam in infinitum ac in determinatum ſecūdum cauſam, puta fodientem, theſaurum inuenire, vel fodientem theſaurum non inuenire, neutrum magis quo ad cauſam determinatum eſt, ſed vtrumque per accidēs & indeterminate accidit, & fortaſſe hunc in modū intelligebat in Beta naturalis auditus Ariſt. τύχην & αὐτόματον. Sed de his alibi pertractandum relinquo, hoc itaq; quaſi innuens philoſophus ſubdit, ipſum uero infinitum cum eo, quod eſt, nihil magis ſic ſe habere, aut habitum

B ire. Si igitur hunc in modum contextum expoſuerimus facillima erunt, omnia, ſin autem ſuperiorem ſecuti fuerimus expoſitionem incidet haud mediocris dubitatio: Cur Ariſtoteles dicat contingens natum, hoc eſt contingens vt plurimum non conuerti eodem pacto, et tamen hoc aſſerat de contingenti infinito, cum alioquin contingens in paucioribus, quod ſub infinito comprehenditur, & ipſum non eodem conuertatur pacto, namque contingens vt in paucioribus conuertitur in cōtingens vt plurimum puta, ambulante homine terræmotum fieri raro accidit, & ob id ſuum oppoſitum frequentius eueniet. Quod ſi velimus & opinionem iſtam præſtare, dicendum a nobis erit Ariſto. non hoc ſenſiſſe aut protuliſſe de omni contingenti infinito, ſed de eo tantū, quod æqualiter vocitatur, quodq; innuens dixit, nihil magis ſic q̄ illo modo ſe habere aut habitum ire, ceu ſi diceret, illud volo contingentis infinitum, quod neq; in præſenti neq; in futuro magis determinabitur ad eſſe, q̄ ad non eſſe, aut econuerſo, hoc autem ideo feciſſe videt̄ q̄m contingens vt in paucis raro in monſtrationē venit.

Nota dubiū in dicto Ariſt. de cōuerſiōe cōtingentis nati.

C {Verum ſcientia} Occurit quaſi tacitæ dubitationi, poſſet enim quiſpiam non immerito quærere, ſi ſcientia nō eſt de contingentibus infinitis cur de ipſis in præſentia ſermonem facis? Reſpondens inquiēs q; de infinitis quidem ſcientia non eſt, propterea q; medium hoc eſt cauſa eſt inordinata atq; infinita, oportet enim ſcientem, quemadmodum in poſterioribus dicet, opinari ſemper cauſam & q̄m illius eſt cauſam & cauſam determinatā, ob hoc igitur de infinitis contingentibus non eſt ſcientia, nil tamen prohibet, q; de illis fiat ſimpliciter ſyllogiſmus, & propterea cum de hoc in præſentia intendamus, non abre fuit, & iſtud in medium preponere, de eo tamen in poſterioribus non fiet mentio, quandoquidem quæri nō ſolet, quæſita.n. æqualia ijs ſunt, quæcūque ſcimus, de apte vero natis ſcientia eſt, & ferme ſpeculationes omnes de talibus pertractant, non dico vt contingentia ſunt, ſed vt in ſuam referuntur cauſam & neceſſaria fiunt, cum cauſam habeant & per ſe & determinatam; verū de his

D alibi & in poſterioribus dicemus, nūc autem enarremus in qua figura & in quo modo ſyllogiſmus ex contingētibus efficiatur, & quis perfectus et quis imperfectus vocitandus ſit. Non itaque ait Alex. ſecludit penitus a tractatu iſto contingens infinitum, ſed inquit quodāmodo ſermonem de hoc facere inutile & diſpēdioſum fore, ſimul ſignificans debere nos, quæ maxime vtilia ſunt & proſequi & amplecti, quapropter ait idem perperam faciūt moderniores, qui arguendi modos quoſdam inutiles in medium proferant, quemadmodum, qui διὰ τῶν μειόνων λόγον, ve adia; ... vel ... & vniuerſaliter ... vocitantur, nam cuiuſque inſtrumēti menſura eſt vſus, quare cuius nullus vſus ſit, illud neq; inſtrumentum appellari debet, aſcia namq;, qua faber non vtitur, non amplius aſcia dicenda eſt, niſi fortaſſe æquiuoce. Ita igitur & contingens illud quod in vſu eſt erit amplectendum, quod ſupra natum vocauimus, quod vero infinitum dicitur fugiendum a nobis erit pro virili, de hoc

E enim ſcientia nulla eſt quemadmodum ſupra retulimus. Licet fortaſſe veluti & Alulidus Roſ. inquit, nonnullæ artes de huiuſcemodi contingentibus agant, vt de contingenti æqualiter rhetorica, de contingenti vt in paucioribus diuinandi ars, atque haruſpicina. Sed de his hactenus, iam ad reliqua tranſeamus.

De ſyllogiſmis ex ambabus de contingenti in prima figura. Cap. VIII.

SED quoniam contingere hoc huic ineſſe bifariam erit accipere, aut enim cui ineſt hoc, aut cui contingit ipſum ineſſe. a. namq; cōtingere de quo. b. horum alterum ſignificat, aut de quo dicitur. b. aut de quo contingit dici. a. uero de quo. b. uel. a. contingit omni. b. nihil

F *differt: manifeſtum igitur quòd bifariam dici poſſet. a. contingere omni. b. ineſſe.*

POSTEAQVAM contingentis definitionem partitionemq; explicuit: nunc, quod & ſupra pollicitus fuerat, vult de vniformibus contingentis agere coniugationibus, ac primum exponit atque enarrat quale ſit dictum de omni in contingentibus, eſt enim diuerſum pacto aliquo ab eo, quod in neceſſarijs atque inexiſtentibus de omni dicebatur ſubiecto, nam cum dicimus. a. cōtingere omni. b. bifariam dicimus, aut id quod eſt. b. contingere eſſe. a. aut illud qd' poteſt eſſe. b. poſſe. a. eſſe, hoc volumus ambas propoſitiones contingentes, illo maiorem contingentem, alteram vero inexiſtentem. Sed quæreret non immerito quiſpiam cur eſt, q; contingentis duplex voluit eſſe dictum de omni, vnum vniformibus deſeruiens complicationibus, alterum miſtis, aut ſi multiplex eſſe volebat cur non triplex aſſeruit, vnum ad vniformes, alterum ad miſtas contingentium & inexiſtentium, tertium ad miſtas contingentium ac neceſſarium connectendas complicandaſque coniugationes? Dicimus hoc ea de cauſa factum fuiſſe, propterea q; in neceſ-

G ſarijs atque inexiſtentibus, cum ambæ prædicatum actu ineſſe ſubiecto dicant, vnicum inuenitur de omni dictū, neq; vllo modo variatur, in contingentibus vero cum aliquando actum dicant, aliquando potentiam bifariam prædicatum de omni dicimus ſubiecto, & ob id duplex in contingentibus inuenitur, in neceſſarijs vero & inexiſtentibus ſimplex.

Dem̄ de omni in propōnibus contingentibus.

Nota dubitationem.

Solutio.

Quapropter non cedimus in Leonis ſententiam, qui videtur trifariam in contingentibus de omni prædicare inquiens, contingere. b. eſſe. a. ſignificare, quod pōt vel eſt, vel ex neceſſitate eſt. b. poſſe. a. eſſe, namque cum dicimus quod eſt. b. poſſe. a. eſſe, latius accipimus eſſe, non pro ſimpliciter inexiſtente, ſed pro eo, quod eſt, prædicatum pacto aliquo ſubiecto ineſſe, quod commune eſt et ſimpliciter inexiſtenti, & neceſſario inexiſtenti quod ſupra ſecundum quid inexiſtere vocitauimus. {Namq; cō-

H tingere} q; a. contingere omni. b. vtrumque horū ſignificet monſtrauit inquit Alex. tranſmutans ipſum in hoc, quod eſt. a. contingere de quo. b. tanquam manifeſtius, vnde & ſubdit. a. vero de quo. b. vel. a. contingit omni b. nihil differt.

Contra opinionē Leonis.

Primum igitur dicamus, ſi de quo b contingit ipſi c: & de quo a ipſi b: quis erit & qualis ſyllogiſmus: ſic enim, & propoſitiones utræque accipiuntur ſecundum contingere. cum uero de quo b ineſt a contingat: illa quidem inexiſtens, illa autem contingens. Quare ab ijs, quæ conſimiles ſunt figuræ incipiendum, quemadmodum & in alijs. Quando itaque a omni contingat b: & a omni c erit ſyllogiſmus perfectus, quòd a omni c contingit ineſſe. Hoc autem manifeſtum ex definitione, contingere namque omni ineſſe ſic dicebamus.

I

Barbaracõiugatio ex ꝓpõibus affirmatiuis uniuerſalibus de contingẽtibus.



Conſimiliter & ſi a contingit, nulli eorum, quæ ſunt b: b uero contingit omni c: quòd contingit nulli.c. de quo enim.b. contingit, a. non contingere, hoc erat nullum omittere contingentium, quæ ſub.b.

K

Celarẽt ex ꝓpõibus uniuerſalibus de contigẽti altera, maioris, negatiua, minori vero affirmatiua.



Primum inquit dicendum de vniformibus, quia quẽadmodum & diuus refert Albertus, ſimile eſt ante diſſimile, ſicut vnum ante multa, quare incipiendum ab ĳs, quæ conſimilis ſunt figuræ, quemadmodum, & in alĳs puta inexiſtentibus ac neceſſarĳs. { Quando itaque. } Primũ eam ponit, quæ ambas habet vniuerſaliter cõtingentes, affirmatiuas, & inquit Ita ſe habentibus terminis perfectum fieri ſyllogiſmum, planumque hoc eſſe ex definitione puta dicti de omni in propoſitionibus contingentibus, contingere namque omni ineſſe ſic dicebamus dico autem perfectum propterea quod nulla aut conuerſione aut tranſpoſitione indiget. { Cõſimiliter & ſi.a. } L eodem inquit modo & ex maiore negatiua ac minore affirmatiua ambabus vniuerſaliter perfecta erigitur cõplicatio, quoniam de nullo contingere hoc erat nullum omittere contingentiũ, quæ ſub.b. vbi ſcias inquit Alex. ꝙ ordo contextus fuerat, poſteaquam primam complicationem enarrauerat, ac dixerat, manifeſtum hoc eſſe ex definitione, ſtatim inferre, hoc enim erat, nullũ omittere contingentium, quæ ſub.b. quapropter inquit & cõtextus obſcurior fuit. Nos autem dicimus hoc ideo factum fuiſſe, quoniam in contingentibus non differt de omni aut de nullo dicere, vnum etenim & idem ſunt, cũ negatiuæ affirmatiuis & econuerſo, affirmatiuæ negatiuis conuertantur, & propterea vnico verbo vtrumque vnum & idem eſſe ſignificauit, & quid etiam ſit explicuit. Hæc ille. Cæterum nonnulli conantur inſtantiales regulas Ariſt. diſturbare, aiuntque niſi corrigantur, & neceſſariam affirmatiuam & negatiuam ſequi poſſe, puta, contingit nullum album eſſe equum, contingit omnẽ hominem eſſe album, ergo neceſſe eſt nullum hominẽ eſſe equum. Præterea, contingit omne animal eſſe hominem, contingit omnem equum eſſe animal, ergo neceſſe eſt nullum equum eſſe hominem. Alĳ aliter, contingit omnem motum eſſe hominem, contingit omnẽ equum moueri, nec tamẽ ſequitur, contingit omnem equũ eſſe hominem, immo neceſſe nullum. Iterum contingit omne motum eſſe hominem, contingit omne rationale moueri, nec tamen infert, ergo contingit omne rationale hominem eſſe, immo neceſſarium eſt. Addunt alĳ, non ſequitur, contingit omne grammaticum eſſe album, cõtingit omne nigrum eſſe grammaticum, ergo contingit omne nigrum eſſe.

Inſtãtiæ cõtra regulas Ariſt.

M

Ad hæc & conſimilia reſpondent nonnulli, non eſſe propoſitiones iſtas accipiendas in ſenſu compoſitionis, ſed debere accipi in ſenſu diuiſo. Verum quemadmodum & ſupra relatum eſt, reſponſio hæc pauci penitus ac nullius momenti cenſenda eſt, cum ea proferat, quæ nunquam Ariſt. imaginatus eſt.

Rñſio quorundam.

Confutatio rñſionis.

N

Rñſio leui Gerſonis.

Alĳ aliter dicunt & eſt Leui Gerſonis, ꝙ oportet contingens accipi ex parte proportionis prædicati ad ſubiectum, non autem ex parte ſubiecti, quoniam hoc modo ſequeretur & neceſſaria negatiua & neceſſaria affirmatiua. Cæterum neque hæc propoſito ſatisfacit, namq; & ſubobſcura eſt, & fortaſſe etiam aliquid falſi continet. Nos itaque aliter dicimus, ꝙ inſtantiæ illæ nullæ penitus ſunt, nil etenim mirum, ſi ex falſis propoſitionibus, falſa colligitur concluſio, namque & iſta falſa eſt, cõtingit nullum album eſſe equum, ſi namque eſſet vera, poſſet ad oppoſitum conuerti, contingit omne albũ eſſe equũ, quod perabſurdum, cum ex neceſsitate aliquod album non ſit equus, puta cygnus multo autem magis illæ falſitate damnanda erunt, contingit omne animal eſſe hominem, contingit omnem equum eſſe animal, cum ex neceſsitate aliquod animal ſit homo, & aliquod nõ ſit homo, & omnis equus ex neceſsitate ſit animal. Conſimiliter & hæc falſa eſt, contingit omne motum eſſe hominem, namque ex neceſsitate aliquod motum non eſt homo. Demum aſſerimus concluſionem iſtam contingit omne nigrum eſſe album, veram eſſe, licet enim ſit hæc impoſsibilis, nigredo eſt albedo, hæc tamen poſsibilis cenſenda eſt, nigrum eſt album, cum ſignificat, albedinis ſubiectũ poſſe nigredinis ſubiectum eſſe, ꝙ fieri oppido poteſt. O

Rñſio propria.

Quum uero a omni b contingat: b uero nulli contingat c: per ſumptas igitur propoſitiones nullus fit ſyllogiſmus. Conuerſa autem b c ſecundum contingere idem erit, qui prius: nam quoniam contingit b nulli c ineſſe, contingit & omni ineſſe c. Hoc autem dictum eſt prius. quare quoniam b omni c, a uero omni b: Rurſus idem efficietur ſyllogiſmus.



Vtilis cõiugatio quæ minoris cõuerſiõe oſtẽditur.

P

Conſimiliter & ſi ad utraſque propoſitiones negatio ponatur cum eo, quod eſt contingere. dico autem ueluti ſi.a. nulli contingit.b. & .b. nulli.c. per ſumptas enim propoſitiones, nullus fit ſyllogiſmus, conuerſis uero rurſus idem erit, qui prius. Planum itaque, quòd negatione poſita ad minus extremum, uel ad utraſque propoſitiones aut non fit ſyllogiſmus, aut fit quidem, ſed nõ perfectus, ex conuerſione namque concluditur neceſſarium.



Q

Vtilis cõiugatio quæ vtriuſq; ꝓpõnis conuerſione perficitur.

Connumeratis perfectis complicationibus, nunc eas enarrat, quæ ideo imperfectæ dicuntur, quoniã per conuerſionem ad perfectos reuocantur modos, ſi enim cõtingit omne. b. eſſe.a. & nullum.c. eſſe. b. planum ꝙ ſi minorem ſecundum contingens verterimus, primus

aſtruetur

A aſtruetur figuræ iſtius modus, quod fieri non poterat in neceſſarijs, atque inexiſtentibus, cum illæ non eodẽ conuertuntur pacto, affirmatiuæ videlicet cum negatiuis & econuerſo. {Conſimiliter & ſi ad vtraſque.} Eodem inquit pacto, & ſi ambæ negatiuæ extiterint, minore namque ſecundum contingens verſa ſecũda figuræ iſtius perfecta erigitur complicatio, vel ſi ambæ vertantur ſecundum contingens, prior aſtruetur, & propterea dixit conuerſis quaſi innuens poſſe nos & alteram & vtraſque conuertere. Scitu tamen dignum quemadmodũ refert Alphrodienſis Alex. ꝙ ſi in negatiuis fuerit vt plurimum contingens non ſeruatur idem hoc propoſitionibus tranſpoſitis, ſed fit contingens, ut in paucis, quæ cũ ita ſint, efficietur quidem ex propoſitionibus iſtis ſyllogiſmus, non tamen vtilis, quod fortaſſe & ipſe animaduertens inquit, aut non fit ſyllogiſmus aut fit quidem, ſed non perfectus. Hæc ille. Cui quaſi conſentiens Philopo. ait, ſimpliciter & tanquam latitudinem contingentis aſpiciens, hæc dicit. Quapropter, referente Alulido Roſ. volebat ipſe quoq; Them. modos iſtos imperfectos penitus inutiles eſſe, propterea ꝙ aut propoſitiones proiectæ erunt vt plurimum contingentes, aut vt in paucis, ſi vt plurimum, vertentur in eas, quæ ſunt vt in paucis, de quibus ars non conſiderat, ſi vt in paucis & rarenter, nõ cadent in quæſtionem. Verum inquit Alulidus Roſ. & recte dictum hoc Them. falſum eſt, namque propoſitiones iſtæ plerunque apud dialecticos in quæſtionem veniunt, & eſt argutiæ modus non inutilis, ac latibulũ bonum, ſi enim derepente propoſitiones proĳceremus, quibus quæſitum intentum poſſemus concludere, nimirum hoc negaret præſentiens aduerſarius, ne igitur hoc ipſe præuideat, proponimus vt in paucis contingentes propoſitiones, quas cum animaduertat quæſitum concludere non poſſe, ſine aliqua dubitatione concedit, has itaq; nos ab aduerſario conceſſas accipientes in oppoſitum vertimus, atque ex ĳs, quam volebamus, concluſionem colligimus. Ratiocinationes ergo iſtæ præterquam qđ & haruſpicinæ aliĳſque diuinandi artibus deſeruiũt, ſunt etiam dialectico ſeu tentatori vtiliſsimæ.

Nota de mẽte Alex.

Them. ſciſ. dixit modos iperfectos eẽ inutiles.

B

Cõtra Themiſt. Auer.

C



Darij particularis cõiugatio ex maiori vniuerſali minori particulari.

Sin autem hæc quidem propoſitionum uniuerſaliter accepta ſit, illa uero in parte, uniuerſali poſita ad maius extremum ſyllogiſmus erit perfectus: ſi enim a omni contingit b: b autẽ alicui eorum, quæ contingit: a alicui c contingit: hoc autem manifeſtum ex definitione eius, quod eſt de omni contingere. Rurſus ſi a contingit nulli b: ſed b alicui c contingit ineſſe: neceſſe a. contingere alicui c non ineſſe; demonſtratio autem.

D



Ferio ex maiori vniuerſali negatiua minori particulari affirmatiua.

Si uero propoſitio in parte priuatiua accepta fuerit: uniuerſalis autem affirmatiua: poſitione uero conſimiliter ſe habeãt, puta a omni b contingit; ſed b. alicui. c. contingit non ineſſe, per aſſumptas quidem propoſitiones non fit manifeſtus ſyllogiſmus, per aſſumptas quidem propoſitiones non fit manifeſtus ſyllogiſmus: uerum ſi eam, quæ in parte eſt, conuerterimus, & ponamus. b. alicui. c. contingere ineſſe, eadem erit concluſio, quæ & prius: quemadmodum in ĳs, quæ a principio. E

Ad eas ſe confert, quæ alteram vniuerſaliter, alteram particulariter retinent, & inquit, ꝙ ſi maior vniuerſalis extiterit, minorq; in parte, ſubaudias tu et affirmatiua, ꝙ perfectus aſtruetur ſyllogiſmus, ſi enim minor eſſet negatiua, non erigerentur ex contingentibus perfectæ cõplicationes, cum indigeant conuerſionis ad oppoſitum. {Hoc autem manifeſtum.} Hoc inquit planum eſt ex definitione dicti de omni in contingentibus, quemadmodum & ſupra expoſuimus, aut ex definitione cõtingens quod cum non ſit neceſſarium, ſi ponatur ineſſe, nil erit propter hæc impoſsibile, ſuppoſito enim quod ex vniuerſali maiore, & minore in parte concluſio ſequatur in parte nullum quoquõ variando ſequetur impoſsibile, melior tamen inquit Alex. eſt prior expoſitio, ac contextui accõmodatior. {Rurſus ſi. a. contingit nulli b.} Si inquit maior vniuerſalis extiterit negatiua, minor vero affirmatiua in parte vtræq; contingentes, concluſio colligetur contingens negatiua in parte, ſit autem eadem demonſtratio, quæ & ſupra per dictum videlicet de omni. Si vero maior affirmatiua vniuerſaliter contingens ſit, minor autem negatiua conſimiliter contingens, ex iſtis quidem propoſitionibus non aſtruetur vtilis cõplicatio, ne q; manifeſtus, hoc indemonſtrabilis & perfectus ſyllogiſmus, minore vero ſecundum contingẽs verſa aſtruetur, quemadmodum & ſupra de vniuerſalibus relatum fuit. F

Quod ſi quæ ad maius extremum in parte ſit arrepta, quæ uero ad minus uniuerſaliter: ſiue utræq; affirmatiuæ poſitæ fuerint, ſiue priuatiuæ, ſiue non conſimilis figuræ: ſiue utræque indefinitæ, aut ſecundum partem, nullo modo erit ſyllogiſmus: nil enim prohibet b tranſcendere a: & non prædicari in equis, quo autem tranſcendit. a. accipiatur. c. huic enim neque omni, neque nulli, neque alicui, neque alicui non ineſſe: ſiquidem conuertuntur propoſitiones, quæ ſecundum contingere & b. pluribus contingit quam a ineſſe. Amplius & ex terminis planum: ita namque ſe habentibus propoſitionibus, primum ultimo, & nulli contingit, & omni ineſſe neceſſarium. Termini uero cõmunes omnium, quòd ex neceſsitate inſit, animal, album, homo, quòd non contingat, animal, album, indumentum. G



Particularium cõiugationũ commune exemplum.

H

Album. Ambulans. Cygnus.
Album. Ambulans. Coruus.
Poſſunt per eoſdem terminos quouis mõ variari coniugationes vbi maior ſit particularis.

Planum itaq; quòd hoc ſe habentibus modo, nullus fit ſyllogiſmus, aut enim inexiſtendi, aut ex neceſsitate, aut contingendi omnis eſt ſyllogiſmus. quòd quidem inexiſtendi ac neceſſarij non ſit, planum: affirmatiuus enim priuatiuo tollitur: priuatiuus autem affirmatiuo: ſupereſt igitur ut contingendi ſit: hoc autem fieri nequit: monſtratum enim eſt, quòd ita terminis ſe habentibus, & omni poſtremo neceſſe eſt primum & nulli contingit ineſſe: quare eſſe non poſſet contingendi ſyllogiſmus: neceſſarium namque non erit contingens.

I Si vero inquit maior ſit in parte, minor vero vniuerſaliter contingentes ambæ, aut vtraq; in parte, vel indefinitæ, ſeu vniuerſalis minor & Indefinita maior, ſiue cõſimilis figuræ, ſiue diſsimilis, non fiet vtilis complicatio, hoc autem pluribus commonſtratur rationibus. Primo quoniam ſi maior quæ eſt. b. a. in parte extiterit dicendo, contingit aliquod. b. eſſe. a. puta aliquod dormiens eſſe grammaticum: nil prohibet, quin. b. hoc eſt dormiẽs trãſcendat ipſum. a. hoc eſt de aliquibus dicatur, de quibus a. non prædicetur, puta equo aut leone, huic enim neque omni, neque nulli, neq; alicui, neq; alicui non contingit, ſi enim nulli aut alicui non contingeret grammaticum equo vel leoni, nimirum & omni & alicui in eſſe poſſet, ſiquidem contingentes propoſitiones in oppoſitam vertuntur dictionem. Præterea terminis quoq; idem hoc arguitur, namque & nulli contingere & omni neceſſario ineſſe concluditur, puta contingit aliquod album eſſe animal, contingit omnẽ hominem eſſe album, & ſequitur neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal. Verum inquit Alex. veriores termini eſſent, album, ambulans, cygnus: hoc autem propter ea dictum puto, quemadmodum & Diuus refert Albertus, ſi de accidentali ſubiecto

Nota dictũ Alex. quod confirmat Albertus.

K prædicatum ſubſtãtiale dicatur vniuerſaliter, propoſitio aſtruitur falſa. Cæterum ſicuti idem ſubiungit licet hoc in vniuerſalibus verum ſit, in particularibus tamen propoſitionibus ſecus ſe habet: nil. n. prohibet & hanc verã eſſe, ex neceſsitate aliquod album animal, & iſtam itidẽ, contingit aliquod album eſſe animal, minime enim contradicunt. Quibus vero neceſſaria vniuerſaliter negatiua concluditur termini ſunt, animal, album, indumentũ, pro his ponit Alex. album, ambulans, coruus. Cum itaque et affirmatiua & negatiua vniuerſaliter neceſſariæ concludantur & nemini dubium, ſiq; vi ſyllogiſtica nulla determinata ſequatur concluſio, neque enim inexiſtens, neque neceſſaria, quoniam ſi affirmatiua concluderetur, negatiua ſequi minime poſſet, quemadmodum & ſupra arguebamus, neq; etiam contingens, quandoquidem con-

L tingens neceſſario tollitur.

Manifeſtum itaque & quòd ſi uniuerſaliter termini extiterint in contingentibus propoſitionibus ſemper fit ſyllogiſmus in prima figura, & ſi prædicatiui & ſi priuatiui fuerint: præterquam quòd ſi prædicatiui quidem ſint, perfectus, ſi uero priuatiui, imperfectus: accipere autem opus eſt. Contingere non quod in neceſſarijs, ſed ſecundum dictam determinationem, plerunq; autem latet, quod tale eſt.

Planum inquit q; ſi proportiones vniuerſaliter extiterint contingentes, ſemper vtilis aſtruetur cõplicatio quo modocunque varientur ſecundum affirmationem negationemue, uerum inquit hoc ſolo differrent, quoniam ſi minor aut vtræq; negatiuæ fuerint imperfectus, ſinautẽ minor aut ambæ affirmatiuæ perfectus fiet ſyllogiſmus.

M { Accipere autem opus eſt. } Admonet ne æquiuocatione decipiamus contingens neceſſarium accipientes pro contingenti poſsibili, hoc enim inquit plerunque latet et in amplas ingenium difficultates diuertit, vnde quẽadmodum Alex. refert, & ipſe in expoſitione prædictorum terminorum animal accepit contingere alicui albo, cum tamen ex neceſsitate alicui inſit. Verum hoc ſatis ſupra declarauimus, q; videlicet ꝓpoſitiones iſtæ poſſunt ambæ veritatem obtinere, contingit aliquod album eſſe animal, & neceſſe aliquod album eſſe animal. Sed dubitat Philoponus, cur eſt, q; negatiuas contingentes in affirmatiuas conuertimus, non econuerſo in negatiuas affirmatiuas? Dicimus hoc ideo fieri, propterea, q; quæ obſcuriora latentioraq; ſunt ad dilucidiora planioraque reuocantur, vnde quia affirmatio notior, ac dignior negatione eſt, non iniuria hæc in illam non ecõuerſo in hãc illa reducitur. Atque hæc hactenus de uniformibus, iam de miſtis ſermo faciendus erit.

Dubiũ Philoponi.

Solutio.

Miſtio contingentis & inexiſtentis in prima figura. Cap. IX. N

SIN AVTEM hæc ineſſe illa, propoſitionum accipiatur contingere, cum quæ ad maius eſt extremum contingere ſignificet, & perfecti omnes erunt ſyllogiſmi & contingentis ſecundum determinatam determinationem, cum uero, quæ ad minus & imperfecti omnes, & priuatiuis ſyllogiſmi contingentis non ſecundum determinationem, ſed eius, quod eſt nulli aut non omni ex neceſsitate. Si enim non omni aut nulli ex neceſsitate contingere dicimus, & nulli & non omni in eſſe. contingat namque a omni b: b uero omni c ponatur ineſſe: quoniam igitur c eſt ſub b. omni autem b. contingit a. planum quòd & . c. omni contingit: fit itaque perfectus ſyllogiſmus.

O



Barbara. Ex maiori uniuerſali de cõtingẽti minori de ineſ. cõcludens conting.

Conſimiliter & ſi a b propoſito extiterit priuatiua: b c. uero affirmatiua et a c. quidẽ contingere, b c aũt ineſſe accipiatur, perfectus erit ſyllogiſmus, q. a contingit nulli. c, ineſſe.

P



Celarẽt idẽ cõcludens.

Quod igitur ſi inexiſtens ad minorem ponatur extremitatem, perfecti fiant ſyllogiſmi, manifeſtum: ſed q. dum econtrario ſe habeat, erunt ſyllogiſmi, per impoſsibile monſtrandum; ſimul autem clarum erit & quod imperfecti: monſtratio namque non eſt ex acceptis propoſitionibus. Q

CONSENTANEVM fuerat quemadmodũ in neceſſarijs, poſteaquam pertractauerat de vniformibus primæ figuræ ad vniformes ſecundæ ac tertiæ ſe cõferre mox de miſtis pertractare. Verum inquit Alexã. hoc ideo factum fuit, quoniam complicationes ſecundæ ac tertiæ ad primam reuocabantur figuram per alterius propoſitionis conuerſionem, ſed nondum declarauerat an contingens vniuerſaliter negatiua terminis in ſeipſam poſſet retrocedere, & quod amplius in ſecunda figura, vti planum fiet, non aſtruitur vtilis complicatio: ob hoc itaque operæprecium fore duxit coniugationes oẽs primæ figuræ tam ſimplices quã miſtas abſoluere, deinceps ad ſecundæ ac tertiæ ſyllogiſmos ſe transferre, ait itaque q; ex altera contingente, & inexiſtente altera aſtrui põt

Quare Ari. non proſequutus ſit ſyllogiſmos uniformes de cõtingẽti in ſecũda figura.

legitima

A gitima complicatio, verum differre ꝙ ſi maior fuerit contingens cum minore inexiſtente concluſio veri colligetur contingentis, & perfectæ fient complicationes, ꝑpter ea ꝙ nullius indigent extrinſeci, ſed ex ſolo dicto de omni euidentiam capiunt concluſionis. Si autem econuerſo propoſitiones ſe habuerint & imperfectę erũt omnes & per impoſſibile monſtrabuntur, & non verum concludent contingens.

Theobp. & Eudemus aſt ꝗ Ariſt. ſunt opinati de hac miſtione.

Cæterum, referente Alex. Theophraſtus atque Eudemus Ariſt. ſocij ſecus de miſtione iſta opinari ſunt voluerunt enim viri iſti vtralibet contingente ſemper concluſionem ſequi contingentem eo ꝙ contingens vilius ſit inexiſtenti, verum hæc opinio ſatis ſuperius & a nobis & ab Alulido Roſ. refutata fuit, cum declarauimus non ſemper concluſionem ſequi, quod vilius eſt in propoſitionibus, & hoc idem quaſi innuens inquit hoc in loco, neſcio quomodo latuit hoc expoſitores ecu ſi dixiſſet, neſcio quomodo hæc præterijt Theophraſtum atq; Eudemum, qui quaſi Ariſto. expoſitores extiterunt. Verũ enimuero moderniores etiam aliter ſuper miſtione hac

Opis quorũdam moderniorum.

B diſſeruerunt, aiunt enim nonnulli primum ꝙ in miſtione contingentis & inexiſtendi nulla vtilis aſtruitur complicatio in ſecunda figura, ſecundo ꝙ in nulla figurarum tali facta miſtione ſequitur concluſio inexiſtens. Tertio ꝙ ſi maior fuerit inexiſtens in prima figura inutiles erunt complicationes. Quarto, ꝙ in prima figura vniuerſalis contingens in tali miſtione nullo pacto colligi põt. Quinto ꝙ ſi maior extiterit contingens colligetur concluſio in parte contingens, & hæc nonnulli. Alij alias etiam regulas in medium proferunt, aiunt.n. ſi propoſitio contingens in ſenſu accipiatur cõpoſitionis quacũq; facta variatione nullam ſequi concluſionem. Si vero accipiatur in ſenſu diuiſionis et ſubiectum ſumatur pro ijs, quæ ſunt ꝙ ſyllogiſmus aſtruetur perfectus, qui ex dicto monſtrabitur de omni, ſin autem non pro ijs, quæ ſunt capiatur, ſed pro ijs, quæ contingunt, miſtionẽ non valere autumant, reliqua vero ad philoſophi ſentẽtiam addunt. Cæterum quoniam negocij noſtri eſt Ariſt. opinionem & placita imitari ac cõſequi, et ſi opiniones aliorum refellendæ eſſent, multum laboris incaſſum effunde-

Dicta aliorum moderniorum.

C remus, ac parum vtilitatis legentibus afferretur, propterea ſatis fuiſſe duximus eas in medium attuliſſe, quæ ſub ſequuntur accurratius declaraturi. {Perfecti omnes.} Quoniam vt ſupra etiam retulimus nullius indigent extrinſeci, ſed per ſolum dictum de omni arguuntur, ſecundum quod dicebamus omne quod eſt. b. poſſe. a. eſſe. {Imperfecti omnes.} Propterea ꝙ monſtrantur deductione ad incommodum quæ ſuppoſitionem extrinſecus aſſumit, & ob hoc alicuius extrinſeci indigere dicũtur, non enim poſſunt hi per dictum de omni monſtrari, niſi fortaſſe quemadmodum refert, & Alulidus Roſ. in materia aliqua determinata, puta vbi ſubiectum maioris verificetur tam de eo, quod eſt in actu, ꝗ de eo qđ eſt in potentia, veluti ſi dicerem omne motũ eſt corpus, ſi enim iſtiuſmodi maior extiterit forte fortuna poterimus per decurſum de omni monſtrare tales complicationes, ſed quoniam raro hoc euenit, ob id non immerito

D dixit Ariſt. haſce complicationes imperfectas eſſe. {Et priuatiui ſyllogiſmi.} Notes philoſophum nunquã hoc proferre de affirmatiuis quod nonnulli male exiſtimãt, namque affirmatiui verum concludunt contingens, negatiui vero non contingens ſupra definitum, ſed nulli ex neceſſitate, quod per ſolam inquit Alex. neceſſarij negationem dicitur, ſed iſta infra paulo exquiſitius enarrabuntur. {Si enim non omni.} Senſus eſt, quod ſequitur in iſtis complicationibus non eſt verum contingens, ſed æquiuoce contingens, nec magis appellandum eſt contingens, propterea ꝙ ex neceſſitate nulli inſit, veluti, ſi dicam, nullus homo equus, equus namq; ex neceſſitate nulli ineſt homini, quam ꝙ non inſit ſimpliciter, quẽadmodum, ſi nullo homine currente dicerem, contingit nullum hominem currere, hoc enim quoq; tollit veri naturam contingentis, nam verum ſupra deſſeruimus cõtingens id erat, quod in potentia erat, non quod in actu, ſed hæc planiora fient in ſequentibus. {Cõtingat nãq;. a.} B

explicat complicationes quæ maiorem habet contingentem cum minore inexiſtendi, atq; has verum concludere contingens & perfectas eſſe propterea ꝙ ſolo decurſu de omni arguuntur, ſi enim. a. omni contingit. b. ineſſe omnibus itaque ipſius partibus contingenter inerit, ſed c. pars erat ipſius. b. omni igitur. c. contingit ineſſe. a. termini inquit Philoponus ſunt, diſputans, ambulans, homo: contingit enim omne ambulans diſputare, omnis homo eſt ambulans, na enim ſupponatur, ergo cõtinget omnem hominem diſputare. Ex hoc planum eſſe poteſt eos perperam dicere, qui inquiunt minorem oportere ſimpliciter eſſe inexiſtentem, namq; veluti liquidum eſt, minor illa: omnis homo ambulat non ſimpliciter, ſed ad tempus inexiſtens cenſenda eſt, non eſt itaque verum, ꝙ in perfectis complicationibus oporteat minorẽ ſimpliciter inexiſtẽtem eſſe. Verum iſta inferius ad amuſſim monſtrabuntur. {Conſimiliter:} Eodem inquit pacto & per eoſdem terminos monſtrabitur complicatio, quæ maiorem habeat negatiuam contingentem, minorem vero inexiſtentem affirmatiuam. {Sed ꝙ dũ ecõtrario.} F

Nota corollariũ ꝙ minor in hac miſtiõe nõ debet eẽ de ineẽ ſimplr.

Quod inquit ſi maior fuerit inexiſtens, cum minore contingendi vtilis erigatur complicatio, hoc erit ad incõmodum deductione arguendum, & ex hoc ſimul manifeſtum fiat, ꝙ imperfecti erunt ſyllogiſmi, ſi enim ad impoſſibile deductione monſtrantur, clarum ꝙ extrinſeci alicuius indigent, & ſi hoc multo clarius ꝙ imperfecti ſunt cum ſyllogiſmus imperfectus is eſſe dicatur, qui alicuius indiget extrinſeci ad hoc, ꝙ appareat neceſſarium.

Cæterum primo dicendum eſt, quoniam ſi dum a. fuerit, neceſſe eſt. b. eſſe, & dum poſſibile. a. extiterit, poſſibile erit & . b. ex neceſſitate. Sit enim ita ſe habentibus in quo quidem. a. poſſibile, in quo autem . b. impoſſibile, ſi igitur poſſibile utique fieret, impoſſibile uero quando impoſſibile, fieri nequeat, ſimul autem ſi . a. poſſibile & . b. impoſſibile, contingeret utique. a. fieri poſſe ſine . b . ſi uero fieri, & eſſe: factum namque quando factum fuit eſt. G

Monſtraturus complicationes, quæ maiorem habent inexiſtentem cum minore contingenti per deductinem ad incommodum, accipiẽs concluſionis cõtradictorium minore cõtingente facta inexiſtente, ne fortaſſe quiſpiã diceret impoſſibile nõ ex cõtradictorio ſuppoſito ſequi, ſed quia minor contingens facta fuerat inexiſtens. Propterea theorema quoddam proponit, quod ad huius mõſtrationem conducit, falſum videlicet impoſſibile non ſequi ex falſo poſſibili, & quod amplius ex poſſibili nullo pacto conſequi impoſſibile inquiens, ſi vera eſt ſyllogiſmi ratiocinationiſq; finitio, ꝙ dum. a. hoc eſt antecedens eſt, ex neceſſitate. b. ideſt conſequens ſit, fieri nõ poſſe, vt antecedens ſit poſſibile & conſequens impoſſibile. {Sit enim ita ſe habentibus.} Monſtrat propoſitum, ſi antecedens poſſibile, ꝙ conſequens eſt poſſibile, & hoc monſtrat expoſitione ſenſibili ducens tamen ad hoc incommodum, ꝙ idem ſimul eſſet & non eſſet. Hic autẽ ꝑ poſſibile inquit Alulidus Roſ. intelligere debemus poſſibile, commune, quod opponitur impoſſibili, quodque comprehendit inexiſtens, neceſſarium ac poſſibile verũ, ſed contextus iſte haud recte mea quidem ſententia ſe habet, nam quemadmodum ſupra relatum eſt, & hoc etiã in loco innuit Aluli. Roſ. ſi neceſſarium contingens dicimus, æquiuoce nuncupamus. Quod exponit Leui Gerſonis planius etiam ſignificat, ait enim ad verbũ & ob hoc erit concluſio poſſibilis per nominis communitatẽ, quaſi id volens, quod & nos ſupra aſſerebamus poſſibile hoc diſiunctim intelligendum eſſe, ſi antecedẽs ſit poſſibile hoc eſt vel neceſſarium vel inexiſtens aut verum contingens, quod & conſequens eodem pacto aut neceſſarium erit, aut inexiſtens, aut uerum contingens, nil .n. prohibet antecedens eſſe non neceſſarium & tamen conſequens neceſſarium eſſe, & hoc ſentiens Alulidus

Ex falſo poſſibili nõ poſſe ſequi falſum impoſſibile.

H

Nota quod per poſſe intelligẽdum ſit i hac tẽa exañcedẽte poſt ſeq cõſequẽs poſſibile. Alu. Roſ.

I Roſ.ſubdidit, exemplum huius q cum poſuerimus.a.in-
uentum, erit b inuentum hoc eſt, vbi ſit inuētio.b.de eſ-
ſentia inuentionis a. ſequitur q ſi fuerit inuentio ipſius.a.
neceſſaria, q & inuentio.b.neceſſaria erit, & ſi fuerit in-
uentio.a.poſsibilis erit & b. inuentio poſsibilis, hæc ille.
Planum itaque contextum hunc nō recte ſe habere, aut
ſi ita ſe habuerit, per poſsibile commune intelligendum
poſsibile ſub diſiūctione, quemadmodum explicuimus,
ſed melius exiſtimo, ſi legeremus, ſicut in quibuſdam re
peri codicibus, vbi enim alij legunt poſsibile commune,
hic dicitur poſsibile negatum, hoc eſt poſsibile a quo ſo-
la negatur impoſsibilitas, quod quaſi ſentiens Alulidus
Roſ.ſubdidit, & illud eſt, quod impoſsibili opponitur nō
igitur exiſtimandum eſt poſsibile aliquod commune p-
dicari vniuoce de neceſſario, ac vero contingenti, hoc.n.
& ſupra refutauimus, & infra quoque melius arguetur.
Sed ad propoſitum redeamus, Ariſt.igitur monſtrat qd'
in vero coniuncto, ac conſequentia neceſſaria ex poſsi-
K bili impoſsibile nequeat inſeri, ſi enim de neceſsitate ex
antecedente, ſequitur conſequens igitur quotieſcunq; an-
tecedens erit, conſequens etiam erit, ſi itaque antecedens
poſsibile erit aliquando, conſequens vero impoſsibile nū
quam, quare antecedens erit, & conſequens minime, ſed
fuerat ſuppoſitum, quando antecedens eſſet, conſequens
fore, conſequens itaque & erit & non erit, quod oppo-
ſita claudit, quamobrem inquit Alex. monſtrari poſſe, q
ex.a.poſsibili, ſequi nequeat.b. impoſsibile ex definitiōe
contingentis, ſi enim contingens ſeu poſsibile, non enim
ſeiungimus poſsibile a contingenti, quemadmodum nō-
nulli male hallucinantur, illud eſt quo ſuppoſito nil acci-
dit impoſsibile, ſed.a.ſuppoſito accidit impoſsibile.b.in-
quam & eſſe & non eſſe itaq;.a.poſsibile fuerat. Et hæc
Ariſto. Sed Chryſippus, referente Alex exiſtimans ex
poſsibili conſequi poſſe impoſsibile ad monſtrationem
quidem Ariſt. nihil dicit, exempla autem in oppoſitum
adducit, namque inquit hoc eſſe neceſſarium coniunctū.
Si Dion perijt, iſte perijt, vbi per iſte idem monſtretur
Dion, & tamē antecedens poſsibile eſt, conſequens ve-
L ro impoſsibile, namque Dione viuo, hæc eſt poſsibilis
Dion perijt, & tamen hæc eſt impoſsibilis, perijt iſte, cū
enim iſte viuentem tantum monſtret, Dione mortuo
propoſitio illa claudet oppoſita Dionem videlicet & vi
uere & mortuum eſſe. Conſimile dicendum erit & de
hoc exemplo, ſi nox eſt, non eſt hæc dies, nam antecedēs
poſsibile & conſequens impoſsibile. Cæterum nō par
ua afficior admiratione, dum mecum reputo, quod qui-
dā dixere, ſi apud deos dialectica eſſet non aliam fore q
Chryſippeam, non enim video, quomodo ratiunculæ
iſtæ in numero ſunt reponendæ, cum & futiles & caſ-
ſæ penitus ſit, namq; aut volumus Dionem, ac prono-
men demonſtratiuum iſte ad ſeinuicem conuerti, aut al-
terum in plus ſe habere, in minus alterum, ſi conuertun-
tur, profecto quemadmodum Dion de viuēte, ac mor-
tuo per relationem dicitur, eodem pacto & pronomen
illud iſte, & ita quemadmodum antecedens poſsibile eſt
itidem conſequens erit poſsibile, ſi vero non conuertun-
tur, ſed Dion in plus ſe habeat, nimirum contextum, ac
M conſequentia caſſa eſt, nulla etenim ratiocinatio aut ar-
gumentum bonum eſt, in quo antecedens in plus ſe ha-
buerit quam conſequens. Eadē dicimus & ad aliam in-
ſtantiam. Præterea inquit Alexand. adhuc mortuo Dio-
ne, propoſitio illa, perijt iſte, ſecundum Stoicorum opi-
nionem poſsibilis cenſenda eſt, placet enim his poſt cre-
matum mundum omnia denuo eadem numero factum
iri, quemadmodum Chryſippus in libro de mundo, re-
ferente Alex. aſſerit. Fiunt itaque in ſumma vt inquit
Philoponus ex poſsibili atq; impoſsibili coniugationes
octo, aut enim antecedente poſsibili conſequens eſt poſ-
ſibile, aut vtraque impoſsibilia aut antecedens poſsibile
& conſequens impoſsibile, aut ecōuerſo, & ita quatuor
efficiuntur, dum incipimus ab antecedente, q ſi a conſe-
quente exordium ſumamus quatuor aliæ conſtituentur,
quia aut cōſequente poſsibili antecedēs eſt poſsibile, aut
impoſsibili, impoſsibile, aut poſsibili impoſsibile, aut

Chryſip.cō tra Ariſtot. oſtēdit q ex poſſi poſſit ſeq impoſſe exempla.

Solutio rō num Chryſippi.

Ex ante & con equē e poſſibili & impoſſibili, coniugationes octo ſecundum Philop. eſſe eſſe.

ecōuerſo. Verum ex his nonnullæ fieri poſſunt, aliæ mi N
nimæ, namque ſi antecedens eſt poſsibile, poteſt immo
neceſſe eſt conſequens eſſe poſsibile. Item ſi antecedens
impoſsibile poterit conſequens eſſe poſsibile, & ſi ante-
cedens impoſsibile conſequens conſimiliter impoſsibile
& retrouerſum ſi conſequens poſsibile poteſt & antece-
dens eſſe poſsibile vel etiam impoſsibile, ſi vero conſe-
quens impoſsibile, antecedens ex neceſsitate impoſsibi-
le erit, ſin autem antecedens fuerit poſsibile, fieri non po
terit vt conſequens ſit impoſsibile, & econuerſo ſi con
ſequens impoſsibile, nunquam antecedēs erit poſsibile.
Quod vero nonnulli moderniorum aſſerunt, poſſe ali-
cuius bonæ habitudinis ac conſequentiæ antecedēs eſſe
ſine conſequente, abſurdum ac fatuum penitus eſſe duco
cum alioquin philoſophus contrariam vbiq; ſententiam
aſſertare nonnunquam deſinat, nam quod illi dicūt, om-
nis propoſitio eſt affirmatiua, ergo nulla negatiua, nihil
penitus eſt, propterea q & conſequentia hæc neceſſaria
eſt, & antecedens nullo pacto eſſe poteſt ſine conſequē
te, q ſi dicas conſequens ſeipſum tollere ac proprijs ſe te
lis confodere, neutiq; hoc concedendum arbitramur. Di- O
cimus nanque conſequens ſimpliciter poſsibile eſſe, ſecū
dum vero quid impoſsibile, quemadmodum ſi quiſpiā
iuraret ſe eſſe peieraturum ſimpliciter iurat, ſecundum
quid autem peierat, ſicuti in ſophiſticis argutijs optime
expoſuit Ariſtoteles, ſed & hæc ad locum illum eijcien-
da exiſtimamus.

Quod ſi nul la conſequē tia bōa aſſo poſſit eē ſi-ne cōſequē te contra modernos,

*Verum oportet accipere poßibile atque impoßibile non ſo-
lum in generatione, ſed & in eo quod eſt uerificari, & ineſſe:
& quotcunque modis aliter dicitur poßibile: in omnibus enim cō
ſimiliter ſe habebit. Amplius inexiſtente a, b eſſe non oportet
exiſtimare, tanquam ſi unum eſſet, a b fore: nihil namque eſt
ex neceßitate uno quopiam exiſtente, ſed duobus minimis: ſicu-
ti quum propoſitiones ita ſe habeant ueluti dictum eſt ſecundum
ſyllogiſmum: nam ſi c de d, d autem de f, & c de f ex neceßi-
tate: & ſi utrumque poßibile & concluſio erit poßibilis: ac ſi* P
*quiſpiam poneret, a propoſitiones, uero concluſionem, eueni-
re poſſet, non ſolum a, neceſſario exiſtente, ſimul & b eſſe ne-
ceſſarium, ſed & poßibili, poßibile.* Hoc autem monſtra-
*to, planum quòd falſo ſuppoſito & non impoßibili, & cōcluſio
propter hypotheſin falſa erit, & non impoßibilis: ueluti ſi a,
falſum quidem eſt, non tamen impoßibile: quum uero a ſit, b eſt:
& b, erit falſum quidem, non tamen impoßibile: quoniam
monſtratum eſt, quod a exiſtente, b eſt, & poſsibili exiſtente a,
erit b poſsibile: ſuppoſitum autem eſt, a poßibile eſſe, & b
erit poßibile: ſi enim impoßibile, ſimul poßibile erit, & im-
poßibile idem.*

Poſteaquam monſtrauit, q ſi antecedens eſt poſsibi-
le, conſequens eſt poſsibile, ex his ſignificat, non ſolum
conſequentiæ modum iſtum intelligendum eſſe de vero
poſsibili, quod appellat poſsibile in generatione, quodq;
nondum eſt, ſed fieri poteſt, cæterum & de poſsibili, ſecū
dum q verificatur & ineſt, hoc eſt de poſsibili neceſſa-
rio & inexiſtenti, quemadmodum dicere conſueuimus Q
ſolem poſſe eſſe in ariete aut capricorno, aut Scytham
album eſſe. Vocauit autem neceſſarium poſsibile ſecun-
dum verificationem, quoniam quotieſcunq; profertur,
ſemper vere enuntiatur, aut poſsibile voluit ſecundum
verificationem, quod Diodoreum nuncupatur, Diodo
rus nanque referentibus Alexandro, Simplicio ac Ioan-
ne grammatico id tantum volebat poſsibile eſſe, qd' in
actum aliquando exiret, ſi vero nunquam fieret impoſ-
ſibile eſſe arbitrabatur, vnde ſi ſocrates acceſſurus eſſet
corinthum, volebat iſtam poſsibilem nuncupari, ſocra-
tes eſt corinthi, ſin minus impoſsibilem eam vocitabat,
quum vero inquit { Et quotcunque modis aliter. } Nō-
nulli intelligunt de contingentibus vt plurimum, vt in
paucis & æqualiter, ſed perperam intelligunt, namque
partes hæ ſunt veri ac ſupra definiti contingentis, de quo
in præſentia

Diodorus poſsibile ab exitu iudicabat.

A in præſentia ſermo ſit, ſatius erit ſi de Philonio poſsibili intelligamus, hic enim omne illud poſsibile vocitabat: quod aptitudinem haberet, vt eſſet, licet nunquam fortaſſe in actum tranſiret, quemadmodum lignum quod in mari eſſet atlantico poſſe & comburi & incidi, licet forte a quibuſdam extrinſecis impediretur. { Amplius exiſtente a b, eſſe } Occurrit tacitæ obiectioni, poſſe.n. quiſpiam dicere, quæ hic proferuntur contraria his eſſe, quæ ſuperius aſſerebamus, oportere inquam in ſyllogiſmo plura poni, ſi neceſſarium conſequi debeat, ideo inquit Philoſophus non eſſe exiſtimandum, quum dicimus ſi a, eſt, b, eſſe, ꝙ per, a, vnicam intelligamus propoſitionū ex vno enim nihil ſequitur ſyllogiſtice, ſed per, a, totum antecedens audiendum eſt, per b, concluſio, ad minimum namq; binas oportet in ſyllogiſmo propoſitiones eſſe, quare ſi in enthymematibus aut habitudinibus dialecticis ex vno aliquid conſequi videatur, non fit hoc niſi altera præconcepta propoſitione. { Sicuti quatuor propoſi-

Poſsibile Philonio.

B tiones } Accipit propoſitiones, c, d, & d, f, concluſionem vero, c, f, innuens hoc intelligi omnibus figuris, elementa namq; hæc figuris omnibus cōmunia eſſe poſſunt, quomodocunque igitur ſe habuerint propoſitiones, eodem pacto penitus & concluſio, vt neceſſariæ, neceſſaria, ſi contingentes contingens erit. { Hoc autem mōſtratio. } Nunc illud adducit in medium, cuius gratia tot ſupra diximus, ꝙ ſi falſum aliquid poſsibile, ſupponatur, quod ex hoc ſequitur falſum fortaſſe erit, non tamen impoſsibile, nec intellexeris ꝙ ex falſo poſsibili ſemper ſequatur falſum poſsibile, quum ex falſo verum etiam ſequatur, ſed ex falſo poſsibili aliquid mali ſequi debet, illud nō poteſt eſſe amplius, ꝙ̄ falſum poſsibile, quemadmodum ſi Socrate ſedente dicerem, Socrates ambulat, ergo Socrates mouetur, vtrumque enim tam antecedens quam cōſequens falſum quidem eſt, non autem impoſsibile, nāq; ſi ex falſo poſsibili, falſum ſequeretur impoſsibile, idem poſsibile eſſet & impoſsibile, quemadmodum ſupra etiā enucleauimus.

C



Cōiugatio concludens contingens quæ per impoſsibile monſtratur in tertia.

D *Determinatis uero his, inſit a omni b, b autem omni, c, contingat, neceſſe itaque a omni c a contingere ineſſe: non enim contingat: b, uero omni, c, ponatur t nquam inexiſtens, hoc falſum quidem, non tamen impoßibile, ſi itaque, a, non contingit ipſi, c, b, uero omni ineſt, c, a, non omni, b, contingit: fit enim ſyllogiſmus, per tertiam figuram, uerum ſuppoſitum fuerat omni contingere ineſſe, neceſſe igitur, a, omni, c, contingere, falſo.n. ſuppoſito & non impoßibili, quod accidit eſt impoßibile.*

Reuertitur tandem ad propoſitum, propoſuerat nāq; in præcedentibus enarrare complicationes ex vna contingente & altera inexiſtente, & poſteaquam eas explicuerat, quæ maiorem habent contingentem cum inexiſtēte minore, quas & perfectas nuncupauit, acturus de imperfectis maiorem habentibus inexiſtentem cum minore cōtingente, prius nonnulla theoremata, quæ ſequentiū principia erant, elucidare operæprecium fore duxit, quibus expoſitis & enarratis tandem nunc ad imperfectas mixtiones huiuſce complicationes enucleandas ſe accingit inquiens, accipiantur propoſitiones iſtas, omne, b. a, contingit omne, c, eſſe, b. Dico ꝙ ſequitur ex his contingit contingentia, vera, omne, c, a, quod ſi negas ſumatur oppoſitum, non contingit omne, c, eſſe, a, hoc autem æquiualet, neceſſe eſt aliquod, c, non eſſe, a, huic addatur minor facta inexiſtens, omne, c, b, hoc autem falſum eſt, nō autem impoſsibile, ſupra enim dicebamus poſsibilē omnem ad inexiſtentem poſſe transferri, ex his itaque neceſſe aliquod, c, non eſſe, a, omne, c, b, ſequitur aliquod, b, non eſt, a, quod maiorem præcedentis tollit ſyllogiſmi. Sed dicet quiſpiam fieri hoc non poſſe, nam ſupra declaratum fuit in mixtione neceſſarij & inexiſtentis in quinto tertiæ figuræ modo non effici vtilem complicationē. Dicunt nonnulli ꝙ licet coniugatio iſta ſit ad neceſſariū concludendum inutilis, vtilis tamen eſt ad inexiſtentem colligendam. Verum hoc quoque ſupra a nobis refutatū eſt, aſſeruimus namque cum Ariſtotele ac Leui Gerſonis non concludi inexiſtentem, niſi ambæ propoſitiones ſint exiſtentes, præmiſſæ fuerint. Reſpondere poſſumus, quēadmodum & antea dicebamus, ꝙ licet nō ſequatur ſimpliciter inexiſtens, ſecundum tamen quid inexiſtentē colligemus, quæ ad deſtruendam, demoliendamq; maiorē ſufficiens eſt. Aluſidus tamen Roſ. videtur aſſertare, ꝙ ex tali complicatione ſequatur neceſſaria. Cuius ſententiam aut amotā a veritate ac opinione philoſophi dicemus eē aut ſi verum continet, per neceſſarium, neceſſarium ſecūdum quid intellexiſſe eum exiſtimamus, nihil enim mirum, ſi & inexiſtens ſecundum quid & ſecundū quid neceſſaria vna & eadem concluſio ſit nuncupanda, hoc enim et ſupra aſſeruimus. { Si itaque a, non contingit ipſi. c. } Deeſt inquit Alex. omni, hæc enim contradictoria eſt concluſionis indictæ, contingit omne, c, eſſe, a. { A, non omni b, contingit. } Dixit pro eo, quod eſt, a, non omni, b, ineſt, namque & inexiſtente ſupra contingere vocabamus aut contingat protulit & non inexiſtat, propterea ꝙ nō vere ſequebatur inexiſtens, vt ſupra etiam relatum eſt. Conſimiliter intelligendum erit, quod inquit, verū ſuppoſitum fuerat omni contingere ineſſe pro eo, quod eſt, omni ineſſe. { Quod accidit eſt impoſsibile. } Impoſsibile namque eſt omne, b, eſſe, a, & aliquod, b, non eſſe a, non tamen illud impoſsibile, quod ipſe videtur in cōtextu dicere, ſi ponatē, a, omni, b, cōtingere, concludere non omni contingere, cū idem poſsit & omni & nulli contingere, ſi itaq; qđ ſequitur eſt impoſsibile, ergo et aliqđ poſitū fuerat impoſsibile, non minus facta inexiſtēs, qm̄ hoc falſum quidē erat non tñ impoſsibile, igitur oppoſitū concluſionis in cauſa erit, ꝙ ſi hoc impoſsibile, cōcluſio inducta neceſſario conſequetē, ꝙ fuerat monſtrandū.

Dubium F

Solo quorundam.

Alia ſolutio.

Nota dictū Auer. quod uidetur abſurdum.

G

Sed dubitant nonnulli referentibus Alex. atq; Philop. circa deductionem iſtam dicentes, a alicui, b, ineſſe falſum, quidē, non tñ impoſsibile, nam falſum eſt idē omni & non omni ineſſe, non ob id tamen impoſsibile, ſi.n. in exiſtens illud eſt, quod & aliqñ poteſt non ineſſe, nimirū pōt, quod omni ineſt, aliqñ & nō omni ineſſe, quēadmodum & ſupra contingentem mutabamus ad inexiſtētem & propterea talis mutatio falſa quidem erat, non tñ impoſsibilis. Ad hæc dicimus non eſſe in vtriſq; conſimilem rōnem, namq; ſi contingens transfertur ad inexiſtentē non amplius remanet contingens: tunc.n. vtiq; foret poſsibile eandē propoſitionem, & contingentē eſſe, & inexiſtentem, ſed tranſmutata eſt propoſitio a futuro in præſens tempus, licet itaq; mutatio contingentis ad inexiſtens falſa ſit, non tñ eſt impoſsibilis. Verū non eodem pacto eſt in deductiōe ad impoſsibile, nāq; ſuppoſito ꝙ omne, b, ſit, a, concludimus, aliquod, b, non eſſe, a quod licet fortaſſe in diuerſis temporibus poſsibile ſit, in eodē tñ fieri nequit, vt idem omni & non omni inſit, quare non mō falſum hoc exiſtimandū eſt, ſed & impoſsibile.

Dubiū quorundam ex Alexan. & Philop.

H

Solutio.

I *Verum & per primam figuram licet facere impoſsibile ponentes, b, ineſſe ipſi c. Si enim b omni c ineſt, a uero omni b contingit, & c omni contingeret utique a: ſed fuerat ſuppoſitum nõ omni contingere.*



Eiuſdem mõſtio per primã figuram.

Inquit hoc idem monſtrari in poſſe in prima figura
K deducendo ad manifeſtum abſurdum, dicimus enim nos in prædicta cõplicatione ſequi concluſionem iſtam, contingit omne, c, eſſe, a, quod hoc pacto oſtẽdimus, ſi enim dixerimus ſuum contradictorium ſequi, ex hoc ſequetur impoſsibile, igitur concluſio illa neceſſario concluditur, arguitur aſſumptum maiore prius, quæ inexiſtens erat, mutata in contingentem, ac minore contingente ad inexiſtentem tranſpoſita, hunc in modum, contingit omne b, eſſe, a, omne, c, b, ſequitur contingit omne, c, eſſe, a, qđ manifeſte contradicit, ſuppoſito, quod fuit, ex neceſsitate aliquod, c, non eſt a, poterat & ambas facere contingentes, poterat & inexiſtentes, quod fortaſſe etiam multo melius hoc pacto, omne, b, a, omne, c. b, omne igitur, c, a, quod hanc diruit, neceſſe aliquod, c, non eſſe a, & tunc dicẽdum erit, ꝙ contingit accepit pro eo, quod eſt, ineſt. Si vero mutationem quam ſupra recitauimus, facere voluerimus, dicendum, quemadmodũ inquit Alexã.
L ꝙ hoc propterea factum fuit, quia manifeſtius concludebatur contradictorium, nam clarius iſtæ contradicunt, cõtingit omne, c, eſſe, a, & neceſſe aliquod, c, non eſſe, a, q̃ hæ omne, c, eſt, a, & neceſſe aliquod, c, non eſſe, a. Nec tamen ob id crediderim rationem. Diui Alberti contra hoc aliquid facere, is enim negat penitus mutationem illam faciendam eſſe, propterea ꝙ in tali miſtione oporteat maiorem eſſe contingentem ad vtrumlibet, verum cum illa, quæ eſt inexiſtens ſimpliciter trãsfertur ad contingentem non poteſt effici ad vtrumlibet, hæc ille. Sed noſtra quidem ſententia haud recte ſi enim per contingens ad vtrumlibet, quod plerią; faciunt, contingẽs intelligit æqualiter, nimirum falſa dicit, non enim ſolum contingens æqualiter ad has miſtiones aſciſcitur, ſed & natũ & vt in paucis, ſin autem per contingens ad vtrumlibet voluerit, quod in oppoſitam poteſt mutari qualitatẽ, nimirum, & contingens illud ad oppoſitum verti poteſt. Quapropter aut deductio ſua, quam ponit eadem eſt cũ deductione Philoponi atque Alexandri, aut ſi diuerſa eſt
M in idem tñ cadit, ipſe enim ambas facit inexiſtentes concluſionem colligens inexiſtentem, quam poſtea in contingentem reuocat contradictoriam videlicet neceſſariæ præſuppoſitæ. Scias tamen quemadmodum & Alex. & Philoponus recitant, ꝙ monſtratio iſta, non proprie eſt deductio ad impoſsibile, quandoquidem non ex oppoſito concluſionis cum altera præmiſſarum cõcludimus impoſsibile, ſed ambæ præmiſſæ accipiuntur.

Solutio rõnis Alberti, qua vĩ dcĩt Ariſt, infringere.

Sumere uero oportet omni ineſſe non ſecundum tempus determinantes, puta nunc, aut in hoc tempore, ſed ſimpliciter, namq; per has propoſitiones & ſyllogiſmos facimus. Quoniã ſi propoſitio ſecundum nunc accipiatur, non erit ſyllogiſmus: nihil enim fortaſſe probibet aliquando omni moto hominem ineſſe: uelut ſi nil aliud moueretur: motum uero contingeret omni equo, ſed hominem nulli equo ineſſe contingit.

N

Syllogiſmũ aſtruens ꝓpoſitionem ſumendam eſſe ſimplr.

Præterea ſit primum animal, medium motum, ultimum uero homo: propoſitiones itaque conſimiliter ſe habebunt, concluſio uero neceſſaria non contingens, ex neceſsitate enim homo animal. Manifeſtum itaque, quòd uniuerſale accipere oportet ſimpliciter, & non tempore determinantes. O



Idem

Admonet nos ne forte propoſitionem haud recte capientes inexiſtentem, complicationem deſcriptam exiſtimemus inutilem, quia aliquando neceſſe nulli aliquando neceſſe, a, omni concludatur, & ideo inquit non eſſe accipiendam maiorem nũc inexiſtentem aut in hoc tẽpore, ſed ſimpliciter, quoniam ſi propoſitio ſecundum nunc accipiatur, nõ fiet ſyllogiſmus, cum nulli & omni ex neceſſitate ſequatur, puta omne motum eſt homo. Contingit omnem equum moueri, et tamen neceſſe eſt nullũ equum eſſe hominem. P

Quod ſi dixeris non accidere hoc, quia maior ſit vt nunc inexiſtens, ſed quia falſa, falſum eſt enim & impoſſibile omne motum eſſe hominem, cum ex neceſsitate aliquod motum non ſit homo, puta cœlum.

Inſtantia.

Reſpondemus, per motum non eſſe ſimpliciter intelligendum omne motum, ſed omne animal motũ, & propterea propoſitio, quæ antea fuerat impoſsibilis efficiet ad tempus inexiſtens, & conſimiliter in ſecundo exẽplo non omne motum abſolute, ſed omne viuens motum. Ratio autem quare non oporteat maiorem vt nunc inexiſtentem eſſe hæc eſt, quoniam in his talibus ſubiectũ in plus ſe habet q̃ prædicatum, ſi itaque minor contingens accipiatur poterit eius prædicatum aliquibus ineſſe, quibus aliquando maior extremitas nõ inerit, puta in exemplo poteſt motus ineſſe equo, cui homo neq; ineſt, neq; poteſt ineſſe. Præterea talis complicatio monſtratur eſſe ſyllogiſtica per deductionem ad impoſsibile minore contingente ad inexiſtentem tranſpoſita, nõ aũt ſimul veræ vnquam eſſe poterunt maior ac minor facta inexiſtens, ſed medius terminus ſecundum id de minori prædicatur extremo, quo maius ſuperat, neque enim amplius poterit maior vniuerſaliter accipi, ſed in parte fiet, quare non erit ad ſyllogiſmum vtilis talis inexiſtens, cuius veritatem determinat cum ipſa accepta contingẽs, nã quouſq; hæc remanet cõtingẽs, eouſq; ea vera eſt, ſi uero hæc fiat inexiſtẽs, nõ amplius illa veritatẽ obtinet, nãq; ſi poſuerimus omnẽ equũ moueri non ẽt vere proferemus, omne motũ eſſe hoĩem. Hac igiẽ de cauſa oportet maiorẽ ſimpliciter ĩexiſtentẽ accipi. Cæterũ q̃ ſit talis inexiſtẽs Q

Solutio.

Rõ quare maior non põt ſumi inexiſtens vt nunc.

non

Opinio Alberti quod propōnem de toꝛē ſimpliciter ſit intelligēdā Cōtra opinionem Alberti.

A nō pauca apud magnos viros diſcrepatio ē. Diuus nāq; Albertus vult eam hac in miſtione vocitari ſimpliciter inexiſtentem, quæ cū antea fuiſſet contingentis nati, dein de inexiſtens facta eſt, puta hæc, omnis homo eſt grammaticus. Verū ne pluribus agamus, quoniam ſuperius longam ſuper hoc quæſtionem fecimus, falſum hoc eſſe proculdubio aſſerimus: ſi.n.talis eſſet maior, ſequeretur nunquam fieri poſſe complicationem vtilem in tali miſtione, quæ ambas propoſitiones veras præmitteret, nā, quemadmodum & ipſe alibi refert, in quacunque propoſitione contingente prædicatur terminus ſubſtātialis vniuerſaliter, nimirum illa eſt falſa, ſed fieri nequit vt maior ſubiectum terminum habeat ſubſtātialem, quin idem in minore contingente prædicatum efficiatur, nunq; igitur vera erit minor cum ſit contingens et prædicatū habeat terminum ſubſtantialem. Eadem ratione & Alulidi rationem refutandam cenſemus, qui alicubi aſſerit eam eſſe inexiſtentem ſimpliciter huic vtilem miſtioni, in qua prædicatum ſubiecto inſit ſecundum tria tempora, nō tamen eſſentialem ad ſubiectum habitudinem retineat, puta omnis coruus eſt niger, omnis nix eſt alba, & conſimiles, nec tamen inficias imus quin iſtæ pacto aliquo ſimpliciter inexiſtentes vocitentur, hoc.n.iam ſupra eſſeruimus, cum ſubiectū prædicatumq; inexiſtentia habeāt ac non neceſſaria, habitudinemq; prædicati ad ſubiectū, conſimiliter inexiſtentem, verum non quæcunq; ſimpliciter ſuperius vocitata ad præſentem facit miſtionē. Sed ea tñ quam voluit Alexander, is.n.omnes, quos ergo legerim, hac in materia antecelluit, quare vt planius quod hoc in loco ſentiendum ſit intelligamus, quæ ipſe retulit quaſi ad verbum in medium adducā: ait.n.oportet itaq; talem ſumi inexiſtentem, cuius veritatem nō determinet, quæ ſibi additur contingens, ſed eiuſmodi eſſe affirmatiuam vniuerſaliter inexiſtentem, contingente etiam vniuerſali ad inexiſtentem tranſpoſita: nil.n.differt inexiſtēti determinationem quandam adijcere, vt ipſam ad tēpus determinet, aut contingentem talem ipſi applicare, quæ ipſam tollat facta inexiſtens, non.n.ſemper inexiſtentem dicit, hæc.n.iā neceſſaria eſt, ſed quæ manere poteſt vniuerſaliter inexiſtens affirmatiua vera, & quando vniuerſaliter affirmatiua contingens cum hac ſumpta ad inexiſtentem traſmutetur: ſi.n.in coniugatione & monſtratio per impoſsibile ſaluatur, quā vſus monſtrat ipſam ſyllogiſticam eſſe. Poteſt autem dicere aut non oportere vniuerſaliter inexiſtentem talem accipi, vt ipſius veritas ſecundum tempus determinari queat ab adiuncta contingente propoſitione, aut magis non oportere ſi additam contingentem talem eſſe, vt inexiſtentis, quæ ante ipſam fuit accepta veritatem ſecundum tempus determinet, qui enim dicit non oportere ſecundum tempus inexiſtentes veritatem determinari, videri poſſet quibuſdam non iuxta materiam complicationis vtilitatem aut inutilitatem facere, ſed magis fortaſſe iuxta figuram, nam ſecūdum tempus determinata, decidere maiorem facit in prima figura in negatiuam in parte, hoc autem facto inutilis efficitur complicatio. Hæc ille atque alia complura, inexiſtens itaque hac in miſtione ſimpliciter vocitabatur, quæ cum minore ad inexiſtentem tranſlata propriam obſeruabit veritatem, veluti ſi dicam, omne grammaticū ambulat, contingit omnem hominem eſſe grammaticum, ſiue enim ponatur omnē hominem eſſe grammaticum, ſiue non, omnino vera ea eſt, quæ dicit, omne grammaticum ambulat, & de his ad ſatietatem iam diximus, ad reliqua tranſeamus.

Cōfutatur dicta Alulidi, ea eſſe dicto Alberti.

B

Non quęcūque propō de ieſſe ſimpliciter eſt vtilis huic miſtioni de cōtingēti, ſed illa qua voluit Alex.

C

D

Rurſus ſit priuatiua uniuerſaliter propoſitio a b: & ſumptum ſit, a ineſſe nulli b: b uero omni contingat c ineſſe his itaque poſitis, neceſſe eſt, a contingere nulli.c.ineſſe: non enim contingat, & b.ponatur ineſſe.c.quemadmodum prius, neceſſe itaque. a.alicui eorum, quæ.b.ineſſe, fit enim ſyllogiſmus per tertiam figuram, hoc autem impoſsibile, quare contingeret utiq; a. nulli c.ineſſe: falſo enim poſito impoſsibile quod accidit.

E



Celarent. Concludēs cōtingēs, & per tertiam oſtēditur figurā deductione ad impoſſ.

F

Hic igitur ſyllogiſmos non eſt contingentis ſecundum determinationem, ſed eius, quod eſt nulli ex neceſsitate, hæc enim eſt cōtradictio factæ ſuppoſitionis, ſuppoſuit enim eſt.a.alicui.c.ineſſe ſyllogiſmus uero ad impoſsibile oppoſitæ eſt dictionis.

Eam explicat atq; arguit, quæ maiorem vniuerſaliter habet negatiuam inexiſtētem cum minore contingente vniuerſaliter affirmatiua, ait itaq; ſi poſuerimus nullum b, a, contingit omne, c, eſſe, b, ꝙ ſequitur ſyllogiſtice cōtingit nullum c, eſſe, a, quia ſi non, ſupponatur oppoſitū non contingit nullum, c, eſſe, hoc autem æquiualet huic, neceſſe eſt aliquod, c, eſſe, a, cum qua & minore facta inexiſtente ſequitur in tertia figura, aliquod, b, eſt, a, quod maiorem demolitur. Per primam vero figuram mōſtrationem non facit, quare autem hoc ſit, inferius planū fiet. Deinde ſubdit, ꝙ ſyllogiſmus iſte non eſt contingentis ſecundum ſupra aſsignatam definitionem, ſed nulli ex neceſsitate, quod bifariam arguit, tum quia hoc eſt cōtradictorium factæ ſuppoſitionis, tum etiam ꝙ in quibuſdā materijs huiuſcemodi complicatio neceſſariam colligit concluſionem. Iſta ſunt, quæ in medium proferuntur, circa quæ verſantur difficilimæ dubitationes. Ac primum quid ſit hoc contingens, quod ipſe vocat nulli ex neceſsitate. Poſtea an hoc idem contingens concludatur in prima complicatione ſuperius aſsignata ex ambabus affirmatiuis. Deinde ſi non ſequitur, quæ ſit ratio huiuſce diuerſitatis. Ac demum inſtantiolæ quæpiam ſoluendæ relinquentur. Circa itaque primum variæ ac multiformes extitere celebratiſsimorū virorū opiniones, Diuus namque Albertus, ꝙ poſsibile vocatum nulli ex neceſsitate nil aliud eſt, quā poſsibile illud altum, quod eſt commune & neceſſario & vero contingenti, quodque hoc ita ſit videtur argui poſſe binis rationibus, tū quia Ariſt. in contextu monſtrat & vniuerſalem neceſſariā & vniuerſalem vere contingētem in diuerſis terminis cōſequi, tamen etiā ꝙ dicit concluſionem iſtam eius eſſe contingentis, quod neceſſario opponitur, nullum autem eſt cōtingens quod neceſſario cōtradicat, quodq; & neceſſariū & contingens verū cōprehendat, ꝗ contingens illud altum, ſeu cōmune, hoc igitur erit, qđ in tali ſequetur complicatione. Alulidus vero Roſ. voluit in hac cōplicatione concluſionē colligi poſſibilis æquiuocæ, nō poſsibilis cōmunis, quia hoc ipſe nuſquam poſuit, ſed poſsibilis ſub diſiunctione, hoc eſt neceſſariam negatiuā aut contingentē negatiuā, nunꝗ aūt neceſſariam affirmatiuā, firmatur aūt iiſdem rōnibus, quibus & Diuus Albertus. Sed mea quidē ſententia neutra iſtarum opinionū ex ſententia profertur Ariſt. primo quia contingens illud altū ſeu cōmune nullo pacto dari aut cōcedi pōt, quodq; hoc ita ſit mōſtro rōne, qua vtitur Alulidus ad deſtruendam ꝓpoſitionē inexiſtentem Theophraſti atq; Themiſtij, nāq; talis propō nullo pacto extra aīam reperitur, ſed intētio Ariſtotelis eſt numerare propōnes, quæ in re & extra aīam

G

Nota dubōnes ardaas tolurgētes.

Opinio Alberti quid Ariſt. poſsibile neceſſe intellexerit.

H

Dictū autem quaſi cōſonum dicto Alberti

Cōtra ſbai opi. Aoer & Alberti

I reperiuntur, non itaq; tale aliquod contingens erit, cum omne quod in tali colligitur complicatione aut vere contingens ſit, aut neceſſarium. Praterea nonne vel ceco manifeſtum, neceſſaria propoſitionem omnes deſtruere contingentes, ſi.n. iſta eſt vera neceſſe eſt nullum, c, eſſe. a, neque iſta poteſt eſſe vera contingit omne, c, eſſe, a, neque hæc, contingit nullum, neq; contingit aliquod neq; cōtingit aliquod non, qui fieri igitur poteſt, vt vna & eadem complicatio & neceſſariam concludat & vere contingētem? Praterea omnem complicationem quantumcūq; inutilem dicere hoc modo poterimus eſſe vtilem in concluſionem huius poſsibilis, propterea q nulla reperitur coniugatio quæ aliquam concluſionem non concludat aut neceſſariam aut inexiſtentem aut vere contigentem, q ſi dicas, volumus iſtam eſſe vtilem, quoniam tantūmodo negatiuas concludit nunquam autem affirmatiuas, o bone reſpondeas quæſo, quæ eſt alia ratio ob quā

K quæ affirmatiuas ſimul ac negatiuas concludunt exiſtimantur Inutiles, quam quia affirmatiuæ negatiuas & ecōuerſo affirmatiuas negatiuæ perimunt. nonne igitur, & hac de cauſa, cum neceſſaria negatiua, omnes deſtruat contingentes, & hæc cenſenda erit inutilis profecto etiā. Dicendum itaque cenſeo cum Alexādro atque Philopono in iſta complicatione, ſequi nulli ex neceſsitate, quod quidam vocant dimidium contingentis ob rationē, quā infra adducemus. Primum itaque faciemus deſcriptionē, quam fecit Ioannes grammaticus propoſitionum ſeinuicem conſequentium ac perimētium hunc in modum.

Opio Ale. & Philo.

Non neceſſe omni — Neceſſe omni — Cōtingit nulli — Nō cōtingit nulli
Nō neceſſe alicui — neceſſe alicui — Contingit omni — Non cōtingit oī
Non neceſſe non oī — neceſſe non omni.

Volens itaque Philoſophus monſtrare, q ſequeretur contingit nulli, oppoſitam ipſius ſuppoſuit, quæ eſt non contingit nulli, vt ſi hanc monſtrauit impoſsibilem concludat ſuam opppoſitam neceſſario ſequi, ſed quoniam

L oſtenſio fiebat in tertia figura ſecundum miſtionem inexiſtentis ac contingentis, de qua hucuſque nihil determinatum fuerat, ob id permutat hanc non contingit nulli in ſuam aut æquiualentem, aut ſimul verificatam quæ eſt, neceſſe alicui, qua refutata concludit ſequi hanc contingit nulli, namque ſi hæc eſt falſa neceſſe alicui, nimirū hæc vera non neceſſe alicui, & ob hoc iſta cōtingit nulli quod fuerat monſtrandum. Verum negat iſtam vere contingentem eſſe ſed nulli ex neceſsitate ſignificare, quoniam quemadmodum infra declarabimus, huic, quæ eſt, contingit nulli, binæ opponuntur, vna ex ſe, puta neceſſe alicui, alia propter ſibi æquiualentem contingit omni, q̄ eſt neceſſe non omni. Quare binæ neceſſariæ particulares vniuerſalem negatiuam contingentē deſtruunt. Verū particularis affirmatiua neceſſaria in omnibus illi opponitur, & qualitate, & quantitate, & modo, ſed quæ dicit, neceſſe non omni opponitur quidē immediate ei, quæ eſt, contingit omni, quia vero hæc illi, quæ ē cōtingit nulli æquiualet, ideo mediate quodāmodo, & per accidens

Nota deductionē qua probat cōtingere nulli in hac miſtione idem ſignificare quod nulli ex neceſsitate.

M huic etiam opponitur: Hæc itaq; nō contingit nulli duas quodammodo neceſſarias in parte comprehendit, quod cū ita ſit, inueniemus ex hac, neceſſe alicui ſequi impoſsibile, ex altera vero, quæ eſt neceſſe non omni non ēt ſequitur aliquod impoſsibile, ſi itaque binæ particulares neceſſariæ comprehenduntur ab hac, non contingit nulli, alterius vero oppoſitū tm̄ concluditur, manifeſtum q dimidium contingentis illius concluditur, hoc eſt dimidiū propoſitionis iſtius, non contingit nulli, ſecundum quod cōtradicit huic neceſſe alicui, ex quo manifeſtum ſequit̄ impoſsibile, ſi.n. alteram ſupponamus particularē, neceſſe non omne, c, eſſe, a, omne, c, b. ſequitur non omne, b, eſt, a, & in maiore ſupra dicebamus, nullum, b, a, q̄ nullo pacto ſeinuicem deſtruunt. In ſumma itaque quod hac in complicatione colligitur eſt contingit nulli, æquiualens nulli ex neceſsitate, namque nulli ex neceſsitate multo ſe habet in plus quam nulli contingere, ſi nulli contingere accipiatur ſecundum ſupra aſſignatam deſcriptionē, quod hoc pacto monſtratur, nāq; ei q̄ eſt contingit nul-

Nota de dimidio contingētis.

li, opponitur neceſſe alicui & neceſſe non omni, ei vero quæ eſt, nulli ex neceſsitate contradicit hæc tm̄, alicui ex neceſsitate, vbicunq; ergo iſta falſa fuerit, vera illa erit, q̄ dicit nulli ex neceſsitate, non tn̄ illa, quæ dicit, contingit nulli, ſed oportet ambas particulares neceſſarias falſas eſſe, & neceſſe alicui & neceſſe non omni, in plus ergo ſe habet, nulli ex neceſsitate q̄ contingit nulli. Amplius idem hoc exemplo monſtratur, vera etenim hæc eſt, nullum animal ex neceſsitate ambulat, & tn̄ hæc falſa, cōtingit nullum animal ambulare, ſi ſecundum verum accipiatur contingens, non.n. poteſt in oppoſitam conuerti qualitatem, contingit omne animal ambulare, reptilia namq; ex neceſsitate non ambulant. Nec tn̄ crediderisidem eſſe ex neceſsitate nulli & nulli ex neceſsitate, nam nulli animali ineſt ambulatio ex neceſsitate, non tamē ex neceſsitate nullum animal ambulat, conſimiliter nullum animal ex neceſsitate ridet aut loquitur, & in ſumma nihil aliud eſt nulli ex neceſsitate, q̄ non neceſſe alicui, cum .n. dicimus hoc pacto, contingit nullum animal ambulare, hoc volumus q non eſt animal quodpiam, cui neceſſario inſit ambulatio ſeu quod neceſſario ambulet, licet fortaſſe aliquā reperiantur, q̄ ex neceſsitate non ambulēt aut non loquantur. Sed dicet quiſpiam, q hoc eodem argumento poſſumus monſtrare in prima complicatione ex ambabus affirmatiuis idem hoc ſequi contingēs, ad quod arguendū ſupponamus primo deſcriptionē propoſitionum, quemadmodū fecit Ioannes grāmaticus.

N

Nota quid ſignificet nulli ex neceſsitate.

O

Nota dubiū ſatis arduum q etiam in mō affirmatiuo concludatur cōtingens dimidium.

Non neceſſe non omni	neceſſe non omni
Non neceſſe alicui	neceſſe alicui
Contingit omni	non contingit omni
Contingit nulli	non contingit nulli

& ſeipſa repugnat
Pp contingentē repugnat

Ambas cōtinet particulares de neceſſario propō illa, non contingit omni & illa non cōtingit nulli.

P

Deinde faciamus complicationem, omne, b, eſt, a, contingit omne, c, eſſe, b, ergo contingit omne, c, eſſe, a, ſi.n. hoc falſum, verum erit non contingit omne, c, eſſe, a, qd' æquiualet neceſſe nō omni, ſi itaque neceſſe eſt nō omne c, eſſe, a, & omne, c, eſt, b, tranſpoſita contingente ad inexiſtentem, ſequitur q non omne, b, ſit, a, quod maiorē diruit ac diſsipat erat enim maior, omne, b, eſt, a, falſum igitur, quod ſuppoſitum fuerat non cōtingit omne, c, eſſe a, ergo ſuum contradictorium verum, contingit omne c, eſſe, a, quod fuerat monſtrandum. Poſſumus itaque & hic monſtrare, q hæc concluſio non ſit contingentis ſecundum ſupra allatam deſcriptionem, ſed huius dimidiū, nam quemadmodum negatiuæ contingenti, binæ opponebantur particulares neceſſariæ, vti diximus, eodem pacto & affirmatiuæ contingenti duæ opponētur neceſſariæ, puta huic, cōtingit oī, binæ iſtæ, neceſſe alicui & neceſſe alicui nō, vna ex ſeipſa, alia pp negatiuā in quā cōuertit̄ ſcd̄m oppoſitā qualitatem, continebit igit̄ non cōtingit omni ambas particulares neceſſarias. Et licet hac ſuppoſita, neceſſe non oī ſequatur impoſsibile, nō tn̄ hac neceſſe alicui, ſi.n. neceſſe eſt aliqd̄, c, eſſe, a, & oē, c. eſt, b, trāſpoſita minore contingēte ad inexiſtentē, ſequit̄ in tertia figura, aliqd', b, eſt, a, erat aūt maior, omne. b, eſt, a, quare nullū ſequit̄ impoſsibile, ſi idem & omni & alicui ineſt. Solū igitur concluditur abſurdū ex iſta, neceſſe non omni, q̄ dimidiū fuerat oppoſiti, q eſt nō cōtingit omni, dimidiū itaq; eius, qd̄ opponit̄ non contingit omni eſt, qd̄ concludit̄, quare & in hac cōplicatione dimidiū contingentis concludet̄. Huic rōni manus dedere Diuus Albertus atq; Alex. voluerūt.n. viri iſti conformē in hac cōcluſionē colligi, cū illa, q̄ I ſequēte cōcludit̄, et ad hæc q̄ſdā afferūt ꝓpoſitiōes cōtingētis eiuſdē naturæ puta cōtingit oē corpus nāle moueri, nāq; ex neceſsitate aliqd̄ corpus mouet̄, veluti celū eodē pacto ſi poſuerimus Itelligētias

Q

Dubōnem cōcedere Albertus & Alex.

A tias rationales eſſe, hæc eiuſdem erit naturæ omne rationale intelligit, quoniam aliquod rationale ex neceſsitate intelligit. Addit & Diuus Albertus terminos inueniri, in quibus ſequatur ex neceſsitate omni, puta omne album coloratum, contingit omnẽ hominem eſſe album, & tamen ſequitur ex neceſsitate omnis homo eſt coloratus, in quibus vero ſequatur contingens termini accipiũtur, omne ambulans mouetur, contingit omnem hominem ambulare contingit omnem hominẽ moueri. Sed pace iſtorum dixerim non bene nec cum Ariſtotele ſentiũt vidimus enim ipſum ſupra non ſolum dicentem ſed etiã clamitantem, ꝙ in negatiuis tantum eiuſmodi colligatur concluſio, ait enim in principio ſtatim iſtius miſtionis, cũ vero quæ ad minus & imperfecti omnes, et priuatiui ſyllogiſmi contingentis non ſecundum determinationem. Quid clarius, nonne videmus ipſum manifeſte concedere de affirmatiuis omnibus, quod ſupra deſcriptum contingens concludunt? Præterea ſi voluiſſet idem in affirmatiuis concludi contingens, nonne hoc idem de eadem protuliſſet? profecto etiam. Quod ſi dicas, quemadmodum Diuus inquit Albertus, ꝙ hoc ideo fecit, quia in affirmatiuis manifeſtius erat, ſequi poſſe neceſſariũ, quia maior mediuſque termini ita ad ſeinuicem diſpoſiti erũt, vt inferior ſuperiorque, ex quibus plane conſtitui poteſt neceſſaria propoſitio, in negatiua autem termini ſeiũcti erũt atque diuerſi, & ob id hoc in illis latentius erat. Contra, quemadmodum ſe habent ſuperius atque inferius ad conſtruendam propoſitionem neceſſariam affirmatiuam, ita termini a ſeinuicem diuerſi ad negatiuam neceſſariam conſtituendam, ergo quemadmodum vnũ manifeſtum ad affirmationem, ita & reliquum erit ad negationem. Præterea hoc idem quoque dici poterit in miſtione neceſſariȷ̃ & contingentis, quod tñ nõ fit. Operæpretium itaq; vt cum Philop. & Aluſido Roſ. & deniq; cum Ariſtotele dicamus in affirmatiua complicatione verum & ſupra determinatum ſequi contingens, in negatiua autem nulli ex neceſsitate. Ad rationem reſpõdet hunc in modum Philop. & recte, & nos etiam hoc ſuperius aliqua in parte attigimus. Conſequenter inquit fecit, qm̃ enim quemadmodum diximus, negatiuam contingentem tranſumit in affirmatiuam, affirmatiuã vero non amplius in negatiuam, propter hoc in negatiua quidem qm̃ concluſio negatiua erit contingens eo modo, quo hic accipiuntur negationes, dico autem contingere nulli, propter hoc inquam binas ipſi repugnantes particulares neceſſariȷ̃ propoſitiones offendimus, vnam ex ſe, alteram propter eam, quæ eſt contingit omni, quoniam æquiualere accipimus cõtingit nulli ei, quæ eſt contingit omni, quia igitur inuenimus hoc in loco binas neceſſarias in parte oppoſitas ei, quæ eſt, contingit nulli, & ob hoc comprehendi a negatiua, quæ eſt, non contingit nulli, & inueniemus oppoſitum ſolum alterius particulariũ propoſitionum concludi, propter hoc dicebamus dimidium tantummodo contingentis colligi. Sed quoniã in affirmatiua complicatione, contingens affirmatiua concluſio eſt, non tranſmittitur affirmatio in negationem, planum ꝙ vna ſola particularis neceſſaria opponetur concluſioni, quæ eſt, neceſſæ non omni, quare, non contingit omni, ſolam iſtam continebit, ſed hac poſita ſequebatur impoſsibile, palam igitur ꝙ ipſius oppoſitum verum erit, quod eſt non contigentis dimidium, ſed totum, & oppoſita itaq; non erit dimidium contingentis, non iniuria igitur in affirmatiuam coniugatione non dixit dimidium ſequi contingentis. Hæc ille ad verbum, quaſi dicens, quoniam monſtratio oĩs per notiora effici debet, cum affirmatiua notior ſit negatiua & non ecõuerſo, in negatiua vtrunq; ſupponemus oppoſitũ, in affirmatiua minime. Ad inſtantioias ẽt dicimus ꝙ licet talis inueniatur propoſitio, non tñ ꝓꝑea ſequi poterit in tali cõplicatione. Ad alium dicimus haud recte maiorem accipi ꝓpoſitionem, nã hæc, omne album eſt coloratum, nullo pacto inexiſtens ſimpl'r exiſtimanda eſt, cum habitudo prædicati ad ſubiectũ neceſſaria ſit, ut liquidũ ẽ inſpicienti.

Contra Albertum, & Alexand.

Rñ. Alberti

Inſtantia.

Alia ſolo ex Phil.

Solo inſtantiarum.

His expoſitis iam clarum eſſe poteſt, quæ ſit diuerſitatis ratio, in affirmatiuis enim vnicum aſsignamus oppoſitum propterea ꝙ affirmatiua non eget adiumento negatiuæ, in negatiuis vero duplex ſupponimus contradictorium, quoniam negatiua ex affirmatiuæ cognitione tanquam notioris dependet. B

Hæc eadem quaſi voluit Aluſidus Roſ. ſed multo & obſcurius & intricatius, ait enim ꝙ concluſio in hac miſtione aut ſequitur per dictum de omni aut ꝑ deductionem ad impoſsibile, hoc eſt enim, quod ipſe vocauit vniuerſalitatem & continuationem, & deductio ad impoſsibile alquando eſt perfecta, puta, cum procedit ex toto oppoſito, aliquando imperfecta, cum non procedit ex toto oppoſito, vnde in ȷ̃s quæ maiorem habent contingentem cum minore inexiſtente vſus eſt vniuerſalitate ſeu dicto de omni, in ȷ̃s vero quæ maiorem habet inexiſtentem cum minore contingente, vtitur continuatione ſeu connexo & deductione ad impoſsibile, et vbi ambæ ſint affirmatiuæ, quia continuatio eſt perfecta et aſſumit totum oppoſitum, dicit verum concludi contingens, nõ autẽ pacto aliquo neceſſariũ, quia cum, a, reperiatur in c, mediante, b, ſed, b, contingenter ineſt ipſi, c, ergo &, a, in, c, erit contingenter. Si vero inquit accideret concludi neceſſariam aut abſolutam, hoc eſſet per viam vniuerſalitatis, hoc eſt dicti de omni, quia ambæ puta aut neceſſariæ eſſent aut inexiſtentes & abſolutæ, facta deductione ad impoſsibile, & quoniam intentio philoſophi non eſt monſtrare coniugationes iſtas per dictum de omni, ideo tanquam per accidens concluſas eas hic omiſit. In coniugatione vero ex maiore negatiua inexiſtente cum minore contingente, quia deductio ad impoſsibile eſt imperfecta non procedens per totum oppoſitum, ꝑꝑ hoc non fuit concluſum verum poſsibile. Hæc ille. Sed qm̃ non ſunt penitus congrua ſupra enarratis illa perlecturis intelligenda relinquimus. Ex his & rõ manifeſta eẽ põt, ob quã non monſtrauit ſecundam complicationem per primam figuram, cum enim illius cõcluſionis duplex eſſet oppoſitum, non poterat monſtratione illa cõcludere aliqd' abſurdum. Sed adhuc quæſtiunculæ quædã exoluendæ ſuperſunt, primo quia videtur fieri fallaciam in huiuſcemodi cõplicationes, nãq; medius in maiore tm̃ pro exiſtentibus ſupponit, in minore aũt & pro exiſtentibus, & pro ȷ̃s q̃ eſſe poſſunt non itaque ſit recta complicatio. Præterea eodẽ pacto monſtrare poſſumus per deductionẽ ad incõmodũ ſequi inexiſtentẽ concluſionẽ, hunc in modũ oẽ, b, a, contingit, omne, c, eſſe, b, dico ꝙ ſequit omne, c, eſt, a, quia ſi non, detur oppoſitũ, aliqd', c, non eſt, a, cũ quo & minore facta inexiſtente cõcludimus in tertia figura maioris contradictoriũ. Amplius cõcluſio ſimilis eſſe debet alteri præmiſſarum propoſitionũ ſed in ſcda coniugatione, neutra propoſitionũ dimidium eſt contingentis, nõ itaq; recta eſt cõplicatio illa.

Confirmatio ex dictis Auer.

F

G

Adductio quorundã inſtãtiarum.

Ad hæc reſpondemus & ad primum dicimus non valere rationem, medius terminus ſupponit in minore pro pluribus quam in maiore, igitur coniugatio mala, ſed tm̃ arguit non poſſe complicationem illam monſtrari ꝑ dictum de omni. Aut aliter ꝙ & in maiore ſupponit pro ȷ̃s, quæ eſſe poſſunt, cum ſit ſimpliciter inexiſtens, verũ prior reſponſio melior. Ad alteram dicimus nõ ſequi primo & immediate impoſsibile ex accepto contradictorio concluſionis inexiſtentis, ſed primo ex neceſſaria ꝓpoſitione contradictoria concluſionis poſsibilis, deinceps & ex ſuppoſita inexiſtente, namq; vt ſupra etiam vidimus ex neceſſaria ſequitur inexiſtens ſecundum qd. Vel aliter, quemadmodum & Diuus refert Albertus, ꝙ ſi acceperimus neceſſariam oppoſitam concluſionis poſſibilis admittenda eſt tranſpoſitio minoris poſsibilis ad inexiſtentem, qm̃ ex tali tranſpoſitione nullum nouum cauſatur impoſsibile, namq; neceſſarium ita deſtruit poſſibile, ſeu contingens, quemadmodum & inexiſtẽs, ſi vero acceperimus propoſitionem inexiſtentem oppoſitam cõcluſionis ineñtis, dicimus nõ eſſe minoris tranſpoſitionem faciendã, cũ ex ipſa nouum cauſet impoſsibile, nãq; hæc, aliqd', c, non eſt, a, non repugnat aliquo pacto huic poſsibile eſt omne, c, eſſe, b, ſuppoſito etiam ꝙ omne, b,

Solutio.

H

I ſit, a, ſi uero minorem faciamus inexiſtentem, omne, c, eſt, b ſuppoſito etiam φ omne, b, ſit, a, hæc aliquod, c, nõ eſt, a, cum iſtis verificari minime poteſt, incommodum igitur hoc & abſurdum cauſatum eſt ex tranſpoſitione minoris ad inexiſtentem, non ex oppoſito accepto. Qđ ſi dicas, tranſpoſitio illa poſsibilis erat, ſed ex poſsibili non ſequitur impoſsibile.

Reſpõdemus φ licet tranſpoſitio illa ſit poſsibilis, nõ tamen cum alia propoſitione ſuppoſita poſsibilis erit, quemadmodum licet hæc ſit poſsibilis per ſe ſumpta, Socrates ſedet, & iſta itidem, Socrates ſtat, non tamẽ ſimul acceptæ poſsibiles eſſe poſſunt, Socrates ſedet & Socrates ſtat. Sed forte poſſet aliquis dicere, ſi prius dicta ſolutio conſtaret eodem modo poſſet dici non ſequi concluſionem de contingenti, quia videtur concludi impoſsibile non ex contradictorio concluſionis ſed ex incompoſſibilitate illius cum minori poſita ineſſe. Reſpondetur

K φ ibi nulla incompoſsibilitas noua conſurgit propter poſitionem minoris ineſſe quæ etiam prius fuerit inter oppoſitam concluſionis & minorem antequam ineſſe poneretur hoc apparet in terminis, omnis homo eſt aĩal, omne album contingit eſſe hominem, ergo omne albũ contingit eſſe animal, detur oppoſitũ, non cõtingit omne album eſſe animal, hæc valet iſtam, neceſſe eſt aliqđ album nõ eſſe animal, iſta repugnat minori prius quam ponatur in eſſe, nam iſta repugnant, neceſſe eſt aliquod album non eſſe animal, & contingit omne albũ eſſe hominem. Ad tertium reſpondemus concluſionem ſimilem eſſe minori, non enim oportet ſi propoſitiones ſimpliciter ſunt contingentes & concluſionem ſimpliciter cõtingentem eſſe, ſed ſufficit ipſam aliquo pacto contingentẽ eſſe ſeu ſimpliciter, ſeu ſecundum quid, & hæc hactenus. Iam ad contextus enarrationem deſcendamus. { Oppoſitæ eſt dictionis. } Hoc eſt oppoſita enunciationis, quod enim φάσις græci, nos enunciationem vocamus.

Amplius & ex terminis manifeſtum, quòd non erit concluſio

L *contingens. ſit enim in quo a, coruus in quo b, diſcurrens, in quo c, homo: nulli itaque, b, a ineſt: nullum enim diſcurrens coruus. b uero omni contingit: c omni enim homini diſcurrere: ſed. a. ex neceßitate nulli. c. non igitur concluſio contingens.*

Coruus. Diſcurrens. Homo.
A. B. C.
n.ineſt. conting.o.

M *Sed neque neceſſariam ſemper: ſit enim, a motum: b, ſcientia, in quo autem c, homo: a igitur nulli inerit b: b. uero omni. c. contingit, & non eſt concluſio neceſſaria: non enim neceſſe nullum moueri hominem, ſed non neceſſe aliquem. Planum itaque quòd concluſio eſt eius, quod eſt nulli ex neceßitate ineſſe.*

Motum. Scientia. Homo.
A. B. C.
n.ineſt. contin.o.



Ambulans. Alteratum. Aſ. N
n.ineſt. o.contin.



O

Accipiendi uero melius ſunt termini: ſed ſi priuatiuum ad minorem ponatur extremitatem contingere ſignificans, ex ipſis quidem acceptis propoſitionibus, nullus erit ſyllogiſmus. Conuerſa autem ſecundum contingere propoſitione, erit quemadmodum in prioribus: inſit enim. a. omni. b. b. uero contingat nulli. c. ſic igitur ſe habentibus terminis, nihil erit neceſſarium: ſi autem conuertatur. b. c. & accipiatur. b. omni. c. contingere fit ſyllogiſmus, quemadmodum prius. nam conſimiliter termini poſitione ſe habebunt.

Diſputans. Ambulans. Homo.
A. B. C.
o.ineſſe. n.o.conting. P



Sed eodem modo & cum priuatiua extiterint utraque interualla, ſi. a. b. quidem non inſit: b, uero contingere. c, nulli accidit: per ipſa quidem accepta non fit neceſſarium: ſed propoſitione cõuerſa, quæ eſt, ſecundum contingere erit ſyllogiſmus, accipiatur enim. a quidem nulli eorum, quæ ſunt. b ineſſe: b uero contingat nulli. c. per hæc igitur nihil neceſſarium, quod ſi accipiatur. b. cõtingere omni. c. quod eſt uerum, a b. autem propoſitio ſimiliter ſe Q
habeat, rurſus idem erit ſyllogiſmus.

Diſputans. Motum. Homo.
A. B. C.
n.ineſſe. n.o.contin.



A *Si uero non ineſſe ponatur. b.ipſi. c. & non contingere non ineſſe, non erit ſyllogiſmus nullo modo neque cum priuatiua, neque cum affirmatiua fuerit.a.b.propoſitio. Termini communes quòd ex neceßitate inſit, album animal, nix quòd non contingat, album, animal, pix.*



B

Sumantur melius termini. in prima, Album, Ambulans, Cygnus in ſecunda, Album, Ambulãs, Coruus, vel vt Alex.in prima moueri, albũ, ambulans. in ſecũda moueri, album, ſtans.

C *Planum itaque quòd ſi termini uniuerſales extiterint, & hæc inexiſtens, illa propoſitionum contingens accipiatur: quãdo propoſitio, quæ ad minorem extremitatem contingere accipiatur, ſemper fit ſyllogiſmus, prӕterquam quòd aliquando quidẽ ex ipſis, nonnunquam uero ex conuerſa propoſitione, quando autem horum uterque & ob quam cauſam diximus.*

Nota expōnẽ horũ terminorũ noluiſſe Ariſt. concludere uniuerſalẽ negatiuam neceſſariã, ſed nulli ex neceſsitate.

Obſcuriorem inquit Alexander ſe fecit in poſitione iſtorum terminorum, termini enim iſti non concludunt nulli ex neceſſitate, ſed ex neceſsitate nulli, neceſſe etenim eſt, nullum hominem coruum eſſe. Hoc autem accidit ex eo, ꝙ maiorem accepit non inexiſtentem negatiuam ſed neceſſariam negatiuam, ex neceſſitate enim nullum diſcurrens eſt coruus, niſi fortaſſe per diſcurrens intelligeremus, quod voluit Albumazar, referente Alulido, imaginans, quod & ipſe ſentiens rurſus inquit Alexan. alioa poſuit terminos, per quos non amplius neceſſaria negatiua concluditur concluſio, ſed contingens, puta, a, motũ b, ſcientia, c, homo, & quoniam neque in his ſumpſerat,
D inexiſtentem ſed neceſſariam, hoc præſentiens dixit, accipiendi vero melius ſunt termini. Philoponus tamen in ſecundo exemplo non accipit ſcientiam, ſed ſciens, tunc enim quæ antea neceſſaria fuerat, inexiſtens efficit, apud tes vero ab Alexandro termini ponũtur, ambulans, quieſcens, & animal. Si vero termini reperiantur quibus verum concludi poſsit contingens, hoc erit per accidẽs valde & non vi ſyllogiſticæ complicationis, ſed terminorũ gratia. { Et non eſt concluſio neceſſaria. } Hoc eſt in cõplicatione iſta non ſequitur concluſio neceſſaria, hoc.n. dictum velim vniuerſaliter de tota coniugatiõe, non aũt de hoc tantum exemplo, quod & ipſe quaſi expoſuit, cũ ſubdit, non enim neceſſe nullum moueri hominem, ſed non neceſſe aliquem, ac ſi diceret non ſequitur ex neceſsitate nulli, ſed non ex neceſsitate, nulli: pro hoc.n.inquit Alexander dixit ſed non neceſſe aliquem. Ex quibus clarum eſſe poteſt noluiſſe Ariſtotelem in hac coniugatione ſequi vniuerſalem neceſſariam negatiuam, quod tamen plerique male aſſerunt. { Sed ſi priuatiuum ad minorẽ. } E
Omnes quidem complicationes, quæ maiorem habent inexiſtentem ſunt imperfectæ, propterea ꝙ per dictum de omni monſtrari non poſſunt, verum quæ minorem habent contingentem negatiuã ſunt imperfectiores, non enim ſolum deductionis indigent ad impoſsibile, ſed & conuerſionis ad minorem affirmatiuam propoſitionem conſimiliter & ſi ambo interualla hoc eſt vtræque propoſitiones extiterint negatiuæ, nam minore conuerſa in oppoſitam qualitatem ſecundum contingens ijdem efficiuntur ſyllogiſmi, qui & prius, hoc eſt ſi maior ſit affirmatiua inexiſtens, concluſio vere contingens erit, ſi negatiua, nulli ex neceſsitate. { Quod eſt verum. } Nõ hoc dicit, ꝙ ſi contingens negatiua in contingentem conuertatur affirmatiuam, illa propoſitio eſt vera, ſed ꝙ verum eſt negatiuam contingentem in affirmatiuam conuerti poſſe eodem pacto contingentem. { Si vero non ineſſe
F ponatur. } Poſteaquam eas explicuit, quæ minorem habẽt negatiuam contingentem, maiorem vero inexiſtentem aut affirmatiuam aut negatiuam, nunc eas ponit, q̃ minorem negatiuam habent inexiſtentem, maiorem autem contingentem aut affirmatiuam, aut negatiuam, & inquit has inutiles eſſe, propterea ꝙ minor, quæ eſt inexiſtens, non poteſt in affirmatiuam pacto aliquo conuerti, & addit terminos, quibus & neceſſariam affirmatiuã, & neceſſariam negatiuam concludimus, neceſſe omni, album, animal, nix, neceſſe nulli, album, animal, pix. Verum inquit Alexander veriores eſſent termini, moueri, album, ambulans: moueri album, ſtans, ſed neque in his ait, ſimpliciter neceſſariæ concluſiones efficiuntur, verũ cum determinatione, nã moueri ex neceſsitate ineſt, omni ambulanti quouſque ſit ambulans. { Præterquam ꝙ aliquando quidem ex ipſis. } Nõ hoc dicit ꝙ recta oſtẽſione monſtrentur, omnes enim arguebantur, mutata contingente ad inexiſtentem ac deductione ad impoſsibile, ſed hoc intelligit, ꝙ ſeruata propria qualitate oſtendebantur alij vero non ex ſe, ſed mutata negatiua in affirmatiuam monſtrabantur. Nam quemadmodum ſyllogiſmi ſecundæ ac tertiæ figuræ ex ſe quidẽ vim habent ſyllogiſticam inferendi, dilucidioris tamen conſequẽtiæ gratia ad primam reuocantur figuram, ita & qui minorem habent contingentem negatiuam ex ſe quidem ſyllogiſticam, conſequentiam retinent, cauſa tamẽ maioris claritatis negatiuas vertunt in affirmatiuas. G

Quod ſi hoc uniuerſaliter, illud uero interuallorum accipiatur in parte, quando quod ad maius eſt extremum uniuerſaliter ponatur & contingens ſeu negatiuum ſiue affirmatiuum, quod uero in parte affirmatiuum & inexiſtens, erit ſyllogiſmus perfectus, quemadmodum & uniuerſaliter terminis exiſtentibus, demonſtratio autem eadem, quæ & prius.



H

Binæ particulares cõiugationes concludentes cõting. per dictum de omni.

Cæterum quando uniuerſale quidem ſit ad maius extremum, ſed inexiſtens non contingens, alterum uero in parte & contingens, ſeu negatiuæ, ſiue affirmatiuæ ponantur utræque, ſiue hæc negatiua, illa affirmatiua, omnino erit ſyllogiſmus imperfectus, præterquã ꝙ hi quidẽ per impoßibile monſtrabũtur, illi uero

I *per conuerſionem eius, quod eſt contingere: quemadmodum in præcedentibus. Erit autem ſyllogiſmus per conuerſionem, & quando uniuerſalis ad maius poſita extremum, ſignificet ineſſe aut non ineſſe, quæ uero in parte priuatiua exiſtens, contingere accipiat, quemadmodum ſi. a. omni quidem ineſt. b. aut non ineſt b. autem alicui. c. contingit non ineſſe: conuerſa enim. b. c. ſecundum contingere, fit ſyllogiſmus: ſed quando quæ ſecundum partem ponitur non ineſſe accipiat non erit ſyllogiſmus. Termini q. inſit album, animal, nix: quòd non inſit, album, animal, pix: per infinitum namque ſumenda eſt demonſtratio,*

K



Si autem uniuerſale ad minus ponatur extremum, quod uero in parte ad maius, ſiue priuatiuum, ſeu affirmatiuum, uel contingens, aut inexiſtens, quomodocunque, nullo pacto erit ſyllogiſmus: neque quando in parte, aut indefinitæ ponantur propoſitiones, ſeu cõtingere accipientes, ſiue ineſſe. aut uiciſſim, neq; ſi erit ſyllogiſmus; demonſtratio uero eadem, quæ & in prioribus. Termini communes, quod inſit ex neceſſitate, animal, album, homo, quòd non contingat, animal, album, indumentum. Planum itaque
L *quòd ſi uniuerſale ad maius ponatur extremum ſemper fit ſyllogiſmus, ſi uero ad minus, nullius unquam.*

Inquit quod ſi vnum interuallorum hoc eſt propoſitionum vniuerſale extiterit & contingens & maius, &
M alterũ particulare inexiſtens, & minus, ꝙ inquam ſyllogiſmus erit perfectus in concluſionem contingentẽ, monſtratur enim per dictum de omni, quemadmodum & in vniuerſalibus. {Cæterum qñ vniuerſale quidẽ.} Si vero inquit maior ſit inexiſtẽs ſeu negatiua ſeu affirmatiua & minor contingens iiſdem affirmatiua vel negatiua omnino erit ſyllogiſmus imperfectus, propterea ꝙ monſtrãtur non per dictũ de omni, ſed per impoſsibile, differunt autem qñ qui minorem habent affirmatiuam per ſolã deductionem arguuntur, qui vero negatiuam & ſic & per conuerſionẽ, oportet enim vt inquit Philop. copulatiuam contextui coniunctionem addere, ita vt ſic ſe habeat, hi quidem per impoſsibile monſtrabuntur, illi & per conuerſionem eius, quod eſt, contingere.

Notã in particularibus ſyllogiſmus ſequi ſemp cõcluſionẽ de uero cõtingẽti.

Verum enimuero cum Ariſtotele ac reliquorū peripateticorum ſententia dicendum cenſeo, contingentem negatiuā vniuerſaliter in ſeipſam minime conuerti poſſe, non conuerti inquā in ſeipſam hoc eſt in contingentē eiuſdem generis, nihil enim ꝓhibet, quin ad inexiſtentē, vt inquit Alexander, ſeu, quod melius eſt, ad dimidium contingentis poſſit retrocedere, veluti ſi dicam contingit nullū hominem eſſe albū, ergo contingit nullū albū eſſe hominē, hæc enim dimidium eſt cōtingentis cum aliquas particulares neceſſarias habeat, cōtingentes alias. Præterea qua ratione ſuperius ex maiore negatiua inexiſtēte & minore affirmatiua cōtingente dicebamus dimidium concludi cōtingētis, quia ex dimidio cōtradictorij ſequebatur impoſſibile, eadem & hanc dicemus in dimidium conuerti cōtingentis, quoniā ex dimidio oppoſiti incōmodū deducitur, & hoc eſt, quod volebant etiā moderni, cum dicebant vniuerſalem negatiuā cōtingentē, in negatiuam cōtingentem, in negatiuā vniuerſalē poſſibilē retrocedere.

Opi. authoris. G

Sed contra dicet quiſpiam, nō ſequitur, contingit nullū animal ambulare, ergo cōtingit nullū ambulans eſſe animal, quæ tamen vt planū eſt dimidij cōtingentis naturā obtinet. Reſpōdemus, velle nos propoſitionē vere cōtingentem vniuerſaliter negatiuā cōuerti in contingentis dimidiū, nō autē dimidiū cōtingentis in idem contingentis dimidium. Vel aliter dicimus & hanc vere cōuerti & veraſq; conuerſam conuertentemq; veritatem obtinere. ſi nāq; nullum animal ambularet, vera hæc eſt, cōtingit nullū ambulās eſſe animal, ſed hæc adhuc ſpeculatius expendantur. Ad ratiunculas Theophraſti iā clara eſt reſpōſio, nō enim ſi quid ab alio ſeiungitur, iam & cōtingenter ſeiungitur, & propterea prima ratio nulla erat. Ad ſecundā etiam quid ſit dicendum, palam: nam qm̄ ex dimidio cōtradictorij inducitur impoſſibile: ob id cōcedimus poſſe illam cōuerti in contingentis dimidium. Ad vltimā dicimus, ꝙ Hercle poteſt cōtingens ad inexiſtentem tranſmutari, ſed inexiſtentē ſecundū quid, hoc eſt nō vere nec ſimpliciter inexiſtentē, cum aliquas habeat ſingulares neceſſarias, et ob id negamus fieri poſſe ſecundū tranſumptionē inexiſtētis in contingentē; licet enim hoc

Dubiū. H — *Rñſio.*

I concedatur de inexiſtente ſimpliciter, nō tamen de inexiſtente ſecundū quid, & ita tollitur ambiguitas. { Primū itaq; monſtrandū. } Hæc eſt prima ratio oſtendens vniuerſalem negatiuā contingentē terminis ad ſeipſam non retrocedere: ſi enim inquit hoc eſſet verū, ſequeretur vniuerſalem affirmatiuam cōtingentem terminis in ſeipſam conuerti: quod & abſurdum et falſum eſt: hoc autē hunc in modū deducitur: contingit omne.b.eſſe.a.ergo contingit nullū.b.eſſe.a.ergo nullum.a.eſſe.b.hoc enim dicis et ex iſto contingit nullum.a.eſſe.b igitur cōtingit omne.a.eſſe.b.ergo.a.primo in vltimū, contingit omne.b.eſſe.a, igitur cōtingit omne.a.eſſe.b.quod fieri nequit. { Et contrariæ & oppoſitæ. } Cōtrarias vocat vniuerſales omni contingere, nulli cōtingere, oppoſitas vniuerſales cū particularibus omni contingere, non omni contingere, nulli & alicui, nō q; vere aut contrariæ ſint aut oppoſitæ non enim ſimul verificarentur, ſed tanquā quæ dictione ac fi- K gura tales ſint, nō tamen propterea dicit particulares cōuerti cum vniuerſalibus, non enim ſi verum eſt contingit alicui, verum & contingit nulli, ſed eas dicit, quæ vniuerſalibus videntur opponi, iſtæ autem ſunt particulares affirmatiua & negatiua, hæ etenim inter ſe cōuertuntur, quemadmodum & in libro de interpretatione dictum fuit. Aut dicit particulares contingentes conuerti cū vniuerſalibus, puta, contingit omni, contingit alicui non, aut contingit nulli, contingit alicui, nō autem econuerſo vniuerſales cum particularibus.

Amplius nihil prohibet, a.cōtingere nulli.b, b.uero alicui eorum, quæ ſunt.a, ex neceſſitate non ineſſe. quemadmodum album omni homini contingit non ineſſe & ineſſe, hominem autem non uerum dicere, quòd contingit nulli albo: multis enim ex neceſſitate non ineſt. Cæterum neceſſarium non erit contingens.

Inquit Alexander, vel hoc dixit pro eo, quod eſt, nihil enim prohibet: non.n.videtur alia mōſtratio eſſe, ſed quaſi præcedentis cōfirmatio. Aut inquit idē, & huic aſſentit L etiā Philoponus alia monſtratio iſta cenſenda eſt, quoniā per terminos & exemplo oſtendit nūc, quod ſuperius ex natura contingentium propoſitionum monſtrauerat.

Verum neque ex impoßibili monſtrabitur conuerti: ueluti ſi quis exiſtimaret, quoniam falſum eſt, b.contingere nulli.a.ineſſe, uerum non contingere: dictio namque & negatio: ſi autem hoc uerum, & .b.ex neceßitate ineſſe alicui eorum, quæ.a: quare & a.alicui eorum, quæ.b: ſed hoc impoßibile: non enim ſi.b.nō contingit nulli eorum, quæ ſunt.a, neceſſe ineſſe alicui ſolum, ſed & ex neceßitate non omni: namque non contingere nulli, bifariam dicitur, unum ſi ex neceßitate alicui non ineſt, alterum ſi ex neceßitate alicui non ineſt.

Hæc eſt tertia ratio ſimul deſtruens argumentū quorundam aduerſariorū, quo & eius ſocij vtebantur, & propoſitū etiam monſtrans: ait enim, ſi vniuerſalis negatiua cōtingens in ſeipſam cōuerteretur, poſſet vtiq; hoc per im- M poſſibile mōſtrari ex oppoſito cōuertentis oppoſitū inferendo conuerſæ, ſed hoc non fit, non itaq; conuertitur. ſi quis enim hoc pacto monſtraret, dico conuerſionē iſtam legitimam eſſe, contingit nullum.b.eſſe.a.ergo contingit nullum.a.eſſe.b.quia ſi non, ſit oppoſitum non contingit nullum.a.eſſe.b.hoc autem æquiualet huic neceſſe eſt aliquod.a.eſſe.b.quod in hanc conuertitur, neceſſe eſt aliquod b.eſſe.a.quod conuerſam deſtruit dicentē, contingit nullū b.eſſe.a.ſi inquā quiſpiam hoc pacto monſtraret, non recte monſtraret: non enim ſi non contingit nullū.a.eſſe.b. propterea neceſſe eſt aliquod.a.eſſe.b.ſed fortaſſe aliquod a.ex neceſſitate non erit.b, hæc enim, non contingit nullū a.eſſe.b. binas comprehendit particulares neceſſarias & hanc neceſſe eſt aliquod.a.eſſe.b.& hāc etiam neceſſe eſt aliquod, a.nō eſſe.b.licet ergo ex iſta, neceſſe eſt aliquod .a.eſſe.b.ſequatur impoſſibile, non tamen ex altera ſequi poteſt, quoniam neceſſaria negatiua in parte nō conuertitur in ſeipſam veluti ſupra quoq; monſtratum fuit.

Quod enim ex neceßitate alicui eorum, quæ.a.non ineſt, non eſt uerum dicere, quòd omni contingit non ineſſe: quemadmodum neque quòd alicui ineſt ex neceßitate, quod omni cōtingit ineſſe. N

Ex proportione quadā inquit Philoponus mōſtrat, q; hæc, nō contingit nulli, non ſolū comprehēdit ex neceſſitate alicui, ſed etiam ex neceſſitate nō omni, ac ſi diceret, neceſſe alicui non continetur in cōtingit omni, quoniam quod cōtingit omni contingit etiam nulli, & quia in hac nō cōtinetur, nimirum in contradictoria cōtinebitur, non cōtingit omni. Cōſimiliter & neceſſe nō omni nō continetur in cōtingit nulli: qm̄ quod contingit nulli, cōtingit etiam omni, quod autem cōtingit omni, nō verū dicere, q; neceſſe non omni, ſi igitur neceſſe nō omni nō continetur in cōtingit nulli, neceſſe eſt cōprehendi in nō cōtingit nulli. Planum itaque q; non contingit nulli & neceſſe alicui & neceſſe non omni continet. Dixit autem Alexāder q; omni contingit non ineſſe accepit pro eo, quod eſt, cōtingit nulli, & propterea obſcuriorem ſe fecerit.

Si itaque quiſpiam cenſeret propterea quòd non contingit.c.omni.d.ineſſe, ex neceßitate alicui ipſum non ineſſe, falſo acciperet: omni enim ineſt: ſed quoniam quibuſdam ex neceßitate ineſt O *ob hoc dicimus non omni contingere: quare huic quod eſt contingere omni ineſſe, opponitur & ex neceßitate alicui ineſſe & ex neceßitate alicui non ineſſe. Conſimiliter autē & ei quod eſt nulli contingere. Manifeſtum igitur, quòd ad ſic contingens & non contingens, quemadmodum in principio determinauimus, non ſolum ex neceßitate alicui ineſſe, ſed & ex neceßitate alicui non ineſſe accipiendum: hoc autem accepto nil accidit impoßibile: quare non fit ſyllogiſmus: manifeſtum itaque ex dictis, quòd non conuertitur priuatiuum.*

Quod ſupra dixerat quodāmodo confirmat ac ſi diceret, ſi huic, quæ eſt cōtingit omni, binæ opponūtur & neceſſe alicui, & neceſſe nō omni, palam, q; & huic quæ eſt contingit nulli eædem opponentur, ſiquidem ad ſeinuicē conuertuntur, accepit autem.c.d.terminos a ſuperioribus diuerſos ſignificans monſtrationē iſtā a ſuperiore quodā modo diuerſa eſſe, erit ergo ſenſus, ſi quiſpiā exiſtimaret P has æquiualere, nō contingit omne.d.eſſe.c. & ex neceſſitate aliquod.d.nō eſt.c.falſo exiſtimaret: propterea q; reperire poſſemus terminos concludentes.c. ineſſe omni.d. ſed fortaſſe inquit vera hæc eſt non cōtingit omni, qm̄ alicui ineſt ex neceſſitate: puta hæc eſt vera, non cōtingit oē corpus moueri, nec tamen ob hoc, iſta erit vera ex neceſſitate aliquod corpus non mouetur, ſed iſta ex neceſſitate aliquod corpus mouetur, puta cœlū. { Manifeſtū igit. } Hoc eſt, palam q; affirmatiuæ aut negatiuæ vniuerſaliter contingentibus ſecundū definitionem ſupra aſſignatam, non ſolū ex neceſſitate alicui ineſſe, ſed & ex neceſſitate nō ineſſe opponitur: licet ergo ſi acceperimus ex neceſſitate alicui ſequatur impoſſibile, non tñ ſi acceptum fuerit ex neceſſitate nō omni. { Quare non fit ſyllogiſmus. } Hoc eſt, non fit concluſio, nō enim deductio iſta vere ſyllogiſmus eſt, ſed potius expoſitoria quædam ac ſenſibilis monſtratio quēadmodū & ſupra dicebamus: aut non hoc referendū eſt ad cōuerſionē: ſed potius ad ſyllogiſmū ſecūdæ figuræ, ac ſi diceret: qm̄ vniuerſalis negatiua non conuertitur, manifeſtum q; non fiet vtilis ſyllogiſmus in ſecunda figura. Sed quæritur, quomodo ſuperius diximus affirmatiuæ vniuerſaliter contigenti vnā tantum neceſſariam opponi: cum volebamus ex maiore inexiſtēte & minore cōtingente verum ſequi contingens. Reſpōdemus q; affirmatiuæ quidem cōtingenti binæ opponuntur neceſſariæ in parte: non tñ propter hoc monſtrationē facientes, debemus vtramq; accipere, quoniam oſtenſio omnis per notiora procedit, ſed nunquā affirmatiuā conuertimus in negatiuam tanquā clariorem: ſed potius ecōuerſo, & propterea licet binæ opponantur neceſſariæ, nō tamen vtræq; ſunt ad monſtrationē aſciſcēdæ: ſed illa tm̄, quæ immediate vniuerſali affirmatiuæ cōtingēti opponit.

Dubium.

Solutio.

Hoc autem monſtrato, ponatur.a.nulli quidem.b.contingere: c.uero omni: per conuerſionem igitur non fit ſyllogiſmus: dictum eſt enim quòd non conuertitur talis propoſitio. Sed neque per impoßibile: ſi namque ponatur.b.omni.c.contingere ineſſe,

nihil

A *nihil accidit falſi:contingere enim poſſet.a.ipſi.c.et omni & nulli ineſſe:ſed ſi omnino eſt ſyllogiſmus, planum quòd eius quod eſt cõtingere utique eſſet:propterea,quòd neutra propoſitionum accepta fuit in eo,quod eſt ineſſe.*

Poſteaquam oſtendit contingentem negatiuam vniuerſalē non conuerti in ſeipſam:monſtrat deinceps, quod prædixit,in ſecunda videlicet figura nõ fieri ex ambabus contingentibus ſyllogiſmum:exponit autem primã complicationem ex maiore negatiua & minore affirmatiua contingentibus: ꝙ enim ex duabus affirmatiuis nil concludatur tanquam manifeſtum dereliquit :dicit autem talem complicationem inutilem eſſe eo, ꝙ neque per conuerſionem oſtendi poteſt,neque per impoſſibile: ſi enim quiſpiam dicat ex iſtis:contingit nullum.b.eſſe.a.contingit omne.c.eſſe.a.ſequi concluſionē iſtam,contingit nullum.c.eſſe.b.nunquam per deductionem ad incõmodum poterit hoc monſtrare, & enim non per conuerſionem, B iam planum factum eſt ſupra:ſumatur enim ipſius oppoſitum non contingit nulli; & hoc Ariſtoteles tranſpoſuit in hanc,ex neceſſitate omni:hoc autem fecit euidentioris monſtrationis gratia:ſi enim ex hac non ſequitur impoſſibile, multo minus ex particulari ſequetur : nec dixeris, quod nonnulli moderniorum male hallucinantur, accepiſſe Philoſophum contrarium concluſionis contingens illud ſuum poſſibile:hoc enim neque in rerum vſquã natura reperitur,nec ſi inueniretur vero opponeretur cõtingenti:ſed more ſuo Ariſtoteles contingere accepit pro eo, quod eſt ex neceſſitate ineſſe : hoc enim & ſupra dictum fuit, ſi itaque ponamus ex neceſſitate omne.c.b.deinde aſſumamus maiorem contingit nullum.b.eſſe.a. concludemus in prima,contingit nullum.c.eſſe.a. ſed in minore prioris ſyllogiſmi dicebamus contingit omni: quod nullo pacto impoſſibile aut falſum eſt , & hoc voluit cum dixit,contingere enim poſſe.a.ipſi.c.& omni & nulli ineſſe. Verum inquit Alexãder poſſumus intelligere hoc quod eſt,ſi ponatur.b.omni.c.contingere,concluſionem eſſe primo concluſam, & tunc aut contextus erit mendoſus,cum in hunc modum ſe habere debuiſſet , ſi namque ponatur.b.omni.c.contingere non ineſſe:aut affirmatiuũ pro negatiuo poſitum erit : dixit autē nil accidit falſi, hoc eſt nullum impoſſibile. Cæterum prior expoſitio multo eſt melior. { Sed ſi omnino eſt ſyllogiſmus. } Senſus eſt, in ſecunda quidem figura non concluditur ſecundum formam ſyllogiſticam concluſio aliqua, verum ſi concluderetur, contingens vtique concluderetur:propterea ꝙ nulla propoſitionum accepta fuit in eo,quod eſt ineſſe , hoc eſt nulla accepta fuit propoſitio, in qua prædicatum ineſſe ſubiecto,id eſt vel neceſſaria vel inexiſtens:in his enim vtriſque prædicatum ſubiecto ineſt:ſi itaque neutra propoſitionum aut neceſſaria aut inexiſtens fuerit, planum ꝙ concluſio neque neceſſaria erit, neque inexiſtens, cum oporteat concluſionem alterutri præmiſſarum propoſitionum conſimilem eſſe.

Rãſio alex. C

Et iſte aut affirmatiuus,aut priuatiuus : neutro autem modo D *accidit,ſi affirmatiuus quidem ponatur, monſtrabitur per terminos,quòd non contingit ineſſe:ſi uero priuatiuus,quòd concluſio non contingens eſt,ſed neceſſaria. Sit enim a,album:b.homo: in quo,c.equus:a.itaque album contingit huic quidem omni,illi uero nulli:ſed.b.ipſi.c.neque ineſſe contingit,neque nõ ineſſe:quòd igitur ineſſe non accidit, manifeſtum: nullus enim equus homo : cæterum neque contingere non ineſſe:neceſſe namque eſt nullum equum hominem eſſe: ſed neceſſarium non erat contingens : non itaque fit ſyllogiſmus. Itidem autem monſtrabitur & ſi econuerſo poſitum fuerit priuatiuum:& ſi utraque affirmatiuæ acceptæ fuerint, aut priuatiuæ:per eoſdem namque terminos erit demonſtratio : & quando hæc uniuerſaliter , illa in parte,aut utræque ſecundum partem, aut indefinitæ aut quotcunq; modis aliter contingit tranſumere propoſitiones:ſemper enim erit demonſtratio per eoſdem terminos. Planum itaque quòd ſi utræque propoſitiones ſecundum contingens ponuntur,nullus fit ſyllogiſmus.*

Hæc eſt quædam dictorum confirmatio namque inquit, ſi ſequeretur contingens concluſio, aut affirmatiua aut negatiua ſequeretur:quorum neutrum accidit.namq; ſi affirmatiuum dicas,poſſumus per terminos monſtrare ꝙ non contingit ineſſe, hoc eſt ex neceſſitate non ineſſe, eſt enim inquit Alexander non negatio contingens , ſed contingentis negatio , ꝙ ſi dixerimus negatiuã fieri concluſionem contingentem,monſtrare poſſumus per eoſdē terminos negatiuam quidē fieri,non autē contingentem, ſed neceſſariam: neceſſaria vero negatiua vtranque tollit contingentem, & affirmatiuam & negatiuã. Non tamen ob hoc cenſendum eſt in prædictis complicationibus ſemper concludi vniuerſalem negatiuã neceſſariam ita ꝙ nullo pacto cõtingens colligatur. Facile etenim eſt terminos inuenire,quibus nulli contingere cõcludamus. { Sit enim a.album. } Terminos ponit, in quibus ſequitur ex neceſſitate nulli: non autem quẽadmodum conſueuit, nam ſemper monſtrabat inutiles complicationes,eo ꝙ & omni et nulli ex neceſſitate ſequeretur. Verum inquit Alexander poſſe alios etiam terminos inueniri, in quibus ſequatur ex neceſſitate omni , hoc enim prætermiſit Ariſtoteles tanquam, qui ſufficienter monſtrauerit non eſſe prædictas complicationes vtiles propterea ꝙ oportet cõtingentem fieri concluſionē in contingẽtibus propoſitionibus, inueniuntur vero vniuerſalis negatiua neceſſaria fieri : ſunt autem termini quibus poſſumus concludere ex neceſſitate omni,album,homo,grãmaticum,vel vt inquit Aluidus Roſt.album,animal,equus. Verum inquit Philoponus nõ ſunt hæc penitus ſuſcipienda. Oportet enim vtraſque propoſitiones eodē tempore verificari poſſe : quod fieri nequit in prædictis terminis , eo enim tempore quo nullus homo erit albus, fieri non poteſt, vt omne grammaticum ſit album. Prætereà hoc etiam ratione monſtratur, ſi enim concluderetur ex neceſſitate omni, opus eſſet, vt aut minor extremitas ſub maiore contineretur, aut aliquo alio pacto ſub ipſa foret, & ſi hoc,nõ poſſet poſtea medius terminus eodem tempore a maiori remoueri extremo , ac de minori affirmari: non itaque poſſumus in hac complicatione,ſeu figura terminos inuenire , quibus ex neceſſitate omni cõcludamus. { Itidē autē demonſtrabitur. } Reliquas omnes tam vniuerſales, ꝗ particulares huiuſce figuræ vnico verbo abſoluit, inquiens per eoſdē terminos monſtrari poſſe nullam hac in figura vtilem fieri complicationem. Atq; hæc hactenus de vniformibus, ad reliquas tranſeamus.

B

F Alexãder dicit alios terminos inueniri ꝗ Ariſto. poſuerit.

G

Miſtio inexiſtentis & contingentis in ſecunda. Cap. XII.

SI autem hæc inexiſtere,illa uero contingere ſignificet;ſi prædicatiua ponatur inexiſtere,priuatiua autem contingere, nullus erit ſyllogiſmus, neque dum uniuerſaliter , neque dum in parte termini accipiuntur: demonſtratio uero eadem & per eoſdem terminos.

H

I ACTVRVS post vniformes contingentium in secunda de mistis ex inexistente ac contingente regulam supra expositam repetit inquiens, si inexistens affirmatiua fuerit cum negatiua cōtingente ꝙ nulla fiet syllogistica cōplicatio, sin econuerso inexistens negatiua cū affirmatiua contingente poterunt coniugationes vtiles effici ad dimidium contingentis. Hæc Aristoteles. Modernorum vero nonnulli secius super hac mistione imaginati sunt: horum enim quidam asserunt ex altera inexistente, & contingente altera nullam penitus in secunda complicationem erigi syllogisticam. Aliȷ̃ vero cum suis distinctionibus procedentes inquiunt: si contingens propositio in sensu extiterit compositionis cum altera inexistente, quomodocunque varientur propositiones, ne vllam quidem syllogisticam fieri complicationem, sin autem contingens in sensu accipiatur diuisionis, & negatiua cum inexistente affirmatiua simpliciter, aut affirmatiua contingens, cum simpliciter inexistēte negatiua conclusionem aiunt fieri possibilem. Hæc illi. Sed nos cū Aristot. dicamus: si contingens extiterit negatiua cum inexistente affirmatiua, quod non sit vtilis complicatio: propterea quòd veluti supra disseruimus, vniuersalis negatiua non conuertitur in seipsam: vniuersalis autem affirmatiua inexistens in particularem retrocedit; quare nō possunt syllogismi isti ad primam conuersione aliqua remeare, sed neque per deductionem ad incommodum monstrari possunt. Sit enim complicatio hæc, omne.b.est a, cōtingit nullum.c.esse.a. dico ꝙ non possumus per impossibile monstrare concludi, contingit nullum,c,esse,b. accipiatur enim ex necessitate, aliquod,c,b, cui maior additur, omne,b,a, concluditur, aliquod,c, secundum quid est,a, quod minime alteram tollit. non enim si contingit nullū,c,esse,a, propterea fieri nequit, vt aliquod,c,sit,a.

Opio modernorum quorūdam.

Opio quorūdā aliorū.

K

Verius per Aristotelem.

Snīa Diui Alberti.

L Sed aliter diceret Diuus Albertus monstrari hoc posse per deductionem, puta accipiendo oppositum conclusionis cum minore facta inexistente hunc in modum, nullum,c,a. ex necessitate aliquod,c,b, concluditur nāque in tertia aliquod,b, non est, a, quod maiorem demolitur dicentem, omne,b,a, & eodem pacto poslemus ostendere concludi inexistentem conclusionem. Ad hoc respondet idem nō esse admittendum, ꝙ minor contingens efficiatur inexistens, propterea ꝙ poterit esse inexistens, vt nunc, & ita oppositum conclusionis verificabitur cum minore, dum fuerit contingens, non autem dum fuerit ad inexistentem transposita. Sed mea quidem sententia hæc non penitus quæstioni satis faciunt, nam quemadmodum & supra retulimus, propositio necessaria ita aduersatur contingenti dum remanet contingens, veluti & dū facta fuerit inexistens atque ob id non debemus nouum dicere causari impossibile dum contingentem facimus inexistētem. Respondemus itaꝗ aliter complicationem quidem istam ita se habentem inutilem esse, si vero minor contingens fiat inexistens, posse vtilem fieri ad conclusionem inexistentem. tunc enim ex ambabus inexistē-

Snīa ꝑpria autoris.

M tibus ratiocinatio efficitur, quæ proculdubio syllogistica est in conclusionem consimiliter inexistentem, ꝙ si quæras an possit in hac coniugatione contingens colligi, dicimus, posse vtiꝗ, sed non verum contingens, cæterum illud, quod inexistentis vicem præstāt, veluti supra etiam disputauimus. { Per eosdem terminos. } puta album, homo, equus, concluditur enim necessaria negatiua vniuersalis, quæ omnes contingentes atque inexistentes tollit, inexistentes inquam simpliciter & vere inexistentes, quē admodum enim inquit Philoponus, quod contingit nulli, hoc & omni contingit, ita & quod inest nulli, hoc & omni aliquando inesse poterit, inexistens namꝗ nil aliud est ꝙ contingens ad actum deductum.

Sed quando affirmatiua contingere: priuatiua autem inexistere: erit syllogismus. Sumatur enim.a.b.nulli inesse: c. uero omni contingere: conuerso itaque priuatiuo, b, a. nulli inerit: sed. a: omni. c. contingit: fit igitur syllogismus quòd contingit. b. nulli c. per primam figuram.

N

Cōiugatio cōcludens conting. ꝙ æquipollet ipsi inesse.

O

Consimiliter autem & si ad.c. ponatur priuatiuum.

Camestres Baden cōiugatio.



P

Cum uero utræque sunt priuatiuæ, significet autem hæc non inesse, illa contingere non inesse, per ipsa quidem assumpta nihil accidit necessarium, sed conuersa propositione, quæ est secundū contingere, syllogismus efficitur, quòd. b. nulli. c. cōtingit inesse, quēadmodum in prioribus: erit enim rursus prima figura.

Q

Coniunctio Ex ambabus negatiuis inutilis.



Si utræque ponantur prædicatiuæ, non erit syllogismus. termini, quòd insit sanitas, animal, homo, quòd non insit, sanitas, equus, homo.

Sanum

A



Inutiles cõiugationes ex ambabus affirmatiuis.

Si inquit ſumamus affirmatiuam minorem & contingentem cum maiore inexiſtente negatiua, fiet vtilis cõplicatio ad concludendũ nulli ex neceſsitate, quemadmodũ & in prima efficiebatur figura: puta nullũ, b, a, contingit
O
oẽ, c, eſſe, a, contingit nullũ, c, eſſe, b. {Cõſimiliter autẽ.} eodem pacto inquit & ſi ecõuerſo ponamus propõnes, hoc eſt maiorem contingentẽ vniuerſaliter affirmatiuam
B
cum minore negatiua inexiſtente fiet ſyllogiſtica cõplicatio, puta contingit omne, b, eſſe, a, nullum, c, eſt, a, dico q ſequitur, contingit nullum, c, eſſe, b, nã conuerſa minore, & concluſione ad primã ſecundã reuocatur. Sed dubitat Alexander quomodo ſi ſuperius negauimus cõtingentem negatiuam vniuerſaliter conuerti, poſsit coniugatio hæc ad primam reduci figurã. Concluſio enim cum ſit cõtingens terminis conuerti non poterit, aut itaque aliud a quæſito concludemus, aut inutilis reddetur complicatio.

Dubitatio Alexãdri.

Reſpondet idem concluſionẽ non eſſe veri contingentis, ſed eius quod conuertitur cũ inexiſtente, & quoniam inexiſtens vniuerſaliter negatiua conuertitur, contingens etiã iſta conuertetur in ſeipſam: atq; ita velle videtur Alexander, q contingens ſupra vocatum nulli ex neceſsitate vel dimidium contingentis, nil aliud ſit, q̃ propoſitio inexiſtens cum modo contingentis. Verum de hoc ſupra aliter diſſeruimus ponentes etiam differentiam inter hoc
C
pacto cõtingentem atq; inexiſtentem, ſed iſta ex ſuperioribus repetantur. Ex hoc tamen manifeſte poſſumus colligere vniuerſalẽ negatiuam, quæ eſt contingentis dimidiũ poſſe terminis cõuerti, quod ſupra etiam aſſerebamus.

Solo eiuſdem.

Nota de cõtingenti dimidio ex ſnia Alex.

Dubitatio tamen hæc plus valeret contra poſitionem Alulidi, qui volebat hac in cõplicatione colligi cõtingens æquiuocum, & hoc egregie notauit Leui Gerſonis: tu cõſidera. Sed iterum dubitat Alexander quomodo ſit cõplicatio iſta vtilis nuncupãda: cum in ea, & nulli, & omni ex neceſsitate concludatur, ſequitur enim cõtingit omnem hominem eſſe albũ, nullus equus eſt albus, ergo ex neceſsitate nullus equus eſt homo: item contingit omnem hominẽ eſſe album: nullum grãmaticum eſt albũ. ergo ex neceſsitate omne grammaticum eſt homo. Reſpondet idem tempore determinari quæ dicit: nullum grãmaticũ
D
eſt album: namq; ſi maior ad inexiſtẽtem tranſmutetur, non erunt ſimul poſsibiles maior minorq;. Sed contra ait idem, ſufficit nulli ex neceſsitate concludere ad aliquã coniugationem refutandam: non enim poterimus dicere hãc, nullus equus eſt albus tẽpore determinari: ſiue enim maior fiat inexiſtẽs ſiue maneat cõtingens: ſemper ſimul poſsibilis eſſe dicitur. Reſpondet idem dicendũ eſſe philoſophum poſuiſſe tales cõplicationes ſyllogiſticas ex ſolius inexiſtentis conuerſione motũ: non etiam facientem ſcrutinium in terminis: ſi enim inquit quiſpiam vellet nos inexiſtentẽ accipere, quæ ſemper eſſet vera, tunc iſte pro inexiſtente neceſſariam accipiet: cũ alioquin nunquã ipſe in talibus terminis inexiſtentẽ capiat. Hæc ille. Verum nos aliter: dicimus eã accipiendã eſſe propõnẽ inexiſtentem ſimpliciter: hoc eſt cum determinationibus ſuperius a nobis aſsignatis, quæq; non ſolum in ſecunda figura ſit ſimpliciter inexiſtens, ſed etiam cum ad primam reducta fuerit figurã, verum hæc: nullus equus eſt albus, licet fortaſſe ita ſe habens ſit inexiſtens ſimpliciter vocitanda: nõ tamen talis erit vbi cõuerſa fuerit, puta nullũ albũ equus: ſi enim vere inexiſtẽs eſſet, veluti ſupra etiã diſtinximus: nil prohibet aliquãdo veram eſſe, quod omne albũ eſſet equus, quod tamen fieri nequit: namq; vere inexiſtẽs nil

Aliud dubiũ Alex.

Solutio eiuſdem.

Replica Alexandri

Solutio eiuſdem.

Solũ ꝓpria authoris.

aliud erat quã contingens ad actum tranſpoſita. Sed iſta
E
alius etiam ſpeculatus conſiderabit. {Cum vero vtræq; ſunt priuatiuæ.} erit & in hac coniugatione cõcluſio nõ cõtingentis ſecundũ determinationem, ſed nulli ex neceſſitate, quemadmodũ in prima, quod & ipſe monſtrauit, cũ dixit, quemadmodũ in prioribus. {Si vero vtræque ponantur.} ex ambabus affirmatiuis nõ fit vtilis cõplicatio in ſecunda: nõ enim cõuertit inquit Philoponus affirmatiuam contingentẽ in negatiuã, vt quæ antea inutilis erat: poſtea efficiatur vtilis, quẽadmodũ ſupra negatiuas venerat in affirmatiuas. Rationem ſupra reddidimus.

Eodem pacto ſe habebit & in ſyllogiſmis in parte: cum enim affirmatiuum ſit inexiſtens, aut uniuerſaliter, aut in parte acceptum, nullus erit ſyllogiſmus. Hoc autem cõſimiliter & per eoſdem monſtratur terminos, quibus priora, cum uero priuatiuum, erit per conuerſionem, quemadmodum in prioribus. Rurſus ſi ambo quidem interualla priuatiua fuerint accepta: uniuerſaliter
F
autem, quod non inexiſtere: ex ipſis quidem propoſitionibus non erit neceſſarium: ſed conuerſo eo, quod eſt contingere, quemadmodum in prioribus, erit ſyllogiſmus. Si uero priuatiuum quidem inexiſtens ſit, ſed in parte acceptum, non erit ſyllogiſmus, ſiue affirmatiua, ſiue priuatiua altera fuerit propoſitio: neq; quãdo utræque indefinitæ ſint acceptæ, aut negatiuæ, aut affirmatiuæ, uel ſecundum partem. Demonſtratio uero eadem & per eoſdem terminos.

Quemadmodum inquit vniuerſales complicationes miſtionis iſtius & vtiles erãt, & inutiles, ita & particulares: ſi enim propõ inexiſtẽs & vniuerſalis ſit & negatiua erunt vtiles cõplicationes, quocunq; vero aliter erunt nõ ſyllogiſticæ. {Si vero priuatiuũ quidem.} De hac dubitant nõnulli complicatione, videtur enim q ſit vtilis per expõnẽ minore facta vniuerſali, veluti & ſupra fecimus, ad hoc reſpondent quidã non valere talem expõnem propterea q minor illa, cum ſit particularis, ſi fiat vniuerſa-
G
lis, poterit eſſe, vt nunc inexiſtens, qualẽ reſpuunt coniugationes iſtæ. Nos autem aliter dicimus expoſitionem iſtam nõ valere, quoniam expoſitio in propõnibus cõſimilibus fieri debet. Sed de his ſupra ſatis diſputauimus. Ad miſtionẽ neceſſarij atq; contingentis iam tranſeundũ.

Dubiũ quorundam.

Solutio eorũdem.

Solũ ꝓpria authoris.

Miſtio neceſſariæ & contingentis in ſecunda. Cap. XIII.

Verum ſi hæc ex neceſsitate, illa propoſitionũ contingere ſignificet, priuatiua exiſtente neceſſaria, erit ſyllogiſmus, non ſolum, quòd cõtingit non ineſſe, ſed & quoniam non ineſt: affirmatiua autem non erit. Ponatur enim. a, b. nulli ex neceſsitate ineſſe: c. uero omni contingere. Conuerſa igitur priuatiua, & . b, a. nulli inerit: ſed. a, c. omni cõtingit: fit igitur rurſus per primã figuram ſyllogiſmus,
H
quòd. b. nulli. c. contingit ineſſe.

Cõiugatio cõcludens cõtingens, q æquiualet ineſſe.

F *Simul autem manifeſtum, quòd & . b. nulli.c.ineſt. ponatur enim ineſſe:igitur,ſi.a,b.nulli contingit: b.uero ineſt alicui eorum,quæ.c,a.alicui eorum,quæ.c.non contingit : ſed omni ſupponebatur contingere.*



Eiuſdē per incōmodū oſtenſio.

K

Eodem pacto monſtrabitur & ſi ad.c.ponatur priuatiuum.

Eadē præcedentibus

L

Dictā quorūdam modernorū. Sūia alterū

CIRCA miſtionem ex neceſſaria & cōtingente in ſecunda dicunt nōnulli moderniorum,omnes complicationes miſtionis iſtius neceſſariam colligere concluſionē, nullas uero contingentē. Alij vero cum ſuis diſtinctionibus inquiunt,ſi ambæ propoſitiones cōpoſitæ fuerint, aut altera cōpoſita, altera autem diuiſa ſeu neceſſaria ſeu M contingens nullam fieri cōplicationem vtilem, ſed ſi ambæ in ſenſu diuiſionis extiterint vtiles quidē omnes erūt, verum non ad cōtingens proprium colligendum, ſed ad inexiſtentem & poſſibilem concluſionē. Hæc illi. Cæterum Ariſtoteles longe ſecius in ſecūda inquit figura ſi ꝓpoſitio neceſſaria vniuerſalis extiterit & negatiua, altera quomodocunq; cōtingente vtilis fiet complicatio. Aliter quomodocūq; nullus erit ſyllogiſmus. Concluſio vero eadem erit,quæ & in prima figura dum altera neceſſaria,contingens erat altera,hoc eſt contingentis, quod inexiſtenti æquiualet. { affirmatiua autem non erit. } ea de cauſa,quam ſupra recitauimus:propterea ꝙ vtræq; fiunt in ſecunda affirmatiuæ. { Ponatur enim. } monſtrat primam complicationem miſtionis iſtius ex maiore neceſſaria negatiua cum minore contingente inquiens in hac cōcludi,b,nulli,c,contingere,hoc eſt inexiſtere,quodq; hoc ita ſit monſtrauit ſubdens : ſimul autem manifeſtū quod &,b,nulli,c,ineſt:licet fortaſſe Alnlidus & alij quidam, aliter ſuper hoc ſentiant,volunt enim ij duplicem ſequi cōcluſionem & vere contingentē & inexiſtētem. Nos autem ſecius dicebamus,concluſionē tantum fieri inexiſtentem vel etiam contingentem vt tamen cum inexiſtente

Veritas peripatetica.

Opīo Aluidi. Sūia aucto

conuertitur,verum de his abunde in prima diſputauimus N figura.Quod autē ſequatur inexiſtens poteſt inquit monſtrari accepto concluſionis oppoſito cum maiore:cōcluditur enim minoris contradictorium, puta ex neceſſitate nullum,b,eſt,a,hoc enim volebat,cum dixit,ſi,a,b,nulli contingit : deinde huic addatur oppoſitum concluſionis, aliquod,c,b,& cōcludit̄ in prima ex neceſſitate aliquod c,non eſt,a, cuius oppoſitum minor aſſerebat dicens, a, omni,c,contingere. Si quis vero hac eadem deductione conaretur monſtrare verum ſequi contingens, incaſſum laboraret:eodem namq; pacto reſpondendum eſſet,quo ſupra: impoſſibile inquam nō ſequi primo ex neceſſaria ſuppoſita,ſed ob id,quoniam neceſſaria inexiſtentē quodammodo præſupponit; verū iſta iam ſupra exactius diſquiſita ſunt. { Eodem pacto. } eodem inquit modo ſecūdam arguemus complicationē econuerſo propoſitiones habentem, hoc eſt maiorē vniuerſaliter affirmatiuam cō- O tingentem,cū minore negatiua neceſſaria:nam conuerſa minore ad primam deducitur figuram,conuenientē concluſionem concludens,& quoniam concluſio inexiſtens erat,poterit & ipſa terminia ad ſeinuicem remeare, atque ita de propoſito ratio fiet. Poſſumus & per impoſſibile monſtrationem facere in prima figura accepto cōcluſionis oppoſito cū maiore, ſed iſta iam ſatis manifeſta ſunt.

Rurſus ſit prædicatiuum neceſſarium, alterum uero contingens,& .a.contingat nulli.b:c.uero omni inſit ex neceßitate:ſic itaque ſe habentibus terminis,nullus fit ſyllogiſmus:accidit enim b.ipſi.c.ex neceßitate non ineſſe:ſit namque.a.album : in quo.b. homo:in quo.c.cygnus: album igitur cygno ex neceßitate ineſt : homini uero contingit nulli:& homo nulli cygno ex neceßitate. Quod igitur eius quod eſt contingere non eſt ſyllogiſmus, planum:quod enim ex neceßitate non erat contingens: ueruntamen neque neceſſarij: neceſſarium namque aut ex utriſq; neceſſarijs, P aut ex priuatiua accidit. Amplius autem & ,licet bis poſitus. b. ipſi.c.ineſſe:nil enim prohibet.c.ſub.b.eſſe: a.uero.b.omni contingere:c.autem ex neceßitate ineſſe,ueluti ſi.c.eſſet uigilatio.b. animal:in quo,a.motus:nam uigilanti ex neceßitate motus ineſt: animali uero omni contingit,& omne uigilans animal. Manifeſtum itaque quòd neque non inexiſtendi:ſiquidem ita ſe habentibus neceſſe ineſſe : neque utique oppoſitarum affirmationum: quare nullus erit ſyllogiſmus.

Monſtrat nunc,ſi neceſſaria fuerit affirmatiua,cum negatiua contingente non erigi cōplicationem ſyllogiſticā: ſi enim contingit nullū,b, eſſe,a, & ex neceſſitate omne b,ſit,a,nihil vi colligitur ratiocinij, concluditur enim in terminis vniuerſalis neceſſaria negatiua:puta cōtingit nullum hominem eſſe album, ex neceſſitate omnis cygnus eſt albus, & tamen ſequitur ex neceſſitate,nullus cygnus homo,& ex hoc planum non poſſe contingentem colligi concluſionem : nam neceſſaria negatiua omnes tollit contingentes, & ex hoc dilucidum eſſe poteſt perperam Q eos dicere,qui aiunt ex maiore vniuerſaliter negatiua inexiſtente cum minore contingente concludi poſſe & vniuerſaliter negatiuā neceſſariam & contingentē itidem negatiuam vniuerſaliter: hoc enim ſupra etiā refutauimus, & hoc in loco plane aſſerit Ariſtoteles. { Veruntamē neq; neceſſarij. } monſtrat deinceps non ſequi etiam hac in cōplicatione vi ſyllogiſtica, neceſſariam negatiuā: ꝓpterea ꝙ ſi neceſſaria ſequeretur,aut ex vtraq; ſequeretur,aut ſaltem ex negatiua neceſſaria. Amplius idem hoc terminis monſtrari poteſt: ita enim diſpoſitis propoſitionibus concludimus in aliqua materia affirmatiuam vniuerſaliter neceſſariam , puta contingit nullum animal moueri, neceſſe eſt omne vigilans moueri, ergo neceſſe eſt omne vigilans eſſe animal : melius tamen inquit Alexander ſi Dictū alex. pro vigilanti poneremus ambulans:nam motus manifeſtius ineſt ambulanti ꝙ vigilanti,ſed hæc ad rem parum, namque & ambulatio motus eſt & vigilia. Ingenioſius dubitat Philoponus inquiens terminos iſtos non bene fuiſſe acceptos : ſupra namque aſſerebamus oportere eodem tempore verificari ambas propoſitiones,ſed fieri

Dubiū Philoponi ingenioſum.

nequit

A nequit vt eodem inſtāti nullum animal moueatur, & ex neceſſitate omne vigilans moueatur: quare addit idem non recte per hos terminos ex neceſſitate omni cõcluſit.

Soſo authoris ad dubium Philoponi.

Nos autem dubitationi huic ſic reſpondemus: verum quidem eſſe, ſi altera propoſitionũ inexiſtens, altera contingens ſit, oportere ambas eodẽ tempore ad actũ tranſpoſitas ſimul eſſe poſſibiles: ita enim ſupra dicebamus ſimpliciter accipi inexiſtentẽ: ſin autem altera contingens atq; neceſſaria altera, non eſt opus ambas ſimul actu verificari: propterea ꝙ neceſſaria ad omne tempus ſuã obtinet veritatem. Hæc nos hunc in modũ, ꝙ ſi quiſpiam meliora habuerit, is ea in medium proferat.

Dubiũ quorũdã de hac cõcluſione, omne vigilãs animal an ſit neceſſaria.

Sed ambigunt alij de concluſione, dicunt enim omne vigilans animal inexiſtentem eſſe non neceſſariam: non enim neceſſaria eſſe poteſt, cum ſua conuertens ſit inexiſtens, aliquod animal vigilat. Præterea faciamus hoc pacto ſyllogiſmum, omne vigilans ex neceſſitate mouetur, omne vigilãs ex neceſſitate eſt animal, ſequitur in tertia ex ambabus ne-

B ceſſarijs: aliquod animal ex neceſſitate mouetur, quod eſt falſum: ergo & præmiſſarum propoſitionũ aliqua, nõ maior, igitur minor. Amplius hoc quoq; philoſophi teſtimonio comprobant, cum enim ambas explicuiſſet propoſitiones, concluſionẽ inferens dixit, & omne vigilans animal: nõ autem neceſſitatis modum addidit.

Soſo authoris ad dubitationẽ ſupra poſitã.

Ad hæc & conſimilia ex ijs, quæ ſupra poſuimus reſpondere facillimum erit, dicimus enim concluſionem iſtam & neceſſariam eſſe ſecundum quid, & inexiſtentem ſecundum quid: talem autem propoſitionem voluit Ariſtote. poſſe & inexiſtentes & neceſſarias oppoſitæ dictionis demoliri; neq; huiuſcemodi propoſitiones non vere & ſimpliciter neceſſarias eo, quo & alio pacto conuerti diximus, neq; ad miſtiones neceſſarium multũ vtiles, quod ſupra etiã diligenter notauimus, & ob hoc non iniuria ſine modi appoſitione dixit Philoſophus, & omne vigilans animal; ꝙ tamen neceſſaria aliquo pacto vocitanda eſſet,

C ſignificauit iubdens, manifeſtum itaq; ꝙ neq; non inexiſtendi, ſiquidem ita ſe habentibus neceſſe ineſſe.

Quod ſequatur cõcluſio contingẽtis dimidij ꝑ deductionem ad impoſſibile dubitatur.

Sed adhuc videtur poſſe per deductionem monſtrari concluſionem ſequi contingentis nulli ex neceſſitate hoc pacto, cõtingit nullum, b, eſſe, a, neceſſe eſt omne, c, eſſe, a, dico ꝙ ſequitur contingit nullum, c, eſſe, b, quia ſi non, ſupponatur oppoſitum non contingit nullum, c, eſſe, b, hoc æquiualet huic, neceſſe eſt aliquod, c, eſſe, b, cum quo & minore concludimus ex vtriſq; neceſſarijs, neceſſe eſt aliquod, b, eſſe, a, quod maiorem tollit dicentem, contingit nullũ, b, eſſe, a,

Solutio dubitationis.

Ad hoc dicimus non concludi maioris oppoſitum: licet enim vere neceſſaria, vere contingentes deſtruat: non tamen ex minore miſtionis huiuſce cũ oppoſito concluſionis vere colligitur neceſſaria: propterea ꝙ quemadmodum & ſupra in prima dicebamus figura in miſtione contingentis & neceſſarij, & non poteſt maior eſſe ſimpliciter neceſſaria, ſi minor fuerit contingens: conſimiliter & hic dicendũ erit, minorem dicentem ex neceſ-

D ſitate omne, c, a, non poſſe vere eſſe neceſſariam, & propterea cum in deductione hæc fiat maior cum oppoſito concluſionis non concludet vere neceſſariam: qualis exigitur vt maiorem contradictione tollat: videns itaq; Ariſtote. cõplicationem iſtam cõuerſione monſtrari nõ poſſe, videns etiam terminos inueniri, in quibus omni & in quibus nulli ex neceſſitate, ſimpliciter enuntiauit inutilẽ ac non ſyllogiſticam eſſe. { Neq; vtique oppoſitarũ affir

Expõ Ale.

mationum. } oppoſitas affirmationes inquit, Alexander vocat vniuerſali neceſſariæ & vniuerſali inexiſtenti negationibus opponitur enim vniuerſali negatiuæ neceſſariæ, particularis affirmatiua contingens, & vniuerſali negatiuæ inexiſtenti, inexiſtens affirmatiua in parte: atq; ita binæ erunt affirmationes binis oppoſitæ negationibus, ꝙ enim harum negationum nulla concludatur, monſtrauit neceſſaria affirmatiua concluſa, quæ has ambas tollit, ꝙ autem neque affirmationum oppoſitarum illis negationibus non ſolum contradictoriarum, ſed neque contrariarum, monſtrat vniuerſalis negatiua neceſſaria, oportebat autem ſi fiebat ſyllogiſmus, horum aliquid cõcludi, poſſumus ait itidem legere non [illegible] hoc eſt affir-

mationum, ſed φάσεων, id eſt enuntiationum ſeu propoſitionum, conſueuit enim propoſitiones φάσεις nũcupare, E erit autem ſenſus ꝙ non ſolum non concludentur vniuerſales affirmatiua negatiuaq; neceſſariæ, ſed neq; contingẽtes in parte affirmatiua aut negatiua, eo ꝙ omnes affirmationes neceſſaria vniuerſalis negatiua tollit, & affirmatiua, negationes etiam omnes.

Conſimiliter monſtrabitur & ſi econuerſo ponatur affirmatiua. Quod ſi eiuſdem figuræ ſint propoſitiones, cum priuatiuæ ſunt, ſemper fit ſyllogiſmus conuerſa propoſitione quæ eſt ſecundum contingere, quemadmodum in prioribus. accipiatur enim, a. ipſi, b. ex neceſſitate non ineſſe: conuerſis igitur propoſitionibus, b. nulli. a. inerit: a uero omni. c. contingit: fit itaque prima figura, & ſi ad. c. poneretur priuatiuum conſimiliter. Sin autem prædicatiuæ poſitæ fuerint, non erit ſyllogiſmus: namq; non inexiſtendi, aut ex neceſſitate non inexiſtendi planum quòd nõ erit, F *propterea quòd non ſuit accepta priuatiua propoſitio, neque in eo, quod eſt ineſſe, neque in eo, quod eſt ex neceſſitate ineſſe: uerumtamen neque eius, quod eſt contingere non ineſſe: ex neceſſitate enim ſic ſe habentibus, b. ipſi. c. non inerit: quemadmodum ſi a. poneretur album, in quo. b. cygnus: c, uero homo: neque utique oppoſitarum negationum, quoniam monſtratum eſt, b. ipſi. c. ex neceſſitate non inexiſtens: non igitur fit ſyllogiſmus omnino.*

Eodem inquit pacto arguemus, & ſi econuerſo propoſitiones poſuerimus, maiorem neceſſariam vniuerſaliter cum minore contingente, nam per eoſdem terminos redarguito, puta ſit, a, album, b, cygnus, c, homo. namq; cygnus omnis ex neceſſitate eſt albus, contingit nullum hominem eſſe albũ, & tamen ſequitur ex neceſſitate nul- G lus homo cygnus, non autem amplius monſtrant omni ex neceſſitate termini illi, quos ſupra appoſuit, cum minorem neceſſariam affirmatiuam acciperet, non enim ſi ex neceſſitate omne vigilans mouetur, & contingat nullum animal moueri, propterea ſequitur, ꝙ ex neceſſitate omne animal ſit vigilans, licet enim ex neceſſitate omne vigilans ſit animal non tamen econuerſo ex neceſſitate oẽ animal vigilat, ſed ſufficit inquit Alexander negatiua neceſſaria ad deſtruendam complicationem tanquam non ſyllogiſticam.

Dubiũ ale.

Et ſubdit idem ſe dubitare, quomodo coniugationes iſtæ nõ ſint vtiles, videtur enim per deductionem monſtrari poſſe vniuerſalem contingentem concluſionem fieri, quæ cum ita ſint aut deductionem calumniandam eſſe dicit tanquam non ſufficientem, aut ſi damnari nequit, materia hæc non videbitur ſufficere vt oſtendamus coniugationem aliquam nõ ſyllogiſticam, & quæ ſit dubitationis ſolutio, ſe dixiſſe afferit in libro de miſtionibus. Nos autem quid reſpondendum ſatis ſupra planum fecimus. { Quod ſi eiuſdẽ figuræ. } ſi inquit ambas propoſitiones qualitate conſimiles acceperimus, cum ambæ extiterint priuatiuæ, ſubaudias inquit Alexan- H der vniuerſales ad vtramuis extremitatum poſita neceſſaria ſemper fit ſyllogiſmus, præterquam ꝙ ſi maior neceſſaria fuerit binæ tantum conuerſiones fient & maioris ſecundum terminos ad ſemuicem, & minoris ſecundũ contingere ad oppoſitam qualitatem, ſi vero minor extiterit neceſſaria, tres fient conuerſiones duarum propoſitionum, ac rurſus concluſionis, nil enim prohibet & concluſionem conuerti, cum ſit inexiſtens. { Sin autem prædicatiuæ. } Si inquit ambæ fuerint affirmatiuæ nõ fiet vtilis complicatio, & hoc nõ iniuria, namq; in ſecunda nihil affirmationis concluditur, & quoniam ſi fieret concluſio aut inexiſtens aut neceſſaria aut contingens eſſet, ſed neq; inexiſtens neq; neceſſaria eſſe poteſt, cũ neutra propoſitionũ hoc pacto fuerit accepta, verum neq; contingens negatiua, quoniam ita ſe habentibus propoſitionibus concludi poterit negatiua vniuerſaliter neceſſaria, quæ omnes contingentes tollit.

Expõ Ale.

Aliter tamen Alexander, ait enim, ꝙ poſteaquam philoſophus dixit non fieri negatiuã cõcluſionem, ſubdidit, verumtamen neq; eius, quod eſt contingere non ineſſe, quaſi innuens contingentem propoſitio-

I nem ſola dictionis figura negatiuam eſſe, re vero ipſa af-
firmatiuam. { Neq; vtriq; oppoſitarum negationum. }
Philoponus legit negationum. Alexãder vero & pleriq;
alij affirmationum, ſi negationum legamus, ſenſus erit:
non ſolum ſequuntur negationes ſupra dictæ, ſed neque
etiam affirmationes oppoſitæ iſtarũ negationum. Si ve-
ro legerimus affirmationum, ſenſus erit planior & conte
xtus dilucidior ita vt dicamus, q; non ſolum negationes
ſupra traditæ ſequũtur, ſed neq; affirmationes negationi-
bus illis oppoſitæ, puta neceſſe alicui, contingere alicui, et
alicui ineſſe: hæ namq; illis contradicunt. Addit Alexã
der poſſe hanc quoq; complicationem monſtrari ſyllogi
ſticam deductione ad incõmodum: verum eadem a no-
bis dicenda erunt, quæ in ſuperioribus attulimus.

Alia lrã ſecũdũ expõ
ni Alexan.

Dictũ Ale.

*Conſimiliter autem ſe habebit et in ſyllogiſmis in parte: cum
enim ſit priuatiuum & uniuerſale & neceſſarium, ſemper erit
ſyllogiſmus & eius quod eſt contingere & eius, quod eſt non
ineſſe: demonſtratio autem per conuerſionem. Cum uero affir-
K matiuum, nunquam: eodem namque pacto monſtrabitur, quo &
in uniuerſalibus & per eoſdem terminos: neque quando utraq;
fuerint acceptæ affirmatiuæ. Huius enim eadẽ demonſtratio, quæ
& prius: cum uero utræque priuatiuæ: uniuerſalis autem ne-
ceſſaria, quæ non ineſſe ſignificat: per aſſumptos terminos non
erit neceſſarium, ſed conuerſa propoſitione, quæ eſt ſecundum
contingere erit ſyllogiſmus, quemadmodum in prioribus. Quòd
ſi ambæ indefinitæ aut in parte poſitæ fuerint, non erit ſyllo-
giſmus: demonſtratio eadem & per eoſdem terminos. Planum
itaque ex dictis, quòd dum priuatiua uniuerſaliter ponitur &
neceſſaria, ſemper fit ſyllogiſmus, non ſolum eius, quod eſt con
tingere non ineſſe: ſed & eius, quod eſt non ineſſe: dum uero af-
firmatiua nunquam, & quòd eodem modo ſe habentibus in ne-
ceſſarijs & inexiſtentibus fit & non fit ſyllogiſmus. Sed & ma
nifeſtum quòd omnes imperfecti ſyllogiſmi & quòd perficiun-
L tur per prædictas figuras.*

Dubũ Alexandri & quorũdam aliorum.

Eodem inquit pacto, quo in vniuerſalibus, ita & in ſyl
logiſmis in parte erit & non erit vtilis cõplicatio: ſi enim
vniuerſalis ſit negatiua et neceſſaria ſemper aſtruet ſyllo
giſtica coniugatio cõcludens contingentẽ pro inexiſtẽte,
non autem pro vero & ſupra definito contingente, ſi ve
ro affirmatiua fuerit nunquã erit ſyllogiſmus: eodẽ nãq;
pacto mõſtrabitur, quo & in vniuerſalibus & per eoſdẽ
terminos, puta, albũ, hõ, cygnus, motũ, animal, vigilans.
Sed dubitãt quidam & Aphrodiſienſis Alexander de
quarta miſtionis huiuſce cõplicatione ex maiore vniuer-
ſaliter affirmatiua cõtingente & minore neceſſaria in par
te, videtur enim monſtrari poſſe cõcluſionem fieri inexi-
ſtentem hunc in modũ, cõtingit omne, b, eſſe, a, ex neceſſi
tate aliquod, c, non eſt, a, ergo aliquod, c, nõ eſt, b, ſi enim
non ſequitur: ſupponatur omne, c, b, deinde addita maio
re, contingit omne, b, eſſe, a, nimirum ſequetur in prima,
contingit omne, c, eſſe, a, quod minorem demolitur. Am
plius eadem deductione poſſemus oſtẽdere concluſionẽ
M fieri contingere alicui non eſſe ita, contingit omne, b, eſſe
a, ex neceſſitate aliquod. c, non eſt, a, igitur contingit ali-
quod, c, non eſſe, b, ſi enim non, ſit oppoſitũ, ex neceſſita
te omne, c, b, contingit omne, b, eſſe, a, ſequitur in prima
miſtionis neceſſariæ & contingentis, contingit omne, c,
eſſe, a, quod minori cõtradicit. Demũ idem hoc arguunt
exponentes, nam ſi minorem in parte exiſtẽtem ad vni-
uerſalem trãſferamus, mõſtrabitur eſſe vtilis ſenſibili oſtẽ
ſione. Ad hæc reſpondent nõnulli concedentes cõplica
tionem iſtam vtilem eſſe, non tamen inter vtiles cõnume
rari, quoniam illæ tantum ſyllogiſticæ cenſentur, quæ per
conuerſionẽ ad primã reuocãtur figuram. Nos autem
dicimus cum Ariſtotele complicationẽ iſtã nullo pacto
vtilem eſſe, cum termini reperiãtur in quibus nulli, puta,
contingit nullum equum eſſe album, ex neceſſitate ali-
quis homo nõ eſt albus ergo ex neceſſitate nullus homo
eſt equus. Ad rationes oppoſitas dicunt quidã non va
lere deductionem propterea, q; oppoſitum concluſionis

Solo quorundam.

Snia & ſolutio. ppria authoris.

poterit eſſe vt nũc inexiſtens qualem reſpuit talis miſtio N
contingẽtis & inexiſtẽtis, ſed nobis reſponſio iſta nõ pla
cet, pſertim quia ſuperius dixeramus non oportere ſi ma
ior eſſet contingẽs, minorem eſſe ſimpliciter inexiſtentẽ.
Dicendũ itaq;, potius miſtionem illam non valere, pro-
pterea q; propoſitio contingens, quæ erat maior, nõ fuit
vere contingens, quod planũ erit ſi primo reducamus cõ
plicationem iſtã quartam ad ſecundã figuræ huiuſce: dein
de hanc eandem ad ſecũdam primæ ex maiore neceſſaria
vniuerſaliter negatiua, & minore cõtingente: illæ etenim
vt ſupra diſtinximus, neq; veræ erant neceſſariæ, neq; ve
ræ contingentes, & ob hoc nõ fit vera deductio ad incõ-
modum. Ad ſecundam iidẽ reſpõdemus. Ad tertiam
vero dicimus expoſitionẽ faciendam eſſe in cõſimilibus
propõnibus: propterea q; in diſſimilibus, vt ſepius reperi
uimus, non valet monſtratio ſenſibilis. { Neque quando
vtraq; fuerint acceptæ affirmatiuæ. } nam per terminos
monſtrari poteſt neceſſariam cõcludere, puta album, ho-
mo, cygnus. Poſſemus tamen inquit Alexãder & hãc
oſtendere per deductionẽ concludere contingit alicui nõ, O
verũ eadem ad hæc dicenda erunt, quæ in ſuperioribus.
{ Quod ſi ambæ indefinitæ. } namq; ex ambabus in par
te non fit ſyllogiſmus, & ob hoc neq; ex ambabus inde-
finitis, quoniam indefinitæ particularibus æquiualent.
{ Per eoſdem terminos. } quibus ſubaudias in prima vſi
ſumus: omni ineſſe ex neceſſitate, album animal, homo,
medium albũ, quemadmodũ in prima, ſed nõ eodem pa
cto: tunc enim animal alicui albo ex neceſſitate, & albũ
alicui homini cõtingenter: nunc autem albũ alicui anima
li ex neceſſitate ineſt, & alicui ex neceſſitate nõ ineſt, vt
coruo & cygno, & homini, & rurſus cõtingit alicui in-
eſſe, & cõtingit alicui nõ ineſſe, & animal omni homini
ineſt ex neceſſitate: nulli aũt ex neceſſitate, albũ, animal,
inanimatũ. Poteſt et per eoſdem terminos dicere, quibus
paulo ante vſus eſt exiſtentibus ppõnibus vniuerſalibus
& affirmatiuis: iſti autẽ erãt, nulli ex neceſſitate, album, P
cygnus, homo, omni vero ex neceſſitate, motũ, animal,
vigilatio. Hæc Alexander. { Et q; eodẽ modo. } ex hoc
manifeſtũ eſt, q; quarta miſtionis iſtius cõplicatio eſt in-
utilis. { Per prædictas figuras dixit, hoc eſt coniugatio-
nes: nã omnes per vnam tantũ, id eſt p primã perficiebã
tur, aut melius per prædictas figuras, hoc eſt pdictas mi-
ſtiones: ſecundum enim diuerſas miſtiones, vt vidimus,
monſtrabantur, aut demũ per prædictas figuras per pri-
mam ac ſecundã: nãq; hæ quæ ambas habebant negati-
uas ſtatim perficiebantur per ſecundã facta conuerſione
ſecundũ contingens. Et hæc hactenus de ſecunda. Iam ad
tertiam ex vniformibus tranſeundũ. Omnia enim quæ
ad ſecundæ cõplicationes tam ſimplices, quã miſtas, facie-
bant expediuimus: allatis primũ rationibus cur in hac ex
ambabus contingentibus non fiat vtilis coniugatio, eſu-
tata ibidem Themiſtij opinione cõtrarium ſententia, de-
inde rationem in medium protulimus cur negatiuæ con-
tingentes ad affirmatiuas reducantur: non ecõuerſo, ſolu
ta inibi Leonis per pulchra inſtãtia, allata etiam ac diſpu
tata qõne de vniuerſalis negatiuæ contingentis cõuerſio Q
ne, ac ratione reddita cur cum binæ vniuerſali affirmati-
uæ cõtingenti neceſſariæ opponuntur, vna tantũ in mon
ſtrationẽ aſciſcatur, quodq; non reperiantur termini, qui-
bus omni ex neceſſitate concludamus contra Aluidum
atq; Alexandrum. Deinde ad miſtas ex inexiſtentibus
ac contingentibus huiuſce figuræ pedem contulimus, re-
cuſatis primum moderniorũ opinionibus ſuper miſtione
hac: ſimul ſoluta Diui Alberti inſtantia contra Philoſo-
phum: deinps & contingentis dimidium terminis ad ſe-
ipſum cõuerti monſtrauimus, ſolutis ibidẽ Alexandri in-
ſtãtiolis: ac ratione allata cur quarta ſecundæ non poſſit
hac in miſtione expõne monſtrari. Mox aggreſſi eiuſ-
dem figuræ miſtionem ex neceſſaria & contingente, reci
tauimus primo iuniorũ circa hanc ſententias, ſoluta Phi-
loponi inſtantia contra terminos ab Ariſtotele allatos, ſi
mul enodatis quibuſdam alijs dubitationibus circa philo
ſophi cõtextum, ac ſolutis inſtantijs de quarta miſtionis
iſtius complicatione. Sed de tertia iam dicamus figura.

Dictũ Ale.

Epilogus eorum quæ in ſecunda figura tam ſimplicium quã miſtarũ dicta ſunt.

Figura

A *Figuræ tertiæ ex Ambabus Contingentibus.* Cap. XIIII.

SEd in ultima figura & utriſq; contingentibus, et altera, erit ſyllogiſmus. Cũ itaq; contingere ſignificent propõnes et cõcluſio erit contingens, & quando hæc contingere, illa ineſſe. Cum uero altera neceſſaria poſita ſit, ſi affirmatiua quidem, non erit cõcluſio, neq; neceſſaria, neq; inexiſtens: ſin autem priuatiua, inexiſtẽdi erit ſyllogiſmus, quẽadmodum in prioribus. Accipiendũ uero & in his ſimiliter contingens, quod in cõcluſionibus. Sint itaq; primũ cõtingẽtes, & .a. & .b. oĩ .c. cõtingant ineſſe: quoniã igitur conuertitur affirmatiuũ in parte: b. uero oĩ .c. cõtingit, et .c. alicui eorũ, quæ .b. cõtingere poſſet: quare, ſi .a. omni cõtingit .c: c. autẽ alicui eorũ, quæ .b: neceſſe et .a. alicui .b. cõtingere. Fit .n. prima figura.

B

Darapti cõcludens cõtingens per cõuerſionẽ.

Et ſi .a. contingit nulli .c. ineſſe: b. uero omni .c. contingeret, neceſſe & .a. alicui eorum, quæ .b: contingere non ineſſe. Erit enim

C *rurſus prima figura per conuerſionem.*

Felapto cõcludẽs contingẽs: quæ minorũ cõuerſione reducitur ad primam.



D

Quod ſi utræque priuatiuæ poſitæ fuerint, ex ipſis quidem aſſumptis non erit neceſſarium, ſed cõuerſis propoſitionibus erit ſyllogiſmus, quemadmodum in prioribus: namque ſi .a. & .b. contingit non ineſſe, ſi tranſumptum fuerit contingere nõ ineſſe, rurſus erit prima figura per conuerſionem.

Idẽ concludẽ, q ambarũ cõuerſione perficitur.

CIRCA FIGVRAM tertiam dicunt moderniorum quidam cum ſuis cõpoſitionibus diuiſionibuſq; ſi ambæ propoſitiones contingentes in ſenſu acceptæ fuerint diuiſionis, & ſubiectum vtriuſq; ſuppoſuerit pro his quæ ſunt, q ſequitur contingentis veri cõcluſio, ſubiectũ conclusionis accipiendo pro eo, quod contingit & non pro eo, quod eſt, conſimiliter ſi vtriuſq; ſubiectum accipiatur pro ĳs, quæ contingunt, ſequitur concluſio contingens: in qua ſubiectum ea ſignificat, quæ contingunt, nõ ea quæ ſunt: eodem pacto ſi vnius ſubiectum pro ĳs capiatur quæ contingunt, alterius pro ĳs, quæ ſunt. Quod ſi præmiſſarum propoſitionum altera ſenſum retineat compoſitionis, diuiſionis altera, concluſionem nullam colligi aſſerunt: ſin autem maior ſubiectum habeat pro ĳs, quæ contingunt, & minor pro ijs, quæ ſunt aut ecõuerſo non valere exiſtimant hac in figura ex vniformibus complicationes. Hæc nõnulli: Alĳ melius & cum Ariſtotele dicunt, q in tertia figura ex vtriſq; cõtingentibus ſyllogiſmi omnes ſunt vtiles dũmodo altera vniuerſalis extiterit, & hoc etiam voluere oẽs recte ſentientes. Et hoc eſt, quod dicebat Philoſophus, quaſi tres innuẽs regulas, primam q ex vtriſq; contingentibus ſemper concluſio erit contingens, quõcunq; variatis propõnibus, dũmodo altera vniuerſalis extiterit. Secundam q ex altera inexiſtente & contingente altera conſimiliter verũ ſemper cõcludetur contingens. Tertiam q ex neceſſaria affirmatiua verum ſequitur contingens, ſed ex negatiua neceſſaria & cõtingente affirmatiua ſeu etiã negatiua, inexiſtẽs colligitur & hoc eſt quod voluit, cum dixit, accipiẽdum vero & in his ſimiliter cõtingẽs, quod in cõcluſionibus. { Sint itaq; primũ. } primam tertiæ coniugationẽ explicat ex vtriſq; vniuerſaliter affirmatiuis, quã minore conuerſa ad primã reuocans figuram monſtrat contingentẽ cõcludere in parte. Iidem & ſi maior cõtingens vniuerſaliter extiterit negatiua cũ minore affirmatiua vniuerſaliter, minore verſa, fiet primæ cõplicatio quarta cõcluſionem cõcludens contingentẽ negatiuã in parte. Sin autem vtræq; extiterint negatiuæ ex acceptis nil cõcludetur, ſed minore, aut vtraque ad oppoſitam conuerſa qualitatem, ĳdem qui & ſupra exigentur ſyllogiſmi.

Alior**ũ** opinio magis perpatetica.

Prima regula Philoſophi in lra.

Secunda regula.

Tertia regula.

Opio quorũdam modernorũ.

E

F

G

Si uero hic terminorum eſt uniuerſaliter, ille in parte, eodem pacto ſe habentibus terminis, quo in eo quod eſt ineſſe, et & non erit ſyllogiſmus. Contingat enim .a. omni .c. ineſſe: b. autem alicui .c: erit itaque prima figura, propoſitione conuerſa, quæ eſt in parte: nam ſi .a. omni .c: c. uero alicui eorum, quæ .b: agitur alicui eorum, quæ .b. contingit. Et ſi ad .b c. poſitum fuerit uniuerſale, conſimiliter. Itidem & ſi .a c. ſit priuatiuum: b c. uero affirmatiuum. Erit enim rurſus prima figura per conuerſionem. Sin autem utræque poſitæ fuerint priuatiuæ, hæc uniuerſaliter, illa in parte, per ipſa aſſumpta non erit ſyllogiſmus, ſed conuerſis erit, quemadmodum in prioribus: cum uero utræque indefinitæ, aut in parte acceptæ ſint, non erit ſyllogiſmus: neceſſe etenim .a. omni & nulli .b. ineſſe. Termini inexiſtendi, animal, homo, album: non inexiſtendi, equus, homo, album.

H

Si inquit Ariſtoteles altera vniuerſaliter, altera in parte extiterit ĳdẽ erunt ſyllogiſmi, qui & inexiſtentes: hoc eſt inquit Alulid. Roſa. qui erant in prima figura in miſtione cõtingẽtis & inexiſtentis, verum nõ videtur Philoſophi ſentẽtia hunc in modũ ſe habere, cum enim in tali primæ figuræ miſtione, minor erat negatiua inexiſtẽs, nõ efficiebatur vtilis cõplicatio, hæc autem minore etiã negatiua ſecundum contingens, vtriq; ſyllogiſtica coniugatio fiet. Aliter dicunt Alexander atq; Philoponus, q tot erunt vtiles complicationes hac in figura in particularibus ex vtriſq; cõtingentibus, quot in hac eadẽ erãt ex ambabus inexiſtentibus. Cæterum eadem contra hanc quoq; fieri poterit inſtantia. Reſpondẽt itaq; alĳ nonnulli dictum hoc audiendũ eſſe quo ad quantitatem propoſitionũ, nõ quo ad qualitatem. Nos autẽ aliter & melius dicimus ſimilitudinẽ iſtam ſimpliciter intelligendã eſſe ita q quẽ-

Expõ Ale. Cõtra expõnẽ Alul. da

Expõ Ale & Philop. ni.

Rñſio aliorum.

Snia & expõ ppria.

I admodum ex vtriſque inexiſtentibus in tertia vtiles fiebant complicationes; eodem pacto & ex ambabus contingentibus: namq; ſi ex ambabus negatiuis & minore tantum ſyllogiſtica erigitur complicatio non accidit hoc ex talibus ſecundum q̃ tales ſunt, verum ſecundum q̃ ad affirmatiuas reuocantur.

Dubitatio.

Sed inſuper exoritur dubitatio, cur hoc etiam non protulerit de vniuerſalibus: cum vniuerſales eodem & ipſe ſe habeant pacto.

Solutio.

Reſpondemus hoc ideo factum fuiſſe, non quod in vniuerſalibus aliter eueniret quam in particularibus: verum quia non in omni miſtione aut modo propoſitionum ſemper complicationes in parte ſyllogiſticæ ſunt, veluti ex vtriſq; inexiſtentibus, namq; quinta figuræ iſtius in alijs miſtionibus ſecus ſe habet. Cæterum de his infra diſputandũ erit, {Iudem & ſi, a e.} omiſit Philoſophus complicationem ex maiore vniuerſaliter affirmatiua cum minore negatiua in parte, quam tamen vtilem eſſe nemini dubium minore ſecundum contingens verſa. {Cum vero vtræque

K indefinitæ.} Inutiles explicat ex ambabus indefinitis aut in parte aut alternatim, & ita ſermonem perficit de ſimplicibus atque vniformibus tertiæ.

Miſtio Inexiſtentis & Contingentis in tertia figura. Cap. XV.

CAEterum ſi hæc inexiſtere, illa propoſitionum ſignificet contingere, cõcluſio erit, quod contingit, & non quod ineſt. Syllogiſmus autem erit eodem modo ſe habentibus terminis, quo & in prioribus.

Opio quorũdam moderniorũ.

DICVNT MODERNIORES circa miſtionem iſtam, ſi altera fuerit contingens in ſenſu compoſitionis cum inexiſtente altera, nullam penitus concluſionem colligi: ſin autem in ſenſu extiterit diuiſionis, ac ſubie

L ctum pro his, quæ actu ſunt, accipiatur, ſequi volunt concluſionem poſſibilem in ſenſu diuiſionis, cõſimiliter ſi minor inexiſtens ſit in parte cum maiore vniuerſaliter contingente ſiue econuerſo maior in parte cum minore vniuerſali. Hæc illi.

Opio quorũdã aliorũ.

Nõnulli vero alij inquiunt: ſi maior cõtingens extiterit concluſio colligetur cõtingens in prima, ſecunda, quarta, et ſexta complicationibus: in tertia vero ac quinta minime, quod ſi maior inexiſtẽs fuerit cum minore contingente, nullam volunt cõcluſionem ſequi contingentem.

Opio antiquorum & Philoponi.

Quidam autem antiquorũ & Philoponus hunc in modum complicationes miſtionis huiuſce diſpoſuerunt: dicunt enim hac in figura miſtionis iſtius nunq̃ fieri concluſionem inexiſtentem, ſed contingentem ſemper, non tamen in omibus cõplicationibus eandem. Cæterum quæcunq; inexiſtẽtem habent affirmatiuam ſupra definitum colligunt contingens, quæcunq; vero negatiuam eandem habent, non ſupra determinatum, ſed alte

M rius generis cõtingens concludunt, adduntq; inſuper omnes complicationes vtiles eſſe præter eas, quæ minorẽ habent inexiſtentẽ negatiuam.

Opio ſumpta a Leui Gerſonis.

Nos autem aliter & multo melius cum Leui Gerſonis dicimus in hac figura ſecũdum miſtionẽ hãc coniugationes omnes vtiles eſſe quomodocunque variatis propoſitionibus præter eas ſolas, quæ alteram habuerint inexiſtẽtem negatiuam in parte, & deinde adijcimus cõtingens in his concluſum complicationibus ſemper verum eſſe contingens, nunquam autem nulli ex neceſſitate, & hoc eſt quod dicit Ariſtoteles concluſio erit quod contingit & non quod ineſt, ſed hæc infra planius elucidabuntur. {Quo & in prioribus.} exponit Alexander hoc eſt ex ambabus inexiſtentibus.

Nota hic varias expõnes.

Alter Diuus Albertus, id eſt quemadmodum ex ambabus contingentibus affirmatiuis aut negatiuis fiunt vtiles complicationes: ita ex altera inexiſtente & contingente altera: nos autem hunc in modum exponimus, quo & in prioribus, hoc eſt, veluti in prima figura ex altera vniuerſali atque altera in parte.

Sine enim primum prædicatiue, & .a. omni inſit. c: b. uero omni contingat ineſſe. Conuerſo igitur. b. c, prima erit figura, & concluſio, quod contingit. a. alicui. b. ineſſe. nam quando in N *prima figura propoſitionum altera ſignificaret contingere, concluſio erat contingens. Conſimiliter autem & ſi. b c. ineſſe, a c. uero contingere: & ſi a c. priuatiuum: b c. autem prædicatiuum: ſit autem utrumuis, utroque modo, erit concluſio contingẽs: ſit enim rurſus prima figura: monſtratum uero eſt, quod dum altera propoſitio in ipſa contingere ſignificat: & concluſio erit contingens, ſed ſi contingens priuatiuum ad minus extremum poſitum fuerit: per ipſa quidem poſita non erit ſyllogiſmus: conuerſis autem erit, quemadmodum in prioribus.*

Eas explicat, quæ ambas habent vniuerſaliter affirmatiuas, & inquit, in his ſemper verum concludi contingens: namque maiore aut minore conuerſa ad primã reducuntur figuram. {Et ſi, a, c, priuatiuum.} exponit eas quæ propoſitiones habent figura diſſimiles & inquit, ſi maior negatiua extiterit ſeu contingens, ſeu inexiſtens cũ minore affirmatiua, eodem pacto complicationem vtilẽ erigi ad contingens colligendum: conſimiliter ſi contingens negatiua minor extiterit: verum nõ ex ipſis propo- O ſitionibus, ſed minore ſecundum cõtingens verſa, & hoc eſt quod volebat Philoſophus, cum dixit, ſed ſi contingens priuatiuum ad minus, oportet enim inquit Philoponus extrinſecus addere priuatiuum contingens: namque ſi minor inexiſtens fuerit negatiua, nulla inquit efficitur complicatio ſyllogiſtica propterea, quod id genus negatiua in affirmatiuam trãſire minime poteſt, & hoc etiam ſenſere alij plerique.

Expõ Philoponi.

Nos autem dicimus cũ Leui Gerſonis coniugationes iſtas vtiliſſimas eſſe, deduciq; ad primam figuram maioris ac cõcluſionis cõnuerſione: præmiſſis propoſitionibus tranſpoſitis.

Expoſitio propria.

Sit enim complicatio, contingit omne, c, eſſe, a, nullum, c, b, dico quod ſequitur vi ſyllogiſtica, contingit aliquod, b, non eſſe, a, nam minorem facio maiorem, cunque hac & cõuertente maiorem concludo in prima figura concluſionem cõuertentem hoc pacto: nullum, c, b, contingit aliquod, a, eſſe, c, ergo contingit aliquod, a, non eſſe, b, & quoniam veluti ſu- P pra monſtrauimus, contingens negatiua in parte in ſeipſam conuertitur erit in concluſione contingit aliquod, b, non eſſe, a, quod volebamus. Conſimiliter & alias omnes mõſtrare poterimus: in quibus minor vniuerſalis extiterit negatiua contingens, quanquam has Philoſophus aliter ad primam reducit. Hoc etiam notauerat Aphrodiſienſis Alexander.

Cõtra aliorũ expõnes & opiones

Sileant igitur, qui has inutiles ſunt arbitrati, ſed & magis ſileant, qui volunt hac in figura diminutum concludi contingentis: hoc enim fieri nequit, cum omnes figuræ iſtius complicationis ad primæ particulares reuocentur, quæ veluti ſupra diſputauimus, vere contingentem ſemper colligunt. {Conuerſis.} namq; binæ fiunt conuerſiones, vna terminis ad ſeinuicem, altera ſecundum contingens, aut vna præmiſſarum alterius, ſecũda concluſionis.

Quod ſi hæc propoſitionum uniuerſaliter, illa in parte ſit, utriſque prædicatiuis exiſtentibus, aut ea priuatiua, quæ uniuerſaliter, affirmatiua uero, quæ in parte, idem erit ſyllogiſmorum Q *modus: omnes enim per primam concluduntur figuram: quare manifeſtum quòd eius, quod eſt contingere, & non eius, quod eſt ineſſe, erit ſyllogiſmus, quod ſi affirmatiua uniuerſaliter, priuatiua uero in parte, per impoſſibile erit demõſtratio. inſit enim. b. omni. c. a. uero contingat alicui. c non ineſſe: namq; ſi. a. inerit ex neceſſitate omni. b: b uero omni. c. ponitur ineſſe: a. omni. c. ex neceſſitate inerit. Hoc autem monſtratum prius: uerum ſupponebatur alicui contingere non ineſſe. Sed cum indefinitæ aut in parte utræque fuerint acceptæ, non erit ſyllogiſmus. Demonſtratio autem eadem, quæ & in uniuerſalibus & per eoſdem terminos.*

Ad eas ſe confert, quæ alteram habent vniuerſalem, in parte alterã, inquiens ſi ambæ extiterint affirmatiuæ, aut negatiua fuerit vniuerſalis, affirmatiua vero, quæ in parte, eundem fore concluſionis modum, factis vt ſupra cõuerſionibus, omnes enim ad primã reuocantur figuram,

A & ex hoc planum, ꝙ ſemper vere cõtingentem concluſionem colligunt, in prima namq; in particularibus omnibus vere contingens concludebatur. { Quod ſi affirmatiua vniuerſaliter. } ſi inquit minore vniuerſaliter in exiſtẽs ſic cum maiore contingente, in parte monſtrabimus per deductionem ad incommodum complicationem ſyllogiſticam eſſe, puta, contingit aliquod, c, nõ eſſe a, omne, c, eſt, b, dico ꝙ ſequitur, contingit aliquod, b, nõ eſſe, a, ſi enim non concluditur, ſit oppoſitum, ex neceſsitate omne, b, a, deinde huic addatur minor, omne, c, b, & concluditur in prima, ex neceſsitate omne, c, a, cuius oppoſitum ſupra poſueramus. Verum inquiunt Alexãd. atque Philoponus complicationem iſtam cõuerſionem etiam monſtrari, ſiquidem ceu ſupra diximus, negatiua contingens in parte conuertitur, & in ſeipſam & in oppoſitã qualitatem, puta hoc pacto, omne, c, b, hæc enim, quæ minor erat fiet maior in prima, deinceps huic addatur maiorem conuertens, contingit aliquod, a, non eſſe, c, quam ſi ad oppoſitum verterimus, concludemus, cõtingit aliquod a, eſſe, b, & ex conſequenti contingit aliquod B b, eſſe, a, & vlterius, contingit aliquod, b, non eſſe, a, qđ volebamus. Sed iam ſubito dubitandum erit, cur Ariſtoteles monſtrationem iſtam non faciat, cum quemadmodum inquit Alexander oſtenſio hæc multo ſit dilucidior. Dicerent fortaſſe quidam fuiſſe hoc a philoſopho prætermiſſum tanquam planum ac manifeſtum. Verum ad hoc aliter nos reſpondemus, dicentes, mõſtrationem iſtam tum ꝙ intricatior & obſcurior eſt, nec commode nec recte etiam fieri poſſe, nam veluti ſupra lõga quæſtione diſſeruimus, negatiuæ in affirmatiuas, non autem econuerſo affirmatiuæ in negatiuas conuertuntur, et propterea cum oſtenſio hæc non procederet, niſi facta affirmatiuæ conuerſione in negatiuam, namq; aliter quæſitum non monſtrabatur, omiſit Ariſtoteles monſtrationẽ iſtam tanquam propoſito inutilem & non legitime procedentem, cum ex ignotioribus notiora arguere contendat. Sed Theophraſtus, referente Alexandro, ſuperiorem complicationem aliter monſtrare, namq; primum contingentem maiorem ad inexiſtentem transfert, deinde ex ambabus inexiſtentibus facta coniugatione ex oppoſito arguit concluſionis, atque ita monſtrationem per C impoſsibile, claudit ille igitur hunc in modum. Sed quæſtio eſt ſi maior non contingens, ſed inexiſtens fuerit an vtilis & legitima cõplicatio vocitãda ſit. Videtur enim deductione atque expoſitione mõſtrari poſſe, deductione hunc in modum, aliquod, c, non eſt, a, contingit omne c, eſſe, b, dico quod ſequitur, contingit aliquod, b, nõ eſſe a, quia ſi non, ſit oppoſitum, ex neceſsitate omne, b, eſt a, cui addatur minor facta inexiſtens omne, c, b, & concludemus ex neceſsitate, omne, c, a, quod maiorem contradictione tollit. Expoſitione vero ſi maiorem in parte exiſtentem fecerimus vniuerſalem. His nonnulli manus dedere aſſerentes coniugationem iſtam ſyllogiſticã eſſe, ꝙ hoc ita ſit Philoſophi etiam teſtimonio comprobant, namq; inquiunt iſti, videns hoc Ariſtoteles dixit, ꝙ ſi affirmatiua vniuerſaliter, priuatiua vero in parte, nec addidit inexiſtens, ſeu contingens quaſi volens, ꝙ vtroque modo vtilis fieret complicatio. Alexander vero atque alij ferme omnes negant coniugationẽ iſtam vti-D lem eſſe, & ad deductionem reſpondent non valere mõſtrationem propterea ꝙ minor ſi fiat inexiſtens poterit eſſe, vt nunc inexiſtens. Sed contra hoc, ſaltem ex tali monſtratione poterimus, ſi non neceſſariam, inexiſtentem tamen concludere, quæ ita maiorem demolitur, quemadmodum, & neceſſaria. Reſpondemus itaque nos aliter dicentes coniugationem iſtam ex ſe quidem inutilem eſſe, fieri tamen poſſe ſyllogiſticam, ſi minor contingens efficiatur inexiſtens, ſic enim ex ambabus inexiſtentibus inexiſtens colligetur concluſio, deductio igitur illa nil amplius monſtrat, niſi ꝙ ſi minor fiat inexiſtens aliquid ſyllogiſticæ concluderur. Verum & hæc fortaſſe aliquam redargutionem patietur, alius ergo de his ſpeculatius perſcrutetur. Ad expoſitionem iam ſatis ſupra reſpondemus, non poſſe nec debere expoſitionem fieri in diſsimilibus propoſitionibus { Sed cum indefinitæ. } ſi inquit indefinitæ aut particulares vtræque extiterint, nulla fiet vtilis complicatio. { Demonſtratio autem eadem. } ac ſi diceret poſſunt complicationes iſtæ E per eoſdem redargui terminos, per quos refellebantur in totum contingentes ex vtriſque contingentibus, erant autem termini omni inexiſtendi ex neceſsitate, animal, homo, album nulli, equus, homo, album. Verũ inquit Alexander fortaſſe contextus mendoſus eſt, & pro eo, quod eſt, Demõſtratio autem eadem, quæ ex vtriſq; contingẽtibus, ſcriptum fuit, demonſtratio autem, quæ & in vniuerſalibus. Sed hæc ſufficiant ad expoſitionem miſtionis ex inexiſtente & contingente, ad miſtas ex neceſſaria & contingente iam tranſeamus.

Miſtio Neceſſarij & contingentis in tertia figura, Cap. XVI. F

Verum ſi eſt, hæc quidem propoſitionum neceſſaria, illa uero contingens, dum termini ſunt prædicatiui ſemper eius, quod eſt contingere, erit ſyllogiſmus, cum uero ſit hoc quidem prædicatiuum, illud autem priuatiuum, ſi affirmatiuum ſit neceſſarium eius, quod eſt contingere non ineſſe, ſi uero priuatiuum & eius, quod eſt contingere, & eius, quod eſt non ineſſe.

HAC IN MISTIONE dixerunt moderniorum nonnulli ſi vtraque præmiſſarum propoſitionum in ſenſu fuerit accepta compoſitionis ꝙ poſsibilis, non autem contingens ſequitur concluſio. ſi vero maior, & compoſita & neceſſaria extiterit cum minore contingente ac diuiſa cuius ſubiectum pro eo, quod eſt, accipiatur conſimiliter non contingentem ſed poſsibilem colligi uolunt concluſionem. Quod ſi retrouerſum poſitæ fuerint G propoſitiones & maior contingens extiterit cum minore neceſſaria, ac maioris ſubiectum tam pro eo quod eſt quam pro eo quod eſſe poteſt, accipiatur ſequi dicũt contingentem concluſionem, cuius ſubiectum eandem ſignificationem retineat, ꝙ ſi maioris ſubiectum pro eo duntaxat, quod contingit capiatur, ſequi negant contingens. Sin autem contingens in ſenſu accipiatur compoſitionis cum neceſſaria diuiſa, poſsibilem quidem aſſerunt cõcludi, non autem contingentem, conſimiliter cum vtraque fuerit diuiſa & maior neceſſaria cum minore contingente, ſumpto etiam concluſionis ſubiecto pro eo quod eſſe poteſt. Quod ſi maior contingens extiterit cum minore neceſſaria, ac maioris ſubiectum tam pro eo quod eſt q̃ pro eo quod eſſe poteſt, accipiatur, contingentem ſequi volunt concluſionem, verum ſi maioris ſubiectum pro his tantum ſumatur, quæ contingunt, ſequi negant cõcluſionem contingentem. Hæc quidam. Alij vero aliter, inquiunt.n. ſi maior fuerit neceſſaria cum minore contin- H gente, ꝙ neceſſarium concludetur, ſin econuerſo ſe habuerint propoſitiones, contingentem colligi volunt concluſionem, & hæc moderniores & hunc in modũ. Priſci vero & Ariſt. ſi altera inquiunt neceſſaria fuerit & contingens altera in tertia figura atque neceſſaria propoſitio extiterit affirmatiua, ſemper verum concludetur contingens, ꝙ ſi negatiua fuerit, non veri contingentis erit concluſio, ſed eius quod ſupra non neceſſariã vocitauimus, quodque inexiſtentis vicem obtinere volebamus.

Sed eius, quod eſt, ex neceſsitate non ineſſe non erit ſyllogiſmus, quemadmodum neque in alteris figuris. Sint itaque prædicatiui, primum termini, & a omni c inſit ex neceſsitate: b uero contingat ineſſe omni, c: quoniam itaque a omni c ex neceſsitate: c uero alicui b contingit: & a alicui b contingens erit, & non inexiſtens. Sic igitur accidebat & in prima figura. Conſimiliter autem monſtrabitur & ſi, b c neceſſarium poſitum fuerit, a c

Dictũ Alex. & Philop.

Dubitatio.

Sola ꝓpria cõtra Alex. & Philop.

Oſtenſio Theophr.

Dubitatio.

Solo quorundam.

Solo Alex.

Contra ſolutionem Alex.

Opio quorundã moderniorũ

Opio priſcorum, & ꝑipatetica.

I *uero contingens. Iterum ſit hoc prædicatiuum, illud priuatiuum ſed prædicatiuum neceſſarium, & a contingat nulli eorum, quæ c ineſſe: b uero omni inſit c ex neceſſitate, erit itaque rurſus prima figura.*

Non concluditur inquit hac in figura ſecundum mi-
Dubium Alex. ſtionẽ iſtam neceſſaria aliquo pacto, veluti ſupra quoq; fiebat in prima ac ſecunda figuris. Sed contra ait Alex. videtur poſſe monſtrari per deductionem ad incommodum tam in prima quàm in ſecunda ex neceſſaria negatiua cum affirmatiua contingente, neceſſariam ſequi concluſionem, cur ergo dixit Ariſtote. quemadmodum neq; in alteris? Reſpondet idem aut deductionem damnan-
Solo eiuſdem. dam eſſe, aut complicationes tertiæ, per quas deductionem fecimus, addit tamen ſe plura de hoc quæſiuiſſe in libello de diſcordia ſecundum miſtiones Ariſt. ac ſociorũ, & plura adhuc in logicis gloſſematis, nos autem & dubitationes iſtas ſupra in medium attulimus, & allatas & ſoluimus. { Sint itaq; prædicatiui. } eam primo explicat,
K quæ ambas habet affirmatiuas, maiorem neceſſariam cum minore contingente vtraſque vniuerſales, & inquit minore conuerſa ad primam, reduci figuram, in qua verum concludebatur contingens non autem id quod non neceſſarij vocem obtinebat. Cæterum poſſemus & aliter maioris verſione ad primæ figuræ complicationem tertiam ex maiore conſtantem contingente, & minore neceſſaria, reuocare coniugationem iſtã hoc pacto. Contingit omne c eſſe b ex neceſſitate aliquod a b, ergo cõtingit aliquod a b eſſe: deinde conuerſa concluſione, contingit aliquod b eſſe, a, quod volebamus. { Conſimiliter autem monſtrabitur. } eodem inquit modo & alteram monſtrabimus complicationem, quæ maiorem habet contingentem cum neceſſaria minore. { Iterum ſit hoc prædicatiuum. } eas nunc explicat, quæ alteram habẽt affirmatiuam, negatiuam alteram & inquit, ſi maior negatiua contingens extiterit cum minore affirmatiua neceſſaria, quod concluſio vere colligetur contingens, nam minore conuerſa redit iterum primæ figuræ complicatio
L quarta ex maiore vniuerſaliter negatiua contingente cũ neceſſaria minore in parte. Poſſemus & maioris conuerſione coniugationem iſtam ad primæ figuræ imperfectas reducere, ſed melius eſt cum fieri poteſt ad perfectũ
Dubitatio quam ad imperfectum ſyllogiſmus reuocari. Sed ſtatim exoritur quæſtio cur in his quoque ex diſsimilibus propoſitionibus, nõ eam præpoſuerit philoſophus, quæ maiorem habent neceſſariam cum minore contingente, quemadmodum in his, quæ ambas habebant affirma-
Solutio. tiuas. Reſpondemus maioris elucidationis gratia ſemper Ariſtotelem conſimiles ſibiinuicem complicate coniugationes, vt ex vnius monſtratione, altera quoque clareſcat, & quoniam paulo ante in præcedente miſtione poſuerat imperfectas, ideo hac quoque in miſtione de his conſequenter arguendum eſſe operæpretium duxit, ſed quia in negatiuis perfectæ ſolæ verum concludebant contingens, imperfectæ non verum, prius egit de perfectis tanquam præ conſimilem cum præcedẽtibus
M concluſionem haberent.

Etenim priuatiua propoſitio contingere ſignificat: Planum igitur q, concluſio erit contingens. namque cum ſic ſe haberent in prima figura propoſitiones & concluſio erat contingens, ſed ſi priuatiua propoſitio neceſſaria, & concluſio erit, quòd contingit alicui non ineſſe, & quòd non ineſt. ponatur enim a nulli c. ineſſe ex neceſſitate, b uero omni contingere, e conuerſo itaq; b e affirmatiuo, prima erit figura & neceſſaria priuatiua propoſitio, uerum quando ita ſe haberent propoſitiones, accidebat a ipſi c, & contingere alicui non ineſſe, quare & a ipſi b neceſſe alicui non ineſſe, cum uero priuatiuum ad minus extremum poſitũ fuerit, ſi contingens, erit ſyllogiſmus tranſumpta propoſitione quemadmodum in prioribus: ſi uero neceſſarium, non erit, etenim omni neceſſe, & nulli contingit ineſſe. Termini quòd omni inſit, ſomnus, equus, dormiens, homo, quòd nulli, ſomnus, N
equus, uigilans, homo,

Quaſi rationem reddit cum verum ſequatur contingens, namque in prima figura ex maiore contingente cum minore neceſſaria in affirmatiua verum concludebatur contingens. Cæterum inquit Alexander contextus iſte incongruitatem, quandam habet, & fortaſſe cõgruus eſſe poſſet, ſi hunc in modum ſe haberet, & ſi priuatiua propoſitio contingere ſignificet: planum q cõcluſio erit contingens. { Sed ſi priuatiua propoſitio neceſſaria. } ſi inquit propoſitio negatiua non contingens, ſed neceſſaria extiterit, cum altera contingente, nimirum concluſio concludetur inexiſtens, non autem contingens, hoc enim ſignificauit, cum dixit q contingit alicui non ineſſe & q non ineſt: ac ſi diceret concluſio quidem contingens, erit, non tamen ſecundum determinationem. { Si vero neceſſariũ. } ſi vero inquit non maior ſed minor ponatur neceſſaria, nullo pacto ad quæſitum erit ſyllogiſmus, q propterea q minor non eſt affirmatiua, & concluſio cum non ſit veri cõtingentis negatiua in parte in ſeipſam O
terminis conuerti non poteſt. Si.n. vere eſſet contingens, nimirum vtilis foret, quemadmodum et miſta ex contingente & inexiſtente maiore ac concluſione conuerſis cũ præmiſſarum tranſpoſitione. Cæterum inquit Alexan Notandum ex Alex.
der licet complicatio hæc ad quæſitum propoſitũ ſit inutilis, non tamen penitus eſt inutilis. propterea q facilis prædictis conuerſionibus poſſumus concludere eã quæ concluſionem conuerterit hũc in modum, contingit omne c eſſe a, nullum c ex neceſſitate eſt b, dico q ſequitur, aliquod a nõ eſt b, hoc pacto, nullum c ex neceſſitate eſt b, contingit aliquod a eſſe, c, ſequitur vtiq; in prima figura, aliquod a non eſt, b. Sed iſta iam in ſuperioribus planiſsima facta ſunt.

Conſimiliter ſe habebit, & ſi hic terminorum uniuerſaliter, ille in parte ad medium, nam cum prædicatiui fuerint utrique eius, quod eſt contingere, & non eius, quod eſt ineſſe, erit ſyllogiſ- P
mus, & quando hoc priuatiuum acceptum fuerit, illud uero affirmatiuum, ſed neceſſarium affirmatiuum, eius quod eſt contingere, quando autem priuatiuum neceſſarium & concluſio erit eius quod eſt non ineſſe: idem namque monſtrationis modus, & uniuerſaliter terminis exiſtentibus: neceſſe etenim per primam figuram ſyllogiſmus perfici, quare quemadmodum in illis, & in his neceſſarium accidit, cum uero priuatiuum uniuerſaliter acceptum ad minus poſitum fuerit extremum, ſiquidem contingens, erit ſyllogiſmus per conuerſionem, ſin autem neceſſarium, non erit monſtrabitur autem eodem pacto, quo & in uniuerſalibus, & per eoſdem terminos. Planum itaque & in hac figura, quãdo & quomodo erit ſyllogiſmus, & quando contingendi & quando inexiſtendi, ſed & manifeſtum quòd oẽs imperfecti, & quòd perficiuntur per primam figuram.

Finis miſtionum.

Eadem inquit concluſio concludetur & in his cõpli-
cationibus tertiæ, quæ alteram habent vniuerſaliter, alte- Q
ram in parte, cum enim dixit, ſi hic terminorum vniuerſaliter, ille in parte ad medium tertiæ figuræ diſpoſitionẽ deſcripſit, in hac enim termini duo de vno prædicantur medio, quod non erat in alijs. Eodem inquam pacto ſe habebit quantum ad concluſionem non quantũ ad mõſtrationem ait Alexan. namque in vniuerſalibus ſemper minore conuerſa ad primam reducebantur figuram, hic autem non ſolum minore, ſed etiam maiore, veluti hæc pertractantibus manifeſtum. { Nam cum prædicatiui. } Hoc eſt ſi ambæ extiterint affirmatiuæ propoſitiones, aut ſaltem neceſſaria ipſa, ſemper verum concludetur cõtingens. Sin autem propoſitio neceſſaria non affirmatiua, ſed negatiua ſit, concluſio erit non veri contingentis, ſed eius quod non neceſſarium vocitatur, & inexiſtens ſignificat.

A ſignificat. Hoc autem intelligendum ſi neceſſaria negatiua & vniuerſales extiterit, quod & Philoſophus mõſtrauit, cum dixit. { Idem namq; monſtrationis modus, & vniuerſaliter terminis exiſtentibus } namque quemadmodum vniuerſales minoris conuerſione monſtrabantur, ita & particulares iſtæ, quæ maiorem habeat vniuerſaliter negatiuam neceſſariam cum minore contingente in parte. Philoponus tamen atque alij nonnulli voluerũt Ariſtotelem hoc in loco ſignificare complicationẽ, quæ maiorem habeat negatiuam neceſſariam in parte cũ minore vniuerſaliter contingente, quod tamen falſum eſt, namq; nullibi voluit Ariſtoteles complicationes iſtas vtiles eſſe, quæ maiorem haberent negatiuam in parte aut neceſſariam aut inexiſtentem cum minore contingente, ꝙ ſi per deductionem ad incommodum aut ſenſibilem expoſitionem hoc monſtrare contenderis, nihil facies, eo dem namque pacto reſpondebimus, quo & in alijs miſtionibus ad conſimiles cõplicationes dicebamus. Errant itaque qui de id genus coniugationibus intellexiſſe Phi-

B loſophum autumant, hoc enim & ipſe quaſi oſtendit, cũ dixit, neceſſe etenim per primam figuram ſyllogiſmos perfici, ac ſi diceret, conuerſione enim ad primam figurã tales oſtendunt complicationes. { Quare quemadmodũ in illis. } Quæreres inquit Alexander quiſpiam perópportune cur non hæc quoque protulerit Philoſophus de miſtis ex inexiſtente ac contingente in hac eadem figura. Reſpondet idem quod hic dicitur tanquam commune intelligendum eſſe, nam quemadmodum in prima figura habemus cõcluſiones, ita & in alijs omnibus ad primæ ſimilitudinem. { Cum vero priuatiuũ. } Si inquit minor vniuerſaliter negatiua extiterit & contingens cum maiore neceſſaria affirmatiua in parte conuerſa minore ad oppoſitam qualitatem fiet ſyllogiſtica complicatio, aut ẽt maiore conuerſa ſimul cum concluſione, quoniam negatiua contingens in parte terminis in ſeipſam remeat, concluſio autem erit contingens ſecundum determinationem. Sin autem non contigens, ſed neceſſaria fuerit negatiua minor, nulla penitus erit ad quæſitum determinatum vtilis complicatio, ad quæſitum dico determina-

C tum, propterea ꝙ ſi ipſum conuenientem vellemus concludere, poſſemus vtique præmiſsis tranſpoſitis ac maiore conuerſa. { Monſtrabitur autem eodem pacto. } Hoc eſt terminorum eorundem appoſitione, erunt autem termini illi ſomnus, dormiens, equus, homo, ſomnus, vigilans, equus, homo. Philoponus tamen aliter terminos iſtos diſponit, & fortaſſe melius, vult enim ſic ſe hæc debere, ſomnus, equus, homo dormiens, ſomnus, equus, homo vigilans, & forte ſatius ita erit, quoniam in tertia vti planum eſt, medius vltimum obtinet locum tanquam qui ſemper ſubijciatur. Scitu tamen dignum inquit Alexander ꝙ concluſiones in his concluſæ terminis non ſimpliciter ſunt neceſſariæ, ſed cum determinatione, ſufficiant tamen vt tollant & inexiſtentem & neceſſariam fieri concluſionem, namque omni ineſſe ſimiliter tollit & neceſſarias & inexiſtentes negationes, & nulli ineſſe, affirmationes tam neceſſarias, quàm inexiſtentes. { Planum itaque. } Reliquas omnes inutiles complica-

D tiones tanquam ex ſuperioribus claras prætermiſit, eas inquã quæ ex ambabus particularibus, quæue ex vtriſq; indefinitis conſtant. { Per primam figuram. } Hoc eſt qđ ſupra dixerat per prædictas figuras, aut figuras vt diximus coniugationes nuncupauerat. Sed iam totũ ſimpliciter ſyllogiſmorum negocium expleuimus inexiſtentium, neceſſariorum, & contingentium ac miſtorum in prima, ſecũda & demum tertia figura, quam nuper explicuimus primum recitatis moderniorum opinionibus circa complicationes ex vtriſque contingentibus, deinde & contextu expoſito, quomodo ex vtriſque contingentibus ita fiat ſyllogiſmus, quemadmodum & ex vtriſq; inexiſtentibus. Poſtea miſtionem ex inexiſtente ac cõtingente aggreſſi primum moderniorum opiniones explicuimus, damnata deinceps Philoponi ac quorundã aliorum ſententia negantium ex minore inexiſtente negatiua vtilem fieri poſſe complicationem. Deinde ratio in

Expõ phil. | Dubium. Alex. | Solu. | Expõ phil. | Notandum ex Alex. | Epilogus olim dictorum de figuris ſyllogiſticis.

medij allata cur Ariſtoteles quintam miſtionis huiuſce complicationem deductione monſtret cum alioquin poſſet conuertendo monſtrare, allata ibidem Theophraſti oſtenſione alia ſolutaq; inſuper perpulchra dubitatione circa coniugationem ex maiore inexiſtente negatiua in parte cum minore vniuerſaliter contingente. Demum acturi de miſtis ex neceſſaria & contingente primum attulimus moderniorum ſententiam, ſoluta dubitatione de Ariſtotelico proceſſu circa complicationes iſtas, damnata etiam ibidem Philoponi atque aliorum quorundam opinione volentium, ex maiore neceſſaria negatiua in parte cum minore contingente vtilem fieri complicationem recitato inſuper diuerſo terminorum ordine, quos Philoſophus ad quaſdam refellendas coniugationes poſuerat. Sed his tot tantiſque exactis ad reliqua pes iam ferendus eſt, quæ quoniam & faciliora, & clariora etiã ſunt, planius et facilius a nobis quoq; exponẽda occurrẽt. B

Quod Figuræ ſyllogiſmorum ſint tantum Tres.

F Vod igitur ſyllogiſmi, qui in his ſunt figuris per uniuerſales perficiuntur ſyllogiſmos, qui in prima figura & in iſtos, reducuntur, planum ex dictis, quòd autem ſimpliciter omnis ſyllogiſmus ita ſe habebit, nunc erit manifeſtum, quando monſtratum fuerit ſyllogiſmum omnem per harum aliquam figurarum effici. Neceſſe igitur omnem demonſtrationem atque omnem ſyllogiſmum, aut inexiſtens quippiam, aut non inexiſtens monſtrare: & hoc aut uniuerſaliter, aut ſecundum partem. Amplius aut oſtenſiue, aut ex ſuppoſitione, eius uero qui ex ſuppoſitione, pars eſt qui per impoßibile. Primum itaque dicamus de oſtenſiuis, his enim monſtratis, planum erit & in his qui ad impoßibile, & omnino qui ex ſuppoſitione. Si igitur oporteat a de b ratiocinari, ut inexiſtens, aut non inexiſtens, neceſſe eſt accipere aliquid de aliquo. Si ergo a de

G Ex una ꝓpõne nihil concludit.

b acceptum fuerit, quod eſt a principio, ſumptum erit: ſin autem de c, c, uero de nullo, neque de illo aliud, neque de. a. alterum, nullus erit ſyllogiſmus: eo enim quod unum de uno ſit acceptum, nil accidit ex neceßitate, quare aſſumenda & altera propoſitio. Si itaque. a, de alio fuerit acceptum, aut aliud de. a. aut de. c. alterum, eſſe quidem ſyllogiſmum nihil prohibet, ad. b. tamen nõ erit per accepta, neque quando c alteri, & illud alij, & hoc alteri, nõ fuerit autem ad. b. copulatum, nec ſic erit ad. b. ipſius. a. ſyllogiſmus: omnino enim diximus, quòd nullus unquam erit ſyllogiſmus alio de alio non accepto aliquo medio, quod ad utrunque ſe H



Non concludens.

I *habet quodammodo prædicationibus : ſyllogiſmus namque ſimpliciter ex propoſitionibus eſt: ad hoc autem ſyllogiſmus ex propoſitionibus ad hoc : ſed impoßibile ad.b.propoſitionem capere nihil de ipſo aut prædicantes aut negantes, aut iterum ipſius.a. ad.b.nihil commune accipientes, uerũ de utroque ſigillatim quædam prædicantes aut negantes, quare accipiendum medium aliquod utrorumq;. quod prædicationes copulabit : ſiquidem erit huius ad hoc ſyllogiſmus. Si igitur neceſſe quidem eſt accipere*



K Syllogiſmi poſitiũ cõcludẽtes in triplici figura.

ad utraque commune : hoc autem triſariam contingit : aut enim a d c: & c de b prædicaturos, aut.c: de utriſque aut utraque de.c. hæ uero ſunt dictæ figuræ : planumque ſyllogiſmum omnem neceſſarium fieri per harum aliquam figurarum : eadem enim ratio, & ſi per plura copulat ad. b. eadem namque erit figura & in multis.

L Opio quorundam.

Opin. aliorũ & ipſius Auãc.

PROPOSITVM inquiunt nonnulli Ariſtoteles eſt monſtrare principia quædam ſupra quodammodo ſuppoſita vti clara & conceſſa, ſyllogiſmum inquã omnem in aliqua trium eſſici figurarum, per tres terminos ac propoſitiones binas. Alij vero quorum ſententiæ nos quoque accedimus dicunt Philoſophi intentionẽ eſſe, figuras ſyllogiſticas tres tantum eſſe, neque ſyllogiſmum ratiocinationemue vllam reperiri quæ iſtarũ alicui figurarum non adducatur. Arguere namq; figuram ſyllogiſticam eſſe aut terminorum diſpoſitionem iſtam, ex huius ſcientiæ principijs non poſſumus. Verum ꝙ tres ſint ratiocinationum formulæ & non plures neq; pauciores, ex præconceſsis ſuppoſitionibus oſtendere vtiq; valemus. Hoc igitur & nil aliud hoc in loco intendit Ariſtoteles, prius tamen admonens, ꝙ quemadmodum inexiſtentes omnes, ita neceſſarij contingentes ac miſti ad primæ vniuerſales reducuntur. Deinceps propoſitũ aggreſſus monſtrat ſyllogiſmum omnem tam prædicatiuũ q̃ ſuppoſitorium per aliquam trium eſſici figurarum, vti-

M tur autem reſolutorio argumẽto ab his, quæ nobis ſunt notiora, exorſus, ad naturæ planiora diuidendo progrediens hunc in modum, omne quod ratiocinio cõcludi poteſt, aut vniuerſale eſt, aut in parte, & hoc aut affirmatiuum, aut negatiuum. iterum aut oſtenſiue monſtrabitur aut ex ſuppoſitione, hoc eſt aut per cathegorica, aut hypotheticas propoſitiones. Sit igitur quæſitum oſtenſiue monſtrandum a.b., de quo ſi velimus arguere. ꝙ.a. inſit ipſi b. aut ꝙ non inſit, nõ erit a nobis idẽ hoc accipiendũ ꝙ omne. b. ſit.a, vel ꝙ nullum b. ſit.a. ſic enim quod eſt in principio peteremus, & quæſitum tanquã conceſſum acciperemus, ſi itaque capiamus a ipſi c ineſſe, aut c alteri, aut.a. alteri aut.b. alicui alij. Conſimiliter nihil mõſtrabimus, vnica namque propoſitio accepta fuit, ſyllogiſmus autem ex duabus ad minimum conſtabat propoſitionibus, poſitis enim quibuſdam alterum quid a poſitis ex neceſſitate accidebat. Quod ſi nõ vnam, ſed binas aſ-

ſumamus propoſitiones, vt a de c & c de alio quopiam, N aut de.a. aliud, & ita deinceps, non coaptemus autẽ eas ad.b. ſyllogiſmum quidem faciemus non ad propoſitũ tamen, oportet itaque ſi monſtrandum ſit.a. ineſſe aut nõ ineſſe ipſi.b, communem aliquem terminũ accipere, qui copuletur a.b. quique aut de hoc prædicetur, illi vero ſubijciatur, aut de vtriſque prædicetur, aut vtriſque ſubijciatur, & ita tres prædictæ eſſicientur figuræ, ꝙ ſi Galenum ſecutus quartam addideris, in qua medius de maiore prædicetur & minori ſubijciatur nec propoſitum concludes, nec rẽ ex naturæ diſpoſitione feceris. Ex hoc itaq; planum ſyllogiſmum omnem prædicatiuum ad aliquã trium reduci figurarum, quod cum ita ſit non hi ſolum, ſed & hypothetici his addicentur formulis, cum & ipſi prædicatiuo ad primam monſtrandã hypotheſin egeant ſyllogiſmo, ſi igitur neceſſarium acceptam ſuppoſitionẽ cathegorico firmari ſyllogiſmo, & omnis cathegoricus ad vnam reuocatum trium figurarũ, merito inquit ſuppoſitorias quoque ratiocinationes in has tres figuras recidere. Cæterum quoniam Ariſtoteles pauca admodũ de hypotheticis pertractauit ſyllogiſmis, operæpretium facturus ero, quo facilius quæ ad contextum attinent intelligantur, ſi prolixius cum bona legentium venia digreſſus in ſumma breuibus horum legem atque ordinẽ complexus fuero. Quod enim Philoſophus adeo pauca de his in medium attulerit, varij varia dicunt, nonnulli enim cauſam, ea tetigiſſe perhibent, propterea ꝙ & imperfecti ſunt, & adiumenti indigent cathegoricorum, alij quoniam non forma, ſed materia tantũ differũt ab oſtenſiuis, quidam ꝙ aut nihil monſtrant, aut ſi hoc faciũt ex vi prædicatiui faciunt ſyllogiſmi. Alij vero quoniã non ad priorum, ſed topicorum hoc librum attineat, ibi enim de conſequentijs ac ſuppoſitorijs ſyllogiſmis agendum omiſiſſe Philoſophum autumant. Nos autem quæ vtilia hac in materia forent, omnia iſto in volumine pertractata fuiſſe dicimus, quæ vero non ita ad oſtenſiui facerent ſyllogiſmum ex parte in libro de interpretatione diſputata fuiſſe, ex parte autem ad librum relecta topicorum. Sed quo facilius iſta poſsimus intelligere, quæ de cõditionalibus vel ſuppoſitorijs dici conſueuere ſyllogiſmis, in medium afferam, verum quia aliter ſtoici, aliter peripatetici ſuper his ſermonem fecere, quid vtrique dixerint adducam. Stoici itaque hunc in modum de iſtis edifferebant, ac vt altius pauſo exordiar proloquiũ ſeu dignitatem vel vt ipſi aſſerunt ἀξίωμα hunc in modũ definiebant. Dignitas eſt, quod negatiuum aut affirmatiuũ quantum in ſeipſo eſt hanc partiebantur in ſimplicem ac non ſimplicem, ac ſimplex quidem proloquium diuidebant in enuntiatiuum, negatiuum, priuatiuum, prædicatiuum, atque indefinitum, non ſimplex autem ſecabant in coaptatum ſeu coniunctam, adiunctum, complicitum diſiunctum, cauſale, a maiori & a minori. Hæc illi vocabant συνημμένον. παρασυνημμένον. συμπεπλεγμένον. διεζευγμένον. αἰτιῶδες. Iterum addebant alias proloquiorum differentias, probabile, poſsibile, impoſsibile, neceſſarium, rationabile, quod illi εὔλογον. Coniunctum itaque vocabant ad breuibus agam, quod, ſi, coniunctionem habet oppoſitam, puta ſi dies eſt, lux eſt. Adiunctum quod coniunctionem, poſtquam, retineret, veluti poſtquam dies eſt, lux eſt. Complicitum quod copulatiua contingeret, quemadmodum & dies eſt & lux eſt. Diſiunctum, quã nos diſiunctiuam vocamus, puta aut dies eſt aut nox, cauſale, quod cauſalem haberet coniunctionem, vt quia dies eſt lux eſt. Verum enimuero ex hoc genus proſſatis atque proloquijs argumenta ea fieri dicebant, quæ rõnes modos, ac vt ita dicam moderationes nuncupant. Ratio namque quam illi λόγον vocabant, conſtabant ex acceptio vel acceptis & aſſumpto atque illatione, puta ſi dies eſt, lux eſt, ſed dies eſt, lux ergo eſt tota enim primã propoſitio, quam nos cõditionalem appellamus, ſi dies eſt, lux eſt, λῆμμα ſiue τρόπος. hoc eſt acceptum ſeu conuerſiuum apud eos nuncupabatur, acceptum quidem quoniam tanquam confeſſum accipiebatur. Conuerſiuũ, autem propterea ꝙ in ipſa ex antecedente ad conſequẽs conuerteremur

O Quare Ariſt. pauca de ſyllogiſmis hypotheticis tractauerit in hoc libro.

P

Stoicorum oplo de ſyllogiſmis hypotheticis.

Quid Stoici coniũctũ adiunctum cõplicitũ vocauerint.

Q

Quid rõnẽ & modum nocauerit Stoici.

A conuerterentur, antecedens namque ſeu ἡγούμενον appellabatur prior conuerſiui pars, puta dies eſt, conſequēs vero ſiue vt illi dicebant λῆγον hoc eſt deſinens, ſecūda pars vocabatur, puta, lux eſt, quod vero iterum ponebatur, ſed, dies eſt, hoc illi πρόσληψιν hoc eſt aſſumptionem nuncupabant, quod autem vltimum addebant, hoc illationem ſeu ἐπιφορὰν nominabāt. Et in rationem ac rationis partes diſpoſuere. Modum uero ſeu τρόπον volebant quod ratio quidem explicita non eſſe, haberet tamen rationis modū quendam, puta ſi primum eſt & ſecundum, atqui primū, eſt ergo & ſecundum. Moderatio autem quā illi λογότροπον nuncupabant, quæ ex vtriſque prædictis conſtituebatur, puta ſi ſunt inferi, anima eſt immortalis, atqui primū igitur & ſecundum. Hoc vero genus argumentorū adinuentum fuit, non quia re ab ratione differret, verum ne aſſumptionem longam ac concluſionem proferre coacti pluribus fortaſſe q̄ opus eſſet, ageremus. Rationū præterea alias ἀπεράντους, περαντικοὺς alias, hoc eſt non concluſiuas, concluſoriaſque vocitabant, & concluſoriarū nōnullas ἀσυλλογίστους alias cum genere æquiuocas concluſorias appellabant. Cæterum rationes quaſi ipſi demōſtratiuas ſeu ἀναποδείκτους nuncupabant apud Chryſippum ſolentem quinque numero traditæ ſunt. Prima ex coniuncto & antecedente deſinens ſeu conſequens inferēs, puta ſi primum, & ſecundum, ſed primum ergo et ſecundū.

Quid modus apud Stoicos.

Quid moderatio.

Quæ rōnū ſpecies apud Stoicos.

B

Quinq; demōſtratiua rōnū ſpecies apud Stoicos.

Secunda ex coniuncto & conſequentis oppoſito, antecedentis inferens oppoſitum, veluti, ſi mundus eſt ſemper, mundus eſt ingenitus, ſed eſt genitus non igitur eſt ſemper. Tertia quæ ex negatione complicita, & vno eorum quæ in complicito ponuntur, reliqui concludit oppoſitum, vt non diſputat in lyceo & in varia porticu. Plato, ſed diſputat in lyceo, non ergo in varia porticu. Quarta ex diſiuncto & parte diſiuncti, oppoſitum inferens reliqui, puta aut eſt corporeus intellectus aut incorporeus, atqui eſt incorporeus, non ergo corporeus. Quinta ex diſiuncto & oppoſito partis diſiuncti reliquam partē concludens, vt vel plures ſunt mundi vel vnius tantum, ſed non eſt vnius ergo plures.

C

Hæc ſtoici in ſumma de hypotheticis ſeu conditionalibus diſſeruere, & vt ſimpliciter proferam de omni diſſerēdi ac diſputandi rōne, licet complures, quoq; alias diſputādi ridiculas ac cauillationes adiecerint veluti quos ἀπόρους, ἐγκεκαλυμμένους, διαλανθάνοντας, σωρείτας, κερατίνας, οὔτιδας, ψευδομένους, καὶ ἀποφάσκοντας ἀντιστρέφοντας, κροκοδειλίτας hoc eſt dubios, connectētes latentes, aceruatos, cornutos, nullos, mētientes ac veros, negātes, metentes, crocodilitas, ſermones vocant, ſed quoniam hi parum ad rem noſtram attinent, propterea omittendos eos cenſui, ne forte incaſſum noſtra excreſceret oratio.

Quid peripatetici de ſyllogiſmis hypothet. ſenſerit.

Quid igitur peripatetici ſuper his ediſſeruerint mox dicēdum a nobis eſt, iſti itaque & Ariſt. ſocij cum ſtoicis priorem conditionalis partem antecedens vocant, quod vero illi deſinens, hi ἑπόμενον ſeu conſequens appellant, quod aut conuerſiuum dicebant, συνημμένον hoc eſt connexū ſeu coaptatum & coniunctum nuncupant, aſſumptionem μετάληψιν ideſt tranſumptionem, ac demum illationem συμπέρασμα, hoc eſt cōcluſionem nominantes. Hypotheticos vero ſeu conditionales ac ſuppoſitorios ſyllogiſmos hunc in modum partiūtur dicentes. Suppoſitorium alios ex toto eſſe ſuppoſitorios, alios aiunt non ex toto quos & miſtos ex hypothetica & oſtenſiua propoſitione antiquiores vocant. Ita enim Philoponus diuidit, ac ſuppoſitoriorum ex toto, qui aſſumptum nullum habēt ſed ex antecedentibus, & conſequentibus concluſionem faciunt, alij mōſtrant quo exiſtēte quid eſt, veluti ſi deus eſt iuſtus, animæ puniuntur apud inferos, ſi hoc, anima eſt immortalis, ſi igitur deus eſt iuſtus, anima eſt immortalis, alij quo exiſtente, quid non eſt, vt ſi anima per ſe mouetur, nunquam quieſcet, ſi nunquam quieſcet nō eſt mortalis, ſi itaque anima per ſe mouetur non eſt mortalis alij quo non exiſtente quid eſt, vt ſi non eſt dies, eſt nox, ſi eſt nox, ſol eſt ſub terra, ergo ſi non eſt dies ſol eſt ſub terra. Alij quo non exiſtente, quid nō eſt, puta ſi medicina ad ægritudinem non eſt vna, non eſt vnum a quo ægrotat, ſi non eſt vnum a quo ægrotat, homo non eſt ſimplex, ergo ſi medicina non eſt vna, homo non eſt ſimplex. Hi itaque ſunt, quos antiqui vocabant ex toto ſuppoſitorios aut ſyllogiſmos per tria ex toto quidē ſuppoſitorios propterea, q; omnes propoſitiones in ipſis acceptæ, erant ſuppoſitoriæ, & conditionales, per tria vero quia ad minus tribus clauduntur ſuppoſitionibus. Aliidus autem Roſadis iſtos vocat in potentia prædicatiuos, quoniam facillime ad prædicatiuos reducuntur, veluti, ſi homo eſt animal eſt, ſi eſt animal eſt ſenſibile, ergo ſi eſt homo, eſt ſenſibile, ac ſi diceret, omnis homo aīal, omne animal ſenſibile, ergo omnis homo ſenſibile. Hos etiam moderniores nuncuparunt a primo antecedente ad vltimum conſequens, & fortaſſe non iniuria, nāq; & iſtam proceſſus naturam retinent, vt a primo antecedente in vltimum conſequens deueniant. Qui vero nō ex toto ſuppoſitorij ſunt ſecantur in modos quinq;, quēadmodum Philoponus Alexandreus & Albumazar Alpharabius in quartodecimo capite libri de ſyllogiſmo referunt.

Diuiſio hypotheticorum ſyllogiſmorum ſecundū peripateticos.

D

E

Quid ſyllogiſmi ex toto ſuppoſitorij, & per tria.

Aluid. roſadis dictum.

Qui ſint hypothe. non ex toto ſuppoſitorij.

F

Primus a poſitione antecedentis ad poſitionē conſequentis, vt ſi luna deficit, eſt plenilunium, ſed deficit, ergo plenilunium. Secundus a deſtructo cōſequente ad antecedens deſtruendum, ſi eſt homo, eſt animal, ſed nō eſt animal, neque igitur homo, & hi quidem coniuncti nuncupantur, quoniam ex coniuncta arguunt conditionali, quam maiorem vocat Albumazar, cum antecedētis poſitione vel conſequentis deſtructione, quam minorem appellat ad aliquam inferendam concluſionem. Sortiūtur autem apud antiquos denominationes iſtas, vt hic ſecundus, ille primus hypotheticorum nuncupetur. Verū inquit Nicephorus non ob hoc debemus exiſtimare antecendens aut conſequens affirmatiua ſemper eſſe capiēda. Poſſumus enim aut vtraque capere affirmatiua, aut ambo negatiua, aut antecedens affirmatiuum cum negatiuo conſequente, vel econuerſo, puta ſi non eſt animal, non eſt homo, ſed non eſt, animal, neque igitur homo, hic enim a poſitione arguimus antecedentis. Rurſus ſi non eſt animal, non eſt homo, ſed eſt homo, ergo, & animal, a deſtructione conſequens ad antecedens deſtruēdum. Iterum ſi dies eſt, nox non eſt, ſed dies eſt, nox igitur non eſt, a poſitione affirmatiui antecedentis ad ponēdum negatiuum conſequens. Præterea ſi vnum quid eēt homo, non doleret, ſed dolet, ergo non eſt vnum, a deſtructo conſequente ad antecedens deſtruendum. Rurſus ex negatiuo antecedente & conſequente affirmatiuo primus modus, ſi non eſt dies, ſol eſt ſub terra, ſed non eſt dies, ſol igitur ſub terra. Secundus, ſi homo non eſſet cōpoſitus ſimplex eſſet eius medicina, ſed non eſt ſimplex eius medicina, eſt igitur compoſitus, & hoc eſt quod diuus Seuerinus in libro de hypothetico ſyllogiſmo aſſerebat, conditionales propoſitiones connexas quadrifariam variari, ſiue ſecundum antecedens forent, ſiue ſecundum conſequentiam, ſecundum accidens dico, cum antecedens nullam habet ad conſequens neceſſariam habitudinem, vt ſi ignis eſt calidus, cœlum eſt rotundum. Secūdum vero conſequentiam, cum aut conſequens eſſentiā conſtituit antecedētis, veluti, ſi eſt homo, eſt animal, aut antecedens eſt cauſa conſequentis, vt ſi terra interponēt ex diametro luna deficit. Et hæc de primo ac ſecundo hypotheticorum, quos ex connexo arguere diximus. Qui vero non ex connexo ſed ex diſiuncto monſtrationē faciunt, trifariam ſecantur, namque diſiunctum conſtat aut ex partibus perfecte oppoſitis puta immediate cōtrarijs vel contradictorijs, aut ex partibus non perfecte oppoſitis, quemadmodum ex mediate contrarijs aut diſperatis, diſperata voco quæ a ſemuicem ſeiungūtur, nulla tamē oppoſitione repugnant veluti, hō, equus lapis. Si itaque diſiunctum ex mediate conſtiterit contrarijs media habētibus indefinita, vel etiam ex diſperatis. Tertius hypotheticorum aſtruitur expoſitione partis vnius reliquas omne perimens, puta coruus non eſt albus & niger, & rubeus & ſic deinceps, ſed eſt niger, non itaque albus neque rubeus, vel Socrates non eſt homo & equus, & leo & ſic procedendo, ſed eſt homo, non igitur equus

Primus & ſcdus hyp. Niceph.

G

Dictum Boetius conditionales ppōnes quadrifariā variari.

H

Syll. hyp. ex diſiuncto trifariā diuiduntur.

I aut leo. Vel hunc in modum, Dionyſius non eſt ſyracuſis & Corinthi, ſed eſt Corinthi, non igitur ſyracuſis. Hunc itaque ſuppoſitoriorum modum nonnulli, quemadmodum Nicephorus ac Ioannes grammaticus tertiũ poſuere, Albumazar tamen Alpharabius vltimum huic locum aſcripſit, addens modum iſtum ab antiquis appellatum fuiſſe partem incipientem a negatione & deſinentem in negationem, hoc etiam confirmat Aphrodiſis Alexander. Quomodocunque tamen res ſe habeat in communi omnium eſt vſu, vt tertius hypotheticorum nuncupetur. Si vero oppoſita disiuncti aut immediata ſint, aut media definita retinentia. Quartus hypotheticorum conſtituiẽ a poſitione vnius, ad deſtructionem aliorum, puta denarius aut par aut impar, ſed par ergo: non impar: diameter aut eſt lateri æqualis aut maior aut minor, ſed maior, non igitur aut æqualis aut minor. Quintus autem hypotheticorum eſt, cum in eiſdem oppoſitis ab vnius deſtructione ad alterius aut aliorum poſitionem arguimus, puta mundus aut genitus aut ingenitus,

K ſed non genitus, ergo ingenitus. Iterum baſis æquicruris aut æqualis lateri aut maior aut minor, ſed non æqualis, igitur maior ſeu minor, & tunc inquit Albumazar oppoſitum alicuius quod in disiuncto fuerit, ponentes reliquũ aut reliqua ſemper poterimus concludere, quouſque ad vnum determinatum venerimus, puta ſed non eſt maior, ergo minor. Sunt itaque hypotheticorum nõ ex toto ſpecies ſeu partes, vt alij dicunt, quinque. Primus hypotheticorum, ſecũdus, tertius, quartus, ac quintus, & ad hos reducuntur omnes alij quicunque extiterint cõditionale, ſeu ſimplices, ſeu compoſiti, ſiue medij.

Tertius hypotheticorũ ſm Nicaph. Albumazar Alpharabius. — *Quartus hypothetico.* — *Quintus hypothetico.* — *Spēs hypotheticorum non ex toto ſunt quinque.*

Cicero tamen in topicis ſuis ad Trebatium nõ quinq; ſed ſeptem eos facit. primum a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis. Secundum a deſtructione conſequentis ad antecedens deſtruendum. Tertium vero, vt ipſius quaſi verbis vtar, cum aliqua coniuncta negantur & his alia negatio rurſus adiungitur, & ex his primum ſumitur, vt quod relinquitur tollendum ſit, veluti in exemplo, non ſi dies eſt, lux non eſt, atqui dies eſt, lux

L igitur eſt, vel aliter, non ſi lux non eſt, dies eſt, atqui lux non eſt dies igitur non eſt. Aut aliter, non ſi dies non eſt, nox non eſt, atqui dies non eſt, nox igitur eſt. Vel iterum aliter. non ſi dies eſt, nox eſt, atqui dies eſt, nox igitur nõ eſt. Vel rurſus aliter. non ſi vigilat ſtertit, atqui vigilat, non ergo ſtertit. Quartum autem vocat a disiunctiua cũ poſitione prioris ad deſtruendum poſterius. Quintum vero ab vnius deſtructione ad ponendum reliquum aut reliqua. Sextum autem vocat, quem nos ſupra tertium diximus. Septimum vero quaſi ſextum conuerſum, cum videlicet contrarijs aut repugnantibus negatio præponitur & copulatarum coniunctiones adiunguntur & auferetur id, quod præcedit, vt ponatur id, quod conſequitur puta in exemplo, non & dies eſt & nox eſt, atqui dies nõ eſt, nox igitur eſt, atque hi quidẽ ſeptem ſunt modi, quos in topicis Cicero explicuit, quinque tamen noſtri magis in vſu ſunt tum quia euidentiorem faciunt concluſionẽ, tum vero ꝙ & alij duo, quos alij addunt iſtorum quo-

M dammodo naturam ſapiunt & ad hos reducuntur. Scitu tamen dignum, ꝙ poſſemus quartam ac quintam ex negatiua complicatione proferre, puta denarius non, & par & impar, ſed par, ergo non impar. item mundus non & genitus & ingenitus, ſed non genitus, igitur ingenitus poſſumus itaque, & ſic facere, ſatius tamen ſecundum prædictos modos monſtrationem afferret.

Cicero in topicis ſeptẽ ponit ſyllogiſ hypotheticorũ ſpecies.

Cæterum videmus deinceps, quomodo qui per impoſſibile arguunt pars ſint hypotheticorum, quemadmodũ ipſe dicit in contextu, dicimus itaque propterea ꝙ ſyllogiſmus omnis per impoſſibile duobus concluditur hypotheticis, & vno prædicatiuo, ſed non omnis hypotheticus ſyllogiſmus monſtrat quippiam per impoſſibile: ob hoc per impoſſibile ſyllogiſmos partem eſſe hypotheticorum, puta in exemplo, ſit monſtrandum, ꝙ omnis homo ſenſibilis, ita arguemus per quintum ſuppoſitoriorũ aut omnis homo ſenſibilis aut non omnis homo ſenſibilis, ſed falſum eſt non omnem hominem ſenſibilem eſſe, ergo omnis homo ſenſibilis, monſtratur aſſumptũ per ſecundum hypotheticorum, ſi enim nõ omnis homo ſenſibilis eſſet, ſequeretur non omne animal ſenſibile eſſe, ſed hoc falſum, igitur & antecedens. Deinde arguimus aſſumptum per cathegoricum ac oſtenſiuum ſyllogiſmũ ſi ignotum extiterit, ſi vero notum fuerit ad primarium quæſitum retrocedimus. Et hæc de ſuppoſitorijs in ſumma dicta ſufficiant, plura namque adhuc alia circa materiam iſtam declaranda ſuperſunt, ſed iſta inferius elucidabuntur. Ad contextus ſeriem enarrandam reuertamur.

N

Quõ ſyllogiſmi ad impoſſibile pars hypo.

{ Per vniuerſales. } Contextus iſte quemadmodum & Alexãder interpretatur bifariam poteſt exponi, aut enim legendum eſt per vniuerſales ſyllogiſmos ita ꝙ ſenſus ſit ſyllogiſmos omnes perfici per duos ſyllogiſmos vniuerſales, q in prima ſunt figura, hoc enim & ſupra diximus a ut vniuerſaliter per ſyllogiſmos, qui in prima, vt intelligamus ſyllogiſmos omnes iam ſecundæ quã tertiæ vniuerſaliter perfici per eos, qui in prima ſunt, in hunc enim ſenſum atteſtante Alexandro contextus trahi poteſt, [illegible] & hunc exponẽs

Duplex expõ litere ſm Alex.

O Alexander inquit [illegible]. { Quod autem ſimpliciter omnis. } hoc eſt ſeu cathegoricus ſeu hypotheticus. { neceſſe igitur. } hinc exorditur propoſiti demonſtrationem, eſt autem arguendi modus iſte reſolutorius ex quæſito poſito propoſitiones inquirens. { Demonſtrationem. } Latius inquit Alexander vſus eſt demonſtrationis nomine pro quacunque oſtenſione ac ſyllogiſmo. Poſſemus autem & preſsius accipere, & ideo additum dicere, atque oẽm ſyllogiſmum. { Aut oſtẽſiue. } hoc eſt cathegorice, quos .n. nos vocamus cathegoricos, antiqui & Ariſtot. oſtenſiuos vocant tanquam ex nulla ſuppoſitione, ſed ex directo & indidem propoſitum monſtrantes, cathegoricum vero appellant, quod affirmatiuum dicimus, verum hæc & ſupra dixeramus. { His enim monſtratis. } ſi quidem ſuppoſitorius omnis indiget oſtenſiui alicuius, & oſtenſiuus omnis per aliquam trium figurarum concluditur.

Expõ Ale.

P { C, vero de nullo. } vt fiat prima figura. { neq; de illo aliud. } vt efficiatur tertia. { neque de a, alterum. } vt rurſus prima prodeat figura. differt autem a priori, quoniam ſupra accipiebamus, c, tanquam medium, hic autẽ, a, pro medio ſumptum eſt. Deeſt autem inquit Alexãder, neq; a, de alio, vt ſecunda quoque innuatur figura, fortaſſe autem hoc de induſtria omiſit philoſophus, quoniam ſecundæ proprium eſt negatiuas, non autem affirmatiuas conſtruere concluſiones. { Accidit ex neceſſitate. } hoc eſt fit ſyllogiſmus, erat enim ſyllogiſmus ratio, in qua poſitis quibuſdam, non autem poſito quodam. { Si itaque, a, de alio. } Hoc in loco ſecundam expreſsit figuram. ſi enim a de, c, ac de alio quopiam prædicetur, nimirum ſecunda aſtruetur figura. { Aut aliud de, a. } vt ſit prima figura. { Aut de, c, alterum. } vt tertia conſtruatur. vbique autẽ a, medius terminus accipitur, &, c, minor. { Nec ſi erit, ad, b. } & ſi etiam inquit plures propoſitiones ſibiinuicem coaptemus, nulla autem ad, b, terminetur, nunquã cõſtruemus, b, eſſe, a. { Quodãmodo prædicationibus. }

Q quia aut de vtriſque prædicetur, aut vtriſque ſubijciatur aut de hoc prædicetur, illi vero ſubijciatur. & hoc aut affirmatiuæ aut negatiuæ. { Syllogiſmus namque ſimpliciter. } ſenſus eſt, ſimpliciter ſyllogiſmus omnis per propoſitiones clauditur. Si vero velimus de aliquo determinato quippiam monſtrare, puta de anima ꝙ ſemper moueatur, aut ꝙ incorporea, aut ꝙ vna in omnibus, oportet propoſitiones acceptas coaptari & coniungi ad animam, alioquin non faciemus ad eam ſyllogiſmum. Sin autem concludendum ſit animam eſſe immortalẽ, opus erit propoſitiones copulari & ad animam tanquam ſubiectum & ad immortale tanquam quæſitum, eũ enim dicimus, quod ſemper mouetur eſt immortale, anima ſemper mouetur, anima igitur immortalis, propoſitiones & ad immortale, & ad animam pertingunt. Sed dubitat Philoponus inquiens ſuperfluum atque abſurdũ extitiſſe dicere ſyllogiſmũ ad hoc fieri propoſitionibus,

Dubĩ Phi.

quæ

A quæ ad hoc, cum oĩs ſyllogiſmus huius ſit ad hoc, ideſt determinati ad determinatum. Dicunt nonnulli verum quidem eſſe ſyllogiſmum omnem ratiocinari aliquid de aliquo, hoc tamen determinatum de determinato, puta ſi proponamus aliquid de anima monſtrandum, quodcunque illud fuerit, dicemur de aliquo ſimpliciter rationẽ conſtruere, non autem aliquid de aliquo determinatum monſtrare, cum magis oſtendamus ipſam immortalem, quam ſimplicem, quam incorpoream. Alij dicunt de aliquo ſimpliciter fieri ſyllogiſmum, cum quæratur an ſit an non ſit ſimpliciter, aliquid autem de aliquo monſtrari, cum arguimus an ſit hoc, vel hoc niſi fortaſſe quiſpiã inſtaret inquiens & in illis aliquid de aliquo monſtrari, eſſe namque de anima ipſa arguimus. Melior itaque eſt reſponſio prior. {Sigillatim.} per ſe ac ſeorſum non cõtingentes ad vtroſque terminos ſubiectum inquã ac prædicatum quæſiti. {Hoc autem trifariam.} ex hoc planũ quartam figuram, quam Galenus ac moderniorũ nonnulli ponebant, non eſſe ſecundum naturam decurſum ac ratiocinium. {Eadem enim ratio.} Conſimiliter inquit eueniet & ſi non per duas tantum ꝓpoſitiones, ſed per plures concludatur ſyllogiſmus, hoc autẽ ſit quãdo propoſitiones monſtratione indigeant, puta ſit arguendum, ꝙ voluptas non bonum, fiat ſyllogiſmus hunc in modum, voluptas eſt imperfectum, nullum imperfectũ bonum, voluptas igitur non bona, deinde monſtrẽ minorem, omnis motus imperfectum, voluptas motus, voluptas itaque imperfectum, deinde & maior arguatur, qđ alicuius indiget aut a propria decidit perfectione nõ eſt bonum, imperfectum eſt tale, non igitur eſt bonũ. Planum itaque propoſitiones omnes, quæ in his ſunt ſyllogiſmus ad voluptatem de bonum copulari, tãquam ſubiectum ac quæſitum primarium.

Solutio.

B *Correlariũ contra Galenum de quarta figura.*

Quod igitur oſtenſiui omnes concluduntur per prædictas figuras, manifeſtum. quòd autem & qui ad impoſsibile planum erit per hæc, omnes enim per impoſsibile concludentes, falſum C *quidem ratiocinantur, quod autem a principio ex ſuppoſitione monſtrant, cum impoßibile aliquid accidat contradictione poſita, ut q, diameter incommenſurabilis eo quòd imparia æqualia paribus fiunt, ſi fuerit poſita commenſurabilis, æqualia igitur fieri imparia partibus ratiocinatur, diametrum uero incommenſurabilem eſſe, ex ſuppoſitione monſtrat, quoniam falſum accidit propter contradictionem, hoc enim erat per impoßibile ratiocinari, aliquid monſtrare impoßibile propter ſuppoſitione, quæ ex principio, quare quoniam falſi ſyllogiſmus fit oſtenſiuus in his, quæ ad impoſsibile deducuntur, oſtenſiuos autem prius diximus, quod per has concluduntur figuras: manifeſtum quòd per impoßibile ſyllogiſmi, per has erunt figuras, conſimiliter, & alij omnes, qui ex ſuppoſitione: in omnibus enim ſyllogiſmus quidem fit ad tranſumptum, quod autem ex principio cõcluditur per confeßionem, aut aliquam aliã ſuppoſitionem. quòd ſi hoc uerũ, omnem demonſtrationem & omnem ſyllogiſmũ neceſſe fieri per* D *tres prædictas figuras.*

Planum inquit ex ſupra relatis ſyllogiſmum omnem cathegoricum atque oſtenſiuum per aliquam trium figurarũ concludi, ſed ex ſequentibus fiet etiam manifeſtũ eos qui ſunt per impoſsibile, per eaſdem tres perfici figuras, quandoquidem in omni ſyllogiſmo per impoſsibile vtimur oſtenſiua ratiocinatione, qua falſum atq; impoſſibile concludimus, primarium vero quæſitum ac proiectum ſuppoſitorio oſtendimus ſyllogiſmo, quemadmodum in exemplo, ſit quæſitum deductione monſtrandũ motum non fieri in vacuo, ſi enim eſſet, tunc grauiora, æqualiter mouerentur, quod eſt falſum ac impoſsibile, hoc autem ſequi ratiocinio monſtramus oſtenſiuo puta, in quo nihil diuidit a motis, in hoc neceſſe omnia æqualiter moueri, ſed in vacuo nihil eſt, quod a motis diuidatur, in vacuo itaque omnia æqualiter mouebuntur, deinde hoc deſtructo reuertimur ad antecedens deſtruendũ motum, videlicet in vacuo fieri. {Diameter incommenſurabilis.} affert exemplum mathematicum ad declarandũ quonam pacto deductio ad impoſsibile per tres ſupra relatas efficiatur figuras, eſt autem deductio hæc, diameter aut eſt cõmenſurabilis coſtæ aut in cõmenſurabilis, ſed non eſt cõmenſurabilis, ergo incõmenſurabilis, quod non ſit cõmenſurabilis monſtratur per ſecundum hypotheticorum hoc pacto, ſi eſſet cõmenſurabilis, imparia paribus æqualia forent, ſed hoc fieri nequit, ergo neque illud, hoc autem impoſsibile eſſe aut aſſumit tanquam planum & confeſſum, aut ſyllogiſmo monſtratur oſtenſiuo, & deductio quidem hunc in modum fit. Vt autem facilius quæ dicuntur intelligi poſsint, nõnulla prænotanda hoc in loco ſunt, ac primo quid per Diametrũ incommenſurabilem eſſe ſignificet, mox & demonſtratio ac deductio erigenda, cum itaque Diametrũ incõmẽſurabilem dicimus, non poſſe dicimus menſurã quampiã inueniri, quæ & coſtam & Diametrum metiatur, quemadmodum enim Euclides megarenſis in decimo inquit elementorum cõmunicantes ſeu commenſurabiles quãtitates nuncupantur, quas vna cõmunis quantitas metitur, incommenſurabiles vero quas nulla, puta magnitudo triginta pedum commenſurabilis eſſe dicitur cũ magnitudine quindecim pedum. Communem enim habẽt menſuram quinq; pedum magnitudinem, quæ aliquoties ſumpta vtranque reddet, nam ter quinque quindecim, & ſexies quinque triginta faciunt. Porro commenſurabilium aliæ potentia tantum commenſurabiles ſunt, aliæ potentia & longitudine, ac longitudine quidem cõmenſurabiles ſunt, quibus cõmunis fuerit vna quantitas metiens, habuerintque vna ad alteram rationem, quã numerus ad numerũ, & ab ipſis quadrata, quam quadratus numerus ad quadratum numerum. Quadratum numerum voco, qui ex ſuiipſius in ſeipſum ducta perficitur, quemadmodũ bis duo, ter tria, quater quatuor. Potẽtia vero tñ cõmenſurabiles appellantur, quæ in nulla quidem communi menſura conueniunt, quadrata tñ ab ipſis formata rationem habent, quam numerus ad numerum, puta aut aliam quampiam, non autem quã quadratus numerus ad quadratum numerũ. His explicitis dicamus quid Diameter quidue quadratum ſit ac deinceps, quõ concluſio propoſita ſit intelligenda. Quadratum itaque eſt figura plana æquis lateribus ac rectis contenta angulis. Diameter vero quadrati nuncupatur linea ab oppoſito in oppoſitum deducta angulum, quadratum ſecans in duos æquales triangulos, vbi ſcias, quemadmodum & Proclus diadochus in primum refert elementorum, ꝙ Diameter proprie in circulis ſolis dicitur, quapropter & Euclides ſolam circuli diametrũ diffiniuit, in quadratis vero linea [illegible] dicitur, quemadmodũ in ſphæris proprie axis nuncupatur. Cum igitur dicimus Diametrum lateri ſeu coſtæ incommenſurabilem eſſe, hoc volumus, latus quadrati incommenſurabile eſſe ſecundum longitudinem Diametro, ſecundum longitudinem dico, quoniam potentia nihil prohibet Diametrum lateri commenſurabilem eſſe, ꝙ autem hoc ita ſit varij varijs monſtrationibus arguunt, ex ſeptimo decimi elemẽtorum theoremate principium ſumentes, ait enim ibi Euclides ꝙ ſi fuerit proportio ſuperficiei quadratæ ad ſuperficiem quadratam, non ſicut numeri quadrati ad numerum quadratũ, ꝙ latera earũ erũt in longitudine incõmenſurabilia, ſed latus, quadrati a Diametro non habet rationem ad latus quadrati a coſta, quam numerus quadratus ad quadratum numerum, ergo ſunt incommenſurabilia. Ariſtoteles tamen longe ſecius hoc monſtrat inquiens ſi Diameter eſſet lateri commenſurabilis ex hoc ſequi, parem numerum impari æqualem eſſe, quod plane fieri nequit. Quomodo autem iſtud ſequatur Alexã. longa atque obſcura deductione proſequitur, nos autem expeditiorem ac dilucidiorem expoſitionem faciamus, ac primo quadratum dico latus, a, b, incõmenſurabile eſſe, d b, diametro, quod ſi negas, ſit ergo cõmenſurabile ſecundum longitudinẽ, ergo habebit propoſitionẽ, quã numerus ad numerũ, & eius quadratum ad quadratum

B

Exemplũ mathematicũ de ſyllo ad impoſsibile.

Nota pro declaratiõe huius exẽpli mathematici diameter & coſtæ incõmẽſurabilis.

F

Quæ ſint quantitates nõ commẽſurabiles.

Diuiſio quãtitatũ commenſurabilium.

Numerus quadratus quid ſit.

G

Quadratũ quid ſit. Quid diameter.

Demonſtratio Euclidis ꝙ diameter ſit coſtæ incõmẽſurabilis.

H

Ariſtotelis demonſtratio ꝙ diameter ſit lateri incõmẽſurabilis.

I Diametri, quam numerus quadratus ad numerum, quadratum, ſed per quadrageſimam ſext am primi quadratū Diametri duplum eſt a quadratum coſte a ergo numerus quadratus Diametri duplus erit ad quadratum coſtæ numerū ſint igitur numeri iſti quadrati, minimam habentes proportionē inter ſe, ergo unus par alter impar erit, ſi.n. dares eſſent ambo, nō vtique inter ſe minimam haberent ꝓportionem, ſint itaq; nouem & ſexdecim, eſt itaque proportio quadrati, a, b, lateris ad quadratum, b, Diametri, ſicut nouē ad ſexdecim, ſed quadratum, a, b, lateris dimidium eſt quadratum, d, b, diametri, ergo nouem dimidium erit ſexdecim, & ita paria æqualia imparibus, octo videlicet & nouem quod fuerat monſtrandum.



K { Ratiocinatur. } hoc eſt ꝑ oſtenſiuum monſtrat ſyllogiſmum hoc pacto, quæcūq; quantitates ita ſe habuerint ꝙ vna alterius dupla extiterit, duplæ dimidium æquale erit ſubduplæ. ſed ſexdecim duplum eſt nouenarij, ergo dimidium ſexdecim æquale erit nouenario. { Ex ſuppoſitione. } hoc eſt per ſecundū hypotheticorum a deſtructione conſequentis ad antecedens deſtruendum. { Conſimiliter & alij. } alios vocat ſupra expoſitos hypotheticos, vel alios, quos infra nuncupabit ſecundum qualitatem, puta a maiori, a minori, a ſimili, a contrarijs, a coniugatis & conſimiles. { Tranſumptum vocat. } quod nos aſſumptum dicimus, & cuius monſtrationem ac ſyllogiſmum facimus, hoc autem eſt aliquando oppoſitum propoſiti, quemadmodum in deductione, aliquando autem ex confeſſione acceptū, ſyl

L logiſmus enim huius fit, propoſitum vero primo monſtrandum, aut per confeſſionem aliquam ponitur, aut ꝑ aliquam aliam ſuppoſitionē, nam & confeſſio ſuppoſitio quædam eſt, puta ſi quæramus an oppoſita ſimul eē poſsint, & componamus ac confiteamur inter nos, vt in vno oppoſitorum, ita ſe habent in omnibus, poſtea præponentes contraria monſtremus non poſſe illa ſimul ineſſe, puta contraria ſeinuicem corrumpunt, quæcunque ſeinuicem corrumpant, non poſſunt ſimul eſſe, cōtraria igitur non poſſunt ſimul eſſe, nam ſyllogiſmus oſtenſiuus factus eſt ad tranſumptum pro illo, quod a principio fuerat in oſtenſionem propoſitam, hoc eſt oppoſita non poſſe ſimul eſſe, pro illo autem tranſumptum fuit, cōtraria non poſſe ſimul eſſe, ac de his monſtratio facta & ſyllogiſmus quod autem a principio propoſitum fuerat ex confeſsione ponitur, quoniam compoſuimus, vt in vno monſtratum fuerit ita in omnibus futurum, verum de hoc argumenti genere in ſecundo Topicorum diſpu

M tandum relinquo, non eſt autem in deductione ad impoſſibile tali opus conceſsione, ſed ſola oppoſiti ſuppoſitione, ꝙ autem propoſitum concludatur cauſa eſt contradictionis natura ad tranſumptum itaque ſyllogiſmus efficitur oſtenſiuus, ſi vero inquit Philoponus cum Alexandro coniunctum ſeu conditionalis ignota fuerit, non etiā (quod nonnulli male exiſtimant) ad hoc monſtrandum ſyllogiſmo vtimur, ſed iſta inferius longa quæſtione diſputabuntur. Tranſumptum vero melius appellatur quam aſſumptum, non enim extrinſecus apponitur, ſed poſitum aliter tranſumitur, puta cum dico, ſi eſt vacuū motus fiet in inſtanti, antecedens huius cōnexi ineſt quidem, non eo tamen modo, quo accipitur dum fit trāſumptum, ponitur enim in coniuncto in ſuppoſitione & conſequentia, accipitur autem dum tranſumptum afficitur, vt inexiſtens, tranſumptum itaque nuncupatur tanquā aliter, quam prius acceptum. Aſſumptum vero dicunt, cum extrinſecus aliquid apponitur, quod in ipſis potētia quodammodo continetur, non tñ actu, quemadmodum N in ſyllogiſmis, qui per aſſumptionem fiunt, puta de quo b, de illo a, ſed de c, b, hoc qđ eſt de, c, b, extrinſecus aſciſcitur, cum non eſſet antea in ſyllogiſmo, & propterea aſſumptum vocitatur.

Quare trāſumptū potius quā aſſumptū vocetur.

Quid ſit aſſumptum.

Hoc autem monſtrato, planum, & quod omnis ſyllogiſmus perficitur per primam figuram, & reducitur ad uniuerſales ſyllogiſmos, qui in hac ſunt, quodque in omni oportet terminorum aliquem prædicatiuum eſſe, & uniuerſale exiſtere, nam ſine uniuerſali aut non erit ſyllogiſmus, aut non ad poſitum, aut quod ex principio petetur, ponatur enim muſicam uoluptatem eſſe ſtudioſam: ſi itaque quiſpiam cenſeat uoluptatem eſſe ſtudioſam, non addens omnem, non erit ſyllogiſmus, ſi uero aliquam uoluptatem, ſi quidem aliam, nihil ad poſitum, ſi autem ipſam hanc, quod ex principio accipit, Sed magis efficitur manifeſtum in de-

O



ſcriptionibus, ut quòd æquicruris æquales qui ad baſin ſint ad centrum ductæ, a b: ſi igitur æqualem accipiat, a c, d, angulum ipſi, b, d, e, non omnino exiſtimans æquales, qui ſemicirculorum, & P *rurſus, c ipſi d, non omnem aſſumens eum qui ſecti. Amplius ab æquis exiſtentibus totis angulis & ablatorum æquales eſſe reliquos, e f, quod ex prin ipio petet, niſi acceperit ab æqualibus, æqualibus demptis æqualia derelinqui. Planū igitur quod in omni oportet uniuerſale exiſtere, & quod uniuerſale quidem ex omnibus terminis uniuerſaliter monſtratur, quod autem in parte, & ſic & illo modo, quare ſi concluſio quidem uniuerſaliter ſit, & terminos neceſſe uniuerſaliter eſſe, ſi uero termini uniuerſaliter contingit concluſionem non eſſe uniuerſaliter.*

Repetit ac repetendo mōſtrat, quæ ſuperius exemplo tantum firmata acceperat, non poſſe inquam ex ambabus aut negatiuis aut in parte ſyllogiſticam extrui cōplicationem. Quod ſi contra proferas, quæ de contingentibus aſſeruimus. Reſpondebimus & contingētes illas negatiuas, non vere eſſe negatiuas & ex illis etiam vt tales ſunt, nihil ſequi ſyllogiſtice, ſed facta prius ad oppoſitum verſione. { Nam ſine vniuerſali. } niſi inquit aliquā Q in ratione propoſitionem poſuerimus vniuerſalem, & affirmatiuam alteram, aut nō faciemus pacto aliquo ſyllogiſmum, aut non ad quæſitum, aut quod eſt in principio petemus, vbi per vniuerſale intelligere, debemus nō ſolū propoſitionem, quæ vniuerſali ſigno determinatur ſi enim hoc ita ſe haberet, non addidiſſet, aut non ad poſitum quaſi innuens, ꝙ & ſine uniuerſali aliquid poſsimus concludere, non tamen quod poſitum eſſet in quæſtionem, non igitur per vniuerſale propoſitio tantū vniuerſalis intelligēda, ſed propoſitio, quemadmodū inquit Alexander, quæ ſub ſe minorem contineat tanquam totam partem: ſi itaque tale aliquod non acceperimus in ſyllogiſmo vniuerſale, aut non faciemus penitus ſyllogiſmū, aut non ad poſitum, aut quod in principio eſt, petemus, puta in exēplo, ſit monſtrandum muſicam voluptatem eſſe ſtudioſam, ſi itaque nō acceperimus vniuerſale hoc

Quod ſyllogiſmus conſtet ex altera ſaltē uniuerſali, & altera affirmatiua.

A ſale hoc eſt maiorem, quæ ſit tanquam totum reſpectu minoris, ex tribus vnum ſequetur, aut nullo pacto ſyllogiſmum fieri, quemadmodum ſi ambæ propoſitiones aut in parte acciperentur aut indefinitæ, aut non effici ratiocinationem ad quæſitum ac poſitum, veluti ſi aſſumamus, omnem ſpeculatiuam voluptatem ſtudioſam eſſe, cui addentes minorem iſtam, ſed geometrica eſt ſpeculatiua voluptas, eſt igitur ſtudioſa, ratiocinio equidem aliquid concludimus, nõ tamen quod poſueramus quærendum, voluptatem videlicet muſicam ſtudioſam eſſe, ꝙ ſi quiſpiam idem hoc quæſitum accipiat inquiens omnem muſicam voluptatem ſtudioſam eſſe, quod in principio eſt petet, hoc enim volebamus monſtrare. Sed ambigeret fortaſſe aliquis, quomodo hoc incommodũ

Dubium. a primo ſeiungatur, videtur enim petitio omnis ſyllogiſmi rationem ac vim penitus deſtruere, quemadmodum

Solutio. in eius finitione recenſuimus. Ad hoc dicimus ſicut et diuus reſpondet Albertus in ratiocinatione ac ſyllogiſ-

B mo bina conſiderari, & modum ac formam ſyllogiſticã & monſtrationem ipſam, ſecundum quam ex notioribus ignotiora arguere cõſueuimus. Si itaq; ambas iſtas leges ac conditiones abrogemus, ſyllogiſmum non facere dicemur, quoniam nihil, quod ad ſyllogiſmũ attineat in rationem ducimus, ſin autem ſecundam tantum demoliamur, priore ſtabilita, quod eſt in principio petemus. Et ita hunc in modũ expoſuit Alexander.

Phil. expõ deterior. Philoponus tamen ac damnata interpretatione aliam mea ſententia deteriorem in medium affert inquiens accipiendas eſſe propoſitiones non vniuerſaliter, ſed in parte, quod etiam ſignificauit philoſophus dicens, non ad-

Rñſio propria autho. dens omnem. Nos autem reſpondemus non fuiſſe intentionem Ariſt. cum aliud a propoſito concludimus, ut ambas accipiamus in parte aut indefinitas, ſed quando ſyllogiſmum nullum facimus, cum vero aliquid ratiocinamur aliud a quæſito, vniuerſalem quidem accipi vult non tamen eius naturæ, vt omnem proferas voluptatẽ,

C ſed aliquam determinatam, puta voluptatem omnem ſpeculatiuam, aut aliam quampiam. {Sed magis effici-

Nota de mathematicis diſciplinis. tur.} in mathematicis deſcriptionibus, ac figuris planius hoc fore dicit, aut quia exemplum hoc magis ſit propoſito accommodatum, aut quia mathematicæ ſint, & notiores, & expeditiores, licet enim noſtra tempeſtate hominum incuria aut lucelli immoderata cupiditate in vſu ac frequentia parum ſint, apud priſcos vel triuialibus & litteratoribus plana erant. Vnde quemadmodum refert Dauidus in quinque Porphyrij voces voluere nonnulli mathematicas ſcientias non partem eſſe philoſophiæ, ſed præparationem quandam potius ac προπαιδείαν aſſerebant, addebantque propter hoc Platonem philoſophum inſcripſiſſe ſuo gymnaſio ἀγεωμέτρητος μηδεὶς εἰσίτω, propterea ꝙ exiſtimabat virum mathematicarum, diſciplinarum expertem non poſſe apte philoſophari. Sed de his hactenus. Monſtrat itaque concluſionẽ iſtam trianguli æquicruris angulos ſupra baſin æquales eſſe, deduci atque argui non poſſe niſi & vniuerſale & affirma-

D tiuum in demonſtratione aſſumptum fuerit, alioquin ſequi dicit vnum abſurdorum, de quibus ſupra mentionẽ feceram, eſt autem hoc theorema quintum primi elementorum, licet ibi vtrinque compoſitum & complicitũ ſit, hic autem ſimpliciter proferatur, qđ tamen aliter Theõ demonſtrat, ego vero quo facilius vtranque demonſtrationem poſsimus intelligere, longiuſcule ſermonem fortaſſe deducam quam propoſito quibuſdam attinere videatur, non ab re tamen erit & hæc intelligere. Primum itaque vt Theonis demonſtrationem erigamus, præſupponendum a nobis eſt, triangulum eſſe figuram, quam lineæ rectæ tres contineant, lineas dico extrinſecas, nãq; quemadmodum Proclus in primum elementorũ refert reperiuntur & quadrilateri trianguli, quos [illegible] quidam vocant, Zenodorus vero [illegible]. Sed de his alibi. Huius æquilaterus ſiue [illegible] dicitur, qui tria habebat latera æqualia, æquicrus, vel [illegible], qui bina tantum, gradatus vero ſiue [illegible], quem tres inæquales lineæ rectæ ambiantur. Aequicrus vero atque gradatus referente Proclo trifariam ſecantur, in orthogoniũ, am- E bligonium, & oxygonium, & ita ſeptem triangulorũ, ſpecies conſtituuntur, verum de his ſatis. Proponitur itaque demonſtrandum angulos æquicruris, qui ſupra baſin, hoc eſt lineam ſuſtinentem duo reliqua trianguli latera, æquales eſſe inter ſe.

Sit igitur Aequicrus habens latus. a. b. æquale lateri. a c. dico ꝙ angulus a d b æqualis eſt angulo, a d c quod ita demonſtro. Protrahantur enim. a. b. &. a. c. lineæ in rectum, & fiat. Deinde ſignetur punctus. f. in linea. a. b. po

F



ſtea auferamus ex. a. c. per ſecundam primi huic æqualẽ, G quæ ſit a g quæ ambæ baſi a b c trianguli alligentur. Si igitur. a. f. æqualis eſt. a. g. quoniam ſi æqualibus æqualia adijciantur, quæ prodeunt, ſunt æqualia, erunt &. f. a. a. c. æquales duabus lineis. g. a. a. b. & angulum continebũt communem, qui ad. a. ergo per quartam primi baſis. f. c. æqualis erit baſi. g. b. alterius trianguli. Totus itaq; triangulus. a. f. c. æqualis erit toti triangulo. a. b. g. et reliqui anguli reliquis per quartam, ſed ſi ab æqualibus æquali demas, quæ ſuperant, ſunt æqualia, ſi itaque ex a f & a g lineis æqualibus. a. b. &. a. c. duas alias, vt præſuppoſuimus, æquales detraxeris, q̃ ſupererũt adhuc oẽs æquales erunt, & anguli etiam angulis, ergo f b c angulus æqualis erit. g. c. b. angulo. Si igitur hos æquales angulos ex equis maioribus angulis. a. c. f. &. a. b. g. deciſeris, qui relinquentur anguli itidem æquales erunt, relinquuntur autem. a. c. b. &. a. b. c. anguli propoſiti ſupra baſin æquicruris conſtituti, ſunt itaque inter ſe æquales, quod fuerat demonſtrandum. Theon igitur hunc in modum. Cæterũ H referente Proclo Pappus geometra breuius adhuc monſtrabat, nulla facta additione, puta hunc in modum. Sit enim angulus æquicrus, cuius latus a b ſit æquale lateri



a c ponamus itaque ſolum triangulum, qui re vnicus eſt intellectione duos, & arguamus ita. a. b. latus æquale eſt, a. c. lateri, et. a. c. a. b. duo igitur latera. a. b. &. a. c. æqualia ſunt duobus lateribus. a. c. &. a. b. & angulus. b. a. c. æqualis angulo. c. a. b. nam idem eſt, ergo & reliqui, anguli reliquis, & totus triangulus toti, igi-

I tur.a.b.c.angulus æqualis erit.a.c.b.angulo,qui ſunt anguli ſupra baſin,quod fuerat monſtrandum. Fuit autem theorema hoc a Thalete mileſio adinuentum. Geminus tamen philoſophus adhuc vniuerſalius demonſtrauit theorema iſtud, dixit enim atque oſtendit, æquales rectas ab eodem puncto protractas ſupra conſimilem lineam æquales angulos facere,quare ſiue baſis fuerit recta linea,ſiue helix cilindrica, ſiue circumferentia,æquales erunt anguli, qui ab baſin ſecundum theorema hoc, Euclide autem propoſitū ad rectā baſin habentes æquicrures triangulos tantum adaptātur. Hæc Proclus.

Ariſto.vero aliter,ſed & hanc facturi demonſtrationem,nonnulla prius accipiamus, ac primo ſemicirculorum angulos omnes æquales eſſe inter ſe, mox etiam ſectorum circuli hoc enim demonſtrat primum ac viceſimum tertij elementorum,ſectum autem ſeu τμῆμα circuli appello, figuram ex recta & circuli circumferentis cōſtitutam, maiorem aut minorem ſemicirculo, ſemicirculum vero quam diameter atque ambiens circumferētia

K claudunt,ſunt autem figuræ iſtæ referente etiam Proclo non κ ν ειδὴς, ſed διωειδὴς,hoc eſt biformes vocatæ. His igitur ita ſuppoſitis deſcribatur circulus cuius cētrum ſit g.& ducantur a circumferentia diametri ſeinuicem ſecā-



L

tes a d,b c, deinde coniungantur c d, erit itaque triangulus æquicrus g c d,cuius baſis. c.d.anguli vero ad baſin g c d & g d c anguli autem ſemicirculorum. a.d.&.b.c quoniam igitur omnes ſemicirculorū anguli ſunt æquales, erit. b.d. totus angulus æqualis.a.c. toti angulo ſed quoniam ſi ab æqualibus angulis æquales demas angulos,reſidui æquales, fiunt detractis angulis. c. & . d.qui ſunt anguli ſecti circuli,ab angulis integris ſemicirculorū.a.d.c.&.b.c.d. inter ſe æqualibus, qui ſupererunt erūt e.&.f.etiam inter ſe æquales,ſed hi ſunt anguli æquicru-

M



ris trianguli.g.c.d.ergo anguli æquicruris trianguli ſupra baſin conſtituti ſunt inter ſe æquales, quod monſtrādum propoſueramus. N

Siquis igitur demonſtrare vellet angulos æquicruris, qui ſupra baſin, ſibijnuicem æquales eſſe, & acciperet.a.b.angulum æqualem eſſe.b.d.angulo, non aſſumēs vniuerſaliter, ꝙ æqualiter ſemicirculorum anguli ſunt æquales,quæſitum & principium petet, aut ſi hoc monſtret, accipiat autem.c.ipſi.d.æquales eſſe, qui ſunt anguli ſecti ipſius circuli, non aſſumēs vniuerſaliter ꝙ anguli æqualium ſectorum ſibijnuicem æquales,rurſus principiū petet & non ratiocinabitur, aut ſi hoc quidem monſtret, accipiat autem reliquos.e.&.f.æquales inter ſe, ſic etiam non demonſtrabit, ſine communi dignitate ſi ab æqualibus æqualia demantur,reliqua eſſe æqualia. Petit enim principium dum quæ oſtenſionis indigent tanquam confeſſa & plana accipit, { Sint ad centrum ductæ.a.b. } a.b vocat duas lineas diametrales circulum per medium ſecantes hunc in modum. { Si igitur æqualem accipiat.a.c.angulum. } a c.angulum vocat etiam qui a ſemicircu O lo continetur, quia a linea diametro cauſatur,quæ.a.dicitur,ſic, Appellat autem ipſum a c quoniam ab.a.diame-



tro cauſatur verſus.c.b.d autem nuncupat, angulum ab alia cauſatum diametro,quæ b. dicebatur verſus de hūc P in modum. Aut potius dicendum ꝙ.a.c.vocat binos angulos cauſatos a b vtriſque diametris verſus partem ipſius a b d vero reliquos duos ab eiſdem factos verſus, partem ipſius b omnes enim ſunt anguli ſemicirculorū. { Et rurſus c ipſi de } c & de vocat angulos ſecticanti a parte circumferentiæ & baſi trianguli, æquicruris ita



Q

{ Amplius ab æquis exiſtentibus. } Præterea inquit ſi cenſeat. e. & f. angulos ſupra baſin æquicruris, qui ſunt reliqui, & ſuperſunt ex . c. & .d. totis atq; integris angulis, æquales eſſe inter ſe, principium petet, hoc eſt ignotum, & quæſitum tanquam notum, & conceſſum accipiet, niſi communem acceperit, dignitatem ſi ab æqualibus,æqualia demas quæ ſup ſunt æqualia fore.

A Scitu tamen dignum ꝙ in hoc mathematico exemplo primo ſequitur vnicum tantum inconueniens atque abſurdum ex ſupra relatis, pati videlicet in quod eſt in principio, de hoc autem maxime fecit mentionem, propterea ꝙ & plus latet huiuſcemodi abſurdum, & alia quodam modo comitantur incommoda, namque ſi petitur principium neque ſyllogiſmus fit, neque ad poſitum. Sed quæritur cum duo propoſuerit monſtranda & omnem ſyllogiſmum ex altera vniuerſali conſtare, & ex altera etiam affirmatiua, cur non vtraque monſtrauerit. Reſpondemus, quemadmodum & nõnulli moderniorum optime dicunt hoc ideo factum fuiſſe, quoniam ex eo, ꝙ mõſtratur ſyllogiſmum omnem ex vniuerſalibus conſtare, quodammodo etiam manifeſtum fit ex affirmatiuis conſtitui, ſi enim vniuerſale aliquid extiterit in ſyllogiſmo, totius rationem habebit, quare de proprijs partibus affirmatiuæ prædicabitur. { Et ꝙ vniuerſale quidem. } manifeſtum, inquit eſt non poſſe vniuerſalem colligi cõcluſionem, niſi vtræque ꝓpoſitiones vniuerſales extiterit, particularis autem concluditur & ex ambabus: vniuerſalibus, veluti in prima tertiæ figuræ complicatione, & ex altera vniuerſali, & altera in parte, quemadmodum in reliquis omnibus, hoc autem eſt quod dixit, & ſic & illo modo.

Dubium.

Solutio.

B

Sed manifeſtum quòd & in omni ſyllogiſmo aut utriſque aut alteram propoſitionem ſimilem neceſſe fieri concluſioni. Dicò autem, non ſolum affirmatiuam aut priuatiuam, ſed neceſſariã aut inexiſtentem aut contingentem. Conſiderare uero oportet, et alia prædicamenta. Planum autem & ſimpliciter, quando erit et quando non erit ſyllogiſmus, & quando poßibilis & quando perfectus, & q. ſi fuerit ſyllogiſmum neceſſarium eſt ſe habere terminos, ſecundum aliquem dictorum modorum.

C Hæc & ſupra declarata fuere, ſi concluſio eſt negatiua oportere & alteram propoſitionum negatiuã eſſe, ſi affirmatiua, affirmatiuam, ſi neceſſaria, neceſſariam, ſi contingens contingentem. Dubitat tamen Alexander de complicationibus miſtis ex neceſſaria negatiua vniuerſaliter & contingente in his enim, veluti & ſupra diſtinximus concluſio ſequebatur inexiſtens, cum tamen neutra præmiſſarum propoſitionum eius eſſent generis. Hanc ambiguitatem non ſoluit Alexãder, nos autem ſupra ad inſtantiam iſtam reſpondimus. Alulidus vero Roſadis hoc in loco aliter ad quæſtionem dicit, ait enim hoc eſſe intelligendum de complicationibus vnicam colligẽtibus concluſionem & per dictum de omni. Sed nobis aliter videtur reſpondendum, verum de his ſupra ad ſatietatem quaſi diſputabimus. { Conſiderare vero oportet. } Cõſiderandi inquit ſunt & alij prædicationum modi præter ſupra expoſitos, puta ſi falſa concluſio, ſi impoſsibilis, ſi probabilis oportet & propoſitionum aliquam falſam, impoſsibilem ac probabilem eſſe, addit etiam Alexãder, ſi obſcura, quemadmodum ſiquis concluderet ſtellas pares eſſe per hoc, quod eſt hemiſpheria ex æqualibus conſtare ſtellis, ignotum monſtraret per ignotum. Dubitat tamen Alexand. Philop. inquiens, ſi concluſione ignota neceſſe eſt & propoſitionum aliquam ignotam eſſe, cũ concluſio omnis antequam monſtretur ſit ignota, qui fieri poteſt, vt oſtenſionem aliquam poſsimus facere? Ad hoc inquiunt nonnulli ſi concluſio penitus ſit ignota, neceſſariam eſſe propoſitionum alteram ignota eſſe, non tamen penitus, ſed minus ignotũ concluſione & hæc illi hunc in modum. Nos autem aliter, dicimus enim Alexandri dictum ſane intellectum veritatem obtinere, nam non de quocunque ignoto loquitur, ſed de eo, quod ſimpliciter ignotum eſt & obſcurum, ad hoc enim ſyllogiſmum facere non valemus, niſi ex penitus ignotis propoſitionibus, ꝙ autem hoc ita ſe habeat, ipſe quoque exemplo innuit, ſtellas namque pares aut impares eſſe, penitus eſt ignotum, nec monſtratione aliqua cõprobari poteſt. Verum inquit Alexander non ſi concluſio vera fuerit, oportet ob hoc propoſitionum aliquam veram eſſe, nã-

Dubiũ Ale.

Rñ. Alulidi Roſadis.

Dubiũ Phi.

D

Solu. quorũdam.

Alia ſolutio authoris cõ ſua Alex.

que ex falſis propoſitionibus vera concluſio aliqua colligi poteſt, & propterea dixit, Conſiderare oportet, & alia prædicamenta, vt cognoſcamus in quibus ita ſe habet in quibus autem ſecus. Aut ait idem per prædicamẽta non prædicationes aut prædicandi modos intelligere debemus, ſed ea, quæ prædicamenta & terminorũ coordinationes appellare conſueuimus, nam ſi concluſio terminos habuerit ex prædicamento qualitatis, oportet & propoſitionum aliqua ita ſe habere, cõſimiliter ſi ex prædicamento ſubſtantiæ, aut quantitatis, & ita de reliquis, melior tamen & planior eſt prior expoſitio. { Simpliciter. } dixit hoc eſt vniuerſaliter. { Et quãdo poſsibilis. } poſsibiles vocat ſyllogiſmos imperfectos, qui in ſecunda quique in tertia figura, hi enim perficiuntur cum aut conuerſione aut ad incommodum deductione ad primam reuocantur figuram, quodque ita audiendum ſit, innuit, cum dixit, & quando perfectus, poſſumus etiam inquit Philoponus poſsibile intelligere, qui ad ſui monſtrationem extrinſecæ indigent propoſitionis, quemadmodum hic, quod per ſe mouetur, immortale, anima per ſe mouetur, anima igitur immortale, licet enim ſyllogiſmus iſte in prima ſit figura & per dictum concludatur de omni, ad ſui tamẽ perfectionem indiget extrinſecæ propoſitionis iſtius, quod per ſe mouetur ſemper mouetur, ſed enarratio prior multo & antiquior & melior.

E

F

Syllogiſmum omnem exiſtentibus tantum conſtare terminis.

SED manifeſtum et quòd omnis demonſtratio erit per tres terminos & non plures: niſi per alios & alios eadem concluſio fiat ut e per a b & per c d aut per a b, & . a c. & per. b. c. plura namque media eorundem eſſe, nihil probibet, his autem exiſtentibus, non unus, ſed plures ſunt ſyllogiſmi.



G



Radẽ cõcluſio per idẽ oſtenſa medio diuerſim de varia rõ tribus figuris oñſa.

H

At rurſus quando utrunq; eorum, quæ a b, per ſyllogiſmum fuerit acceptum, ut. a. per. d. e. & rurſum. b. per. f g. aut hoc inductione illud ſyllogiſmo, uerum & ſic plures ſyllogiſmi: plures namque concluſiones ſunt, ut. a. & b. & c: ſi igitur non plu-

I *res, ſed unus, ſic accidit per plura eandem fieri concluſionem, ut uero.c. per ea, quæ ſunt.a.b. impoßibile.*



K

Vult hoc in loco Ariſtoteles primo demonſtrationem omnem ac ſyllogiſmum ex tribus tantum terminis conſtare neque pluribus, neque paucioribus, oſtēdere, ſimul compoſitarum ratiocinationum modum atque artē exponens ac demum propoſitionum terminorumq; inter ſe proportionem declarans. Primum ergo dicit manifeſtum eſſe, ꝙ omnis demonſtratio, hoc eſt omnis ſyllogiſmus, demonſtrationem namque communis ſyllogiſmū nuncupauit, ex tribus tantum erit terminis & non pluribus, id eſt per binas propoſitiones: propoſitiones autem vult per quas immediate quæſitum concluditur, namq; in compoſitis ſeu diſiunctis ſyllogiſmis plures quidem præmittuntur propoſitiones ad eandem concluſionē, nō tamen continue & immediate, & hoc eſt, quod voluit dum inquit, niſi per alios & alios eadem concluſio fiat, bifariam namque, quemadmodum & Alulidus Roſadis inquit poſſumus ad eandem concluſionem plures afferre propoſitiones, aut plures immediate quæſitum concludentes, aut plures ex pro ſyllogiſmis propoſitiones mon

Quod omnis ſyllogiſmus cōſtat ex duabus ꝓpōnibus.

Qūo ad eādem cōcluſionem plures ꝓpōnes afferre ex ſīla Aluſidi Roſ.

L ſtrantes, quæ ad quæſitum monſtrandum immediatæ erunt, quæque priua concluſiones antecedentium factæ ſyllogiſmorum, mox propoſitionum vicem gerit, vnde & has compoſitas, illa diuiſas ratiocinationes vocare cōſueuimus, veluti in exemplo, volens Plato mōſtrare animam immortalem eſſe aliquando mediū accipit, ꝙ per ſe mouentur, aliquando ꝙ a proprio vitio non corrumpatur, aliquando alia, & ita plures & diuiſi ſyllogiſmi, ad eandem aſtruuntur concluſionem, ꝙ ſi vtraſque propoſiti ſyllogiſmi propoſitiones per alia ratiocinia monſtraret, puta, ꝙ omne per ſe motum ſit minor tale, propterea ꝙ omne ſemper motum ſit immortale, & omne per ſe motum, ſemper moueatur, ſi inquam ita faceret cōpoſitus & cōnectus merito diceretur ſyllogiſmus. Prius itaque monſtrat, quomodo per immediatas & cōtinuas propoſitiones poſsimus eandem colligere concluſionem & hoc bifariam, quoniam aut diuerſa ad concluſionem media accipiantur, aut vnum & idem medium in diuer-

M ſis figuris idem commonſtrat quæſitum, namque & ſic diuerſi & diuiſi efficiuntur ſyllogiſmi: ait ergo. { Vt e, per, a } b. per, e, concluſionē intelligit, a b, vero & c d propoſitiones alias & alias, & per has ſignificauit quæſitum concludi poſſe per media diuerſa ac inconiuncta, a b, namque &, c d, nullam inter ſe conuenientiam retinent, puta in exemplo ſit quæſitum monſtrandum, nullum turpe honeſtum, poſſumus ita, nullum malum honeſtum, omne turpe malum, nullum turpe honeſtum, poſſumus & ſic, nullum fugiendum honeſtum, omne turpe fugiendum, nullum turpe honeſtū, & hunc in modū ſemper in eadem figura per diuerſa media, varioſque ſyllogiſmos poſſumus eādem colligere cōcluſionem, & hoc eſt, quod voluit dum inquit, vt, e, per, a b. & per, c d, ꝙ vero ſubdit, aut per, a b & a c, & per b c ſignificat inquit Alex. ꝙ alia poſſunt accipi media, nec ſolum duo ſyllogiſmi in eandem poſſunt concluſionem, ſed & plures, nā

Expō Alex.

Alia expō et magis ingenioſa.

que e non ſolū per a b & c d concludi poterit, ſed & per a c & b c. Poſſumus & aliter ac melius intelligere, ꝙ inquit, aut per a b & a c & per b c, ita ꝙ nō ſignificētur diuerſi ad eandē concluſionem ſyllogiſmi, eo ꝙ diuerſa media fuerint accepta, ſed propterea diuerſi ſint, quia eodem accepto medio in diuerſis efficiantur figuris rōcinationes, & hoc ingenioſe multū exemplo atque elemētis propoſitis ſignificauit, per a b nāq; prima elementa, primam notauit figuram, per a c ſecundā, per b c tertiam, & hoc perpulchre, namque quoniam ſecunda figura a prima maioris conuerſione minore remanente procreatur, cum per, a, minorē per b maiorem ſignificaret propoſitionem, in ſecunda, a minorem immotam ſeruauit, b, maiore per conuerſionem mutata in c in tertia econtrario, a minore in b conuerſa b maiore non permutata, & ita per idem mediū aliquando in prima, aliqn̄ in ſecunda, in tertia nonnunquam poterimus concluſionē facere, planū tamen ꝙ varij erunt ſyllogiſmi, cum in diuerſis exiſtant figuris, hoc autem ſignificat, ꝙ non ſolum diuerſificātur ſyllogiſmi ad mediorum diuerſitatē, ſed & acceptae eiſdē terminis ordo ac poſitio ſyllogiſmos uariat, puta ſit quæſitum monſtrandum, aliquis homo non eſt albus, ita faciam, nullus æthiops albus, aliquis homo eſt æthiops, aliquis homo non eſt albus, rurſus in ſecunda, nullum albū eſt æthiops, aliquis homo eſt æthiops, aliquis homo nō eſt albus, demum in tertia, nullus æthiops eſt albus, omnis æthiops eſt homo, aliquis homo non eſt albus, atque hunc in modū concluſio eadem per plures ac diuerſos in diuerſis figuris cōcluditur ſyllogiſmos. { Aut rurſus. } & ita inquit per plures monſtrabitur ſyllogiſmos, quādo vtraq; propoſitionum & a & b ex pro ſyllogiſmo accipiatur, puta, a, per d e propoſitiones. b vero per f g ita.n. & e, monſtrari diceremus per d e f g, propoſitiones, modus autem iſte ratiocinij vere compoſitus ac connexus vocitatur, puta in exemplo. ſit concluſio mōſtrata, omne iuſtum vtile, per propoſitiones, omne iuſtum bonum omne bonū vtile, vtraque autem acceptarum propoſitionū ſyllogiſmo arguatur, prior hunc in modum, omne iuſtum honeſtū, omne honeſtum bonum. altera ſic, omne bonū conferens, omne conferens vtile: ita, n. proſyllogiſmo vtraque propoſitionum plana fiet, ex quibus demum compoſitus aſtruetur ſyllogiſmus, qđ inquit Alex. συνθετικὸν θεώρημα, dici conſueuit. Eſt enim compoſitiuum theorema ut idem refert, cum ex aliquibus quippiam cōcluditur, & quod concluditur cum aliquo vel aliquibus aliquid concludat, veluti in exemplo, a, concluditur per d e deinde per a iam concluſum & aliqua alia, puta b quod & ipſum per f g, concluditur, aliud quippiā colligo puta e. { Aut hoc inductione. } Plerunque inquit non ambæ propoſitiones ſyllogiſmo monſtrantur, ſed vna per ſyllogiſmū, altera per inductionē, veluti in exēplo, ſit in monſtrationem propoſitam, rempublicā oēm bonū appetere, & arguatur ſic, omnis methodus bonū aliquod appetit, oīs reſpublica eſt methodus, omnis itaq; reſpublica bonum aliquod appetit, ex propoſitionibus iſtis prior inductione mōſtretur afferendo ſcientias atq; artes omnes, quæ bonum aliquod affectant, ꝙ autē reſpublica methodos ſit ratiocinio ac ſyllogiſmo arguatur ita omnis habitus cum aliqua ratione conſiderans eſt methodus reſpublica eſt habitus cum aliqua ratione cōſiderans, ergo methodus, hunc etiam in modū arguit Plato in primo reipublicæ, iuſtitiā prudentiam quendā eſſe. Attamen inquit Alex. & monſtratio illa non ſimplex, ſed compoſita. Cōpoſita vero non ex pluribus ſyllogiſmis, verū ex inductione ac ſyllogiſmo, quapropter non in ſyllogiſmos, ſed in inductionē ac ſyllogiſmū reſolui debet. Cæterū licet de ſyllogiſmis hunc in modum cōpoſitis tantum mentionē faciat Ariſtoteles, plures tn̄ & aliter compoſitos recenſet Albumazar Alpharabius capite libri de ſyllogiſmo decimo octauo eos puta qui ex conditionali & oſtenſiuo, aut ex ſyllogiſmo & exēplo conſtruuntur, ex conditionali & oſtenſiuo hunc in modū, ſi mundus eſſet æternus, nō eſſet cōpoſitus, ſed eſt compoſitus, nāq; omne corpus eſt compoſitū mūdus eſt corpus

N

O

P

Q

Quid cōpoſitiuū theorema de mēte Alex.

Mōſtratio compoſita ex ſyll'o et inductione, ſcđm. Alex.

Nota plures modos cōpoſitos ſyllorū de mente Alb. et Alphar.

A ergo compoſitum, ex ſyllogiſmo & exẽplo hoc pacto, quicunque arcẽ intuetur, tyrannidem affectat, ſed Pericles arcem intuetur, tyrannidem itaque affectat, namque piſiſtratus autem ſpeculatus tyrannidẽ aſſecutus eſt, verũ de ſyllogiſmis ita cõplicitis Ariſtot. nullam mentionem fecit; propterea ꝙ partim ſuperius horum naturã ac modum expoſuit, partim quia non ad logicum ſeu dialecticum ſed orationem attinent. { Verum & ſic plures. } Sed inquit & hoc pacto plures efficiuntur ſyllogiſmi, namq; & concluſiones plures, vt, a, concluſum per, d, e. b, per, f, g, & c, per, a b. accepit autem hoc in loco, c, pro, e. e, nãque concluſio erat, quam primo intendebamus. { Si igitur non plures. } ſi inquit ſyllogiſmi illi non plures ſunt appellandi, ſed vnus, recte quidem vnus dici poterit, non tamen ſimplex, ſed compoſitus, ſic enim accidit per plures ſyllogiſmos eandem colligi concluſionem, verum recte nullo modo dicere poterimus ſyllogiſmũ hunc vnũ eſſe, propterea ꝙ vnus ſimplex ſit, hoc enim eſt, quod voluit, dum inquit, vt vero, c, per ea quæ ſunt ab impoſsibile.

B

Sit enim e. concluſum ex a b c d. ergo neceſſe eſt ipſorum aliquid aliud ad aliud acceptum eſſe, hoc ut totum, illud ut pars: hoc enim prius oſtenſum eſt: q. ſi fuerit ſyllogiſmus neceſſe eſt terminorum aliquos ita ſe habere: ſic ſe igitur habeat a ad b: eſt itaque aliqua ex ipſis concluſio, aut ergo e. aut eorum, quæ c d, alterum, aut aliud quippiam præter hæc, & ſi e. quidem ex a b

Eiuſdem aliter.

C

tantum ſyllogiſmus utique eſſet, c d. uero ſi quidem ſic ſe habẽt, ut ſit hoc ut totum, illud ut pars, erit aliquid & ex illis, & aut e. aut eorum quæ a b alterum: uel aliud quippiam præter hæc, & ſi, e, quidem aut eorum, quæ a b alterum, uel plures erunt ſyllogiſmi, aut ut contingebat, idem per plures terminos concludi accidit, ſi uero aliud præter hæc, plures erunt & inconiuncti ſyllogiſmi ad ſeinuicem, quòd ſi non ita ſe habeat c ad d, ut faciat ſyllogiſmum fruſtra erunt accepta, niſi abductionis aut occultationis, aut alicuius alius talium gratia. Sin autem ex a b non e, ſed aliud quid ſit concluſio, ex c d. uero aut horum alterum, aut aliud quiddam præter hæc, & plures fiunt ſyllogiſmi, & nõ ipſius ſuppoſiti, ſuppoſitum namque fuerat ſyllogiſmum eſſe ipſius, e. quòd ſi ex c. d. nulla efficiatur concluſio, fruſtra accepta ea fuiſſe accidit, ac ſyllogiſmum non eſſe eius, quod a principio, quare planum quòd omnis demonſtratio & omnis ſyllogiſmus erit ſolum per tres terminos. Cum autem hoc planum ſit, manifeſtum quod & ex duabus propoſitionibus & non pluribus, tres namq; termini duæ ſunt propoſitiones, niſi aſſumatur, quemadmodum ex principio dictum eſt ad ſyllogiſmorum perfectionem.

Hæc verba ꝙ ſi ex c d nulla corrupte leguntur in oĩbus codicibus, debent. v. legi, ꝙ ſi ex a b nulla cõcluſio efficitur.

D

Quod omnis ſyllogiſmus ex tribus conſtet terminis & ꝓpoſitionibus duabus immediatis ac contiguis, mõſtrat ex ſuppoſitione, ſupponatur enim inquit, e, concluſionem colligi per, a b c d, hoc eſt quatuor propoſitiones, & tunc primo de a b propoſitionibus arguendũ mox & de, c d, hunc in modum, a b, propoſitiones aut ad ſeinuicem habitudinem quandam habent, aut nullam ſi nullam, fruſtra ad ſyllogiſmum erunt acceptę, namque ſyllogiſmi propoſitiones habitudinem quandam retinent inter ſe. Quod ſi aliquam proportionem habebunt inuicem, nimirum concluſionem quampiam ratiocinabũtur, & tunc, aut e, quæſitum colligent, aut alteram ex propoſitionibus, c, d, vel aliud quid præter hæc Rurſus, c d, propoſitiones aut aliquam ad ſeinuicem habitudinem retinebunt aut nullam, ſi nullam, incaſſum aſſumptas dicemus, ſi aliquam, aut, e, primariam concludent concluſionem, aut ex, a b, propoſitionibus alteram, vel aliud quippiam præter hæc. Quæ cum ita ſint, ſi, a b propoſitiones, e, quæſitum concludent, habebimus quod volebamus, ex duabus inquam ſolis propoſitionibus concluſionem fieri, quod ſi &, c d, idem, e, concludant, vna & eadem ex pluribus ſyllogiſmis colligetur concluſio, ſin autem, c d, alteram ex a b propoſitionibus concludant, aut in contrarium, a b, ex, c d, alteram, ex pro ſyllogiſmis monſtrabitur e, quæſitum. ſi vero c d aut a b aliud quippiam concluſerint, & plures & diſperati fient ſyllogiſmi. { Hoc vt totum. } monſtrationem facit in prima figura ac ſyllogiſmis indemonſtrabilibus, verum quemadmodum in hac, ita & in reliquis intelligendum erit, per totum autem & partem intellexit, propoſitionũ alteram vniuerſalem eſſe, alteram ſub hac, aliter enim ſyllogiſmum fieri nequit, hoc enim inquit prius monſtratum eſt, ſi ſit ratiocinium oportere propoſitiones ita ſe habere ac terminos, vt hic contineat ille contineatur, hoc enim paulo ante oſtenſum fuit, fortaſſe & id voluit qđ in principio dixit, de omni prædicari & eſſe in toto, hoc enim erat aliud partis aliud totius rationem habere. { Aut vt contingebat. } hoc eſt, quemadmodũ & antea dicebamus per plures ſyllogiſmos eadem colligi concluſionem talis autem inquit Aphrodienſis Alexander compoſitio efficitur ſecundum id quod a iunioribus τριτεμα vocitatur eſt autem tertium thema, cum ex duobus tertium quid concluditur, ex duobus inquam quorum vnum ex altero non dependeat. { Inconiuncti. } In coniuncti ſyllogiſmi proprie nuncupantur, qui neque in propoſitionibus, neque in concluſione conueniũt. { Qđ ſi non ita ſe habeat. } ſi inquit c, propoſitio ad d non habuerit habitudinem ac proportionem quam totum ad partem, vt faciant ſyllogiſmum, fruſtra erunt in mõſtrationem aſcita, niſi ſortè abductionis aut occultationis, aut alicuius alius talium gratia, eſt autem abductio, quã græci vocant ἀπαγωγὴ: quẽadmodum in primum elemẽtorum inquit Lycius Proclus, tranſitio ab uno problemate vel theoremate in aliud, quo cognito & propoſitũ ſit manifeſtum, puta in exemplo, ſi quæratur cubi duplicatio, & hoc dimiſſo problemate, inueſtigemus quomodo datis duabus rectis, duæ mediæ ad proportionem inueniri poſsint, ex quo propoſitum ſequitur, abductionem facere diceremur, eſt autem abductio iſta proprium tentantis dialectici inſtrumentum, & hac primum vſus fuiſſe dicitur Hippocrates chius, qui & circulum per lunulas quadrauit, verum in ſecundo priorum volumine vbi Philoſophus de abductione tractabit adhuc ex actibus quid ſit abductio, quæue abductiones ſpecies ac, quonam pacto differat ab inductione perſcrutabimur. Alexander tamen atque alij fere omnes hoc in loco nõ abductionis, ſed inductionis legunt, quod tamen perperam dici exiſtimauerim, namque ſi propoſitiones inductionis gratia acciperentur, plures efficerentur ſyllogiſmi, & neceſſario acceptæ eſſent propoſitiones, quod etiã ſupra innuit cum dixit, aut hoc inductione illud ſyllogiſmo, Verum & ſic plures ſyllogiſmi. Verum arbitror errorem hunc ex ijs, quæ male in octauo Topicorum intellexerunt, deueniſſe ibi enim Ariſtoteles ad verbum inquit. De ordine vero & interrogandi modo dicendum eſt diuidendo propoſitiones quæcunque præter neceſſarias accipiendæ neceſſariæ autem dicuntur, per quas ſyllogiſmus efficitur quæ vero præter has accipiuntur,

E

F

Quid ſit tertiũ thema ſcḋm Alex. Qui ſint in coniũcti ſyllogiſmi,

G

Not. de abductione.

Hippocrachius.

H

Alia litera, ſcḋm Alex

I quatuor ſunt, aut enim inductionis gratia, vt concedatur vniuerſale, aut ad tumorem orationis, aut ad occultationẽ concluſionis, vel vt manifeſtior fiat oratio, præter has autem nulla accipiẽda eſt propoſitio. Hæc ille & cõplura alia, verum & hic, quod inductionẽ vocat, abductionẽ potius dici velim, ꝙ hoc ita ſe habeat, planũ ex ijs, quæ ſubſequuntur, cæterum de iſtis in ſecundo priorũ exactiuis diſputabimus, cum de abductione ſermonem faciemus. Occultationem autem vocat cum non neceſſarias propoſitiones ſtatim interrogemus, ſed eas prius, quæ ad has ſunt vtiles, nec recto ordine vt proponendæ ſunt, ſed retrouerſum, quemadmodum optime in octauo Topicorum expoſuit Ariſtoteles, & alicubi etiam in ſecũdo priorum, alicuius autem alius gratia dicit, [illegible] [illegible], hoc eſt tumoris et dilucidationis, quæ omnia quid ſint & quomodo fieri debeant in topicis declaratum eſt. { Sin autem ex, a b. } quatuor ſuperius fuere propoſita de, a, b, namque aut ex, a, b, nihil ſequebatur aut aliquid, & ſi aliquid aut, e, aut alterum ex, c, d, aut aliud quid præ-

Quid ſit occultatio.

K ter hæc, ex iſtis vero de vno tantum ſupra mentionem fecit, quid ſequatur, ſi ex, a b, concludatur e, deinde ſermonem verterat ad, c d, propoſitiones, nũc itaque rurſus ad a b, reditum facit exponens ex quatuor propoſitis tria, quæ ſupererant, & ait. ſi ex, a b, non ſequatur, e, cõcluſio intenta, ſed aliud quid, quemadmodum etiam ex, c, d, tũc & plures fiunt ſyllogiſmi & non ad propoſitum quæſitum. { Quod ſi ex, c d. } mendum putant in contextu eſſe Philoponus atq; Alexander, & pro eo, quod eſt, a b, ſcriptum fuiſſe dicitur, c d, nam de, c d, iam dixerat, de a b vero dicendum ſuperat. Ego autem de induſtria hoc factum exiſtimauerim, volens enim philoſophus ſignificare vnam & eandem in vtriſque rationem eſſe, ita fortaſſe, ita terminos confudit, & pro, a b, accepit, c d, quaſi dicens, quemadmodum cum ex, c d, nihil ſequebatur fruſtra erant accepta, ita & cum ex, a b. { Ad ſyllogiſmorum perfectionem. } vel dixit, quia ſyllogiſmi ſecũdæ ac tertiæ figuræ ad primum reuocantur per aliarum propoſitionum additionem puta per conuerſionem aut deductionem

Error in litera ſecũ Alexandro et Philop.

L ad incommodum, aut quia propoſitiones aliquando ſunt ignotæ, & ideo per alias monſtrantur propoſitiones ac ſyllogiſmos.

Planum itaque quòd in qua ratione ſyllogiſtica, non ſunt pares propoſitiones, per quas concluſio propria fit (quaſdam namque ex ſuperioribus concluſionibus, neceſſe eſt propoſitiones eſſe) hæc ratio aut non eſt ratiocinata aut plura neceſſarijs interrogauit ad poſitionem. Si itaque ſyllogiſmi ſecundum proprias accipiantur propoſitiones, omnis erit ſyllogiſmus, ex propoſitionibus quidem paribus, ex terminis autem imparibus: uno namque plures termini quam propoſitiones. Concluſiones uero dimidium propoſitionum, ſed cum per pro ſyllogiſmos concludantur, aut per plura media non continua: ut, a b, per, c d, multitudo quidem terminorum: conſimiliter uno ſuperabit propoſitiones, aut enim extrinſecus, aut ad medium ponetur intercidens

M *terminus: utroque autem modo accidit interualla uno minora eſſe terminis: propoſitiones uero æquales ſunt interuallis: non tamen pares ſemper erunt: illi autem impares, ſed uiciſſim: quãdo propoſitiones pares, impares termini; cum uero pares termini, propoſitiones impares, ſimul enim cum termino una additur propoſitio: undecunque addatur terminus: quare quoniam illæ pares, iſti impares erunt, neceſſe eſt permutari, cum eadem fiat appoſitio. Concluſiones uero non etiam eundem habebunt ordinem, neque ad terminos, neque ad propoſitiones, cum enim unus terminus additur, concluſiones addentur una pauciores præexiſtentibus terminis, ad ſolum namque ultimum non facit concluſionem, ſed ad alios omnes: ueluti ſi, a b c, adijciatur ipſum d ſtatim & concluſiones duæ adijciuntur, & quæ ad, a, & quæ ad b, conſimiliter autem & in alijs: uerum & ſi ad medium interdicat, eodem modo, ad unum namque ſolum, non faciet ſyllogiſmum, quare multo plures concluſiones erunt, & terminis & propoſitionibus.* N



Oſtēſio quo pacto augetur propoſitionum, ac cõcluſionũ numerus aucto termino et extrinſecus addito interiecto,

Manifeſtũ inquit ſi aliqua ſit ratio ſyllogiſtica, quæ immediatas propoſitiones pares non habeat, ꝙ aut non eſt vere ſyllogiſtica, aut plura, quã oporteret præmiſſa fuere, rationem autem ſyllogiſticam dixit, quoniam ſunt & inductiuæ rationes, quæ ex propoſitionibus quidẽ cõſtant, non tamen paribus aut duabus, pares enim duas vocauit, propriam vero nuncupauit concluſionem, quæ primo concludenda, propoſita fuit: quod autem addit, quaſdam namque ex ſuperioribus concluſionibus neceſſe eſt propoſitiones eſſe totum hoc ex parentheſi ac interpoſitione legendum eſt. { neceſſarijs. } neceſſarias vocat Ariſtoteles in topicis, per quas ſyllogiſmus fit. { Secũdum proprias. } proprias vocat, quæ immediate propoſitum oſtendunt, nam qui accipit, a, de, b, &, b. de, c, &, c de d, concludens, a, de, d, nõ monſtrat concluſionem per proprias & continuas propoſitiones. { Paribus. } quia duabus. { Imparibus. } quia tribus. } Dimidium propoſitionum } nam propoſitiones duæ, concluſio vero vna, hoc autem intelligendum, cum ſyllogiſmus ſimplex fuerit, namque in compoſito ſecius ſe habet, quemadmodũ

P infra declarabimus. { Sed cum per pro ſyllogiſmos. } per proſyllogiſmos dicit, quando vtranque propriarum propoſitionum per alias proprias prius ratiocinari, deinde facientes propoſitiones concluſiones, ita eas accipimus ad monſtrationem propoſiti, nil autem differt, ſiue in eadem ſiue in pluribus figuris extiterint, per plura vero media non continua intellexit, quando plures continuas propoſitiones capientes, omiſsis concluſionibus, q̃ ex his ſequuntur, his ad propoſiti monſtrationem vtimur, quando enim ita facimus potentia proſyllogiſmos facimus, nõ actu puta ſi capiamus, a, de, b, b, de, c, c, de, d de e, a, igitur de, e, namque hic continuas capimus propoſitiones, non interponentes concluſiones, quæ ex ipſis ſequuntur. Secundum vero talem propoſitionũ continuationem efficitur, quod ſupra cõpoſitiuum theorema nuncupauimus, quiq; referente Alexan. a iunioribus vocitatũ fuere [illegible], hoc eſt inijcientes & iniecti. Theorema namque compoſitiuum eſt, quando

Quæ ſint media non continua.

Q ex aliquibus aliquid concludimus, quod & ipſum cum aliquo aut aliquibus rurſum aliquid cõcludit, & hoc rurſus cum aliquo aut aliquibus aliud quippiam concludit. Inijcientes vero ſunt quorum omittitur concluſio, iniecti, autem, quorum propoſitio prætermittitur, concluſiones iniectorum dimiſſe, qui ſecundum ordinem præcedunt, accipiuntur propoſitionum loco in inijcientibus qui ſunt ſecundi in ordine, vt, a, de omni, b, b, de omni, c, c, de omni, d, a, de omni. d. Primus enim ratiocinij iſtius ſyllogiſmus, cuius concluſio omittitur, quæ eſt, a, de omni, c vocatur iniectus, inijciens vero nuncupatur, qui ex omiſſa concluſione, a, de omni, c, & ſubſequente propoſitione, c, de omni, d, colligit concluſionem, a, de omni, d, & ita tam inijciens quã iniectus in prima efficiuntur figura. Poteſt etiam iniectus in prima fieri, inijciens vero in ſecunda hunc in modum, a, de omni, b, b, de omni

Qui ſint ſyllogiſmi inijcientes et iniecti.

Nota ꝙ ſyllogiſmus inijciẽs a iniectus poſſit in eadẽ et i diuerſis fieri figuris.

A c,a de nullo,d,c,de nullo,d iniectus eſt in prima,cuius cõcluſio ac, inijciens autem in ſecunda, cuius propoſitiones ſunt,a,de omni,c,concluſio præcedentis iniecti,&,a, de nullo,d,ex quibus colligitur concluſio,a, de nullo,d, ſit, & econuerſo iniectus in ſecunda, inijciens vero in prima,vt,a,de nullo,b:a,de omni,c:c, de omni,d,b igitur de nullo, d:prætermittitur enim concluſio prioris iniecti exiſtentis in ſecunda figura, quæ erat, b, de nullo,c,ex qua & ſubſequẽte propoſitione,quæ eſt,c,de omni,d.in prima concluditur,b,de nullo d Conſimiliter poſſumus in tertia etiam figura inijcientem atque iniectum, conſtruere,& ad hæc iniectum in prima vel ſecunda,inijcientem vero perficere in tertia aut retrouerſum, ſed & tres ſyllogiſmos in tribus figuris inijcientes ac iniectos licet facere ſecundum ſupra aſsignatum cõpoſitũ Theorema,quod Ariſtoteles tradidit,quantum ad vſum attinebat; iuniores autem non tantum vtilitati quã curioſæ indagationi ſtudentes, fecerunt ex eo quod vocat ſecundũ quod tertium,& quod quartum thema. Per pro ſyllogiſ
B mos igitur erit,quando accipimus propoſitiones ſimul cũ concluſionibus,per plura vero media non continua,quã do ſimpliciter ꝓpoſitiones ipſas acceperimus.Hæc Alexander quaſi ad verbum.{ Aut enim extrinſecus. }incidentem diximus, quia græce παρεμπίπτων nuncupatur,hic autem terminus aut extrinſecus adijcitur, aut ad mediũ, puta ſint termini ſyllogiſmum conſtituentes,a b c,ſi termini additionem voluero extrinſecam, tunc addam aut ante.a, aut poſt,c. Sin autem intrinſecum,tunc ponam

Quid p intrinſecũ & Ariſt.intellexerit.

aut inter,a,&,b,aut inter,b,&,c,& hoc ad medium poni vocauit Ariſtoteles, medium accipiens poſitione, & vt, quemadmodum fieri conſueuit in prima figura. Si

Alia expõ Alex.

enim in ſecunda aut tertia terminum adderemus ad medium extrinſece vtique adderemus. Aut inquit Alexãder hoc dixit propter figurarum diuerſitates ita ꝙ per extrinſecam appoſitionem ſecundam ac tertiam figuram ſignificauit,per intrinſecam primam:puta in exemplo,ſit concluſum,a, de omni,c, per medium,b,ſi,in ſecunda figura voluerimus concluſionem facere,accipiemus,a,de nullo
C d,ſi in tertia accipiemus, d,de,c,& ita extrinſeca erit appoſitio,Sinautem in prima recta ſub ipſo,c,aliquid aſſumendum erit, puta,d,verũ licet interpretatio hæc multũ

Notaq primã expõnẽ etiã Alexã. magis laudat.

ſit ingenioſa,prior tamẽ & melior & dilucidior.{ Aequales interuallis. } ex hoc loco manifeſtum habemus inter interuallum & propoſitionem differentiam, ꝗ etiam ſupra quodãmodo innuimus. { Vicisſim. } hoc eſt alternata habitudine ac denominatione, quod exponens ſubdit quando propoſitiones pares,impares termini, cum vero pares termini,propoſitiones impares,mendum tamen in contextu putat Alexander, biſque idem dici autumat,quod tamen nos negamus, namque prius propoſitionum ad terminos habitudinem notat ſecundo in contrarium terminorum ad propoſition{ esSimul enim cũ termino. } reddit rationem.cur propoſitiones ac termini alternata inter ſe varientur habitudine, ſi enim ſimul cũ termino vna additur propoſitio,termini,qui erant impa
D res,puta tres,efficiuntur pares,puta quatuor propoſitiones pares exiſtentes,quia binæ,impares efficiuntur, hoc eſt{ tres.Cõcluſiones vero. }ſi terminus inquit addatur non eodem pacto & concluſiones excreſcunt,quemadmodum propoſitiones ac termini, ſed termino vno adiecto tot adduntur propoſitiones,quot erant præcedentes termini vno excepto, ad alios nãq; omnes concluſio efficitur cũ termino ſuperaddito, prætérquã ad vltimum, ſi enim a b c,terminis quartus addatur,d,planum ꝙ cõcluſiones duæ addentur, quæ ſunt vna pauciores terminis præcedentibus,ꝗ enim tres erant facientes binas propoſitiones & concluſionẽ vnam, nũc autem cum vno termino ac propoſitiones vna duæ adduntur concluſiones, puta antea dicebamus,omne,b,a,omne,c,b,ergo omne c,a,his additur hæc propoſitio, omne,d,c,ſed concluſiones adduntur binæ,omne, d,b,& omne, d, a ad ſolam nãque vltimum,puta ad c,nulla efficitur concluſio, propterea ꝙ non habemus terminum medium, per quem faciamus concluſionem.{ Conſimiliter autem & in alijs. } hoc eſt ſi plures adijciantur termini ita ſemper dicendum
B erit. { Verum & ſi ad medium. }hoc eſt ſi non extrinſecus, ſed in medio ponatur adiectus terminus,idem eueniet, ſi enim inter,b,&,c,ponatur,d,rurſus binæ addentur concluſiones.a,ad,d,&,b,ad,c. { Ad unum namque ſolum. } de vltimo hoc rurſus dicit, huic enim ſoli cauſa eſt, ꝙ non efficiatur concluſio,non ſemper ad, d,efficiatur concluſio,ſed etiam ad, c, verum & huius concluſionis cauſa eſt,d,ipſum tanquam medium exiſtẽs. Quod ſi aliquis dubitans dixerit,qui fieri poteſt vt concluſiones plures eſſe dicãtur propoſitionibus, cum ad concluſionem vnam,binæ aſciſcantur propoſitiones? Reſpondemus hoc ita intelligendum eſſe, ꝙ concluſiones plures ſunt ijs quæ tãtum propoſitiones ſunt & nõ concluſiones, nãq; concluſiones præcedentium ſyllogiſmorum,propoſitiones ſequentium efficiuntur. Præterea dubitandum erit quomodo tres termini duæ ſint propoſitiones,cũ quælibet propoſitio duos habeat terminos, & propterea binæ propoſitiones quatuor habere debebunt. Dicimus quemadmodũ & quidã alij,ꝙ binæ propoſitiones quatuor habent terminos,in quos reſoluuntur propoſitiones, non autem in quos reſoluitur ſyllogiſmus, vnde termini ſyllogiſmi alij quodãmodo ſunt a terminis ꝓpoſitionũ.

Dubium.

Solutio, Dubiũ aliud.

F

Quæ problematum facile,uel difficile in unaquaq; figurarum concludantur.

Quoniam autem habemus de quibus ſyllogiſmi & quale in unaquaque figura, & quot modis monſtratur, manifeſtum nobis eſt & quale problema difficile, & quale bene argumentabile:quod enim in pluribus figuris & per plures caſus concluditur, facilius: quod autem in paucioribus & per pauciores difficilius argumentabile: uniuerſale itaque affirmatiuum, per ſolam primam monſtratur figuram, & per hanc uno tantummodo: priuatiuum autem, & per medium, ac per primam quidem uno ſolum modo, per mediam G *uero dupliciter, affirmatiuum in parte per primam & per ultimam, : uno tantum modo per primam, triſariam autem per ultimam. Priuatiuum uero ſecundum partem in omnibus figuris monſtratur: præterquam quòd in prima quidem ſemel, in media uero atque ultima, in illa biſariam, in hac tripliciter. Planum itaque quòd uniuerſale prædicatiuum, conſtruere quidem difficillimum, deſtruere uero facilius: omnino autem tollere uniuerſalia facilius, quam ea quæ ſunt in parte, namque & ſi nulli, & ſi alicui non inſit, ſublatum eſt, horum autem alicui quidẽ non, in omnibus monſtratur figuris, nulli uero in duabus, ſed eodem pacto & in priuatiuis, namque & ſi omni & ſi alicui, ſublatum eſt, quod a principio, hoc autem erat, in duabus figuris: in ijs uero, quæ ſunt in parte, uno tantummodo aut omni aut nulli oſtendentem ineſſe: ſed conſtruenti faciliora, quæ in parte, namque & in pluribus figuris & per plures caſus, & omnino non oportet latere, quòd deſtruere per ſeinuicem eſt, &* H *uniuerſale per ea, quæ ſunt in parte, & hæc per uniuerſalia: cõſtruere uero non eſt uniuerſale per ea, quæ ſunt ſecundum partẽ, ſed per illa hæc eſt. Simul autem manifeſtum quòd & deſtruere facilius eſt, quàm conſtruere: quomodo igitur efficiatur omnis ſyllogiſmus, & per quot terminos ac propoſitiones, & quomodo ſe habentes inuicem, amplius quale problema in unaquaque figura, & quale in pluribus, & in quale in paucioribus monſtratur, planum ex dictis.*

EX ſuperioribus quaſi poriſma quoddã cõcludit mõſtrans,ad quã cõcluſionem facilius, ad quã difficilius afferre ſyllogiſmũ poſſumus,et inquit qm̃ in ſupra expoſitis habemus de quibus ſyllogiſmi, quia de quatuor problematibus,negatiuo atq; affirmatiuo vniuerſalibus aut

I in parte, dum enim ait de quibus quantitatem, dum qua-
Nota quot modis problema.
le qualitatem ſignificauit problematum. { Quare pro-
blema. } Problema inquit in primum elementorum Ly
cius Proclus, vocatur latius omne quod proponitur ſeu
diſciplinæ ſeu ſpeculationis gratia, preſsius tamē & apud
mathematicos nuncupatur, quod proponitur ſpeculatio
nis tantum gratia, quodque & poſsibile eſt, neq; ſuper-
fluens, neque diminutum, hoc etiam quodammodo con
firmat in topicis Ariſtoteles definiens problema dialecti
cum, verum hoc in loco latius accipiendum erit, pro om
Nota quid per caſus intellexerit Ariſ. de mēte Alex.
ni eo, quod in monſtrationem proponitur. { Et per plu-
res caſus. } nonnulli legunt propoſitiones, ſed male, nāq;
& Alexander caſus legit & inquit, caſus appellaſſe Phi-
loſophum ſyllogiſmorum ſecundum, vnam quamque
Alia expō authoris de mente Procli.
figuram differentias, cur autem caſus appellet non plenā
rationem aſsignat. Nos autem dicimus, quemadmo-
dum a principio aſſerebamus, Philoſophum ſemper ex
titiſſe φιλογεωμέτρην, & propterea geometrarum terminos
ac demonſtrationes plerunque ad ſuum trahit propoſitū,
hinc interualla, hinc figuras geometrarum more ſæpiſsi
me nominat. Conſimili igitur modo & hic geometrarū
K more caſus vocitauit ſyllogiſticos ac ratiocinandi, mo-
dos, πτώσεις enim ſiue caſus teſte Proclo, varius cōſtruē-
di modus nuncupatur, cum aut puncta, aut plana, aut ſo
lida, variantur, & propterea caſus dicitur, quaſi ab vna
deſcriptione ac monſtratione in aliam, cadens vnde, &
apud mathematicos problematum ac theorematū quæ-
dam ἄπτωτα, quædam πολύπτωτα nuncupantur, quoniā
itaque geometræ varium monſtrandi ac deſcribēdi mo-
dum, caſum appellant, ob hoc Philoſophus varios ra-
tiocinandi modos ac complicationes ad horum imitatio
nem, caſus nuncupauit. { Vno tantum modo. } hoc eſt
in primo, licet enim & in tertia, & in ſecunda concludi
aliquando poſsit, hoc fit terminorum ac materiæ gratia,
quemadmodum infra planum erit. { Per mediam. } ideſt
per ſecundum. hæc enim media dicitur, aut quia poſitio
ne ſit media, aut quia in hac medius, terminus maximam,
dignitatem obtinet. { Vno tantum modo per primā. }
L ſubaudias tu ſecundum naturales, non autem artificio-
ſas complicationes. { Triſariam autem per vltimam. }
in prima tertia & quarta coniugatione. { In illa bifariā. }
in tertia & quarta. { In hac tripliciter. } in ſecunda, quinta
& ſexta. { Planum itaque. } ex ſupra relatis ſequitur vni
uerſalem affirmatiuam conſtructu difficillimam, deſtru-
ctu vero facillimam eſſe, namque ſi ipſa in prima tātum
primæ figuræ complicatione monſtratur, & eius contra
ria in prima ac ſecunda figuris, contradictoria vero in
omnibus colligitur, quid mirum ſi facillime deſtruitur, et
cum maxima difficultate conſtruitur. { Sed eodē pacto. }
hoc eſt quod eſt in parte facilius conſtruitur, q̄ vniuerſa-
le, & vniuerſale facilius demolitur quā quod in parte.
{ In duobus figuris. } vel ambo ſimul, vel affirmatiuum
in parte, namque alicui concludimus & in prima & in
tertia figura. { Per ſeinuicem. } hoc ēſt vniuerſale affirma
tiuum per vniuerſale negatiuum, et iterum per negatiuū
in parte. { Sed per illa hæc eſt. } namque ſi monſtro, om-
nem hominem animal eſſe, monſtro & aliquem, hoc iā
M eſt particulare poſitione, nam particulare ſecundum na-
turam per ea, quæ ſunt in parte tantum oſtenditur. { Si-
mul autem manifeſtum. } hoc de vniuerſalibus tantum
intelligendum, namq; de ijs, quæ ſunt in parte non habet
veritatem, hæc enim facilius conſtruuntur quam deſtruā
tur. { Quomodo igitur. } breuibus ea repetit, quæ ſupe-
rius fuere commonſtrata, tranſiturus ad aliud ſectum.
Hic enim primum voluminis huius ſectum finem acce
Epilogus ſupra dictorum in primo ſecto.
pit. Hinc ad ſecundam ſermonem flectemus. Poſtea-
quam & principia ſyllogiſtica & figuras omnes tā ſim-
plices quam miſtas explicuimus adiecta ſimul expoſitio
ne quomodo ſyllogiſmus omnis tam oſtēſiuus quā ſup-
poſitorius per tres efficiatur figuras, adducta etiā in me-
dium ratione cur de hypotheticis ſyllogiſmis non pertra
ctauerit Ariſtoteles. Deinde ne quid volumini deficeret
ſuppoſitoriorum ac conditionalium ſyllogiſmorum ſpe
cies ac modos omnes enumerauimus quid ſtoici, quidq;
peripatetici ſuper ijs ſenſerint, enarrātes, allata ibidem ra N
tione cur nonnulli ex toto hypothetici curque per tria
nuncupentur, curq; a quomodo deductio per impoſsi-
bile pars eſſe dicatur conditionaliam ſyllogiſmorū. Po-
ſtea enucleauimus quonam pacto intelligendum ſit ſyl-
logiſmum eſſe huius ad hoc, ſoluta ibidem inſtantiola
quapiam, ſubinde demonſtrationes aggreſsi mathema-
ticas prius definiuimus, quid incōmenſurabile potentia
tantum, quid potentia & longitudine, quid quadratum,
quid quadrati Diameter, quodque non proprie in qua-
dratis diameter dicatur, quomodo ſecundum noſtros de-
monſtretur quadrati angularem lineam incommenſura-
bilem eſſe, quomodo ſecundum Ariſtotelem, quonā pa
cto ex conceſsione argumentum fiat, quodque trāſum-
pti nomen rectius ſit, quam aſſumpti. Mox contextus
ordinem ſecuti ac ſeriem expoſuimus quonam modo in
quocunque ratiocinio vniuerſale eſſe oportet, deinde &
mathematicum exemplum declaraturi, primum explicui
mus quid triangulus, quodque non omnis trilaterus, ſed
& quadrilateri nonnulli, q̄ triangulorum ſpecies ſeptē,
q̄uo æquicruris angulos ſupra baſin exiſtētes æquales cē O
Theon demonſtret, quomodo aliter Pappus geometra,
quomodo aliter & adhuc vniuerſalius Geminus philo-
ſophus, quodque theorema iſtud a Thalete primo adin-
uētum fuit. Deinceps ſuper eodem demonſtrationē quo
que adduximus Ariſtotelicā prius exponentes, quid cir-
culi ſectum quid ſemicirculus, poſtea contra Alexandrū
Philoponi ſoluta inſtantia: mox expoſituri quomodo
ex tribus terminis ac propoſitionibus binis omnis con-
ſtruatur ſyllogiſmus, & quomodo ac quot modis com-
poſita fiant ratiocinia, quidque ſit, quod græci compoſi-
tiuum vocant theorema, quotque modis ſyllogiſmos
compoſitos extrui voluerit Albumazar Alpharabius,
quid abductio, quodque abductione primus Hippocra
tes chius vſus eſt, quid occultatio, quidque ac quomodo
efficiantur ſyllogiſmi qui inijcientes dicuntur atque inie-
cti, quid ſit terminū ad medium adijci. quonam pacto
concluſiones propoſitionibus plures efficiantur. Demū
enarrantes quæ problemata facilius, quæ difficilius mon P
ſtrari poſsint, quid problema, quid caſus ſit definiuimus.
Atque ita primo ſecto diuina fauente prouidentia finem
impoſuimus. Hinc ad ſecundū tranſeamus.

SECTVM SECVNDVM.

De Copia, & Inuentione propoſitionum. Seu modij in unaquaque figura, ac Problemate.

Quomodo autem abundabimus ſyllogiſmis ipſi ſemper ad propoſitum, & per qualem uiā accipiemus principia, quæ circa unumquodque, id nunc dicendum: non enim ſolū fortaſſe oportet generationem conſiderare ſyllogiſmorū, uerum & faciendi potentiam habere. Omniū Q
itaque entium hæc quidem talia ſunt, ut de nullo uere uniuerſaliter prædicentur, ut Cleon & Callias, & quod ſecundum unumquodque & ſenſibile, de his autem alia, etenim horū uterque homo & animal, eſt illa uero, ipſa quidem de alijs prædicantur: de his autem alia prius non prædicantur, ſed alia & ipſa de alijs, et de ipſis altera, ut homo de Calia, & de homine animal. Quòd igitur entium quædam de nullo apta nata ſunt dici, manifeſtum, ferme enim ſenſibilium unumquodque tale eſt, ut de nullo prædicetur, niſi ut accidens dicimus namque aliquando album illud Socratem eſſe, & accedens calliam.

DIXIMVS a principio volumē hoc in tria q̄ græci τμήματα nos ſecta vocare poſſumus, partiri ac diſtingui. Ex his primū diuina fauente prouidētia hucuſq; abſoluimus, ſecundū aggreſſuri in quo philoſophus de propoſitionū abundantia ac medij inuentione pertractat tā oſtenſiuorū quam conditionalium ſyllogiſmorum mox addēs,

A quæ de diuiſio docendi modo dicenda erant:ait ergo non ſat eſſe nos ratiocinia ac ſyllogiſmos ſcire conſtruere niſi & vnde materia ac propoſitiones aſciſcẽdæ ſint nõ ignoremus,propoſitiones inquã & viã qua principia ad vnũ quodq; quæſitũ tam vniuerſale quã in parte tam affirmatiuum quã negatiuũ inuenire valeamus:non enim fortaſſe generatio ac cõſtructio ſyllogiſmorũ conſideranda,ſed & potẽtia ac copia faciendi indagãda:fortaſſe dico,quoniam pleriq; philoſophorũ & Plato de conſtruendi modo tantũ mentionem fecere,de reſolutione aut pauca aut longe ſecius pertractarunt. {Omnium itaque entium.} quoniam medium in diuerſis figuris prædicandi ratione cognoſcitur:ob id impræſentia variam prædicatorũ ſubiectorumq; naturam atq; ordinem exponit inquiens: inter entia quædam eius eſſe generis,vt de nullo vere ac vniuerſaliter prædicentur,vt Cleon ac Callias,& quæcunq; in quolibet genere aut ſpecie ſingularia ſunt ac ſenſibilia,

Mediũ i diuerſis figuris prædicãdi rõne cognoſcitur.

B de his vero puta cleone ac callia alia ſuperiora , vere & vniuerſaliter prædicari poſſunt , dicere namque conſueuimus, & cleonem & calliam hominẽ atq; animal eſſe, non iniuria addidimus vere ac vniuerſaliter, falſo namq; & ipſa vtiq; prædicari poſſent,puta omnis homo eſt callias aut Socrates,ſed vere nullo pacto; cæterum de falſis prædicatis nulla artifici bono ex primaria intentione cura eſt. Vniuerſaliter autem inquit Alexander bifariam poſſumus intelligere,vel q vniuerſaliter et ſimpliciter de omnibus indiuiduis ac ſenſibilibus ſubſtantijs hoc aſſerendum ſit,vel potius,quia videntur aliquando quodam modo & ipſa de aliquibus prædicari, veluti quando dicimus,aliquis homo eſt callias,ſed hunc in modũ vniuerſaliter dicere minime poſſumus ſeruata propoſitionis veritate.non enim recte dicimus, omnem hominem calliam eſſe,addidit autem & quod ſecundum vnumquodq; ac ſi diceret & omne aliud ſingulare ac ſenſibile. Nam quod nos ſingulare vocamus illi *ἀδιαίρετον*,nuncupant, ſingulare inquam ac ſenſibile, quod tamen ſubſtantia ſit, nam

Quod ſingularia aliq̃ñ pdicari poſſint,ſed nõ vñr uere

C prima ſubſtãtia ſingularis proprie ac ſenſibilis vocitatur, in reliquis vero prædicamentis nec vere nec ſenſibilia ſingularia inueniri poſſunt. ſi tamen & in his ſingularia pacto aliquo formaremus, & illa eandem vtique legẽ ſortirentur,ſunt itaque in entibus quædam talia,alia vero alterius ſunt naturæ,nam ipſa quidem de alijs prædicantur, de ipſis autem aliud nullum , qualia ſunt quæ generaliſſima genera vocitantur. de his enim nihil ſecundũ opinionem dicitur,quemadmodũ infra declarauimus. Sũt vero quæpiam quæ & ipſa de alijs,& alia de ipſis prædicãtur, veluti quæ ſubalterna appellãtur genera & vt vnico verbo abſoluam quæ inter generaliſſima ſunt ac ſingularia ſenſibilia, & hunc quidem ordinem in enarrandis prædicatis ſeruauit Ariſtoteles. Alulidus tamen Roſadis prædicamẽti ordinem ſecutus,ab indiuiduis primo exorſus eſt, mox per intermedia ac ſubalterna progreſſus ad ſuprema deuenit, ſed hæc ad rem parum. {Ferme enim.} ferme dixit inquit Diuus Albertus propter ea , quæ indiui-

D dua vaga nuncupantur:puta,aliquis homo, aliquod animal:hæc enim prædicantur,non ſui tamen gratia, ſed aut ſpeciei aut generis. Aliter tamen & melius Alexander ac Leui Gerſonis dicunt,ferme inquit ꝓpter indiuiduas qualitates,quæ de indiuiduis ſubſtantijs proprie ac ſecundum naturam prædicãtur, ſenſibiles tamen aliquo pacto ſunt. { Vt accidens. } vt accidens dixit inquit Philoponus pro eo quod eſt præter naturam: multiplices nãq; prædicationes fieri poſſunt:nãq; aut ſuperius prædicatur de inferiori aut accidens de accidente,aut accidens de ſubſtãtia,aut de ſuperiori inferius,aut ſubſtantia de accidente,& ſi aut ſuperius de inferiori aut accidens dicatur de ſubſtantia,prædicatio ſecundũ naturam dicitur. ſi vero accidens de accidente, vt album eſt muſicum,prædicatio per accidens:ſin autem aut inferius de ſuperiori, aut ſubſtantia de accidente,prædicatio nuncupatur præter naturã , vt accidẽs itaq; hoc in loco dixit pro eo,quod eſt præter naturam:ſi enim callias puta de homine aut calliaa de albo prædicetur inferius de ſuperiori prædicatio vocatur præter naturã. Erit igitur ſenſus,nullum ſingulare ac ſenſibile de alio prædicabitur,niſi forte præter naturam,alij aliter vt accidens in

Nota quod multiplex ſ̃ pdicatio.

E telligunt, vt ſenſus ſit,nullũ indiuiduum de aliquo prædicabitur,niſi fortaſſe ſit accidens,nãq; quẽadmodũ & ſupra notauimus indiuidua accidentium de ſubſtantia ſenſibili recte & ſecundum naturam prædicantur. Hæc illi. Melior tamen eſt prior expoſitio, quodq; hoc ita ſit,mõſtrant exempla quæ in contextu poſuit Ariſtoteles.

Quod autem & ſurſum tendentibus ſtatur aliquando,rurſus dicemus:nunc uero ſit hoc poſitum. De his igitur non eſt demonſtrare alterum prædicatum,niſi ſecundum opinionem:ſed hæc de alijs:neque quæ ſecundum ſingula,de alijs,ſed altera de illis,quæ uero intermedia ſunt , planum quòd utroque modo contingunt : namque & ipſa de alijs, & alia de his dicentur, & quaſi rationes & conſiderationes ſunt maxime de his.

F Manifeſtum inquit vnicuiq; q deorſum tendendo ad extrema & indiuidua,quæ de nullo ſimpliciter prædicantur deueniendum eſt,q autem ſurſum procedentibus ſtetur,et ad maxime vniuerſalia deueniaẽ,hoc non vtiq; ex ſe planum ac dilucidum eſt , verum hoc in præſentia ponatur ac pro confeſſo accipiatur tanquã iterum demonſtrandum in poſterioribus analyticis. in primo nãq; poſteriorũ & logice & demonſtratiue hoc arguetur. { De his igitur. } de his inquit generaliſſimis non poſſumus demonſtrationẽ facere,ſed ſi quippiam de his monſtramus ſecundum opinionem eorum monſtramus , qui volebãt ens diuidi in prædicamẽta,tanquã genus in ſpecies,quod tamen falſum eſt. Fuerunt autem ij Stoici dicentes vnũ eſſe entium omnium genus , ſiue ens illud eſſet,ſiue hoc aliquid,ſiue materia, atque hoc ſecarĩ in quatuor prædicamenta,in ſubſtantiam,& qualia,& quodãmodo ſe habentia & ad aliquid quodãmodo ſe habentia. Contra hos tamen longo ſermone diſputat Plotinus lycopolita in primo ſextæ Enneados oſtẽdens neque eos recte vnũ omnium genus poſuiſſe,neque in quatuor tantum prædicamenta partitos. Sunt qui opinionem iſtam Platoni aſcribant,is enim & in Parmenide et in ſophiſta videtur ens genus dicere atque in quinque ſpecies diſpartire,ſubſtantiam,motum,ſtatum, idem, & alterum. Hoc tamen negat Plotinus,additq; ex intentione Platonis ens æquiuocum eſſe,quod etiã ipſius diſcipulus Porphyrius Phœnix in libro quinq; vocum tradidit. Ariſtoteles tamen in gãma poſt naturalia,quiq; recte ſentiunt ferme omnes negant ens vere æquiuocum eſſe,ſed potius aiunt eius naturæ exiſtere,cuius ea quæ ad vnum nuncupantur, quemadmodum & vrinam,& inſtrumentum & pharmacum & corpus ſana eſſe dicimus, quoniam ad vnam ſanitatẽ referuntur,& hoc eſt quod voluit hoc in loco Diuus Albertus , cum inquit ſecundum opinionem intelligendum eſſe,ſecundum cõmunitatem,quæ non eſt generis vel ſpeciei,ſed analogiæ, analogiam namq; habere latius dixit, quæ ad vnũ vocitantur, quod tamen ſecus ſe habet, æquiuoca enim ſecundum analogiam & æquiuoca ad vnum

Stoicorum opio q vnũ ſit olum entiũ genus, qđ in iiii quatuor diuidatur genera. Plotinus cõtra ſtoicos.

Õ pio Platoni aſcripta de ente

G

Quid ſenſerit Ariſt. de ente.

Aequiuoca ſecũdũ analogiã & ad vnũ multũ differunt.

H ſiue ab vno maximo a ſeinuicẽ differunt interſtitio,quẽadmodum in prædicamentis & in ſeptimo naturalis auditus refert copioſiſſimus Simplicius,ac vt exactius hæc intelligantur,non abſurdum erit curioſius aliquantulũ vagare,quæ vir ille ſuper his ediſſeruerit aſſercẽtem. ait enim in prædicamentis quaſi ad verbum,æquiuoca alia a fortuna, vt Alexander alia a conſilio , & hæc quadrifariam ſecantur.nanq; alia ſecundũ ſimilitudinem, vt homo animal,& quod pingitur,alia ſecundum analogiam ſeu proportionem, vt cum principium æquiuocæ dicimus,numerorum vnitatem lineæ punctum,fluuiorum fontem,animalium cor, nam quemadmodum vnitas ſe habet ad numerum, ita & reliqua ad ea,ad quæ proportionẽ habẽt. Tertius æquiuocorum modus , cum ab vno cõmunis in pluribus ac differentibus prædicatio fit , quẽadmodum a medicina,medicus liber, medicum inſtrumentum, medicum pharmacum. Quartus cum varia ac differentia ad vnum referuntur finem, veluti cibum ſanum,pharmacũ ſanum,& exercitium ſanum dicimus tanquã quæ ad ſanitatem vt finem tendant.Fuere tamen qui duos hos mo

Diuiſio æquiuocorũ de mente Simplicij

I dos in vnum redigentes ab vno & ad vnum hæc omnia vocent. Quidam & alij neque inter æquiuoca neq; inter vniuoca hæc poſuere, verum in vtroruq; medio. Hæc ille in prædicamenta & complura etiam alia, ſed & in naturali auſcultatione, analogia inquit eſt æquiuocatio ſimilitudinem, quæ in ſermone & vſu eſt obſeruans, vt principium: namq; & vnitas & punctum, & fons principium dicuntur. Verum hæc ex ſuperabundantia dicta ſint: ſecundum opinionem igitur ita in elligendū arbitratur Philoponus, vt ſenſus ſit, de his generaliſſimis non licet alterum quodpiam prædicatum demonſtrare: niſi ſecundum eorum opinionem, qui dicunt ens vniuoce aut tanquam genus de primis generibus dici, demonſtrare autem dico nō ratiocinari: nam ratiocinari quidem poſſumus, demōſtrare vero non poſſumus, quod enim demonſtratur & definitionem & paſſiones proprias habere debet, q̄ ſi definitione & genus, quod generaliſſimorū nullum habet.

Quæ dicū ab vno & ad vnū media eē inter vniuoca & æquiuoca ſenſit Alex. 4o metaphy. Quō intelligēdū ſit p̄dicari ſecū dū opionē de p̄is ſe de mente Philopo.

Aliter inquit Alexander poſſumus ſecundum opinionē intelligere: hoc eſt per accidens, veluti cum dicimus ſubſtantiam eſſe hominem: ſecundum opinionem vero prædicationem vocauit per accidens, quoniam ſecundū non nullorū opinionem dilucidationis gratia & inferiora de ſuperioribus prædicari poſſunt, aut ſecūdum opinionem, quemadmodū & Leui Gerſoni aſtipulatur, hoc eſt dialecticæ et probabiliter: licet enim de primis generibus per demonſtrationem nihil poſſumus concludere: nil tamen prohibet, quin hoc dialectico ac probabili ratiocinio perficere valeamus, & ita in et reliquas optimam omnium interpretationem iſtam exiſtimauerim. { Et quaſi rationes } quaſi inquit Diuus Albertus dixit, quoniam in ſyllogiſmis ac ratiocinijs extrema plerunq; media fiunt, quēadmodum in ſecunda ac tertia figura, & propterea in his ratio ac conſideratio non ſolum ſit de intermedijs, verū etiam de ſupremis. Sed pace tanti viri dixerim, non recte hæc proferri: namque cum de intermedijs conſiderationes eſſe dicit: nō hoc de medio pronunciat, ſed de quæſito, hoc enim eſt, quod volumus monſtrare, & cui antecedentia & cōſequentia inuenire volumus. Satius itaq; eſt, vt cum Alexandro dicamus Philoſophū dixiſſe quaſi, quoniam fieri poſſet quæſtio quodammodo & de primis generibus, vt ſi ſuprema genera ſunt decem: ſi ens & vnū ſit genus & conſimilia quæri poſſunt de ſupremis: plurimæ tū q̄ōnes circa intermedia verſantur, in his enim ſolis & antecedentia reperiuntur & conſequentia ꝓpriē

Alia expō Alexandri.

K

Expō alia leui Gerſo.

Expō Alb.

Contra expōnē Alb.

L

Expoſitio Alexādri.

Oportet itaque propoſitiones circa unumquodq; ſic excerpere, ſupponentem ipſum primum, & definitiones, & quæcunque propria rei ſunt: deinde poſt hoc quæcunq; rem ſequuntur, ac rurſus quæ res ſequitur & quæcunque non contingunt ipſi ineſſe: quibus autem ipſum non contingit, non eligendum, eo quòd conuertitur priuatiuum. Diuidenda autem ſunt & conſequentium, quæcunque in eo quod eſt quid, & quæcunque propria, & quæcunque ut accidentia prædicantur, & horum qualia ex opinione, & qualia ſecundum ueritatem: quanto enim pluribus talibus abundauerit quiſpiam, citius concluſionem aſſequetur: quanto autem uerioribus, magis demonſtrabit: uerum oportet eligere non quæ aliquod ſequuntur, ſed quæ totam rem ſequuntur: quemadmodum non quid aliquem hominem, ſed quid omnem hominem ſequitur: per uniuerſales namque propoſitiones ſyllogiſmus: namque cum eſt indefinitum, incertum ſi uniuerſalis propoſitio eſt, cum uero definitum, planum.

M

POSTEAQVAM expoſuit circa quæ verſentur monſtrationes. Hinc incipit methodum atque artem tradere inueniēdarum propoſitionum inquiens, oportere primum ſupponere ipſum quæſitum, ac terminos eijcere ac ſeparare, qui in ipſo ſunt, ſubiectum inquam & prædicatum, poſtea accipere definitiones ac propria rei, rem appellans, quemadmodū inquit Alexander, terminos qui ſunt in problemate, vel rem dicit veluti in alijs pleriſque locis et in Elenchis ſophiſticis conceſſum atque ſubiectū: definitiones namque & propria rei ac ſubiecti vere ſunt: non autem quæſiti, deinde poſteaquā definitiones ac propria adinuenimus, quæ indifferenter & antecedentia & conſequentia eſſe poſſunt inquirenda ſunt & conſequentiā & antecedentia & repugnātia: hoc enim eſt, quod voluit, cum dixit, quæ res ſequitur, & quæcunq; non contingunt ipſi ineſſe. Et addit Aluiſdus Roſadis diſtinguendum etiam eſſe, quæ ſecundum veritatē definitiones, propria, atque accidentia, quæue ſecundum opinionem ſunt. { Quibus autem ipſum } hoc eſt repugnantia quidē ſubiecto ac quæſito inueſtiganda ſunt: quibus vero ipſum repugnet, omittenda, quoniam vniuerſalis negatiua conuertitur terminis in ſeipſam. Si enim nulli homini ineſt equus & retrorſum, homo nulli equo. { Diuidenda autē ſunt. } hoc eſt conſequentia ac prædicata debemus diſtinguere, quæcunque in eo, quod eſt quid prædicantur: ſunt autem hæc, quemadmodum Ariſtoteles in topicis refert, quando aut idem de ſeipſo, aut genus de ſubiecto dicitur, ſed latius hoc in loco in quid prædicari accepit: nam quæcunque ſubſtantiam ſiue eſſentiā cuiuſpiam conſtituunt, vt definitio, genus, aut differentia, omnia ea in quid prædicari voluit. Excerpenda ergo quæcunque talia, & quæcunque propria, & q̄cunque vt accidentia dicuntur, & ex his omnibus, quæcunque ex opinione nouas aſſerentium poſitiones, & quæcunque ſecundum rei ipſius veritatem: nam quanto plura habebimus talia ad quæſitum, tanto citius cōcluſionem aſſequemur, quanto autem veriora magiſque ſubſtantialia ac propria, efficaciorem faciemus demonſtrationem. { Verum oportet eligere } Oportet inquit quoniā demonſtratio ac ſyllogiſmus omnis ex propoſitionibus conſtituitur vniuerſalibus, quo facilius propoſitum aſſequi poſſumus, ea eligere, quæ vniuerſaliter ſequuntur ac prædicātur de ſubiecto, & ob eandem cauſam nō eligēdæ etiam indefinitæ propoſitiones, cū.n. ꝓpō indefinita eſt ac ſine p̄determinatione, incertū atque ambiguum eſt, an vniuerſalem reddat an particularē. Et ex hoc loco dixit Ioānes Philoponus falſum eſſe, quod nonnulli perhibent, indefinitas propoſitiones ſi cum articulis proferantur vniuerſalibus æquiualere: ſi abſq; articulis ijs, quæ ſunt in parte, cum alioquin ſi vniuerſalibus æquiualerent propoſitionibus, cum ſigna ac p̄determinationes vniuerſalium diſcretis ac ſingularibus non liceat apponere: non enim dicimus, omnis Socrates iuſtus, ſequeretur articulos id genus propoſitionibus applicari non poſſe, quod tamen falſum eſt. Dicimus enim [illegible]. Hic enim articulus ὁ ſignificat, non q̄ omnis Socrates philoſophus: hoc enim ab vſu eſt ſed potius relationem quandam indeterminatum ac p̄cognitum Socratem, aut aliquando prædicatum ſecundum eſſentiam ſubiecto ineſſe, veluti cum dicimus. ὁ ἄνθρωπος ζῷον. nil aliud volumus, niſi q̄ animal ſecundum eſſentiā de homine p̄dicatur, & addit hoc ex ſententia fuiſſe p̄ceptoris ſui in libro περὶ ἑρμηνείας. Ego autem vt exactius etiam hæc poſſint intelligi, quæ præceptor ſuus Hermeas Ammonius in libro de interpretatione dixit, in medium proferam. ait enim ſecto ſecundo, articulum aliquando æquam facere propoſitionem vniuerſali. Differre tamen articulum a ſigno vniuerſali, quoniam articulus magis vnionem ſignificat, vnde plerunque & ſingularibus & monadicis articulum addere conſueuimus. [illegible], & [illegible] dicentes. Hæc ſecto ſecundo. Secto autem quinto adhuc planius inquiens, vbicunque prædicatum omni in ſit ſubiecto, ibi conſuetudine eſſe, vt articulum addamus, vbi autem non omni, ibi minime, differt tamen articulus a ſigno vniuerſali, quoniam ſignum, multitudinem notat eorum, quæ ſub ſubiecto ſunt, ſingularis vero articulus vnam a multitudine prouenientem naturam, pluralis vero articulus et ipſe aliquando vniuerſali æquiualet, idē enim eſt dicere οἱ ἄνθρωποι θνητοί. & omnes homines mortales, aliquādo autem ſolam multitudinem ſignificat, vt cum dicimus [illegible], quapropter inquit; ſi propoſitio aliqua cum articulo proferatur, non ab re tamen erit & ſignum vniuerſale aliquando addere, quemadmodum & Homericus Iuppiter in Beta Iliados optime ſignificauit. Hæc ille & complura alia. Hoc etiā Nicephorus in primo introductorij compēdij innuit inquiens eas

Res appellatur ſubiectū & prædicatum.

N

Dictū Aluiſdi Roſa.

Quid philoſophus intelligat p p̄dicata i q̄d.

O

P

Dictū Ioannis grāmatici, de ꝓpōnibus indefinitis quæ cū articulis & ſine proferuntur.

Q

Nota de articulis ſm̄ ſententiam ammōij. Quæ ſit differētia inter articulū & ſignū vl̄e.

Nicephorus de ꝓpō ne indefinita

propriè

A proprie indefinitas vocitari, quæ ſine ſigno vniuerſali atque articulo proferuntur: non tamen verum eſſe, ꝙ ſolũ ſignificet prædicatum ineſſe omnibus ſubiecti partibus: namque aliquando ſignificat & eſſentialem prædicati ad ſubiectum habitudinem. aliquando & [Greek], aut excellentiam. vt [Greek]. Quod autem indefinitæ propoſitiones cum articulis aliquando vniuerſalem reddant videtur innuere Ariſtoteles ad finem libri de interpretatione: neque ob hoc tamen dixerim indefinitam cum articulo ſemper æquiualere vniuerſali: multa enim & alia ſignificat articulus, quẽadmodum optime in libro de conſtructione declarat Apollonius dyſcolus, ſed hæc grãmaticis ac literatoribus relinquantur. Quod ſi latius fortaſſe digreſſi fuimus, quàm oportebat, hoc fecimus non iniuria: nãq; & apud maximos philoſophos de hoc maxima extitit dubitatio, ſed hæc magis græcis quàm latinis vſu veniunt, nec ſolum græcis, ſed etiam barbaris, namq; & hi & inter hos præſertim hebræi non mediocrem faciunt differentiam, ſi proferatur propoſitio vna abſolute ſine determinatione, an cum determinatione, quam illi vocant hæ cognitionis, **B** ſi enim ſignum hoc addatur, plerunq; propoſitio, quæ antea erat indefiniſa particulari æquiualens, vniuerſali æquipotens redditur, quod alicubi in librum de interpretatione notauit Aluiſius Roſa. ſed de his alibi. Ad propoſitum iam redeamus.

Conſimiliter autem eligenda, & quæ ipſum ſequitur tota, ob dictam cauſam: ipſum vero conſequens non aſſumendum totum ſequi: dico autem veluti hominem omne animal, aut muſicã ſcientiam omnem, ſed tantum ſimpliciter ſequi, quemadmodũ & protendimus: namque inutile alterum & impoſſibile, veluti omnem hominem eſſe omne animal, aut iuſtitiam omne bonũ, ſed ex quo ſequitur, in illo omni dicitur. ſed cum ab aliquo contineatur ſubiectum, quod conſequentia, oportet accipere, quæ ſequuntur uniuerſale uel non ſequuntur, non eligenda in his: ſunt enim in illis accepta, quæcunq; enim animal, & hominem ſequuntur, & quæcunque non inſunt, conſimiliter, quæ uero circa unumquodq; propria accipiendum: ſunt enim quædam ſpeciei propria præter genus: **C** *neceſſe namque diuerſis ſpeciebus propria quædam ineſſe: neq; igitur uniuerſali eligendum, quæ ſequitur quod continetur, ut animali quæ ſequitur hõ: neceſſe enim ſi hoĩem ſequitur aĩal, et hæc omnia ſequi: conuenientiora autẽ hæc hominis electionis.*

Quemadmodum inquit eligimus, quæ totum ſequuntur ſubiectum, ita etiam antecedentia vniuerſaliter ſubiectum excerpenda ſunt. { Ipſum vero cõſequens } hoc eſt ipſum prædicatum non debemus proferre cum ſigno vniuerſali, puta dicentes, homo eſt omne animal, aut omnis homo eſt omne animal, & de reliquis cõſimiliter, ſed ſimpliciter & abſq; ſigno vniuerſali huiuſcemodi termini ꝓponendi, quẽadmodum protendere ac proponere in ſyllogiſmis conſueuimus, aliter nãq; proponentes & inutilem & impoſſibilem rem facimus, verum ſi cum vniuerſali determinatione aliquid proponendum eſt, illud debet eſſe ſubiectum ex quo prædicatum ſequitur, namq; recte dicimus omnẽ hominem animal eſſe, non autem hominem eſſe omne animal, aut omne riſibile, aut denique omnem hominem, hæc enim declarata ſunt in libro de inter- **D** pretatione ſecto ſecundo, vbi & Hermeas Ammonius cauſationem aſſignauit, cur ſignum vniuerſale prædicato cõmode non poſſimus addere. Nos vero aliam dicimus, nãque veluti plerunq; etiam diximus prædicatum formæ, ſubiectum autem materiæ rationem habet, & propterea quæcunq; ſigna materiam ſignificant, ſubiecto: quæ cũq; formam, prædicato rectius adijciuntur, cum itaq; præter determinationes iſtæ, omnis, nullus, aliquis ac nõ omnis, quantitatem ac materiam notant, non immerito ad ſubiectum ponuntur, quẽadmodum modi ac negationes omnes rectius prædicato adiacent tanquam formam ſignificantes. Quod ſi Ariſto. animam entelechiam quandã dicit, & Plato rhetoricam experientiam quandam, hoc factum fuit, ne quiſpiam male exiſtimaret propoſitiones iſtas prædicatione conuerti, vt omnis entelechia anima eſſet, & omnis experientia rhetorica, ꝙ vero in contextu dicit inutile alterũ & impoſſibile ſic exponẽdum, **E** inutile quidem cum ſignum vniuerſale negatiuũ prædicato adijcimus, puta nullus homo, nullus lapis, ſignum namq; illud ad prædicatum nil penitus facit, impoſſibile vero, cũ præter determinationem affirmatiuam vniuerſalem prædicato apponimus, vt omnis homo eſt omne animal. { Sed cum ab aliquo. } quando inquit ſit aliquis propoſitus terminus, hoc enim vocat ſubiectum non ꝙ reuera ſit problematis ſubiectum, ſed quoniam in hac electione ſubiectum afficitur, quando inquã propoſitum terminũ conſequentia volumus accipere, non debemus eligere, quæcunq; ſequuntur vniuerſalem & non continentẽ terminũ: ſunt enim potentia accepta in prædicato, propterea ꝙ quæcunq; de ſuperiori prædicantur, de inferiori etiam dicentur, ſed ea tantum excerpenda quæ ſpeciei propria **F** ſunt nec de genere prædicantur, ſunt enim quædam talia, quandoquidem diuerſis ſpeciebus diuerſa inſunt propria, puta in exemplo ſi eligenda ſint, quæ hominem ſequũtur non debemus eligere quæ ſequantur aut repugnant animali, dum enim animal eligimus & ipſum conſequentia eligimus, puta animatum, corpus, ſubſtantiam: hæc nãq; in potentia ab animali comprehẽduntur, non igitur hæc eligenda, ſed magis quæcunque homini aut repugnãt aut conſequuntur, puta rationale, irrationale, riſibile, hinnibile: hæc enim homini quodãmodo propria ſunt. { Neque igitur vniuerſali } ſenſus eſt, cum electionem facimus & eligimus quæ terminus ſubiectus ab aliquo contentus ſequitur, non debemus vel vniuerſali continentia & accipere huius antecedentia, puta in exemplo ſit terminus poſitus homo. cõtinet autem hunc animal, & ſequitur ipſum cum eligimus antecedentia hominis nõ debemus accipere animal dicentes, ꝙ & hoc, id eſt animal ſequitur hominem antecedentia, hoc enim potentia poſitum fuit, nam quodcunque ſequitur hominem & antecedentia hominem ſequitur, quare ſi animal ſequitur hominem, nimirũ **G** & antecedentia hominẽ ſequetur. Vel aliter inquit Alex. & huic ſententiæ aſtipulatur etiam Philoponus, quando volumus accipere antecedentia alicuius vniuerſalis, non debemus aſſumere ea, quæ antecedunt antecedentia, ſed quæ immediate antecedunt ipſum vniuerſale, puta ſi eligenda ſint antecedentia animal, non debemus eligere antecedentia hominem, quæcunq; enim hominem antecedunt & animal, veluti ſi grãmaticum hominẽ antecedit, nimirũ & animal ipſum antecedet, ꝙ ſi antecedentia hominem eligeremus, non ad animalis, ſed ad hominis magis ſpectarent electionem, & hic quidem ſenſus eſt. Contextus vero teris ob nimiã breuitatem obſcuriuſcula fuit. debemus autem hunc in modum dirigere, neque in vniuerſali eligendo opus eſt ea eligere, quæ ſequitũ illud quod continetur, hoc eſt quæ antecedunt ipſum antecedens, quẽadmodum in animali eligendo, non quæ antecedunt hominem, ſed quæ immediate antecedunt animal, namque ſi animal prædicatur de homine & de oĩbus ab homine cõtentis prædicabitur, nec ſolũ contextus noſter hanc certi nes difficultatem: ſed & græcus idem negocium faceſſit: οὐδὲ ἐν τῷ καθόλου ἐκλεκτέον οἷς ἕπεται τὸ περιεχόμενον, οἷον ζῴῳ, ὅσα ἕπεται ἀνθρώπῳ. ἀνάγκη γὰρ εἰ ἀνθρώπῳ ἀκολουθεῖ τὸ ζῷον, καὶ τούτοις ἅπασιν ἀκολουθεῖν & reliqua. **H**

Aſſumenda uero & quæ utplurimum ſequuntur, & quæ ſequitur. Problematum namq; utplurimum & ſyllogiſmus ex propoſitionibus utplurimum aut omnibus, aut aliquibus ſimilis nãq; uniuſcuiuſque concluſio principijs. Amplius quæ omnia ſequuntur non eligendum, non enim erit ex ipſis ſyllogiſmus, ob quam autem cauſam in ſequentibus erit manifeſtum.

Quoniam ars hæc inueniendi medium non ſolum demonſtrationibus accõmodatur, ſed & dialecticis, ac rhetoricis ratiocinijs, inter quæ ſunt quædã problemata ἐνδεχόμενα hoc eſt conіecturabilia, ꝓpterea inquit ſi concluſio & problema vt plurimum fuerit, debemus & propoſitiones vt plurimum accipere, quoniam quẽadmodum & ſupra retulimus, neceſſe eſt concluſionẽ aut vtriq; aut alteri ſaltẽ ꝓpoſitionum ſimilẽ eſſe. Hinc & cauſam aucupari

Ariſtoteles ꝙ indefinitę cũ articulis æquiualẽt quãdoque vlibus.

Articulis magis apud græcos & barbaros quàm latinos vſu veniunt.

Ammonius in libro de interpretatione ꝙ ſignũ vle nõ addatur prædicamento cõmodixit. Nota aliã rõnẽ de eodem.

Quod ꝓ ſubiectũ intelligendum ſit. Nota difficultatẽ huius dicti & iſtæ.

Problemata conіecturabilia.

I poſſumus, ob quā neq; in topicis neq; in elenchis ſophiſticis modū tradidit inueniendi mediū, quicunq; n. ad oēm conſtituendū facerent ſyllogiſmū, ſimpliciter hoc in loco cōplexus eſt. { Amplius q̄ oīa. } non debemus eligere q̄ ſequant̄ vtrūq; terminū ſubiectū inquā ac pdicatū pblematis, qm̄ ex ipſis non conſtituit̄ ſyllogiſmus, q̄ vero ſit cauſa paulo infra declarabit̄, qm̄ ex vtriſq; affirmatiuis in ſecūda nō erigitur vtilis cōplicatio. Dubitat autē hoc in loco Ioā. Philoponus inquiēs ſuperfluū extitiſſe hic adduxiſſe modū faciendi vnicā coniugationē inutilē, cū enim, quēadmodū infra planū erit, tres ſint modi cōſtituēdi cōplicationes inutiles, aut de nullo, aut de oībus mentio hic facienda fuit. Rńdemus ad hoc nō id in hoc loco dicere philoſophū, quod inferius repetit, infra enim cōius ac latius ait ex cōſequentibus vtriūq; nullā fieri coniugationē ſyllogiſticā, ſiue ea cōiſſima ſint, ſiue minus cōia, hic aūt preſſius inquit non eſſe eligenda, quæ cōiſſima ſunt, & de omnibus prædicantur, qm̄ ex his non poteſt fieri complicatio niſi ex ambabus affirmatiuis in ſecunda figura,
K quæ penitus eſt inutilis, quēadmodū infra elucidabitur.

Quare Itopicis & elēchis nō tradit inueniēdi medium.

Dubiū Philoponi.

Solutio eiuſdem.

De modo inueniendi medium ad quodcunque problema in omni ſyllogiſmorum genere.

Conſtruere igitur uolētibus de aliquo toto, aſpiciendū quidē in ſubiecta eius, quod cōſtruitur, de quibus ipſum dicitur, de quo autē oportet prædicari, quecūq; hoc ſequūtur: ſi nāq; horū aliquid idē fuerit, neceſſe eſt alterū alteri ineſſe. Si uero nō quod omni, ſed quòd alicui, quæ ſequitur utrūq; : ſi enim horū aliquid idē, neceſſe alicui ineſſe. Cæterum cū nulli oporteat ineſſe, cui nō eſt opus ineſſe, ad ſequentia, quod autē oportet non ineſſe, in quæ non cōtingunt ipſi ineſſe, aut ecōuerſo, cui quidē oportet nō ineſſe, quæ non contingunt ipſi ineſſe, quod autē non ineſſe, in conſequentia: cū enim hæc utralibet eadē fuerint, nulli contingit alteri alterū ineſſe, fit enim quandoq; quidē qui in prima figura ſyllogiſmus, quandoq; autē qui in media. Quod ſi alicui nō ineſſe, cui oportet non ineſſe, quæ ſequitur, quod autē non ineſſe, quæ non poſſunt ipſi ineſſe, ſi enim horū aliquid idē ſit, neceſſe alicui non ineſſe. Sed magis fortaſſe ſic erit unūquodq; dictorū manifeſtū. Sint enim conſequentia. a. in quibus. b: quæ uero ipſum ſequitur, in quibus. c. quæ autem non contingunt ipſi ineſſe, in quibus. d. Rurſus ipſi. e. inexiſtētia, in quibus. f: quæ uero ipſum ſequitur, in quibus. g. quæ autem non contingunt ipſi ineſſe, in quibus. h. N

Hactenus expoſuit latius quonā pacto ppōnes eligendæ ſint; nunc ea quæ ſuperius cōiter prolata ſunt vnicuiq; problematū accōmodat. Erant autem quēadmodū ſupra etiā retulimus pblemata quatuor, vniuerſale ac particulare affirmatiua, & negatiua cōſimiliter. Primū itaq; modum tradit inueniedi mediū ad vniuerſalē affirmatiuā concludendā & ait, q ſi animus extiterit cōcludere de aliquo toto hoc eſt vniuerſalē affirmatiuā, debemꝰ aſpicere ſubiecta & antecedentia id quod cōſtruimus. i. pdicati in ipſo problemate, conſequentia vero id de quo oportet pdicari, hoc eſt ipſius ſubiecti, puta in exēplo, ſi velimus cōcludere oēm hoīem animal eſſe, accipiemus animal, quod antecedit ipſum animatū, & cōſequitur hominē. Quod ſi O

Regula ad mediū inueniendū quo conſtruitur vl's affirmatiua.

Figuea methodi, pro medio inueniendo in ſingulis coniugationibus vtilibus, & inutilibus ex antiquis excerpta.

non

Regula cõcludẽdi particularẽ affirmatiuam.

B non vniuerſalẽ, ſed particularẽ affirmatiuam ratiocinari mens fuerit eligemus, q̃ antecedũt vtrũq;, ceu ſi velimus cõcludere aliqđ animatũ eſſe animal, eligemus hominẽ qui & animal & animatũ antecedit. Sed quærit cũ duo modi ſint ad inueniendum mediũ, quo affirmatiuã cõcludamus in parte cur de vno tamẽ hoc in loco mẽtionem fecerit. Rñdemus hoc ideo factum fuiſſe, qm̃ ex iſto & alius modus planior efficiebatur, cum iſ alioquin inſpectio illa altera nõ ita ſit ad ꝓpoſitũ accõmodata, quẽadmodũ hæc de ea tñ infra ſermonẽ faciet, vbi exactius cõplicationes & cõſiderationes iſtas exponet. { Cæterũ cũ nulli. } ſi vero inquit velimus vniuerſalẽ negatiuã cõcludere, debemus inſpicere ad ſequẽtia ſubiectũ, cui eſt opus nõ ineſſe prædicatũ, & ad repugnantia ꝑdicatũ, quod eſt illud, quod oportet non ineſſe ſubiecto in q̃ſito, aut econuerſo, quæ nõ cõtingunt ineſſe ſubiecto, cui oportet prædicatum in quæſito nõ ineſſe, ipſum vero prædicatũ conſequentia, quod prædicatum in quæſito ac cõcluſione volumus non ineſſe ſubiecto. ſecundum enim has vtraſque inſpectiones concluditur negatiua vniuerſaliter, ex conſequentibus ſubiectũ & repugnantibus prædicato in prima, cõuerſa autem inſpectatione in ſecundo ſecundæ ſeu mediæ figuræ. Quod ſi negatiuam in parte concludere intendamus, antecedentia ſubiectum & repugnãtia prædicato erunt animaduertẽda, hoc enim eſt, quod voluit dũ inquit, cui oportet nõ ineſſe quæ ſequitur, quod autẽ non ineſſe, quæ non poſſunt ipſi ineſſe: puta in exemplo ſit cõcludendũ, aliquod album non eſt homo, accipiemus cygnum, aut niuem, aut aliquid tale, quod antecedat albũ, & repugnet homini. { Sed magis fortaſſe. } fortaſſe inquit planiora ac manifeſtiora eſſent quæ dicimus, ſi per figuram ac deſcriptionem elementorũ, quod volumus explicaremus, nos autem & notiores terminos in medium afferemus, ſit itaq; quæſitum mõſtrandũ. a. et &. a. ſit prædicatum, bonum: c. ſubiectum, voluptas: proponatur igitur in quæſtionem, aliquando q; omnis voluptas eſt bonum, aliquando q; nulla, aliquando q; aliqua, nõnunquã aliquam voluptatem non eſſe bonum: deinde conſequentia. a. prædicatum, ſint. b: nam conſequentia bonum erũt, vtile, cõferens, appetibile, cõueniens, & ſimilia. hæc enim vniuerſaliter de bono prædicãtur, quæ vero ipſum ſequitur, hoc eſt antecedentia. a. ſint. c. fœlicitas, perfectio, operatio ſecũdum virtutem, Repugnantia vero ipſi. a. ſint. d. fugiendum, malum, inutile, imperfectum, turpe, & conſimilia. Rurſus conſequentia. e. voluptatẽ ſint. f. motus perfectus, operatio ſecundum naturam, appetibile, eligibile. Quæ vero ipſum ſequitur & antecedentia ſint g. ſanitas, fœcundia, bona fortuna, operatio ſecundum virtutem, & conſimilia. Quæ autem non contingunt ipſi ineſſe & repugnãtia ſint. h. ægritudo, labor, triſtitia, timor et reliqua, verum quo facilius hæc memoriæ mandentur fuit a modernioribus diſtichum hoc compoſitum.

Dubiũ de particulari affirmatiua Solutio.

Regulæ duę cõcludendi vniuerſalẽ negatiuam.

Regula cõcludẽdi particularẽ negatiuam.

Quę ſint cõſequentia, añ a et repugnantia prędicato.

Quę ſint cõſequentia, añ a et repugnãtia ſubiecto.

D Prædicat. a, b. ſequens. e. præcedit. d. ſit extra.
E. ſubit. f. ſequitur. g. præcedit. h. ſit extra.

quod qualecunq; exiſtat, ceterum tamen ac propoſitum breuibus colligit.

Si itaque aliquid eorum, quæ. e. idem erit alicui eorum, quæ f. neceſſe eſt. a. omni. e. ineſſe: namque. f. omni. e, a. uero omni. e. quare. a, omni. e,



Secunda cõcludẽs vniuerſalẽ affirmatiuã; ſi ąa mediũ ſequitur ſubiectũ & antecedit prædicatum.

Quod ſi. c. & . g. idem, neceſſe. a. ineſſe alicui eorum, quæ. e: namque. a, ipſi. c, e. autem ſequitur omne. g. F



Cõcludẽs particularẽ affirmatiuã, cũ idem ad mediũ reuoc. et extremis, & ad primã reducitur figurã

G

Si uero. f. & . d. idem, nulli eorum, quæ. e. a. inerit ex proſyllogiſmo: quoniam enim conuertitur priuatiuum, & . f. ipſi. d. idem, nulli eorũ, quæ. f. inerit. a. f. autem omni. e.



Dareſes, cõcludẽs ꝓblema vniuerſale negatiuam ex eo q̃ mediũ qđ ſequatur ſubiectũ & repugnet ꝑdicato.

Rurſus ſi. b. & . h. idem, nulli eorum, quæ. e. inerit. a: nam. b. omni. a: nulli uero inerit eorum, in quibus. e. idem namque erat ipſi. h. b: autem nulli eorum quæ. e. inerat. H



Nobare, cõcludẽs vniuerſalẽ negatiuã indiget medio ſubiecto repugnãs, & ſequens prædicatũ.

I *Quod ſi.d.& .g.idem,a.alicui eorum,quæ.e.non inerit, ipſi namque.g.non inerit,quoniam neque ipſi.d, g.autem eſt ſub.e: quare alicui eorum,quæ.e.non inerit.*



Gedago,cõcludẽs particularẽ negatiuã indiget medio quod repugnat ſubiecto, & ſequatur prædicatum.

K

Si uero ipſi.g.b.idem, conuerſus fit ſyllogiſmus. g. namque inerit omni a :b. enim omni.a,e.uero ipſi.b.nã idem erat ipſi.g. a.autem omni quidem.e.non neceſſe ineſſe, alicui uero neceſſe eo quòd quæ ſecundum partem cum uniuerſali prædicatione cõuertitur. Planum itaq; quod ad prædicta inſpiciendũ utrinſq; ſecundum unumquodq; problema, per hæc enim omnes ſyllogiſmi.

L



Gibati cõcludẽs particularẽ affirmatiuam indiget medio q̃ antecedit ſubiectum et ſequitur prædicatũ

Poſteaquã explicuit elemẽta ſignificantia vnũquodq; eorum,quæ ad ſyllogiſmi conſtitutionem faciebant,vult

M in præſentia coniugationes ipſas iam exponere, ſed quo facilius quæ dicuntur intelligi poſſint,prius latius diuiſionem complicationum iſtarum faciemus. Nãq; coniugatio omnis aut conſtituetur ex conſequentibus vtrũq;,aut ex repugnantibus vtriq; aut antecedentibus vtrunq;,aut antecedentibus vnum & cõſequentibus alterum, & hoc bifariam aut antecedentibus prædicatum & conſequentibus ſubiectum,aut econuerſo. Vel rurſus ex antecedentibus vnum & repugnantibus alterũ, & hæc bifariam, aut antecedentibus ſeu conſequentibus prædicatum & repugnãtibus ſubiecto,aut retrouerſum. Ex vtroñque igitur conſequentibus non erigitur vtilis coniugatio neque ex vtrique repugnantibus, neq; ex antecedentibus prædicatum & repugnantibus ſubiecto, reliquæ vero omnes cõplicationes antecedentium conſequentium ac repugnantium ſyllogiſmum faciunt, nãq; ſi aliquis idem terminus fuerit antecedens prædicatum & conſequens ſubiectum, vtilis erit pro medio ad vniuerſalem affirmatiuam concludendam, puta in exẽplo ſit terminus iſte, appetibile ſe-

Diuiſio omnium cõplicationum.

cundum naturam,antecedens bonũ,prædicatum quæſiti N & conſequens voluptatem ſubiectum,tunc per hoc medium poterimus concludere omnẽ voluptatem eſſe bonam hũc in modum,omne appetibile ſecundũ naturam eſt bonũ: omnis voluptas appetibilis ſecundum naturã: omnis igitur voluptas bonum. & hoc eſt, quod voluit cum dixit, ſi itaque aliquid eorum, quæ.c.idem erit alicui eorum,quæ.f.neceſſe eſt.a.omni.e.ineſſe. { Quod ſi.c. & g. } hoc eſt ſi antecedentia vtrũq; prædicatum inquã ac ſubiectum in vnum coierint,concludemus affirmatiuam in parte in tertia figura, & mox etiam in prima per conuerſionẽ alterutrius,puta ſit ſanitas, tunc ratiocinabimur hunc in modum,omnis ſanitas bonũ,omnis ſanitas voluptas,aliqua voluptas bonũ. deinde alterutra conuerſa, & in prima ſyllogiſmũ conſtituemus. { Si vero.f.&.d. } ſi inquit conſequentia ſubiectum & repugnantia prædicato in vnum deuenerint vniuerſalem concludemus negatiuam hunc in modum, nullum.d.eſt.a : omne.f.eſt.d. nullum.f.eſt.a.deinde ſic,nullum.f.eſt.a:omne.e.f:nullum O e.a.vbi ſcias q concludimus nullũ.e.a.concluſionẽ quæ ſiram prius præmiſſo proſyllogiſmo,nam proſyllogiſmus veluti & ſupra retulimus nũcupatur ſyllogiſmus allatus ad monſtrandam aliquam propoſitionem principalis ſyllogiſmi. Sed dubitat Philoponus,cum idem poſſimus facere in reliquis omnibus,cur Ariſto. de hoc tantum fecit mentionem in vniuerſali negatiua, cum & in vniuerſali affirmatiua hoc idem facere poſſimus, puta omne g.eſt a.omne.f.c.omne.f.a deinde,omne.f.a.omne.e.f.omne.e. a. Fortaſſe inquit ipſe hoc dixit innuens quodãmodo ita etiam in reliquis faciendũ eſſe. Ego autem aliter dixerim, ex proſyllogiſmo intelligendum eſſe per conuerſionem, namq; prius fit ſyllogiſmus in prima ſecundæ complicatione,deinde facta maioris conuerſione ad primam reuocatur, & ita concluditur vniuerſalis negatiua in prima figura ex proſyllogiſmo,hoc eſt prius facto ſyllogiſmo in ſecunda;quodq; hoc ita intelligendum ſit,ipſe innuit cum dixit,quoniam enim conuertitur priuatiuum, &.f.ipſi.d. idem, & quæ ſequuntur, bifariam autẽ concludimus vniuerſalem negatiuam,nõ enim ſolo ſupradicto modo, ſed P etiam ex conſequentibus prædicatum & repugnantibus ſubiecto, & hoc eſt quod voluit, dum inquit,rurſus ſi.b. & .h.idem,nulli eorũ quæ.e.inerit a. & reliqua,ponamus exempla,ex repugnantibus prædicato & cõſequentibus ſubiectum, ſit puta turpe conſequens voluptatem & repugnans bono, & arguamus hunc in modũ,nullum bonum turpe. omnis voluptas turpe. nulla voluptas bonũ, ex conſequentibus vero prædicatum & repugnantibus ſubiecto in ſecundo ſecundæ hoc pacto, ſit laborioſum quod ſequitur bonum & repugnet voluptati,ita ratiocinabimur.omne bonum laborioſum.nulla voluptas laborioſum,nulla voluptas bonum. { q ſi.d.&.g. } hoc eſt ſi antecedentia ſubiectũ & repugnantia prædicato in vnũ coierint,cõcludemus negatiuam in parte hunc in modũ. ſit adulterium,quod bono repugnet & antecedat voluptatem arguemus ita in primo tertiæ.nullum adulterium bonum.omne adulterium voluptas.aliqua voluptas nõ Q eſt bonũ, deinde minore cõuerſa in primæ quarto, vtriſq; autem in ſecundæ tertio. Quod ſi quæras quonam pacto in quarto ſecundæ concluſionem facturi, medium inuenimus. Dicimus modũ illum concludi facta inſpectione ad conſequentia prædicatum & repugnantia ſubiecto non in toto ſed ſecundum partem qualiter inſpiciebamus etiã ad concludendam vniuerſalem negatiuam in ſecundo ſecundæ, & conſimiliter ad proportionem de quinto tertiæ dicendũ erit. { Si vero ipſi. g.b.idem. } ſi vero inquit antecedentia ſubiectum & cõſequentia prædicatum in vnũ conciderint affirmatiuam concludemus in parte,non directe tamen, & ſecundum naturam, ſed cõuerſo ſyllogiſmo ac ſecundũ artem, vbi ſcias q ſecundũ modum iſtum efficitur vnus ex ijs ſyllogiſmis,quos nõnulli vocabant refracto, puta ſit medius terminus,tranquillũ antecedens voluptatem & conſequens bonum, ita arguemus, omne bonum tranquillum, omne tranquillum voluptas, aliqua voluptas bonum, maiore nãq; tranſpoſita cum concluſionis

Dubiũ Philoponi.

Solutio eiuſdem. Reſponſio authoris.

Syllis refractus q ſecundũ artẽ concludit et nõ ſecundum naturam.

B ſionis cõuerſione fiet tertius primæ hoc pacto. omne trã
quillum voluptas. omne bonum tranquillum.omne bo-
num voluptas,ergo & aliqua voluptas bonum, hoc eſt
igitur quod voluit,dum inquit,ſi vero ipſi.g.b.idem,cõ-
uerſus fit ſyllogiſmus,

*Verum oportet,& conſequentiũ.& quæ conſequitur utrũq;
id prims & uniuerſalia maxime inſpicere.ut ipſius.e. magis ad
k.f.quam ad.f.ſolum:ipſius autem.a.ad.k c.quam ad.c. ſolum:ſi
enim.a.ineſt.k.f.& f.et.e.inerit:q ſi non ſequitur ex hoc,accidit
ipſum.f.ſequi. conſimiliter autem & in quibus ipſum ſequitur
conſiderandum, ſi enim prims & quæ ſub illa ſequitur, quòd ſi
non hæc,ſed quæ ſub hæc accidit.*

Oportet inquit in antecedentibus et cõſequentibus nõ
inueſtigare ea,quæ immediate ſunt cõſequentia, aut quæ
vltima antecedentia ſunt, ſed maxime vniuerſalia eligen
da ſunt. ſic enim plures propoſitiones ac plura media ad
B vnam & eandem habebimus concluſionẽ,puta in exem
plo,ſit.e.ſubiectum homo, quod cõſequentia inquirenda
ſint,non debemus accipere proxime conſequens,vt.f.ani
mal ſolũ,ſed magis vniuerſalius, quod hoc contineat,vt
k.f.puta animatum,aut corpus.Cõſimiliter ſi.a.prædica-
tum,puta ſubſtantiam antecedentia ſint inquirenda, non
debemus ſolum accipere.c.puta rationale aut riſibile, ſed
magis vniuerſalia,puta corpus,aut animatũ,quãto enim
vniuerſaliora eligemus tanto plura media habebimus ad
vnam & eandem concluſionem,nãq; ſi.a.puta ſubſtan-
tia inerit.k.f.hoc eſt ĳs, quæ.f.continent, inerit etiam & f.
&.e.id eſt ſi ineſt corpori,quod cõtinet animal,inerit ipſi
quoq; animali,quod continet hominẽ. { Quod ſi non ſe
quitur ex hoc. } hoc eſt ſi.a.nõ ſequitur.k f.nil tamen ꝓ-
hibet,quin ſequi poſſit.f.veluti in exemplo,ſi animatum
non ſequitur ſubſtantiam,nil vetat,quin ſequi poſſit ani
mal.Cõſimiliter & in antecedentibus dicendũ eſt:ſi enim
C animatum antecedit ſubſtantiam,nimirum & animal an
tecedet,ſi vero animatũ non antecederet ſenſibile,nil pro
hiberet quin animal antecedens ipſum animatum,antece
Dubiũ de cõtradictione dictorũ philoſophi
deret ſenſibile. Dubitaret autem aliquis,quomodo hæc
ſupra expoſitis conſonent, ſupra namq; dixerat non eſſe
accipienda, quæ ſequerentur cõſequentia,quoniam in cõ
ſequentibus comprehendebantur, hic autem fere totũ op
Solo quorundam.
poſitum dicit. Ad hoc reſpondent nõnulli,ſupra philo-
ſophum tradidiſſe artem, quomodo abſolute conſequen
tia eligere poſſemus, nunc autem quomodo non abſolu
te conſequentia, ſed qualiter conſequentia ſubiectum &
Solo ꝓpria ex Alexã. & Philop.
antecedentia prædicatũ, Aliter & melius vt cenſeo Ale
xander,cui etiam aſſentitur Philoponus,ſupra inquit mo
dum electionis tradidit,nunc quæ ſint inter multa eligen-
da docet inquiens ſemper vniuerſaliora eligẽda eſſe,pro-
pterea ꝙ monſtrantes de vniuerſalioribus,mõſtrabimus
Solo Leui Gerſonis.
& de particularioribus. Aliter & adhuc melius inquit
Leui Gerſonis volens philoſophum hoc in loco innuere
D modum eligendi vniuerſale, de quo in primo etiam po-
ſteriorum mentionem fecit, tamen ſi volumus demõſtra
re habere tres,non debemus monſtrare per definitionem
æquicruris aut gradati,ſed per definitionẽ triãguli;ſi enim
de triangulo fuerit demonſtratum, planum de æquicrure
erit: non autem retrouerſum, ſupra autem non hoc, ſed
aliud intendebat.

*Palam uero & quod per tres terminos ac binas propoſitio-
nes cõſiderato, & per prædictas figuras ſyllogiſmi omnes:mon
ſtratur namque.a.ineſſe omni.e.quando eorum quæ.c. & f.idem
aliquid acceptum fuerit,hoc autem erit medium,extrema uero.a.
& e.fit itaque figura. Sed alicui quando.c. & g.ſumptum ſit:
hæc autem ultima figura,medium enim ſit.g. Nulli uero quando
d.& f.idem,ſic autem & prima figura & media: prima quòd
a.ineſt nulli.f.ſi quidem conuertitur priuatiuum.f.autem omni.e.
media uero quoniam.d.nulli.a.e,autem omni ineſt. Verum alicui
non ineſſe:quando.d.& g.idem ſit:autem ultima figura.a.nãq;
nulli.g:inerit.e.uero omni.g.*

Vult Ariſtote. per ea quoq;,quæ hoc in ſecundo ſecto E
monſtrata ſunt planum facere omnem ſyllogiſmũ ac ra-
tiocinationem conſtare ex tribus terminis ac binis pro-
poſitionibus,& per prædictas effici figurãs.Si enim ele-
ctiones antecedentium ac conſequentium recte propoſi-
tæ ſunt,profecto manifeſtum erit,quod dicitur,quæ ſi um
namq; duas habet extremitates, quæ cũ vno medio ter-
mino duas faciunt propoſitiones & terminos tres, qui
inter ſe ad colligendam aliquam complicite concluſionẽ
vnam ex tribus neceſſario figurã cõſtituunt:puta in exẽ-
plo,ſi voluerimus vniuerſaliter negatiuam cõcludere,ex
tremitates accipiemus.a. &.e.deinde terminũ alium, qui
antecedat prædicatum & ſequatur ſubiectũ, vt.c.f.cum
quo & extremitatibus.a.e.primam erigimus figurã hũc
in modũ, omne.c.f.eſt.a.omne.e.eſt.c.f. ergo omne.e.eſt
a.idem autem eſt dicere.c.f.ac ſi.c.tantum aut.f.tantum di
ceremus ſuppoſuimus nãq; hos ambos idem eſſe. Con-
ſimiliter ſi animus fuerit concludere affirmatiuam in par F
te accipiemus antecedentia vtrũq; tam ſubiectum quã
prædicatum, & ita conſtruemus ſyllogiſmum in tertia
figura,ſic.omne.c.g ſeu omne.g.tantum eſt.a. omne.g.e.
igitur aliquod.e.a.Quod ſi voluerimus vniuerſalem ne-
gatiuam concludere, accipiemus repugnantia prædicato
& conſequentia ſubiectum & ita faciemus ſyllogiſmũ
in prima vel ſecunda figura,in prima facta maioris con-
uerſione hunc in modum,nullum.f.eſt.a.magis nam con
ſentaneum extiterat, vt diceremus nullum.a.eſt.f.nam.d.
quod idem eſt ipſi.f. immediatius remouetur ab.a. quam
econuerſo,eſt enim ipſi repugnans,dicamus itaq; per cõ-
uerſionem,nullum.f.eſt.a.omne.e.f.nullum.e.a. In ſecun-
da ſic.nullum.a.d.omne.e.d.nullum.e.a. nec mirũ cuiquã
ſit,ꝙ in vna harum complicationũ aſſumamus.f.mediũ
terminũ.in alia.d.cũ enim hæc eadẽ ſint,variatio hæc ſit,
quoniam & figuræ variantur.Siautem negatiuã in par G
te mens fuerit concludere,accipiemus repugnantia prædi
cato & ſubiectum antecedentia, ſic enim tertia efficitur
figura,nullum.g.a.omne.g.e.aliquod.e.non eſt.a.

*Planum itaque quòd per prædictas figuras ſyllogiſmi om-
nes,& quòd non eligenda quæcunque omnia ſequuntur eo quòd
nullus ex ipſis fit ſyllogiſmus, conſtruere namq; penitus nõ erat
ex ſequentibus, priuare autem non contingit per id quod omnia
ſequitur,oportet enim huic quidem ineſſe,illi uero nõ ineſſe. Sed
& manifeſtum quòd aliæ conſiderationes eorum,quæ ſunt,ſecũ-
dum electiones,inutiles ſunt ad faciendum ſyllogiſmum,quemad-
modum ſi conſequentia utrunq; eadem ſunt:aut ſi quæ ſequitur
d.& quæ non contingunt ipſi.e.aut quotcunq; rurſus non acci-
dit utriq; ineſſe, non enim efficitur ſyllogiſmus per hæc, namq;
ſi conſequentia eadem, at.b.& f. fit media figura prædicatiuas
habens propoſitiones,ſi autem quæ ſequitur.a.& quæ non con-
tingunt ipſi.e.ut.e.& b.prima figura priuatiuã habens propo-
ſitionem quæ ad minus extremum,ſi uero quotcunq; non contin- H
gunt utriq;,ut.d.& b.priuatiuæ ambæ propoſitiones, aut in pri
ma aut in media figura,ſic autem nullo modo ſyllogiſmus.*

Hucuſq; modum inueniendi medium ac diſpoſitionẽ
ſecundum vnamquãq; figuram perſtrinxit, nunc expoſi
turus quæ ſint inutiles inſpectiones ad medium inueſtigã
dum,& inquit non eſſe eligenda quæ omnia conſequan-
tur, propterea ꝙ ex binis vniuerſaliter affirmatiuis in ſe-
cunda vti ſupra enarrauimus, non erigitur vllis compli
catio,ſi enim fieret,aut affirmatiuum concluderetur pro-
blema aut negatiuum,non affirmatiuum,quoniam ex ſe
quentibus vtrunq; hoc eſt in ſecũda figura,nulla penitus
concludebatur affirmatiua,neq; negatiuum, quoniam ſi
concluſio negatiua ad minus altera propoſitionum con-
ſimilis eſt, & quẽadmodum diximus non eſſe eligenda,
quæ ſimpliciter omnia conſequantur, vt ens & conſimi-
lia,eodem pacto limitatius dicendum erit de ĳs,quæ non
conſequuntur abſolute omnia, ſed vtrũq; tantum hoc eſt
ſubiectum ac prædicatũ,puta ſi vellemus concludere om
nem hominem animal eſſe, & acciperemus animatum,
hoc enim non ſequitur omnia vniuerſaliter, ſed tantum

I animal & hominem,vel & pauca alia. Eodem pacto inutilis erit inſpectio,ſi accipiamus antecedentia prædicatū ac repugnātia ſubiecto, ex his enim ſyllogiſmus efficitur in prima cum minore negatiua , qui nullam niſi refracte, & ſecundum artem concluſionem ſyllogiſtice colligit,puta omne.c.h.a.nullum.e.c.h.ex his enim propoſitionibus nil vi ratiocinij ſequitur,niſi fortaſſe artificioſe & non ſecundum naturam diceremus hanc fieri concluſionem, aliquod.a.non eſt.e.verum non hoc intendebamus, ſed conuerſum,ꝙ ſi negatiua in parte terminis retrocederet, poſſet & hæc complicatio inter utiles vtique connumerari. Eadem quoq; ratione oſtēdi poteſt, nec etiam in ſecunda figura poſſe fieri vtilem coniugationem , ſi quis ita dicat poſſe ſyllogizari,nullū.e.eſt.c.h.aliquod.a.eſt.c.h. per cōuerſionem vniuerſalis affirmatiuæ in particularem ex quibus colligitur in tertio ſecundæ aliquod.a.non eſt.e. quia ergo non teneat particularis negatiua,non poſſumus cōcluſionem intentam concludere, quæ eſt aliquod.e.nō eſt

K a.Itidē inutilis & non ſyllogiſtica cōiugatio fiet,ſi vtriſq; repugnantia eligeremus, propterea ꝙ ex ambabus negatiuis in nulla penitus figura , ſyllogiſticum aliquid efficitur,& ita habemus in ſumma inſpectiones omnes ad medium inueniendum pertractat , tam vtiles quam inutiles, quas etiam moderniorum nōnulli ingenioſe ad modum hoc diſticho comprehendere.

Verſus duo quibus vtiles coniugatio nes ab inutilibus diſtinguntur.

Fecana,Cageti,Daſenes,Hebare Gedaco.
Gebali ſtant,ſed non ſtant,Febas,Hedas,& Heca.

Vbi notes,ꝙ.a.in vltima ſyllaba vniuerſalem ſignificat affirmatiuam.i.affirmatiuam in parte.e.vniuerſaliter negatiuam.o.in parte,in alijs vero ſyllabis ab vltima.a.ſignificat prædicatum.e.ſubiectum, vnde cum dicit fecana ſignificat:ꝙ ex fe.hoc eſt cōſequentibus ſubiectum, nam f.conſequentia ſubiectum ſignificabat,&.c.a.antecedentibus prædicatum,concluditur.a. hoc eſt vniuerſaliter affirmatiua,& ita reliquæ omnes dictiones in his contentæ

L verſibus exponendæ erunt , quapropter Fecana, Cageti, Daſenes,Hebare,Gedaco,et Gebali,hæ omnes inſpectiones conſiſtentes erunt, atq; vtiles. Febas vero Hedas & Heca non conſiſtent,neq; vtilem facient inſpectionem.

Sed manifeſtum & qualia eadem accipienda , quæ ſecundum inſpectionem & non qualia diuerſa aut contraria, primum quidem quoniam inſpectio medij gratia , medium uero non diuerſum,ſed idem oportet accipere , poſtea & in quotcunque accidit fieri ſyllogiſmum,eo quòd fuere accepta contraria,aut non contingentia eidem ineſſe,in prædictos omnia reducentur modos,uelut ſi.b.& f.contraria,aut non contingunt eidē ineſſe, erit enim his acceptis ſyllogiſmus, quòd.a.contingit ineſſe nulli eorū, quæ ſunt.e ſed non ex ipſis,uerū ex prædicto modo,nam.b.a.quidem omni.e.uero nulli inerit,quare neceſſe.b.idem eſſe alicui.b.

Occurrit nunc tacitæ cuidā obiectioni, quoniam enim ſupra dictum fuerat ex ſupra relatis planum ac perſpicuū

M eſſe ſyllogiſmum omnē ex tribus conſtare terminis, poſſet aliquis non immerito dicere, nōne aliquando fit vtilis complicatio ad vniuerſalem negatiuam cōcludendam, ſi conſequentia vtrunq; fuerint aut contraria aut diſperata , & conſimiliter ſi antecedentia ſubiectum & cōſequentiā prædicatū eodem pacto ſe habuerint. Reſpondet itaq; philoſophus inquiēs inſpectiones iſtas penitus inutiles eſſe,tum quia inſpectiones inueniendi medij gratia fiūt,medium autem vnū eſt,& non plura, quemadmodū eſſet ſi contraria acciperemus,tum vero quoniam ſi in inſpectionibus iſtis aliquid eſt vtilitatis,illud proculdubio ex ſupra enarratis inſpectionibus prouenit, nam ſi.b.&.f.cōtraria ſunt,accidit ex conſequentibus prædicatum,& repugnātibus ſubiecto ratiocinium fieri,hoc eſt.b.et.h. idem eſſe, aut.f.&.d.puta in exemplo ſit,quēadmodum inquit Philoponus.b.nigrum.a.æthiops.f.album.c.cygnus , poterimus ita ratiocinari,omnis æthiops niger , omnis cygnus albus,nullus cygnus æthiops,vel vt melius inquit Aluli dus Roſadis , ſi velimus monſtrare pulchritudinem non eſſe finem hominis,& ita faciamus,omnis finis hominis eſt bonus,omnis pulchritudo eſt mala, nulla pulchritudo

Tertia obiectio.

Rñſio philoſophi inſ lineata.

Quō fiat inſpectio de contrarijs.

N eſt finis hominis,hoc enim idem eſt, ac ſi diceremus,omnis finis hominis eſt bonus , nulla pulchritudo eſt bona, nulla pulchritudo eſt finis hominis. aut ſic,nullus finis hominis eſt malus , omnis pulchritudo eſt mala , nulla pulchritudo eſt finis hominis. Hæc ſunt quæ in ſumma dicit Ariſto. Verum referente Philopono contextus varius in varijs reperitur codicibus , nōnulli enim contextus ita ſe habent,ſed manifeſtū,& qualia eadem accipienda quæ ſecundū inſpectionem & qualia diuerſa aut cōtraria, alij dicunt & nō qualia diuerſa aut contraria,ſi priore modo legatur,ſenſus erit,quoniam ex prædictis manifeſtū, quæ eadem accipienda ſint,manifeſtum enim erit,quæ diuerſa aut cōtraria, ita ꝙ ſit tanquā poriſma ex ſupradictis cōcludendum,ſi vero aliter et melius ſe habuerit contextus, ſenſus erit,manifeſtū nobis factum eſt ex prædictis , quæ eadem accipienda ſecundum vnumquodq; problema,& non quæ diuerſa aut contraria , non enim eligenda quæ contraria aut diuerſa , quodq; melius ita ſe habeat contextus,planum ex conſequentibus.

Nota diuerſitatē contextus in varijs codicibus græcis.

Rurſus ſi.b.& .g.non contingunt eidem ineſſe : quòd.a.non

O *inerit alicui eorū, quæ ſunt.e.ſic etenim media erit figura, nam b.a.quidem omni.g.uero nulli inerit : quare neceſſe.b. alicui eorum,quæ.h.idem eſſe , namque non contingere.b.&.h.eidem ineſſe,nihil differt : quam.b.idem eſſe alicui eorum, quæ.h.omnia enim accepta ſunt non contingentia ineſſe ipſi.e. Manifeſtum igitur quòd ex his ipſis inſpectionibus nullus ſyllogiſmus. Quod ſi b.& f.contraria,neceſſe.b.idem eſſe alicui eorum,quæ.h.& ſyllogiſmum per hæc fieri. Accidit itaque ita ſpeculantibus inſpicere aliam uiam a neceſſaria propterea quòd latet identitas eorum, quæ.b .& eorum.quæ.b.*

Poſteaquam monſtrauit,quomodo ex inſpectione cōtrariorum concludimus vniuerſalem negatiuam,exponit tunc quomodo eadem inſpectione poſſimus negatiuam quoq; in parte colligere inquiens:ſi.b.&.g.hoc eſt conſequentia prædicatū & antecedentia ſubiectum fuerint aut contraria,aut diſperata,ꝙ.a.non inerit alicui.e.id eſt nega

P tiuam cōcludemus in parte,nam.b.ineſt omni.a.nulli vero.g.ineſt,quare in ſecunda figura concluditur ꝙ nullum g.eſt.a.& quoniam omne.g.erat.e.facta conuerſione & aliquod.e.erit.g.& ex conſequenti aliquod.e.nō erit.a.puta ſit concludendū aliquem hominem non eſſe album, ſit a.album.e.homo.b.diſgregans viſum.g.æthiops,tunc ita ratiocinabimur in ſecunda figura,omne album eſt diſgregās viſum, nullus æthiops eſt diſgregās viſum, hoc enim pro confeſſo acceptum eſt, quoniam ſupponitur.g. &.b. aut contraria eſſe aut diſperata, deinde concluditur in ſecunda,ergo nullus æthiops eſt albū,deinde quia æthiops antecedebat hominē faciamus ita , nullus æthiops albū, omnis æthiops homo,aliquis homo non eſt albū, vel ex conuerſione minoris in prima figura , hoc eſt enim quod voluit Ariſto.cum dixit, ſic etenim media erit figura : nā b.a.quidem omni.g.vero nulli inerit ita, omne.a.b.nullū

Q g.b.ſic enim fit media figura,quare neceſſe eſt alicui corū quæ.h:idem eſſe,hoc eſt conſequentia prædicatū alicui repugnanti ſubiecto,puta diſgregans viſum,quod cōſequitur albū repugnare alicui homini , vt æthiopi,nulla enim differentia eſt dicere.b.&.h.non poſſe eidem ineſſe , &.b. idem eſſe cum aliquo.h.nam per.h.omnia accipiebamus, quæ repugnabant ipſi.e.Et hæc eſt vera huius loci expoſitio.Alex.autē vagatur diuerſas ac multimodas afferens expoſitiones, & aliquando vult philoſophum dixiſſe.b. ineſſe nulli.g.pro eo,quod eſt alicui non,nonnunquā vero aſſerit non in parte,ſed vniuerſaliter negatiuam cōcludi. Nos autem tot enarrationes adducere abſurdum fore duximus, ne incaſſum & ab vſu noſtra excreſceret oratio.{ Accidit itaq; } hoc eſt qui talem modum inueniendi medium ſectati ſunt , viam ac methodum non neceſſariā perſcrutati ſunt,non neceſſariam dicō,quoniā noſtra hæc quam tradidimus,ſatis ſuperq; ſufficiens erat. Hoc autem inquit fecere , quoniam plerunq; ignorabant an.b. &. h. eſſent eadem,hoc eſt an conſequentia prædicatum & repugnantia ſubiecto in vnum conciderent.

A *Eodem autem pacto ſe habent & ſyllogiſmi ad impoßibile deducentes cum oſtenſiuis, namque & hi fiunt per conſequentia, & quæ conſequitur utrunque, & eadem inſpectio in ambobus, quod enim oſtenſiue monſtratur, & per impoßibile eſt ratiocinari per eoſdem terminos, & quod per impoßibile & oſtenſiue, ut quòd.a.nulli eorum, quæ.e.ineſt. Ponatur enim alicui ineſſe: quoniam igitur.b.omni.a.a.uero alicui eorum, quæ.e. b alicui eorum, quæ.e.inerit: ſed nulli inerat. Rurſus quòd alicui ineſt, ſi enim.a.nulli eorum, quæ.e. e.uero omni.g.nulli eorum, quæ.g. inerit.a.ſed omni inerat. Conſimiliter autem & in alijs problematibus, ſemper enim & in omnibus erit monſtratio per impoßibile ex conſequentibus quæ ſequitur utrunque, ac ſecundum unumquodque problema eadem conſideratio & oſtenſiue uolenti ratiocinari & ad impoßibile ducere, ex eiſdem namque termi-*
B *nis utræque demonſtrationes.*

Poſteaquam monſtrauit in omni ſyllogiſmo ac demõſtratione mediū inueniri ex prædicta inſpectione, ne quiſpiam male exiſtimaret hypotheticos ac cõditionales ſyllogiſmos aliam methodum habere ad inueſtigandū medium ac propoſitiones inueniendas, vult in præſentia philoſophus monſtrare non differre ſuppoſitorios ſyllogiſmos, quo ad hoc, a cathegoricis ac prædicatiuis, & primo hoc aſſerit de deducentibus ad impoſſibile, hi enim quēadmodum & ſupra retulimus, pars ſunt hypotheticorum, & reddit huius rationem, quoniam quod oſtenſiue mõſtratur, poteſt & per impoſſibile argui: argui dico nõ demonſtrari, plurima nāq; ſunt, quæ per impoſſibile tantum demonſtrari poſſunt, quēadmodum omnē diametrū incõmenſurabilem eſſe, verum vbicunq; ſyllogiſmū ratiocinationēq; rectam facimus, ibidem, & per eoſdem terminos per impoſſibile poſſumus ratiocinari. Puta in exē-
C plo, ſit monſtranda vniuerſalis negatiua, ꝙ nullū.e.ſit.a. accipiemus ſecundū ſupra aſſignatam methodū, aliquod conſequens.a.prædicatum, quod idem ſit alicui repugnanti ſubiecto, & erigemus ſyllogiſmū oſtenſiuū hoc pacto in ſecunda figura, omne.a.eſt.b.h.nullum.e.eſt.b.h.nullū igitur.e.eſt.a.ꝙ ſi ex hypotheſi et per impoſſibile hoc idē velimus oſtendere, ſupponemus cõcluſionis inductæ cõtradictorium, eiq; hoc & altera præmiſſarū propoſitionum, alterius oppoſitum inducemus hunc in modū, omne.a.eſt.b.h.aliquod.e.eſt.a. aliquod ergo.e.eſt.b.h.cuius oppoſitū ſupra acceperamus quod adhuc clarius exēplo elucidatur, ſit monſtrandum nullam voluptatem eſſe bonam, accipiam medium terminum perfectū, & ita ratiocinabor omne bonum eſt perfectum, nulla voluptas perfectum, nulla voluptas bonum, vel ſic per impoſſibile, omne bonum eſt perfectū, aliqua voluptas bonū, aliqua voluptas perfectū, ſed ſupra dictum & admiſſum fuerat nullam voluptatem perfectū eſſe. Itidem ſi proponatur mõſtranda affirmatiua in parte, faciemus ex antecedentibus
D vtrunq; in tertia ratiocinium hoc pacto: omne.e.g.eſt.a. omne.e. g.eſt, aliquod ergo.e.eſt a. ꝙ ſi per impoſſibile monſtrare velimus hoc pacto faciemus, nullū.e.eſt.a.hoc enim concluſionis oppoſitū, omne.e.g.eſt.e.ergo nullū.e. g.eſt.a.cuius contrariū maior prioris ratiocinij aſſerebat, nam hoc eſt quod in cõtextu dicitur, ſed omni inerat, ſint in exemplo termini bonū voluptas, & ſpeculatio, mediū ſpeculatio. Ita dicendum erit, & de alijs problematibus, vniuerſali inquā affirmatiuo, ac negatiuo in parte. { Semper enim & in omnibus. } hoc eſt ſemper & in omni deductione, ſi animus fuerit monſtrare per impoſſibile, hoc faciemus ex antecedentibus & conſequentibus vtrunq;
Dubitatio. tam ſubiectū ac prædicatum. Sed quæritur cur cum tria ſint, quæ ad medij inuentionem inſpiciuntur antecedentia conſequentia ac repugnantia, cur de antecedentibus ac cõ-
Solutio. ſequentibus meminerit, nullam de repugnantibus mētionem faciens. Reſpondemus hoc ideo eueniſſe, qm̄ deductione ad impoſſibile maxime vti conſueuimus ad oſtendenda problemata negatiua, quæ monſtrari per impoſſibile nõ poſſunt, niſi ex antecedentibus ac cõſequentibus, ſic enim monſtrare conſueuimus vacuū nõ eſſe, ſic diametrum incõmenſurabilem & reliqua cõſimilia, quæ omnia ideo arguuntur, quia eorū oppoſita oſtenſiuo mon- E
ſtrātur ratiocinio, quæ qm̄ affirmatiua ſunt propterea ex antecedentibus & conſequentibus tantum oſtenduntur. { ac ſecundum vnūquodq; problema. } non hoc dicit, ꝙ ex eiſdem monſtretur vniuerſalis affirmatiua oſtēſiuo ratiocinio, ex quibus deductione ad īpoſſibile, & ſic de reliquis problematibus, nāq; hoc potius ecõuerſo fieri conſueuit, ſi enim vniuerſalis negatiua oſtenſiue arguatur, ex conſequentibus ac repugnantibus arguetur, ſi vero eadē monſtretur deductione ad incõmodum, hoc fiet ex antecedentibus vtrunq;, hæc enim ſunt quæ affirmatiuā monſtrant in parte, quā falſam eſſe concludimus, & qua perempta ad vniuerſalem negatiuam cõcludendam reuertimur, non hoc ergo dicit, ſed magis, ꝙ ex eiſdem monſtra- F
mus oſtenſiue veram aliquā concluſionem, ex quibus in deductione oſtendimus falſam interimendam concluſionem. vel aliter. ꝙ eadem ſit generalis conſideratio, nõ autem in ſpecie, in omnibus namq; problematibus inſpicimus ad antecedentia & conſequentia ac repugnantia, licet in diuerſis problematibus diuerſis modis.

Quemadmodum ſi monſtratum eſt.a. ineſſe nulli.e.quoniam accidit & .b.ineſſe alicui eorum quæ.e.quod impoßibile, ſi acceptum fuerit.b.ineſſe.e.quidem nulli.a.uero omni, planum itaque quòd.a.inerit nulli.e. Rurſus ſi oſtenſiue ratiocinatum fuerit.a. ineſſe nulli.e.ſupponentibus ineſſe per impoßibile monſtrabitur nulli inexiſtens, conſimiliter autem & in alijs: in omnibus enim neceſſe communem aliquem accipere terminum alium a ſuppoſitis, ad quem erit falſi ſyllogiſmus, quare conuerſa hac propoſitione, altera uero ſimiliter ſe habente, oſtenſiuus erit ſyllogiſmus per eoſdem terminos. G

Si inquit per impoſſibile oſtenderimus, nullū.e.eſſe.a.accipientes huius oppoſitum cõcludemus aliquod.e.eſſe.b. quod eſt impoſſibile, qm̄ ſuppoſueramus, nullū.e.eſſe.b. & omne.a.eſſe.b.ita enim concludebamus, nullum.e.eſſe a.in ſecunda figura, vel melius, ſi inquit per impoſſibile monſtratū ſit, nullum.e.eſſe.a.hoc pacto, aliquod.e.eſt.a. omne.a.eſt.b.ergo aliquod.e.eſt.b.poſſumus ex eiſdē terminis, hoc eſt eadē generali inſpectione vel magis ex eiſdem terminis, qui ſunt.a.b.e.oſtenſiue monſtrare eādem concluſionē, ſi accipiamus, omne.a.b.nullū, e.b.nullū igitur.e.a.quod ſi rurſus idem oſtenſiue ratiocinati fuerimus hoc eſt, nullum.e.eſſe.a.poterimus ſuppoſito huius cõtradictorio, aliquod.e.eſt.a.monſtrare per impoſſibile eandem concluſionē, nullū.e.eſt.a. & in alijs problematibus, conſimiliter, quare quod oſtenſiue monſtratur, idē ac per eoſdem terminos per impoſſibile deducitur. Conuertuntur itaq; pacto aliquo monſtrationes iſtæ. Sed quærūt H
Philoponus atq; Alexander, quomodo hoc ſit verum, ſupra nāq; oſtendimus quartam ſecundæ figuræ complicationem & quintam tertiæ; per impoſſibile quidem monſtrari poſſe, non tamen oſtenſiue. Reſpōdēt hoc nõ eſſe intelligendū quo ad modos ſyllogiſticos, ſed quo ad problemata, licet enim vtilitas complicationum illarum non poſſit oſtendi aut conuerſione, aut oſtēſiua ratiocinatione, quodcūq; tamen problema in illis cõplicationibus per impoſſibile arguitur, idem poterit oſtenſiue etiam monſtrari, & econuerſo. { In omnibus enim neceſſe. } In omnibus inquit ratiocinijs oſtenſiuis ac deductionibus ad incõmodum neceſſe eſt aliquem terminum alium a ſuppoſitis cõmunem vtriq; monſtrationi accipere. Suppoſitos vero terminos vocauit ambas extremitates.a.inquā atq; e.cõmunem autem terminum qui extrinſecus accipitur ad quæſiti monſtrationem, puta.b.qui communis inquit Alex. ideo nuncupatur, vel quia in vtraq; monſtratione aſciſcitur, vel quia medius ſit in oſtenſiua ratiocinatione.

Si enim in oſtēſionem propoſitum ſit, nullum.e.eſſe.a. accipientes.b.terminum extrinſecus, ipſum medium conſtituemus, veluti ſupra ſatis expoſuimus, & ad hūc in deductione ad incõmodum faciemus falſi ſyllogiſmum, hoc eſt, cõcludimus cõcluſionem falſam, qua perēpta ad pri-

Oē qd̄ põt ꝑ ſylliſm oſtēſiuū mõſtrari põt et ꝑ deductionē ad impoſſibile.

Dubiū Philop. et Alc.

Solutio eorundem.

Qui ſint ſuppoſiti termini et qui cões in ratiocinijs oſtēſiuis et ducentibus ad incõmodum.

I mariũ reuertimur quæſitum, quare conuerſa hac propoſitione, hoc eſt hac cõcluſione in ſuum oppoſitum, quod poſtea efficitur in oſtenſiua monſtratione propoſitio. Altera vero propoſitione non mutata ac ſimiliter ſe habente, oſtenſiuus fiet ſyllogiſmus per eoſdem terminos, puta in exemplo ſit monſtrandum per impoſſibile, nullum.e. eſſe.a. accipiemus extrinſecus cõmunem terminum.b.& hunc in modum ratiocinabimur: ſi non eſt verum, nullũ e.a. ſit oppoſitum, aliquod.e.a. omne.a.b. ergo aliquod.e.b. quod eſt impoſſibile, ſi itaq; ex hoc voluerimus oſtenſiuum perficere ſyllogiſmum, accipiemus concluſionem concluſam, aliquod.e.b. & eam vertemus in oppoſitum (hanc enim vocat conuerſam) ita, nullum.e.b.& cũ hac & altera eadem permanente: quæ erat omne.a.b. conſtituemus ſyllogiſmum hoc pacto, omne.a.b. nullum.e.b. nullum.e.a.& ita facta erit oſtenſiua monſtratio ex deductione ad incõmodum. Vbi notes ꝙ mutationem ex contradictorio in contradictorium hoc in loco cõuerſionem nuncupauit, fortaſſe eodem pacto aut cõſimili, quo ſyllogiſmos conuerſiuos dicere conſueuimus. Sed hæc in

Cõuerſio ſumitur ꝓ mutatione i cõtradictoriũ.

K ſecundo priorum magis plana fient.

Differt namque oſtenſiuus ab eo, qui ad impoßibile, quoniam in oſtenſiuo ſecundum ueritatem utræque ponuntur propoſitiones: in eo autem, qui ad impoßibile, ſolum una. Hæc igitur magis erunt manifeſta per ſequentia, quando de impoßibili dicamus, nũc uero tantum nobis ſit manifeſtum quòd ad eadem inſpiciendum & oſtenſiue uolenti ratiocinari, & ad impoßibile ducere. Sed in alijs ſyllogiſmis, qui ex ſuppoſitione, quemadmodum quicunque ſecundum tranſumptionem, aut ſecundum qualitatem in ſubiectis non in iſs, quæ à principio, ſed in tranſumptis erit conſideratio, modus uero inſpectionis idem. Conſiderare autem & diuidere, quot modis, qui ex ſuppoſitione: monſtratur itaque unumquodque problematum ſic.

Qm̃ ſupra monſtrauerat quæcunq; arguuntur oſtenſiue eadem & deductione mõſtrari, ideo hoc in loco vult differentiam quandam ponère inter oſtenſiuam ratiocinationem ac ducentem ad incõmodum, non enim ſolum

L differunt quo ad formã, ſed etiam quo ad materiam, propterea ꝙ in oſtenſo ſyllogiſmo ambæ veræ accipiuntur propoſitiones ad concludendam cõcluſionem verã, non enim poteſt verũ oſtenſiue cõcludi niſi ex ambabus propoſitionibus veris, ſed in deductione vera colligitur concluſio & ex altera tantum vera, quẽadmodum ſupra ſatis monſtrauimus, an vero ſyllogiſmus nuncupetur tantum ratiocinatio, quæ aliquid monſtrat, an & conuerſio, & deductio ex appoſitis ſyllogiſmi nuncupentur, in ſecundo priorum longo ſermone diſcutiemus. Propoſitionem autem falſam inquit Alexã. vocat oppoſitũ concluſionis, quod propoſitionis vnius vicẽ obtinet in deductione ad incõmodum, aut propoſitionẽ falſam dicit propoſitionẽ in deductione concluſam, cuius ſublatione propoſitũ infertur, puta aut hanc, aliquod.e.eſt.a. aut hãc, aliquod.c.eſt.b. { Hæc igitur magis. } hoc eſt differentia inter oſtenſiuũ ſyllogiſmum ac deductionem magis elucidabitur in ſecundo priorũ, quando de deductione ad impoſſibile ſermonem faciemus. { Sed in alijs ſyllogiſmis. } monſtrauerat ſuperius eadem facta inſpectione poſſe & oſtenſiuũ & ad impoſſibile ſyllogiſmum congrui, nunc autẽ inquit in alijs hypotheticis, vt quicunq; ſecundũ trãſumptionem aut ſecundũ qualitatem ſunt non fieri ſyllogiſmum in ſubiectis, quæ a principio, ſed quo ad modum inſpectionis non differre, vbi ſcias, ꝙ ſyllogiſmos ſecundum tranſumptionem vocant Philoponus atq; Alexan. qui ſunt ſecundum aſſumptionẽ quod enim Iuniores inquiunt aſſumptionem vocant, Ariſto. tranſumptionẽ dicit. Cæterum expoſitio hæc mea quidem ſententia locũ non habet, ſi enim ita ſecundum tranſumptionem intelligeret Ariſto. non poſtea ſubiungeret, aut ſecundũ qualitatem, nam qui ſunt ſecundũ qualitatem, illi etiam hoc pacto exiſtunt ſecundũ tranſumptionem. Præterea nõne & qui ad impoſſibile deducunt & ipſi hoc pacto dici poſſunt ſecundum tranſumptionem? profecto etiam namq;

Oſtẽſiuus ſyllogiſmus & ducẽs ad ĩpoſſe dĩfunt quo ad formã & quo ad materiã.

Quid ꝓpõnẽ falsã intelligas pẽs d mẽte Alex.

M

Quid ſ ſyllogiſmos ſcꝺum tranſumptionẽ intelligant Alexan. & Philopo.

Contra expõnẽ Philopo. et Ale.

N & ipſi & omnes deniq; non ſecundum totum hypotheticã ac miſti veluti ſupra expoſuimus faciunt ſyllogiſmũ ad tranſumptum, ſatius itaq; vt ſecundũ tranſumptionem vocemus eos, qui ex conceſſione nuncupantur. Hi enim proprie appellantur ſecundũ tranſumptionem, puta concedas volo, ſi monſtratum fuerit animã hominis eſſe immortalem, ꝙ planum inter nos ſit omnem animam eſſe immortalem, hic enim tranſumptum eſt, animã hominis eſſe immortalem, quæſitũ vero primarium omnem animam eſſe immortalem. Ratiocinatio igitur noſtra aut inſpectio non verſatur circa primarium quæſitum, ſed circa tranſumptũ, quoniam hoc oſtenſo, primarium deinceps quæſitum pro comperto habebimus. Secundum qualitatem vero vocat eos, qui a maiori, a minori, a ſimili, a caſibus, a coniugatis nuncupantur, de quibus omnibus late in topicis pertractatur, puta in exemplo a maiori, qui locus ad deſtruendũ magis quã ad conſtruendũ eſt aptus, magis videtur fœlicitatem in ſanitate quã in diuitijs conſiſtere, verũ ſanitas non eſt fœlicitas, neq; igiẽ diuitiæ, ꝙ enim fœlicitas in ſanitate magis q̃ in diuitijs cõſiſtat, hoc tanquã notum præſupponitur, ꝙ autem ſanitas non ſufficit ad fœlicitatem, hoc eſt tranſumptum, quod monſtrandum relinquitur hunc in modum, nullius vitium habens

Expõ authoris propria qui ſĩt ſyllĩ ſecundũ tranſumptionem.

Qui ſint hypothetici ſcꝺũ qualitatem.

O eſt fœlix, ſed multi ſani vitium habent, non itaque ſola ſanitas fœlicem facit. Conſimiliter in reliquis arguendũ erit.

Quod vero dicit in ſubiectis diuus Albertus ita intelligit, vt ſenſus ſit, in alijs ſyllogiſmis hypotheticis, quẽadmodum in ijs, qui ſunt ſecundũ tranſumptionem, aut ſecũdum vnam qualitatem in ſubiectis ac ſuppoſitis diuerſis, nam ſuppoſitorũ atque hypothetici a ſimili, a maiori, & id genus ratiocinia, omnia arguunt ab vna qualitate exiſtente ad minus in ſubiectis duobus, in omnibus inquã his, conſideratio fit in tranſumptis, non in ijs, quæ a principio. Melius Philoponus in ſubiectis inquit hoc eſt in antecedentibus, ita vt ſic conſtruatur, in alijs hypotheticis, quẽadmodum quicunque ſunt ſecundũ tranſumptionem aut ſecundũ qualitatem conſideratio eſt in ſubiectis atque antecedentibus, in antecedentibus dico non principalibus, ſed ſecundũ tranſumptionẽ, puta in exemplo ſupra allato, ſyllogiſmus cathegoricus non fit ad monſtrãdum quæſitũ primarium, veluti ꝙ omnis anima ſit immortalis, ita ꝙ ſic faciat, ſi omnis anima ſemper mouetur omnis anima eſt ĩmortalis, ſed omnis anima ſemper mouetur, hoc enim ipſe vocat ſubiectũ & antecedens a principio, quoniam eſt antecedẽs hypotheticæ propoſitionis monſtrantis quæſitũ primarium, ſed prædicatiuus ratiocinium fit ad monſtrandũ ſubiectũ & antecedens tranſumpti, erat autem tranſumptum & acceptũ ex conceſſione, ſi anima hominis eſt ĩmortalis, ꝙ omnis anima eſſet immortalis, ſed anima hominis eſt immortalis, adhoc enim qđ eſt antecedẽs tranſumpti fit cathegoricus ſyllogiſmus & indigemus ſupra traditæ inſpectionis. Aliter Alex. in ſubiectis ſeu ſuppoſitis, hoc enim ſonat τὸ ὑποκείμενον. in hypotheticis ac ſuppoſitorijs ſyllogiſmis, vt ſenſus ſit in alijs vero hypotheticis præter eos qui ad ĩpoſſibile, vt ſenſus ſit, in alijs vero hypotheticis præter eos qui ad impoſſibile, vt quicunq; ſecundũ tranſumptionẽ aut qualitatem ſunt non eſt conſideratio in ijs quæ a principio poſita ſunt, ſed in tranſumptis. { Conſiderare autem & diuidere. } quoniam non omnes hypothetici per ſupra dictas inſpectiones inquiſitionẽ faciebant, ſed erant nõnulli qui modo penitus diuerſo procedebant, ob hoc dixit faciendam eſſe conſiderationem ac diuiſionem hypotheticorũ omnium inueſtigando an omnes per antecedentia, conſequentia ac repugnãtia procedant, hoc autẽ dicit propter eos, qui per totũ hypothetici nuncupantur, quoſque Theophraſtus ſecundũ analogiã vocat, quemadmodum quos ſuperius per tria appellauimus, ſecundum vero analogiam dicuntur, quoniam horum propoſitiones ac concluſio ad ſimilitudinem cathegoricorũ diſponuntur, non enim ſunt proprie ſyllogiſmi, ſed totũ hoc ex ſuppoſitione ſyllogiſmi, nihil nãq; eſſe, aut non oſtendunt, ꝙ ſi iſti nõ ſunt ſimpliciter ſyllogiſmi, omnes vtiq; ſimpliciter ſyllogiſmi efficerentur ſecundum prædictam methodum.

Quid ꝑ ſubiecta voluerit Ariſto. Expõ Alberti.

Expõ Philop. melior. Alia expoſitio Alex.

P

Q

Syllĩ hypotetici quos ſcꝺũ analogiã Theophraſt. vocauit.

Reducuntur

Syl. p totū hypothetici reducun tur in tres figuras de mēte Theophraſt.

A Reducuntur tamen & per totum hypothetici in tres prædictas figuras, quēadmodum referente Alexan. monſtrauit Theophraſtus in primo priorum analyticorum, nam quando in vna propoſitionū deſinit, in alia vero incipit, vt ſi.a.b.ſi.b.c.ſi igitur.a.c. tunc ad proportionē primæ figuræ conſtitutum eſſe dicemus ſyllogiſmū, ſin autem a diuerſis incipientes hypotheticæ propoſitiones in idem deſinant, talis diſpoſitio proportionē ſecundæ figuræ obtinebit, veluti ſi a.b.ſi.c.eſt, non eſt.b.ſi igitur.a.eſt, non eſt c.ſi homo animal, ſi lapis non eſt animal. ſi igitur homo non eſt lapis. Quod ſi ab eodem incipientes propoſitiones deſināt in diuerſa, erit cū tertia figura ſimilitudo atq; proportio, vt ſi.a.b.ſi nō eſt.a.non eſt.c.ſi igitur nō eſt.b. eſt.c.veluti ſi homo & rationale, ſi non eſt homo irrationale, ſi itaq; non eſt rationale, eſt irrationale, quoniā igitur in his, qui per totum hypothetici nuncupantur, antecedentia ſubiectorū conſequentia prædicatorū vicem obtinent, quando quod vna propoſitio antecedens habet, id altera cōſequens retinet, prima erit figura, quādo vtræq; idem conſequens, ſecunda, quando vtræq; idem antecedens tertia. Verum inquit Alex. Theophraſtus in primo B priorum totum oppoſitum fecit, vbi enim propōnes ab eodē incipiunt & deſinunt in alia, ſecundā vocat figurā, vbi vero a diuerſis incipientes deſinunt in eandē, eam appellat tertiam, cuius contrariū nos penitus aſſeruimus.

Eſt autem & alio modo nonnulla horum ratiocinari, quemadmodum uniuerſalia per particulaeem inſpectionem ex ſuppoſitione. Si enim.c & .g.eadem ſint, ſolis uero.g.accipiatur.e.ineſſe.a.ineſſet utique omni.e. Et rurſus ſi.d. & .g.eadem.e.autem de ſolis.g.prædicaretur, quòd.a.ineſt nulli eorum, quæ.e. Planum itaque quòd & ſic inſpiciendum.

De hypotheticis omnibus hucuſque facta fuit mentio, de miſtis. de ſecundū totum hypotheticis, de ijs qui ſecundum qualitatem, de ijs qui ex conceſſione, vnum ſupererat declarandū, q in ijs qui ex cōceſſione accidit aliquādo per alias methodos q̄ per ſupra dictas medij fieri inueſtigationem, ſi enim ex præconceſſione acceperimus terC minos ſibiinuicē conuerti ex particulari inſpectione hoc eſt ea methodo, qua particularia concludebamus problemata, poterimus vniuerſalia colligere, erat enim ad affirmatiuū in parte concludendū methodus & inſpectio ſi antecedentia vtrunq; puta.c.&.g.eadem erant, ad negatiuum autem in parte, ſi antecedentia ſubiectum & repugnantia prædicato in vnū concidiſſent, inquit igitur inſpectiones iſtas aptas eſſe ad concludenda vniuerſalia affirmatiuū inquā & negatiuū, ſi ſuppoſuerimus ac conceſſerimus terminos ad ſeinuicem cōuerti, ſi itaq;.c.&.g.hoc eſt antecedentia vtrunq; prædicatum ac ſubiectū eadem ſint: &.e.ſubiectum inſit ſolis.g.hoc eſt.e.&.g.conuertantur, concludere poterimus.a.ineſſe omni.e.hoc eſt vniuerſalem affirmatiuā, puta in exemplo ſit.a.animal: ſit.c.homo: ſit.g.riſibile, tunc ita arguemus in tertia, omne riſibile eſt animal, omne riſibile eſt hō, omnis ergo homo animal, hoc autem ideo euenit, quoniam minor vniuerſaliter conuertebatur, ſi enim omne riſibile homo, & econD uerſo omnis homo riſibile: hoc enim ex conceſſione ſeu ſuppoſitione acceptū fuerat. Sed dubitat Philoponus, quomodo verum ſit hominem ineſſe ſoli riſibili, nam & rationali ineſt & alijs cōpluribus. Cæterum dubitatio iſta friuola nimium eſt, cum enim dicimus, hominē ſolis ineſſe riſibilibus, hoc volumus, q nullum reperitur ſubiectum, de quo homo prædicetur, quin illud ſit riſibile, & hoc veriſſimū eſt. Rurſus ſi accipiamus antecedentia ſubiectum & repugnantia prædicato eadem eſſe, puta.g.& d.ex quibus concludere conſueueramus particularem negatiuam, &.e.hoc eſt ſubiectū quæſiti conuertatur cū.g. hoc eſt medio termino, tūc ex inſpectione iſta poſſumus vniuerſaliter negatiuam concludere, puta in exemplo, ſit a.lapis.e.homo, &.g.d.riſibile, ita faciam, nullū riſibile lapis, omne riſibile homo, nullus homo lapis, ſic enim per particularium inſpectionē poſſumus in tertia vniuerſalia concludere, ſed hoc idem fieri poſſet in ſecunda figura cōuerſis vtriſq; propōnibus, ac rurſus in præcedente inſpe-

Dubium.

Solutio.

ctione ſi omnes termini ad ſeinuicem conuerti ſupponantur, dicere enim ſoliti ſumus in terminis æquiualentibus ex vtriſq; affirmatiuis in ſecunda vtilem aſtrui poſſe cōplicationē. Cæterū nequid propoſito deficeret, quod alij omiſere, binas iſtas methodos ad vniuerſalia cōcludenda problemata ex particulari inſpectione, vnico verſu comprehendimus hunc in modū. Gageta ſi fuerint & Dagere verſa viciſſim, hoc eſt ſi termini viciſſim conuertantur, ex antecedentibus vtrunq; & antecedentibus ſubiectum ac repugnantibus prædicato valebimus.a.&.e.concludere, id eſt, vniuerſale affirmatiuum & negatiuum. B

Eodem autem modo & in neceſſarijs & contingentibus, eadem namque conſideratio & per eoſdem terminos erit ordine eius, quod eſt contingere & eius quod eſt ineſſe ſyllogiſmus, accipiendum autem in contingentibus & quæ non inſunt, ſed poſſunt ineſſe, monſtratum enim eſt, quòd & per hæc fit eius, quod eſt contingere ſyllogiſmus, conſimiliter autem ſe habebit & in alijs prædicamentis. Planum igitur ex dictis non ſolum quòd accidit per hanc uiam fieri omnes ſyllogiſmos, ſed & quòd per aliam impoßibile, monſtratum namque eſt ſyllogiſmum omnem per aliquam prædictarum effici figurarum, hæc autem non accidit per alia conſtitui quam per conſequentia, & quæ unūquodq; conſequitur, ex his enim propoſitiones & medij acceptio, quare neque ſyllogiſmum accidit per alia fieri. Via igitur de omnibus eadem & circa philoſophiam, & circa artem qualemcunq; & diſciplinam, oportet enim inexiſtentia & quibus inſunt circa utrunque uidere & his quam plurimis abundare atque hæc per tres terminos conſiderare, deſtruentem quidem ſic, conſtruentem uero ſic, ſecundum ueritatem quidem ex ijs, quæ ſecundum ueritatem deſcribuntur ineſſe, ad dialecticos autem ſyllogiſmos, ex propoſitionibus ſecundum opinionem. F G

Occurrit tacitæ obiectioni, poſſet enim quiſpiam ambigere an quēadmodum complicationes ſyllogiſticæ, ac ſyllogiſmorū principia variantur in contigentibus neceſſarijs atq; inexiſtentibus, ita etiam inſpectionū modi, & inquit eundem modū inueniendi medij in omnibus eſſe, præterquā quod in contingentibus non accipimus, quæ inſunt, ſed etiam quæ ineſſe poſſunt, hoc autem dicit, quoniam ſuperius dixeramus contingens prædicari non ſolū de eo, q ineeat, ſed etiam de eo quod non inerat, ineſſe tamen poterat, verū de his ſupra ſatis diximus. { alijs prædicamentis. } alia vocat prædicamenta poſſibile, impoſſibile, probabile, bene & male: ſunt enim modi quaſi infiniti, qui tamen proprie ac legitime dicuntur modi ſunt, quos ſupra recenſuimus, prædicamenta vero inquit Alexander dicuntur, quoniam ſemper prædicantur. { Planū igitur ex dictis. } Hucuſq; omnem artem inueniendi medij pertractauit Ariſto, nunc autem inquit non ſolum artem omnem ac ſcientiam procedere hac via, ſed & aliam quæ hoc faciat, inueniri nullo modo poſſe, propterea q ſyllogiſmus omnis ac ratiocinium per aliquam trium ſupra deſcriptarum figurarū efficitur: in omni autem figura arte ſuperius tradita vtimur ad inueniendum medium. { Via igitur de omnibus. } hoc eſt via & modus inueſtigandi propoſitiones idem eſt in ſcientia quacunque, ſiue illa ſit ſcientia diuina ac theologia, ſiue ars operatiua, ſeu diſciplinalis ac mathematica cognitio, omnes enim hæ eadem vtuntur via ad propoſitiones inquirendas. Philoſophiam igitur vocat, quam alibi diuinam ſcientiam appellat, quamque in libris poſt naturalia explicuit: hæc enim eſt quam priſci ſapientiam vocabant, cuiuſq; conſulti ſapientes, vel etiam ſophiſtæ dicebantur. Primus autem Pythagoras hos philoſophos appellauit apud Leonem tyrannum, ipſamq; ſcientiam philoſophiam. Artem vero intelligit hoc in loco, ſcientias quæ circa opus verſantur, quēadmodū moralis, aſtrologia, geodeſia, ac cōſimiles, quarū finis in opere cōſiſtit. Sed diſciplinā mathematicas ſciētias nuncupat, quæ in ſola ſpeculatione conſiſtunt, veluti geometria, arithmetica, aſtronomia, ſtereometria, & id genus ſcientiæ, oportet enim in his oībus inexiſtentia & H

Pſſia.i. diuina ſcientia

Artes.i.ſcientiæ q circa opus uerſantur.

Diſciplinæ.i.ſciæ mathematicæ.

I quibus ineſt vnumquodq;:hoc eſt antecedentia & conſequentia,adde in etiam repugnãtia videre, & bonũ copiã maximam habere: ac per tres terminos ordinare, vno modo deſtruendo ac monſtrando negatiua problemata aliter cõſtruendo,dum oſtendimus affirmatiua:ac ſecundum veritatẽ hoc eſt demõſtrando,ex propõnibus ſecundum veritatẽ hoc eſt demonſtratiuis primis veris,& imediatis: ad dialecticos vero, id eſt probabiles ſyllogiſmos ex propõnibus ſecundũ opinionẽ ac probabilibus. Dialecticam nãq; hoc in loco eam vult, quã nõnulli topicam ſeu localem nuncupant, & cum qua altera parte cõuerti rhetoricã voluit,quæ q; ob id potentia vocatur,quia contraria poteſt concludere,alij vero,quẽadmodũ Plato dialecticen vocabant totam eam,quã logicen appellamus: hoc eſt diuidendi,definiendi, demonſtrandi ac reſoluendi artem. Alij autem quẽadmodũ ſtoici referente Alexandro in topica Ariſtotelis dialecticen nuncupabant,quam nos primam dicimus philoſophiam, quorũ ſententiæ acceſſit etiã Plotinus in tertio primæ Enneados ita ipſam finiẽs.

Dialectica hoc eſt localis.

Quid dialectica apud Platonem.

K

Dialectica qd ſit apud Plotinum.

Dialectica eſt habitus qui ratione de vnoquoq; poteſt dicere quid ſit vnũquodq; & quo ab alijs differat,quoue cõueniat,præterea quõ & vbi ſit quodlibet, & ſi eſt quid eſt,atq; entia quot ſint & non entia rurſus,ſed ab entibus alia, & paulo infra,de omnibus inquã non opinione ſed ſcientia tractans, ab errore qui circa ſenſibile accidit, vacans,intelligibili prorſus adhæret,circaq; ipſum diligenter agit,falſo poſthabito,nutriẽs animã in ipſo veritatis campo. Hæc ille & cõplura alia. Et licet Proclus in primũ elementorum & Diuus Seuerinus ac alij nõnulli voluerint apud Platonem dialecticen vocari,quam nos logicã dicimus,hoc eſt diuiſiuam,definitiuam,reſolutiuã, ac demonſtratiuam, videtur tamen non alia extitiſſe Platonis opinio in ſeptimo de republica,in ſophiſta, atq; etiã phœdro quã hæc quã Plotinus recitauit, dialecticen inquã vocari ipſam primam philoſophiam. Sed de his alibi.

L *Principia uero ſyllogiſmorum, uniuerſaliter dictum eſt, & quomodo ſe habent, & quomodo oportet ipſa uenari: ne aſpiciamus ad omnia quæ dicuntur, neque ad eadem conſtruentes ac deſtruentes, neque conſtruentes de omni aut aliquo, & deſtruentes ab omnibus aut aliquibus ſed ad pauciora & determinata, ſecundum uero unumquodque entium eligere, ut de bono aut ſcientia, priuate autem ſecundum unamquamque ſunt plurima. Quare principia quidem quæ ſecundum unumquodque ſunt, experimenti eſt tradere: dico autem ut aſtrologicam experientiam aſtrologicæ ſcientiæ: acceptis enim apparentibus ſufficienter, ita inuentæ ſunt aſtrologicæ demonſtrationes: conſimiliter autem ſe habet, & circa aliam qualemcunque artem ac ſcientiam: quare ſi accepta fuerint quæ inſunt circa unumquodque, noſtrum iam demonſtrationes propalare: ſi enim nihil ſecundum hiſtoriam derelictum fuerit eorum, quæ uere inſunt rebus, habebimus de omni, cuius eſt demonſtratio, hanc inuenire & demonſtrare: cuius*

M *autem non eſt naturaliter demonſtratio, hoc facere manifeſtum: uniuerſaliter itaque quomodo opus eſt propoſitiones eligere, ferme dictum eſt: cum diligentia uero percurrimus in negocio circa dialecticam.*

Hoc eſt de propoſitionibus ratiocinationũ ac ſyllogiſmorum diximus vniuerſaliter, hoc eſt non deſcendentes ad artem aliquam aut ſcientiam propriam, ſed in cõmuni permanẽtes diximus de ꝓpoſitionibus omnibus quomodo ſe habent dum ſyllogiſmum conſtituunt, & quomodo oportet ipſa venari, q; non eſt in omnibus problematibus aſpiciendũ ad omnia ſuperius tradita: hoc eſt antecedentia, conſequentia, ac repugnantia, ſed aliquando ſufficit inſpicere antecedentia tantum, quemadmodum in particulari affirmatiua, aliquando antecedentia & conſequentia, nõnunquã conſequentia ac repugnantia, alias antecedentia ac repugnantia ſecundum q; diuerſa aſtruimus problemata, affirmatiuũ negatiuum vniuerſale ac particulare, cũq; demõſtrationem in aliqua ſcientia aſtruimus vt de bono aut ſciẽtia: ſigillatim ac priuate de vno quoq; principia ac propoſitiones quærendæ ſunt; ſunt enim tales plurimæ; plurimas tales dixit, non q; reuera plurimæ ſint, ſunt enim dignitates ac cõmunes animi cõceptiones paucæ admodum, vnde & dicere conſueuimus principia ſecundum numerum pauca eſſe, multa tamen ſecundum vim atque potentia, ſed plurimæ ſunt reſpectu principiorum ac propoſitionũ primarum quæ pluribus cõueniunt ſcientijs, quemadmodum de quolibet aut affirmationem aut negationem dici. ſi ab æqualibus æqualia demantur, quæ ſuperant æqualia eſſe, & conſimilia. { Quare principia quidem. } occurrit tacite obiectioni, poſſet enim aliquis non immerito dubitare an principia hæc vniuſcuiuſq; ſcientiæ poſſimus ſyllogiſmo conſequi, nãq; fieri hoc nõ poſſe videtur, ſi enim ratiocinio hæc aſſequeremur eſſet vtiq; in infinitum progreſſio, neque etiam altrinſecus dicendum eſt iſta ſuæ cognitionis principium nullũ habere.

N

O

Principij experimento & memoria cognoſci.

Et propterea inquit principia hæc experimento ac memoria cognoſci, quod etiam in poſterioribus exquiſitius ſignificauit, cum inquit ex ſenſu memoriã fieri, ex memoria plerunq; facta experimentũ, ex experimentis vero primorum principiorum cognitionem acquiri; & adhuc exactius in alpha maiori poſt naturalia ad principiũ inquiẽs fieri ex memoria hominibus experimentum, propterea q; eiuſdem rei multæ memoriæ vnius experientiæ potentiam faciunt, quod etiã Polus Platonicus in Gorgia voluit cum dixit, experientia æuum noſtrum ſecundũ artem facit procedere, ἀπειρία ſiue inexperientia ſecundum fortunam, de his etiam complura alia in nicomachijs pertractata, verum hæc in præſentia ſufficiant. { Dico autem ve aſtrologicam. } ponit exemplum quomodo experimento quæ ad artem ac ſcientiã principia ſpectant: poſſimus percipere, nãq; inquit in aſtrologia ſi ſufficienter apparentia acceperimus habebimus tũc principia aſtrologica, ex quibus poſtea poterimus aſtrologicas demonſtrationes erigere, vbi apparentia non intelligas, quẽadmodum nõnulli male hallucinantur, quæ apparent eſſe antecedentia: hoc enim factum eſt, cum ſuperius dixerimus prima iſta principia non cognoſci per antecedentia, aut per ſyllogiſmum, ſed experimẽto magis ac memoria, verum magis apparentia intelligas ſenſibilem aſtrologiam, ac nauticã obſeruationem eorum quæ apparent, quam in poſterioribus ſubalternam aſtrologiæ voluit Ariſtoteles, quãque Aratus ſolẽſis optime pertractauit: hæc enim græce φαινόμενα, latine apparentia dici poſſunt. { Si enim nihil ſecundum hiſtoriam. } hiſtoriam dixit, hoc eſt narrationem, quemadmodum & in primo de anima, hiſtoriam appellauit de anima, quaſi dicat ſi nullum vere prædicatorũ in electione noſtra narrando omiſerimus, poterimus de omni demonſtrando ſyllogiſmũ conſtruere, de omni inquã demonſtrando, quoniam nõnulla eiuſ ſunt naturæ, vt ad ea ratiocinium dirigere nullo pacto valeamus, quemadmodum ſunt prima principia: hæc enim ſyllogiſmo non monſtrantur, ſed fortaſſe inductione plana ac manifeſta efficiuntur, & fortaſſe hoc eſt, quod ſubdit: cuius autem non eſt naturaliter demonſtratio, hoc facere manifeſtum. { Ferme dictum eſt. } dixit, quoniam hæc in topico negocio exactius pertractabuntur: hoc enim eſt, quod ipſe dialecticam vocauit, & propterea ſuperuacaneum etiam ſore duximus hic locos illos omnes, quos in libro de reſolutione, ad medium inueniendũ recenſuit Albumazar Alpharabius, a genere, a differentijs, a proprio, ab accidentibus, a cauſis, ab oppſitis, a caſibus et coniugatis, a ſimili, a maiori, & a minori, et ab æqualibus, licet enim fortaſſe hæc non inutilia ſint, quoniam modũ exhibent inueniendi medij non ſolum in cathegoricis ac prædicatiuis ſyllogiſmis, ſed & conditionalibus & inductione, & exẽplo, quod Ariſto. omiſit, quia tamen magis ad librũ pertinent topicorum: ideo hæc in illum vſque locum reijciamus.

Quid per apparentia philoſophus intellexerit.

P

Aratus ſolenſis.

Q

Nota locos quos ad medium inueniendũ recẽſuit albumazar Alpharabius.

Satis ſit enim huc vſque expoſuiſſe quomodo ſingularia vere & vniuerſaliter prædicari nequeunt, quõ prædicationes varijs efficiãtur modis; quomodo ſtoici ens omnium genus eſſe aſſerẽtes ipſum in quatuor partiẽtur prædicamenta, quomodo Plato in quinq;, deinde eorum errorem emendaſſe qui volebãt æquiuoca ſecundũ analogiã

Epilogus ſupradictorũ de inuẽtiõe medij.

A & æquiuoca ad vnū idem ſignificare:facta inibi pulcherrima æquiuocorū diſtinctione,quidq́ articuli cum indefinita ſignificent propoſitione,declaratum,cur prædeterminationes ac ſigna non addantur prædicatis,quare in topicis nō tradiderit modum inueniendi medij,quomodo intelligendum quod dixit Philoſophus ex proſyllogiſmo, deinde ſolutam dubitationē de eligēdis antecedentibus ac conſequentibus, expoſitumq́ fuiſſe quomodo inſpectio fiat per contraria:ſolutis ibidem inſtantiolis quibuſdā circa contextum, quomodo intelligendū altera propoſitione conuerſa fieri ſyllogiſmū,qui ſint ſyllogiſmi ſecūdum tranſumptionem,qui ſecundū qualitatem, quid in ſubiectis,quomodo in diuerſis figuris efficiantur ſyllogiſmi ſecundum analogiam ſeu per totum hypothetici nuncupati,quomodo vniuerſalia concludantur ex particularibus inſpectionibus,quid per philoſophiam intellexerit Philoſophus,quiſque primus hoc nomine vſus fuerit, ꝙ dialecticæ nomen apud diuerſos in diuerſo vſu extiterit, quo-
B modo principia experimento acquirantur,quid per apparētia intelligendū, ꝙ alter Albumazar de medio inueniēdo artem tradiderit.His explicitis ad alia tranſeamus.

De diuiſione,deque ui ratiocinandi per diuiſionem.

QVòd autem diuiſio per genera parua quædā particula eſt dictæ methodi, facile eſt conſpicere: eſt enim diuiſio velut imbecillis ſyllogiſmus, quod enim oportet monſtrare petitur: ratiocinamur autem ſemper aliquid ſuperiorum. Primum vero ipſum hoc latuerat omnes utentes ipſa, & perſuadere conabantur, quòd eſſet impoßibile de ſubſtantia demonſtrationem fieri & eo quod eſt quid: quare neque quòd contingit ratiocinari diuidentes intellexere: neque quòd ſic contingebat: quemadmodum diximus.

alias quid.

C

Diuiſio dialecticę ſecūdū Platonē

Plato, quiq́ Academica ſequebantur Placita plerique, dialecticen, hoc eſt primā philoſophiam quatuor in partes ſecabant diuiſiuam, definitiuam, demonſtratiuam, ac reſolutiuam, adeoque diuiſiuam magnificabant, vt hāc, teſte Alexandro, ſolam dialecticen appellarent ac triumphum philoſophiæ dicerent: Proclus tamen Diadochus non de ſola diuiſiua, ſed de tota dialectica protuliſſe hoc Platonem in ſeptimo de republica voluit, quicquid tamē ſit & Plato & antiqui omnes magnā diuidendi methodo vim ac prærogatiuā aſcripſere: propterea ꝙ ipſa quodāmodo via eſſet ad venandam definitionem, quemadmodum in poſterioribus etiam traditur, quæ ad demonſtrationes faciendas tanquā medium aſciſcitur. Vnde & in phœdro ait, ſe eius veſtigia tanquam Dei ſemper ſequi qui optime & diuidere ſciat & definire, & quoniam reſolutio compoſitam reſoluit demonſtrationem: ob id reſolutoriæ quoque diſciplinæ non parum confert: quas ob res non immerito fortaſſe vel philoſophiæ, vel mathema-
D ticarum ſcientiarum triumphus appellabatur: Ariſtoteles tamen qui Platonem quemadmodum pulli æquini matrem calcibus repulit, quique eundem ſemper & inſequitur & æmulatur, vult impræſentia opinionē iſtam de diuiſione conceptam pro virili ſua demoliri inquiens diuiſionem, non ſolum eam non eſſe, quæ de philoſophia ac ſcientijs omnibus triumphat, verum nec firmum etiam ac ſtabilem ſyllogiſmum, ſed imbecillem ac debilem valde. Cæterum quoniam diuiſio multifariam dicitur: namque & genus in ſpecies per differentias diuiditur, & totum in partes ſeu formales ſiue etiam materiales, ex quibus illā diuiſionem: hanc partitionem vocat in topicis Cicero, quod tamen vix concedit Fabius, & vox æquiuoca in propria ſignificata, atque hæc omnia per ſe dicuntur diuidi, ſunt alij inſecus, quæ per accidens partiri cōſueuimus, quēadmodum ſubiectum in accidentia, & econuerſo in ſubiecta accidens, atque accidens demum in accidentia. Quas vero nonnulli addunt diuiſiones ſpecierum in indiuidua, aut diuiſiones ab vno aut ad vnū, ſuperuacaneas omnino exiſtimamus: nāque ſpeciei diuiſio in indiuidua enumeratio potius quam diuiſio cēſenda eſt, ab vno au-

Diuiſio multis modis fit.

tem & ad vnum diuiſiones voces in ſua ſignificata partiuntur. Quoniam inquam tot modis diuidi aliquid nuncupatur, Ariſtoteles hoc in loco de ea tantū meminit, quæ genus in ſpecies diuidit, tanquā omnium digniſſima, vt hac damnata reliquæ etiam eliminentur. Ait ergo diuiſionem per genera, hoc eſt diuiſionē generis in ſpecies paruam quandā particulam eſſe dictæ methodi per dictā methodum intelligens, quā nuper tradidit ad propoſitiones ac medium inueniendū. Quoniam enim diuiſio non ad omne medium inueniendū eſt vtilis, ſed ad medium tantum demōſtratiuū inueſtigandum aſciſcitur, propter hoc parua quædam particula nuncupatur dictæ methodi, aut per dictam methodū magis intelligit ſyllogiſticā totam, huius enim parua quædā particula eſt diuiſiua, vel quia ſyllogiſtica tota in quatuor ſecatur partes ac docendi modos, quēadmodū ſupra etiā diximus, vel quia omnino aliquid ratiocinatur: non tñ quod proponitur, vel quia tantum vniuerſalem affirmatiuā concludit, & propterea de antecedentibus ac conſequentibus: imo fortaſſe de conſe- F
quentibus tantū curat, nullā de repugnantibus mentionē faciens. Alij quemadmodū Alulidus Roſadis rationē eſſe dicunt cur parua ſit methodus, qm̄ eſt imbecillis ſyllogiſmus: imbecillis autē quia nunquā propoſitū ratiocinatur problema, ſed ſemper aliquid cōmunius: hoc enim eſt quod dicit, quod enim oportet monſtrare petitur, ratiocinamur autē ſemper aliquid ſuperiorū. Eſt autem methodus, quēadmodū in alpha naturalis auditus ex authoritate Alexandri refert Simplicius, habitus cum ratione ſpeculandi ea quæ ſub ipſo ſunt. {Primū vero ipſum hoc.} Primum inquit priſci omnes hoc ignorabant, hoc eſt diuiſionem aut nihil penitus ratiocinari aut non quæſitum propoſitū, & propterea ipſi nitebantur monſtrare ac perſuadere. ꝙ qm̄ de ſubſtantia ac definitione non poſſumus demonſtrationem aſtruere, ob id neceſſarium foret vti diuiſiua methodo, ad definitionem arguendam, et ideo duo ignorabant, & quid per diuiſionem poſſemus ratiocinari, & ꝙ non eo pacto quo ipſi volebant, volebant.n.ipſi quæſitum poſſe diuiſiua methodo concludi, quod tamen fieri non poterat, aut non legendū eſt quid, ſed ꝙ ſeu qm̄: G
hæc enim dictio ὅτι apud græcos ambiguam reddit orationem, poteſt.n.vnica eſſe dictio, poſſunt & duæ, ſi vna extiterit, legemus ꝙ ſeu quoniam ſi bine legemus quid, ſi igitur legemus quid, ſenſus erit, quem ſupra diximus, ſi vero ꝙ ſeu qm̄, ita interpretabimur, quare iſti duo ignorabant, prius ꝙ per diuiſionem poſſumus ratiocinari ac ſyllogiſmū conſtruere, ſecundū ꝙ eo quem diximus modo, aliquid ſuperiorū ac cōmuniorū, ſemper ratiocinabimur.

Quæ diuiſio ſit parua particula dictę methodi.

Expō aliorū & Aluli di Roſa.

verbū ὅτι apud græcos ambiguum eſt.

In demonſtrationibus itaque, quando opus ſit aliquid ratiocinari ineſſe, oportet medium, per quod ſit ſyllogiſmus, & minus ſemper eſſe & non uniuerſalius prima extremitatum: diuiſio autem contrarium uult, ipſum namque uniuerſale accipit medium, ſit enim animal, in quo a: mortale in quo b: & immortale in quo c: homo autem, cuius rationem oportet accipere, in quo d, omne igitur animal accipit aut mortale, aut immortale. H
Hoc autem eſt, quodcunque ſit, aut.a.omne eſſe, aut.b, aut.c. Rurſus hominem ſemper diuidens, ponit animal eſſe: quare de.d. accipit.a.ineſſe: ſyllogiſmus itaque eſt, quòd d, aut b, aut c. omna eſt: quare hominem aut mortalem aut immortalem neceſſarium eſſe: animal: mortale autem non neceſſarium eſſe, ſed petitur: hoc autem eſt quod oportebat ratiocinari.



Syllō diuiſiuus ptāti proceſſus.

I *Rurſus ponens.a.quidem animal mortale:in quo autem.b. pedes habens:in quo uero.c.ſine pedibus: hominem autem.d.conſimiliter accipit,aut in.b.eſſe,aut in.c.omne enim animal mortale, aut cum pedibus,aut ſine pedibus eſt:a.uero de d:hominem nãq; animal mortale eſſe accipit: quare cum pedibus aut ſine pedibus animal neceſſe eſt hominem eſſe: cum pedibus autem non neceſſe, ſed accipit,ſed hoc erat quod oportebat iterum monſtrare.*

Proceſſus ſecundus.
K

Hoc igitur modo ſemper diuidentibus, accidit quidẽ ipſis uniuerſalem medium accipere:de quo autem oportebat mõſtrare & differẽtias extrema:ad finẽ autem,q hoc eſt homo,uel quodcũq; ſit quæſitum nihil dicunt planũ,ut neceſſarium ſit : etenim aliam uiam faciunt omnem,neq; contingentes abũdantias exiſtimantes.

L
Leui gerſonis duos antiquorũ errores circa uiã diuiſiuã dixit eſſe. Q̃d definitio non ſit ſyll's nec rõcinatio.

Duo inquit Leui Gerſonis erant antiquorum errores : vnus quia exiſtimabant diuiſionem ſyllogiſmũ eſſe, quã alioquin medius terminus in plus ſe haberet q̃ maior extremitas,quod rationem tollit ſyllogiſticam:alius quia arbitrabantur diuiſiuo ratiocinio poſſe definitionẽ demonſtrari: binos itaq; errores iſtos tollit ac dãnat Ariſtoteles, ac prius q definitio ſyllogiſmus non ſit neq; ratiocinatio arguit hunc in modũ:nullus indemõſtrabilis ac perfectus ſyllogiſmus medium habet, quod in plus ſit maiori extremo, ſed diuiſio mediũ habet in plus maiori extremo, nõ itaq; eſt ſyllogiſmus indemonſtrabilis ac perfectus, ſi nõ pfectus, neq; alio pacto ſyllogiſmus erit, ſuppoſitũ nãq; ſupra fuerat diuiſione ſolã vniuerſalem affirmatiuã monſtrari poſſe, quod cũ ita ſit in ſola prima figura diuiſiuus aſtruetur ſyllogiſmus,minor autem expoſitione declaratur, ſi enim monſtrandum ſit omnem hominem mortale eſſe,ita ratiocinabimur diuidentes,omne animal aut mortale,aut ĩmortale,ſed homo eſt animal, eſt igitur mortale propterea q ĩmortale ipſum nõ eſſe tanquã manifeſtum prætermittitur, in hoc itaq; ratiocinio,animal eſt medius terminus, mortale maior extremitas,homo minor, quæ cum ita ſint nemini dubium animal in plus ſe habere, q̃ ipſum mortale:ipſe vero quo adhuc breuiora ac dilucidiora ſint quæ dicuntur elementorũ notulis vtitur ponens,a, animal,b,mortale,c,ĩmortale,d,hominem:cuius rõnem ac definitionem oportet accipere ac demonſtrare, accipimus itaq; primo omne animal mortale eſſe aut ĩmortale hoc eſt omne,a,aut,b,eſſe aut,c,& rurſus ſemper diuidendo per alias differentias accipimus in minore propoſitione ac ſupponimus hominẽ animal eſſe, ſyllogiſmus itaq; ac ratiocinium eſt q,d,hoc eſt homo omnis,aut,b,aut,c, eſt, id eſt aut mortale aut ĩmortale, q autem cõponendo ſit verum dicere hominem animal mortale hoc petitur, hoc eſt cum ſit ignotum pro noto accipitur:hoc autẽ fuerat in monſtrationem propoſitum.Et cõſimiliter facimus dũ animal reliquis partimur differentijs,puta per habens pedes & non habens pedes. { Hoc igitur modo. } hoc eſt, ita igitur ſemper diuidentes ſemper in diuiſiuo ſyllogiſmo medium vniuerſalius accipimus q̃ ſint extremitates, id vero de quo oportet monſtrare, hoc eſt ſubiectũ & differentias ipſas pro extremitatibus accipimus ſubiectũ pro minore,differentias autẽ pro maiore. { Ad finem autẽ. } hoc eſt tandẽ p diuiſionem nihil penitus oſtendunt, puta q homo ſit hoc,vt mortale vel quodcunq; aliud quæſitum extiterit,veluti habens pedes, riſibile, aut quæcunq; alia prædicata. Quæſitum nãq; prædicatum concluſionis nuncupatur,id enim eſt,de quo quæſtionem facimus; ſubiectum vero conceſſum dicitur,quẽadmodum in poſterioribus expoſuit Philoponus. { Etenim aliam viã. } exponit Alexander, faciunt illi diuiſiuam methodum cuiuſcunq; viæ ac modi inueniendi medij aut propoſitionũ vicem ſupplere non exiſtimantes eſſe eam inueniendarũ propoſitionum copiam, quã ſuperius eſſe poſſe tradidimus.Aliter Philoponus faciunt omnem aliam viam,hoc eſt vſque ad indiuidua procedunt diuidentes : non tamen aſpicientes neque conſiderantes quis modus ſit,vt propoſitionum ac mediorum inuentorum copiam maximam habeant.

N
Subiectum cõceſſum p dicatũ quæſitũ dr ut in poſterioribus Philoponus.

Manifeſtum autem q neq; deſtruere licet hac methodo, neque de accidente,aut proprio ratiocinari,neq; de genere,neq; in quibus ignoratur,utrum q ſic ſe habet,anne Diameter incõmenſurabilis; ſi acceperit quòd omnis longitudo aut commenſurabilis aut incõmenſurabilis:Diameter autem eſt longitudo:ratiocinatũ eſt quòd incommenſurabilis aut commenſurabilis eſt Diameter, quod oportebat ratiocinari acceptum eſt uia enim hæc:per hanc autem non eſt monſtrare: incommenſurabile aut cõmenſurabile, in quo.a longitudo: b.Diameter.c. Planum igitur quòd neq; ad omnem conſiderationem conuenit inquiſitionis modus : neque in quibus maxime uidetur decere:in his eſt utilis. Ex quibus igitur demonſtrationes fiunt, & quomodo & ad qualia inſpiciendum ſecundum unumquodque problema manifeſtum ex dictis.

O

Quod ſupra dixerat diuiſiuam methodum paruã quandam particulam eſſe artis ſyllogiſticæ melius nunc exponit quasi arguens per [illegible] & [illegible] ſuperius nãq; monſtratum fuit diuiſionem nullo pacto ſyllogiſtice aliquid concludere:nunc autem inquit, q ſi etiam ſuppoſuerimus ipſam aliquid ratiocinari: non tamen ad omnia concludenda problemata erit vtilis, quemadmodum priſci male exiſtimabant:hac enim methodo nullã negatiuam concluſionem concludemus, neque de accidente, neque de proprio,neque etiam de genere, quoniam differentias tantum hac arte concludimus,quæ eſſentiam ſubiecti conſtituunt,accipientes pro conceſſo genus ſubiecto ineſſe,præterea neque etiam omnes differẽtias poſſumus de ſubiecto monſtrare hac via:ſi enim ignotum extiterit vtra differentiarum ſubiecto inſit,nimirum alteram colligere nullo pacto valebimus, puta ſi accipiamus ſtellas eſſe in aliquo numero, cum ignotum ſit atque pares ipſas eſſe aut impares,neque pares ipſas, neque etiam impares concludere poterimus,ſi vero notum fuerit alteram differentiarum ſubiecto ineſſe, poterimus vtique alteram ab ipſo remouere, aut econuerſo: ſi cognouerimus alteram remoueri,alteram ſubiecto ineſſe concludemus, quemadmodum quia notum eſt irrationale ab homine remoueri poterimus vtique & rationale ipſi ineſſe concludere.

P
Diuiſionẽ nõ eſſe utilẽ ad oĩa problemata cõcludenda.

Sed dubitat Philoponus,quomodo dicit Ariſtoteles nihil poſſe diuiſiua methodo de proprio aut accidente concludi, ſi enim ita faciamus, omne animal aut coloratum eſt aut non coloratum, ſed homo eſt animal & non animal non coloratũ,ergo coloratum. Dicimus nos,quicquid ipſe reſpondeat philoſophum arguere ex ſuppoſitis, ſupponebant enim illi per diuiſionem definitionem monſtrari, quod ſi ita eſt, non poterimus de proprio aut accidente aliquid concludere, aut aliter & melius,quòd Ariſtoteles non de omni diuiſione ſermonem facit, ſed de ea ſola, quæ genua per proprias diuidit differentias, quod etiam in principio ſtatim huiuſce tractatus ſignificauit, cum dixit, quod autem diuiſio per genera. { Via enim hæc. } hoc eſt methodus diuiſiua eſt hæc per quam accipimus q hoc eſt aut hoc, non autem determinate q hoc puta cõmenſurabile,aut hoc puta incõmenſurabile aut rationale aut irrationale, & ſi notum extiterit hominẽ animal eſſe, & hominem rationale eſſe,non tamen propterea etiam notum animal rationale eſſe,quod cũ in libro

Q
Dubitatio Philoponi.

Solõ ppria authoris.

de

A de interpretatione declaratum fuit: nō enim ſi Simon eſt corarius & bonus, propterea etiam eſt corarius bonus. {Planum igitur.} monſtratum eſt enim ꝙ de accidente, de proprio, adhue & de genere nihil poteſt arguere, & ꝙ amplius nihil negatiue cōcludit. {Ex quibus igitur.} nūc breuibus concludit quæ ſupra in duobus ꝑcedentibus ſectis fuere ptractata ex quibus fiunt demōſtrationes, hoc eſt ſyllogiſmi (demonſtrationem nāq; latius pro quocūq; ſyllogiſmo accepit) & quō diſpoſitis terminis, & ad qualia inſpiciendum, puta antecedentia conſequentia ac repugnantia ſecūdum vnūquodq; problema. Sed circa prædicta dubitatione dignum quō verum ſit medium terminum in omni ſyllogiſmo ſemper ſe habere in minus quā maiorem extremitatem: ſi enim quemadmodum omnes fatentur, & in poſterioribus planum ſit demōſtratio, quæ vere demonſtratio eſt terminos habet æquiuertentes, qui fieri poteſt vt maius extremum in plus ſe habeat, quā medius terminus? Ad hoc dicimus non hoc dixiſſe philoſophū ꝙ maior extremitas in plus ſemper ſit quā mediū, ſed quod mediū in nulla ratiocinatione vniuerſalius eſſe debet maiori extremo, quod vtiq; ſemper verum eſt, ſiue termini æquiuertentes ſint, ſiue ſecius. Aliter Leui Gerſonis voluit inquit mōſtrare per dictum de omni quonā pacto ſyllogiſmus perficiendus ſit, ſi enim prædicatum rationem ſemper obtinet vniuerſalioris, cum per dictū de omni maior extremitas prædicetur de medio termino in prima figura (in hac enim conſtituitur ſyllogiſmus diuiſiuus) nemini dubium, ꝙ vniuerſalioris ſemper vicē obtinebit.

Dubiū quō ōis medius terminus in quolibet ſyllogiſmo ſit in minus ꝙ̄ extremum maius.

Solō ꝓpria B

Solō Leui Gerſonis.

Verum enimuero ſuperſunt adhuc de diuiſione quærenda quæpiam, ac primum ſi diuiſio nihil conducit ad mōſtrationes faciendas, cur eam inter logicos ac rationales docendi modos cōnumerauerint Platonici, deinde ſi aliquid habet vtilitatis, quænam ſit ea vtilitas, ac demū C quomodo hypothetici diuiſiui, de quibus ſupra mentionem fecimus, aliquā ſibi monſtrationis partem vendicabunt. Ad hæc dicimus falſum eſſe, quod nonnulli autumant diuiſionem nihil conferre demōſtrationibus faciendis, quēadmodū enim in ſecundo poſteriorū tradit Ariſt. hac via definitionem, quæ pro medio in demonſtrationē aſciſcitur, inueſtigamus, inueſtigamus dico ac venamur, non autem monſtramus, hoc enim ibidem pluribus refellitur rationibus, diuiſio itaq; per genera hoc pacto ad demonſtrationem eſt vtilis. Diuiſio autem totius in partes plurimū confert reſolutioni, quēadmodum mathematici optime ſciunt, ac in ſequenti ſecto elucidabimus diligentiſſime. Diuiſio autem æquiuocorū in ſua ſignificata nō ſolum logicis negocijs, ſed & philoſophiæ vniuerſæ maxime cōducit, quod optime innuit in elenchis ſophiſticis Ariſt. cum inquit melius ſe habere philoſophos, cū ſciunt quot modis vnūquodq; dicatur diſtinguere, aptiſſimus nāq; locus ad faciendas argutias eſt ille, qui nominibus vtitur æquiuocis, quapropter non ab re philoſophus & in phyſico auditu & in libro de anima, & libro de cœlo & mundo, et in alijs omnibus ſuis codicibus māgnā operam dat, vt exacte quot modis vnūquodq; nomen accipiatur, dignoſcere poſſimus quid plura? Totū delta poſt naturalia in diſtinguendis nominibus conſumpſit. Adde quod inquit Alulidus Roſa. diuiſionē ipſam aptiſſimam eſſe ad primas monſtrādas ſuppoſitiones, & ea quæ ſunt obſcuriora primis animi cōceptionibus, & manifeſtiora primis qōnibus. Vnde non ab re dixerunt, qui diuiſionē a Prometheo mortalibus datā fuiſſe aſſeruerunt [illegible], nam quēadmodū ignis ſecernit quæ ſunt eiuſdē generis, ab ijs quæ ſunt alterius, ita & diuiſio, & ꝓpterea non falſo interpretati ſunt nōnulli Prometheū diuiſionis Authorem extitiſſe. Sunt qui dicunt qōnem an eſt hac eadem diuiſione monſtrari, ſed hæc magis ad librū attinent poſteriorū, & ita etiam habemus quō hypothetici diuiſiui aliquā monſtrationis vim obtineant, ſuppoſito enim ꝙ nullus ad tranſumptū ſyllogiſmus efficeretē oſtenſiuus, adhuc tamen monſtrādi vim aliquā haberent, præſertim ſi quēadmodum ſupra diximus alteram differentiam nō ineſſe ſubiecto palam eſſet, tunc enim nō fit petitio eius, quod eſt in principio. Sed hæc hactenus diſputata de diuiſione ſint, immo de toto ſecundo ſecto, vidimus nāq; E quō propoſitionum ac medij inueniendi copia habenda ſit. Deinceps ꝙ Plato & priſci ferme omnes maximas diuiſioni partes detulere, poſtea & diuidendi modos diſtinximus q per ſe, quiue per accidens nuncupētur addentes, declarato ibidem contextu Ariſtotelico, quō diuiſio parua quædam particula ſit dictæ methodi, ad hæc expoſuimus quid quæſitum quidue conceſſum ſignificet, quodq; diuiſio de accidente aut proprio nihil cōcludit, quō verū ſit in omni ſyllogiſmo mediū in minus ſe habere quā maius extremum, ac demum quidnam conſerat demonſtrationibus diuidendi ars, & quō primæ ſuppoſitiones diuiſione monſtrentur, quodq; quilibet diuiſionis modus pacto aliquo ad philoſophiā ſit vtilis. His igitur hoc in ſecundo ſecto et expoſitis & explicitis ſupeſt vt ad tertiū ac nouiſſimi ſecti voluminis huius expōnem tranſeamus.

Dubiōnes' q̄dam de diuiſione.

Solō ꝙ diuiſio cōfert ad demſtationē. ſ.q̃ eſt ꝑ gña.

Diuiſio totius in ꝑtes cōfert reſolutioni. Diuiſio æquiuocorū in ſignata totius philoſophiæ.

D

Dictū Alulidi Roſ. de diuiſione.

Hypothetici diuiſiui aliquā hñt vim demōſtrandi.

Epilogus dictorū de meth. de diuiſiōe.

Sectum tertium de reſolutione ſyllogiſmorum.

F *QVomodo autē reducemus ſyllogiſmos in prædictas figuras: eſſet utique poſt hæc dicendū. Reliquum enim iſtud adhuc ex conſideratione, ſi enim ſyllogiſmorum generationem ſpecularemur & inueniendi poteſtatem haberemus. Amplius autem factos reſolueremus in prædictas figuras, finem habere poſſet, quod à principio propoſitum. Accidet autem ſimul & prius dicta confirmari & planiora eſſe, quod ita ſe habent, per ea, quæ nunc dicentur: oportet enim uerum omne ipſum ſibi ipſi confeſſum undecunq; eſſe.*

INQVIT Alexander philoſophū hoc in loco methodum deſcribere, per quā poterimus ſine ordine proiectas ac confuſas rationes ad ſyllogiſmi formulas reducere, quā reſolutionem vocamus, & vnde liber iſte inſcribitur reſolutorius, quāque Theophraſtus Ereſius in libro ſuo de reſolutione pertractauit. Cæterū quoniā maxime de reſolutione dubitationes in mediū proponūtur, quidq; G reſolutio ſit ac quō fiat varij varia protulere, non iniuria mea ſentētia faciemus, ſi prius legentiū impetrata venia, aliquantiſper orationem noſtram liberius vagari dimittemus. Academici itaq; quique Platonis placita ſecuti ſunt, totam quā ipſi dialecticen vocabant, quatuor in partes diuidebant, diuiſionē, definitionem, demonſtrationē, ac reſolutionem, dicebantq; modos iſtos docendi ita a ſe inuicem ſeiunctos, vt varias penitus monſtrationes facerent, veruntamen eſſe, iſtorum nōnullos a ſequētibus præſupponi, nāq; diuiſionē præſupponit definitio, definitionem demonſtratio, demonſtrationem reſolutio, nunquā enim recte & ex arte definire aliquid poterimus, ni prius per genera facta fuerit diuiſio, neq; iterum demonſtrare, niſi definitionē pro medio demonſtrandi conſtituerimus nec demum reſoluere niſi antea compoſitionē facere edocti ſimus. Hos igitur docēdi modos ſignauit Porphyrius Phœnix in quinq; ſuis vocibus ad principium, cum dixit introductionē ſuā vtilem eſſe ad diuiſiones, definitiones H ac demonſtrationes faciendas. Hos etiā voluit Galenus in principio ſuæ paruæ artis medicæ inquiens ad verbū. Tres ſunt oēs doctrinæ ordine contiguæ. Prima quæ ex finis conceptu ſecundū reſolutionē fit. Secunda ex cōpoſitione eorum quæ per reſolutionē inuēta fuere. Tertia ex definitionis diſſolutione cui nunc inſiſtimus Licet autem huiuſcemodi doctrinam non ſolum definitionis appellare diſſolutionē, ſed, & [illegible] vt quidam nominauere, aut [illegible], aut [illegible], aut [illegible] vt alij quidam, aut [illegible] vt alij, hoc eſt explicationē, reſolutionem, diuiſionem, & extenſionē, & enarrationē. Hæc ille, qui & Platonicæ ſectæ & academicorum placitorum cōſultiſſimus fuit, ꝙ ſi rationē quæras ob quā tres tantū ponam, cū alij quatuor enumerent docendi modos. Rñdebimus verbo vnico binas explicuiſſe doctrinas, dū enim diffinitionis diſſolutionē dicit, & diuidēdi & definiendi artē notat. Quæ cū ita ſint, quo facilius q̄ infra dicēda ſunt, intelligere poſſimus reſolutionē curſus accipientes diuidemus.

Academici totā dialecticē in quatuor partes diuiſerunt.

I ex ſententia Ioãnis Doma.tres in modos ſeu ſpecies. Re-
ſolutionum nãq; alia naturalis,quæ compoſitũ in ſimpli-
ciora reſoluit,vt corpus in quatuor humores:humores in
prima elementa·elementa in materiã & formã. Alia logi-
ca,cum propoſitam rationẽ aliquã in propriam figurã re
ducimus. Alia mathematica,cũ quæſitũ vt conceſſum ac-
cipientes ꝓpoſitiones ex quibus cõcluditur, indagamus,
Hanc tamen Aſulidus Roſ. in interpretatione ſua magna
in librũ poſteriorũ proprie reſolutionem vocari dicit: reli
quas vero ſolutiones magiſq̃ reſolutiones nũcupari vult
nãq; hac maxime in ſcientijs vti conſueuimus, cũ maxi-
me ſcire cupimus:nec immerito primũ inter alias locũ ob
tinere iſtam antiqui voluere : cuius vt inquit Proclus in-
uentor extitiſſe Plato dicitur, ac Leodamanti tradidiſſe:
per quam plurima geometriæ problemata adinuenit. De
hac plura & in poſterioribus Ariſt.addens mathematicas
ſcientias a dialecticis ac probabilibus differre,quoniã ille
reſoluunt,hæ minime,vbi & Ioãnes Philoponus ait qua
ſi ad verbũ. Reſoluere vocant geometræ propoſitiones
inuenire, per quas concluſio aliqua vera concluſa fuerit,
K quẽadmodum ſi nobis eſſet propoſitum triangulũ iſtum
æquilaterum eſſe,methodum per quã propoſitiones inue
nimus,ex quibus hoc fuit concluſum, reſolutionẽ dicunt,
ꝙ ſi propoſitum fuerit quõ conſtituatur æquilaterus triã-
gulus,& per propoſitiones concluſionẽ inueniemus a cõ
ceſſis quibuſdam incipientes et in quæſitũ deſinentes,hoc
appellamus compoſitionẽ. Se habent autem reſolutio ac
cõpoſitio in contrarium: accepto enim quæſito tanq̃ con
ceſſo:puta ꝙ hic triangulus eſt æquilaterus,inquirimus ꝓ
poſitiones : per quas conſtructũ fuit,vt ex ipſo reſoluẽtes
eas inueniamus,quouſq; ad conceſſa aliqua deuenerimus
ac principia geometriæ:eſt autẽ in hoc perfectiſſimi habi-
tus:poſſe ita vnamquãq; cõcluſionem perſpicere ex qui-
bus collecta fuerit propoſitionibus. Hæc ille. Eadem face-
tiſſimus Themiſtius in poſteriora analytica. Nec me præ
terit maximã inter moderniores altercationẽ eſſe,an reſo
lutio hæc,quæ mathematica reſolutio dicitur, demonſtra-
L tio ſit a cauſa in effectũ,an econuerſo,quarũ alterã quia,
alteram propter quid,vocare conſueuimus , nec me latet
etiã quoſdam alios velle reſolutionẽ iſtam cõpoſitionem
ac demoſtrandi methodũ continere:eſſeq; argumenti mo
dum illũ,quẽ nõnulli regreſſum ac retroceſſionẽ vocãt.

Sed pace omnium dictũ fuerit omnes hi longe a verita
te decerrant. Reſolutio nãq;,quemadmodũ Ammonius in
quinq; Porphyrij voces optime exponit & oẽs denique
fatentur ſecundũ modum oẽm compoſitioni opponitur.
Cõpoſitio enim a principijs,hoc eſt propoſitionibus inci
pit & in concluſionẽ tendit. Reſolutio autem econtrario
a cõcluſione in principia, quare cũ demonſtratio omnis,
ſeu quia,ſeu propter quid,ſyllogiſmus ac cõpoſitio ſit:de
ſinant qui reſolutionem cõpoſitionem ac demonſtratio-
nem eſſe velle contendunt,ꝙ ſi & apud Ariſtotelẽ reſol-
uendi modũ illum inuenire cupis ne pigeat quæ in alpha
naturalis auditus ad principium dicũtur,percurrere. Hæc
de mathematica reſolutione: plura vero & alia dicẽda fo
rent,ſed quoniam magis ad librũ attinent poſteriorũ hæc
M in illum vſq; locum reijciemus. Nunc de reſolutione ſyllo
giſtica ſermo faciendus, quæ & ipſa quẽadmodũ Diuus
refert Albertus quadrifariam diſtinguitur : nãq; aut ratio
reſoluenda eſt actu ſyllogiſmus aut potentia : ſi potentia
ad actũ reducitur & dicitur reſolutio:ſi actu,aut eſt indif-
ferens ad omnes figuras, & hæc eſt reſolutio, qua docet
eandem concluſionẽ in diuerſis figuris ratiocinari,aut eſt
reductio ſyllogiſmorum ad perfectiores, & hæc duplex,
aut enim reducuntur imperfecti ad perfectos,vt qui in ſe-
cunda,ad eos,qui in prima, aut perfecti ad perfectiores,
vt particulares primæ ad vniuerſales eiuſdẽ:de binis prio-
ribus reſolutionibus ſyllogiſticis agit in præſentia, de his
ſupra pertractauit quãtum propoſito attinebat. Acturus
itaq; in hoc ſecto de ſyllogiſmorũ reſolutione primũ do-
cet,quõ rationes quæ non ſunt actu ſyllogiſmi,ad ſyllo-
giſmos ac ratiocinia,quæ actu talia ſunt,reducãtur: mox
et deceptiones enumerat,quibus plerunq; oberramus dũ
ſyllogiſmos reſoluimus. Demum tractaturus,quonã pa-
cto ſyllogiſmi omnes in diuerſas reducãtur figuras,quod N
& ipſum reſolutio nuncupatur,quodq; plurimi refert ora
tionem negatiuam aut ex tranſpoſitione affirmatiuã face
re. Verũ inquit Alexander non eſt idem cenſendũ redu
cere ac reſoluere rationes in figuras,quẽadmodum faciũt
duo Theophraſti libri,qui inſcribuntur ἀν. γμένων εἰς τὰ
σχήματα,et deſcribere methodum,per quã reſoluere poſ-
ſimus vnũquodq; proiectum atq; problema in propriã
figuram ac modũ, qui enim habet reducendi artẽ põt &
nõdũ notos reducere, qui vero aliquos habet reductos
hos ſolos poſſet reducere tanq̃ habens obſeruationẽ quã
dam,& nõ ſcientiam. { Quõ autem reducemus. } hoc eſt
in hoc ſecto tertio,quod tertium erat adhuc supereſt : tria
nãq; ſunt,quæ totam de ſyllogiſmo ſcientiam amplectũ
tur:ratio cõponendi ratiocinis,modus inueniendi medij,
ac demum reſoluẽdi methodus: licet fortaſſe Albumazar
Alpharabius & medij inuentionem reſoluendi doctrinæ
aſſcribat. His itaque tribus explicitis atq; enodatis,quod
iam a principio propoſueramus,finem intentũ eſſet vtiq;
aſſecutum,propoſitũ nãq; noſtrum fuerat de ſyllogiſmo
pertractare, quæ vero ad ſyllogiſmum attinent : tria hæc
ſunt quæ diximus,quæ hoc in priori volumine oĩa abſol
O uuntur : non hæc tamen ita audienda,quin & ſecundũ li-
bri huius volumen pacto aliquo ſit neceſſarium, ſed qm̃
illa magis accidentia ſyllogiſmo, hæc quæ eſſentiam con
ſtituũt,& ſignificent & elucident. { Accidet autẽ ſimul. }
nam quẽadmodum logiſtici ac ratiocinatores, dum ſcire
cupiunt an recte ex aliquo numero numerum ſubtraxe-
rint, rurſus ſubtractum reliquo addunt ac intuẽtur: an cũ
primario cohæreat numero,quod ſi conuenit recte factũ
fuiſſe ratiocinium dicunt,ſin minus,perperam. Conſimili
ter inquit Ariſto. euenire ijs,qui ſyllogiſmos conſtruunt,
ſi enim conſtructos reſoluant,& bene cohæreãt, recte fa
ctum fuiſſe dicunt ſyllogiſmum, quoniam veritas vnde-
quaq; ſibi conuenit,ꝙ ſi reſoluti non conformentur com
poſitis, nemini dubiũ rationes illas male fuiſſe collectas,
& hoc eſt quod voluit dum inquit : accidet autem ſimul
& prius dicta cõfirmari & quæ ſequuntur. Vel aliter in-
quit Philoponus accidet prius dicta confirmari : magis
enim per hæc planum erit:tres tantum figuras eſſe, oẽm
ſyllogiſmum ex binis conſtare propoſitionibus ac termi P
nis tribus,ex vtriſq; indefinitis ſyllogiſmum non cõſtrui
& conſimilia,quæ ſuperius accurate tradita ſunt.

*Primum igitur tentare oportet duas e ſyllogiſmo propoſi-
tiones excerpere: facilius namque in maiora quã minora diuide-
re: maiora autem ſunt compoſita,quã ex quibus. Poſtea conſide-
rare utra in toto & utra in parte, & ſi non ſint ambæ acceptæ:
ipſum ponentem alteram: plerunq; namq; uniuerſalem propo-
nentes,quod eſt in hac non accipiunt,neq; ſcribentes: neque inter
rogantes, aut has quidem proponunt : per quas uero hæ conclu-
duntur,prætermittunt: alia autem fruſtra interrogant.*

Primum inquit propoſita ratione aliqua conari debe-
mus binas e ratiocinio propoſitiones excerpere,namque
ſuperius monſtratũ eſt ſyllogiſmũ omnem ex duabus im
mediatis propoſitionibus ac tribus terminis conſtare: de-
bemus autem primum propoſitiones q̃ terminos inueni
re,qm̃ totum facilius in partes diuidimus,q̃ in particulas, Q
& maiora ſunt quæ componuntur, quã quæ cõponunt.
{ Poſtea cõſiderare. } Poſt acceptas duas propoſitiones
inſpiciendum inquit eſt,quæ vniuerſalis & maior et quæ
in parte ſit & minor: hoc enim eſt quod dixit vtra in to-
to & vtra in parte: nãq; & ſi vtræque vniuerſales eſſent,
tamen altera maior foret,altera minor, & altera totius,al
tera partis rationem haberet,maior autem eſt in qua ma
ior terminus, hoc eſt concluſionis prædicatum,minor in
qua minor terminus, id eſt concluſionis ſubiectum poni
tur. { Et ſi non ſint ambæ. } hoc eſt quoniam aliquando
non ambæ ponuntur,ſed altera ponitur,omittitur altera,
puta maior aut minor,quẽadmodum in omnibus enthy
mematibus, oportet inquit ipſum reſolutorẽ addita alte-
ra ſyllogiſmum perficere, nãq; per ſæpe tam demonſtran
tes,quã diputantes vniuerſalem, hoc eſt maiorem propo
nentes,

Margin notes (left): Tres reſolutiõis ſpẽs ex Ioã. Dama. — Quid ſit reſoluere ex Io. Philopono quod & Themiſt. confirmat. — Reſolõ & cõpõ cõtrario modo ſe habent. — Diuerſæ opiniões moderniorum de reſolutione. — Contra modernos q̃ reſolutio non ſit demonſtratio. — Reſolõ ſyllogiſtica quadrifariã diuiditur.

Margin notes (right): Aliud reducere aliud reſoluere de mente Alexan. — Albumazar Alpharabius artẽ inueniendi medij reſolutioni aſcribit.

B nentes,quæ in hac & ſub hac eſt minorem nõ accipiunt, veluti in exemplo:omne conferens bonum: ergo & ſanitas bonũ:deeſt enim minor,ſanitas eſt conferens, aut ecõuerſo has minores proponũt: maiores vero,per quas hæ minores cõcludunt,omittunt:nam per vniuerſales ſingulares & per maiores,minores ſyllogiſticę mõſtrant. Exẽplum autem huius eſt modus ratiocinãdi oratorius: Alcibiades noctu vagatur,ergo adulter : deeſt enim,quicũq; noctu vagatur eſt adulter. Poteſt & aliter inquit Alexander exponi, aut has proponunt.i.particulares concluſiones:maiores vero prætermittũt: per quas hæ cõcluſiones in parte concluduntur (ita enim tranſferri poteſt τὸ π...ονται.) Vel & aliter has proponunt,hoc eſt immediatas propoſitiones duas,prætermittũt autem eas,per quas ex proſyllogiſmis immediate iſtæ concluduntur: ſi enim reſolutio vſq; ad prima facienda ſit principia,non ſolũ oportet contiguas propoſitiones accipere,ſed & eas per quas hæ monſtrari poſſunt,ſed hæc omnia ingenioſe ab Alexã

B dro recitata ſunt:optima tamen eſt omnium prima expoſitio. { Neq; ſcribentes. } ſcribentes dixit aut mathematice demonſtrantes:hi enim deſcriptionibus ac deſignationibus linearum ac numerorum vtuntur, dixit autem hoc per excellentiam,qm̃ demonſtrationes mathematicæ firmiſſimæ omnium exiſtunt,aut ſcribẽtes potius dixit pro conſcribentes : ſcriptores nãque ac conſcriptores vocant græci,qui hiſtoriam faciunt:ſic enim & Thucydides σνγγραφεὺς:hiſtorias autem nuncupat demonſtratorios atq; auditorios libros,quales ſunt quæ de naturalibus principijs,de mundo,de anima pertractãt:hi enim ſunt,qui maxime demonſtrationes faciunt, vnde & ſupra nihil ſecundum hiſtoriã omitti dixit,& in primo de anima ad principium:animæ inquit hiſtoriam in primis ponendã,non abre itaque demonſtratiuas ſcientias ſcripturas ac hiſtorias vocabimus , logicas ac diſputatorias artes interrogationes appellaturi. { Alia autẽ fruſtra. } non ſolũ inquit mutila aliqñ profertur oratio,ſed nonnunq; etiam ſuperflua:

Scriptores & conſcriptores qui hiſtoriã faciunt.

C plurima nãque aliqñ in medium proponuntur,aut tumoris,aut occultationis,aut alicuius talium gratia, quemadmodum in topicis dicitur, & ſupra etiam recenſuimus.

Conſiderandum itaque ſi quid ſuperfluum acceptum eſt , & quid ex neceſſarijs prætermiſſum fuit, & hoc quidem ponendũ, illud uero auferendum quouſq; ad duas propoſitiones quiſpiam deuenerit: abſq; enim his non eſt reducere ſic interrogatas rationes. Quarundam igitur facile defectum conſpicere, quædam autem latent & uidentur ratiocinari eo quòd neceſſarium aliquid accidit ex poſitis. Veluti ſi acceptum fuerit, non ſubſtantiæ ſublata, non auferri ſubſtãtiam: ſublatis autem, ex quibus eſt, & quod ex his corrumpi: his enim poſitis, neceſſarium eſt ſubſtantiæ partem ſubſtantiam eſſe: non tamen per accepta ratiocinatum eſt, ſed deſunt propoſitiones. Rurſus ſi homine exiſtente neceſſe ſubſtantiam eſſe , uerum nondum ratiocinatum eſt : non enim ſe habent propoſitiones, ut diximus.

D Non ſolum inquit debemus animaduertere ſi quid deeſt in oratione, aut ſi quid ſuperflue eſt poſitum, ſed & ſi vtrunq; extiterint, id omne debemus emendare, quod deficit addendũ, quod ſupereſt auferendũ , quouſq; ad duas immediatas propoſitiones deuenerimus. Poterimus autẽ hac regula propoſitiones diſponere ſemper quæſiti intuẽtes: ſi enim ꝓpoſitiones acceptæ aliquẽ ex terminis quæſiti habeant neceſſariæ erunt, ſi ſubiectũ in minoris, ſi prædicatum in maioris locum cedet : ſi vero nullus terminorum quæſiti in propoſitionibus extiterint , hæ omnes ſuperfluæ erunt ac ſuperuacaneæ. { Quarundam igitur. } quædã inquit rationes ſunt, quas facile poſſumus in proprias figuras reſoluere, quẽadmodum cum terminis quiſpiam in concluſione reperitur , qui in præmiſſis non eſt, tunc enim ſi maior ſit terminus iſte, dicimus maiorem deficere, ſi minor minorem: in quibuſcunque vero ſyllogiſmis aliquid deficiat, & tamen termini omnes, qui ſunt in propoſitionibus ſunt etiam in cõcluſione, hos inquit per quã difficile eſt reſoluere, ac in figuras reducere: quemadmodum in exemplo propoſito, nõ ſubſtantia ſublata nõ

B auſertur ſubſtantia & reliqua. In his enim non eſt ſimpliciter videndũ an concluſio neceſſario ſequatur ex poſitis: non enim neceſſario ſequi & eſſe ſyllogiſmũ conuertuntur: non enim ſi ſequitur ex neceſſitate, ſi.a. eſt æquale ipſi b, &.b. ipſi.c: a. igitur æquale ipſi.c, propterea dicendum eſt hũc ſyllogiſmum, cum alicuius extrinſeci indigeat , vt fiat neceſſarium, erit autem fortaſſe ſyllogiſmus ac ratiocinium. ſi vniuerſalem addiderimus propoſitionẽ dicentes, quæ eidem ſunt æqualia, & inter ſe ſunt æqualia, deinde acceptas propoſitiones in vnã contrahentes dicamus, a, & ,c, eidem ſunt æqualia, puta ipſi, b, igitur, a, et, c, inter ſe ſunt æqualia, quod fuerat monſtrandum. Tales ſunt & rationes, quas nonnulli referente Alexandro appellabant ἀμεθόδως περαίνοντας, & inartificioſe concludentes, qui cũ ex ſyllogiſmis non ſint, addita tamen vniuerſali propoſitione vera ſyllogiſmi fiunt, cauſa enim ob quã ita bẽt cõcluſionem ex neceſſitate conſequentem eſt, quia propoſitio vniuerſalis, quã omittunt eſt vera, diuidunt autem minorem in binas propoſitiones hunc in modũ. Dicit Dion

Neceſſario ſeq ſyllogiſm.e ſeq nõ cõuertuntur.

Rõnes inartificioſæ cõcludẽtes q̃s græci vocãt ἀμεθόδως περαίνοντας.

F ꝙ dies eſt, ſed & verũ dicit Diõ, dies igitur eſt, & rurſus, ait Dion ꝙ dies eſt, ſed & dies eſt, vera itaque ait Dion, in vtraque enim ratione omittuntur vniuerſales veræ, & minor in duas ſecatur , in hac enim deeſt, ꝙ omne, quod aliquis verum dicit, illud eſt, ſed Dion verum dicit ꝙ dies eſt, hæc autẽ in has duas ſcinditur, ait Dion ꝙ dies eſt & dies eſt, in illa vero ꝑtermittitur propoſitio vniuerſalis, quicunq; dicit, quod eſt, verũ dicit, ſed Dion dicit, quod eſt, ſed hæc in has duas fuit diuiſa, Diõ verũ dicit, & Dion dicit ꝙ dies eſt, ex quibus ſyllogiſtice concluditur, verũ igitur dicit Dion. { Veluti ſi acceptũ fuerit. } ponit exẽplum quomodo concluſio ex neceſſitate ſequitur, non tñ ſyllogiſtice, ſi nõ ſubſtantia auferatur non auſertur ſubſtantia, ſublatis autẽ ſubſtantiæ partibus ex quibus ſubſtantia cõſtituitur, auſertur ſubſtantia, partes itaque ſubſtantiæ ſunt

G ſubſtantia, in hac inquit ratione Alexander deficiunt aliquæ propõnes , hoc eſt non ſunt poſitæ quas oportebat accipere, ſed quæ illis æquiualent, ex quibus monſtrari ſyllogiſtice aliquid poſſit, aliquid tñ etiã ꝑtermittitur, ſi igitur hæ in illas tranſponantur, & addatur quod deficit, erit ſyllogiſmus, hæc enim ſubſtãtia non ſublata nõ auſertur ſubſtantia æquiualet huic, quòd auſert ſubſtãtiam eſt ſubſtantia. Rurſus huic ſublatis ex quibus eſt, & quod ex his corrumpitur addẽdum tanquã deficiens hoc ex partibus autem totum conſtituitur, ex quibus ſequitur , ꝙ ſublatis partibus, & quod ex his corrũpitur, ex quo iterum ſequitur, ꝙ ſubſtantiæ partibus ſublatis & quod ex his corrũpitur, cui æquiualet, partes ſubſtãtiæ ſublatæ ſimul tollũt ſubſtantiam quæ ſimul tollant ſubſtantiam, ſubſtãtia, partes igitur ſubſtantiæ ſunt ſubſtantia. Alexãder itaque huic in modũ reſoluit rationẽ iſtã. Philoponus tñ aliter, et alij adhuc aliter, ſed breuitatis gratia reſolutiones illæ omittũtur. { Rurſus ſi homine exiſtente. } Aliud affert exemplũ quo aliquæ ſint rationes, quæ cũ difficultate reſoluuntur, puta ſi homine exiſtente eſt animal, & animali exiſtente eſt ſubſtantia, ergo & homine exiſtente ſubſtantia erit, licet enim ratio hæc neceſſario concludat, non tñ ſyllogiſtice, non enim ſe habent propõnes vt dictũ eſt, ſi debet eſ-

Quõ reducatur rõ illa non ſubſtãtia nõ ſublata &c. ſecundum Alexan.

H ſe ſyllogiſmus, qm̃ oportet aut ambas vniuerſales eſſe, aut alteram ad minus, hic autem neutra accepta eſt vniuerſaliter, ſed ſi vniuerſalis vera , quæ deficit extrinſecus addatur, fiet vtique ſyllogiſmus, puta omne quod ex aliquo ſequitur, ſequitur & ex quo illud ſequitur, ſed ſubſtãtia ſequitur ex animali, quod ſequitur ex homine , igitur ſubſtantia ſequitur ex homine, ꝙ autẽ concluſio iſta non iuxta conſequentiæ modum ex neceſſitate colligatur, ſed magis quia vniuerſalis vera eſt , quã extrinſecus aſſumpſimus, planũ fiet, ſi aliam quãpiam conſequentiam accipiamus, qualis eſt hæc. a. ſuperat. b. cubito, &. b. ſuperat. c. cubito, non tñ ſequitur. a. ſuperat. c. cubito, hoc autẽ ideo accidit, qm̃ vniuerſalis extrinſecus addenda falſa erat dicens, ſi aliquid ſuperat vnũ aliqua menſura, & illud aliud eadem menſura, ꝙ & primum ſuperabit tertium eadem. Ex his etiam planum ꝙ ratio dicta per ista ex neceſſitate

I facit cōſequentiam eo ꝙ primo exiſtente tertium eſt, non tamen ſyllogiſtice. { Non enim ſic ſe habent. } hoc eſt nō ſequitur concluſio, eo ꝙ hæc ſint, quemadmodum dicebamus in definitione ſyllogiſmi, ſed addita extrinſecus ꝓpoſitione. vel aliter, non ita ſe habent propoſitiones, vt diximus, quoniam ſupra oſtendimus oportere alteram propoſitionum vniuerſalem eſſe, hic autem vtraqꝫ acceptæ ſunt indefinitæ, ex quibus ita ſe habētibus, nil ſequitur ratione ſyllogiſtica, melior tamen prior expoſitio. Damnat autem hoc in loco Alulidum Roſadis, Leui Gerſonis dicentem cōſequentiam hanc valere, ſi homine exiſtente eſt animal, & animali, ſubſtantia, ꝙ homine exiſtente ſit ſubſtantia, quoniā ſequitur, omnis homo eſt animal, omne animal ſubſtantia, omnis igitur homo ſubſtantia. non enim hoc ſemper eſt verum, licet enim fortaſſe ſequatur, ſi eſt fumus eſt ignis, ſi eſt ignis eſt calor, ergo ſi eſt fumus, eſt calor, nō tamen ſequitur, omnis fumus eſt ignis, omnis ignis eſt calor, ergo omnis fumus eſt calor.

Dānat Alulidū roſ. leui Gerſōn. cōſiderādū iſt an hoc ſit verum.

K

Decipimur autem in talibus eo quòd ex poſitis neceſſarium aliquid accidit, quoniam & ſyllogiſmus neceſſarium eſt: in plus autem neceſſarium quàm ſyllogiſmus: ſyllogiſmus enim omnis neceſſarium: neceſſarium uero non omne ſyllogiſmus. Quare non ſi quid accidit poſitis quibuſdam, tentandum ſtatim reducere, ſed primo accipiendæ duæ propoſitiones.

Quo ſubſtantia corrumpitur. pars ſubſtantiæ.
Subſtantia. Animal. Homo.



Duo deceptionis exēpla.

L

Deinde ſic diuidendum in terminos: medius autem ponendus terminus, qui in utriſq; propoſitionibus dicitur: neceſſe enim medium eſſe in utriſque in omnibus figuris. Si itaq; prædicetur ac ſubijciatur medium, aut ipſum quidem prædicetur, aliud autem ab illo negetur, prima erit figura: quòd ſi & prædicetur & negetur ab aliquo, media: ſin autem alia de illo prædicentur, aut hoc negetur, illud prædicetur, ultima: conſimiliter & ſi non uniuerſaliter ſint propoſitiones: eadem namque medij determinatio: Planum itaque quoniam in qua ratione non dicitur idem plerunq;, quòd nō fit ſyllogiſmus: non enim acceptum fuit medium. Quoniam autem habemus quale problematum in unaquaque concluditur figura, & in qua uniuerſale & in quali quod in parte, manifeſtum, quòd non in omnes figuras perſpiciendum, ſed in propriā
M *cuiuſcunque problematis, quæcunque uero in pluribus concluduntur, medij poſitione, cognoſcemus figuram.*

Hoc eſt propterea fallimur in huiuſcemodi rationibus, quoniam exiſtimamus terminos æquiuertibiles eſſe, & ob id ſyllogiſmum valere in ſecunda figura ex vtriſque affirmatiuis, ſi enim verum eſſet ꝙ quicquid eſt ſyllogiſmus eſt cōſequentia neceſſaria, & econuerſum, quicquid eſt cōſequentia neceſſaria, ſic ſyllogiſmus, valeret vtique, quod illi dicunt, & eſſent ſyllogiſmi cōſequētiæ illæ, quod tamen falſum eſt, non enim omnis conſequentia neceſſaria eſt ſyllogiſmus, in plus enim ſe habet cōſequentia neceſſaria ꝗ ſyllogiſmus, quemadmodū & a principio diximus. { Quare non ſi quid accidit. } Quare inquit non ſi quid eſt neceſſitate ſequitur, debemus conari reſolutionē ſtatim. { Sed primo accipiēdum. } Reuertitur inquit Alexander nunc ad propoſitum, ſupra enim dictum fuerat rationem ipſam in duas propoſitiones ſtatim diſtinguendam, repetit igitur idem illud inquiēs, dico itaque primo rationem diſtinguendam in binas propoſitiones; poſtea facta diuiſione iſta, debemus vlterius diuidendo perſequi & ex duabus propoſitionibus terminos tres inuenire; ex quibus medium illum ponemus, qui bis in propoſitionibus ponetur ante concluſionem. { Si itaque ꝓdicetur, } poſt acceptas inquit propoſitiones ac terminos, ſupereſt vt ſyllogiſmos reſoluamus (nā prior magis diſſolutio ꝗ reſolutio nuncupāda eſt.) habitudo autem medij hoc planum faciet, ſi enim medius de vna extremitatū ꝓdicetur, alteri ſubijciatur, prima erit figura, hoc enim ſignat quod græce dicitur κατηγορεῖται καὶ κατηγορεῖται, hoc eſt prædicet & ꝓdicetur, nos enim hoc in loco magis ſenſum ꝗ verba inſpeximus. conſimiliter & ſi de vna ꝓdicetur & ab altera negetur. Sin autem de vna ꝓdicetur & ab altera negetur, media ac ſecunda aſtruetur figura. Si vero alia hoc eſt extrema de illo medio prædicentur ac dicantur affirmatiuæ, aut hoc. ſ. maius negetur illud vero hoc eſt minus ꝓdicetur, vltima ac tertia efficietur figura, eodem pacto dicendum erit & ſi ambæ propoſitiones non extiterint vniuerſales. { Quoniam autem habemus. } modum reſoluendi in vnamquāque figuram tradit, quoniam enim inquit ſupra diſtinximus in qua figura vnumquodque problematum concludatur, poterimus facto ſyllogiſmo per ꝗ facile in figuram ipſum redigere & redactum cognoſcere, dictum enim ſupra fuit vniuerſalem affirmatiuā in prima tantum concludi, vniuerſalem vero negatiuam & in prima & in media, affirmatiuā autem in parte in prima atqꝫ vltima, negatiuam vero particularem in omnibus. Quæ cum ita ſint, vnaquæque tamen figurarum vnum problematum ex primaria concludit intentione, quemadmodū prima affirmatiuum vniuerſaliter, ſecunda negatiuū itidē vniuerſaliter. tertia vero quæcunque ſunt in parte, nō debemus itaqꝫ in omnes figuras proſpicere, ſed in propriā cuiuſcunque problematis, ꝙ ſi concluſio aliqua in pluribus concluſa fuerit figuris, medij diſpoſitionem debemus animaduertere ſecundum ſupra aſſignatas inſpectiones, & ita reſolutionem in propriam figuram facere.

N

O

Tres figuræ tria ꝓblemata primaria intētiōe cōcludunt.

P

Plerunque igitur decipi accidit circa ſyllogiſmos propter neceſſarium, quemadmodum dictum eſt prius: aliquando autem iuxta ſimilitudinem poſitionis terminorum, quod non oportet latere nos. ueluti ſi. a. de. b. dicitur, & . b. de. c: uideri enim poſſet ita ſe habentibus terminis eſſe ſyllogiſmus: non fit autem neque neceſſarium quippiam, neque ſyllogiſmus. ſit namq; in quo. a ſemper eſſe. in quo b, intelligibilis Ariſtomenes: in quo. c, Ariſtomenes: uerum itaq;, a. ipſi. b. ineſſe: ſemper enim eſt intelligibilis ariſtomenes: ſed &, b, ipſi. c: ariſtomenes namq; eſt intelligibilis ariſtomenes: a. uero ipſi. c. non ineſt. Corruptibilis enim eſt ariſtomenes: nam non efficiebatur ſyllogiſmus ita ſe habentibus terminis, ſed oportebat uniuerſaliter, a b. propoſitionem acceptam fuiſſe: hoc autem falſum, exiſtimare omnem intelligibilem ariſtomenem ſemper eſſe, cum ſit corruptibilis ariſtomenes. Rurſus ſit in quo. c. miccalus: in quo. b. muſicus miccalus, in quo. a. corrumpi cras: uerum igitur, b. prædicari de. c: nam miccalus muſicus miccalus: ſed et. a, de. b: corrumpi enim poſſet cras muſicus miccalus:
Q *a uero de. c. falſum: hoc igitur idem eſt ei, quod prius: non enim uerum uniuerſaliter: miccalus muſicus quòd corrumpitur cras: hoc autem non ſumpto non erat ſyllogiſmus: hæc itaque deceptio fit eo, quòd pene: tanquam enim nihil differat dicere hoc huic ineſſe, aut hoc huic omni ineſſe concedimus.*

Semper eſſe — Intelligibilis.
Corrumpi cras. — Ariſtomenes.
Muſicus Miccalus



Ariſtomenes Miccalus.

Poſuerat

A Poſuerat ſuperius iam a principio Ariſtoteles modum reſoluendi ac reducendi ſyllogiſmos in proprias figuras addens plerūq; in huiuſcemodi reſolutione deceptionem fieri: propterea ꝙ exiſtimamus quodcūq; neceſſario concluditur, id ſyllogiſtice concludi, quod tamen eſt falſum. Nunc aūt aliud notat, quod ſæpiſſime nos a reſolutione diſturbare conſueuit. Plerunq; enim falſo putamus ex veriſq; indefinitis ſyllogiſmū perfici, & tamen in errorē non mediocrem incurrimus: nam frequentiſſime fallaciā committimus ſecundū accidens: propterea quod medius terminus in maiorem propoſitione vnum ſignificat: alterū in minore, & hoc eſt, quod inquit: aliquādo iuxta ſimilitudinē poſitionis terminorū: nāq; ſi, a, hoc eſt maior terminus de, b, medio dicitur, & , b, medius de, c, minore: non propterea aſſerendū rationem hanc ſyllogiſmū eſſe: immo quod amplius non ſolum non eſt ſyllogiſmus, ſed neque neceſſario concludit, ponamus exempli cauſa, a, maius extremū ſemper eſſe, b, medium intelligibilē Ariſtomenem, c, Ariſtomenem: deinde conſtituamus rationē hunc in modū, intelligibilis Ariſtomenes ſemper eſt, Ariſtomenes eſt intelligibilis Ariſtomenes: Ariſtomenes itaque ſemper eſt, huius nāque rationis propoſitiones ſunt veræ, concluſione exiſtente falſa, quod modū ac rationē tollit ſyllogiſticā, oporteret igitur vt perfectū faceremus ac verum ſyllogiſmum maiorē vniuerſaliter proferre hoc pacto: omnis intelligibilis Ariſtomenes ſemper eſt, quod eſt falſum.

Plerūq; accidit error quia putamus ex indefinitis ſyllogiſmum fieri.

B

C Cæterū ambiguitate dignū, quomodo propoſitio hæc ſit vera: intelligibilis Ariſtomenes ſemper eſt: hæc autem falſa: omnis intelligibilis Ariſtomenes ſemper eſt. Cū alioqui ſingulares termini idē penitus ſignificent & vniuerſaliter & indefinite diſpoſiti: immo & ſignū ac prædeterminationē vniuerſalē termino ſingulari addere inconcinnū atque abſurdū omnino eſt. Nec dicēdū quod non nulli autumant: Ariſtomenē ſimpliciter prolatū terminum eſſe ſingularē; Ariſtomenē vero cū determinatione aut epitheto aliquo vniuerſalē fieri terminum nam quemadmodū & Diuus refert Albertus: epitheta ſingularibus addita terminis, magis contrahunt quā ampliant ſingularium ſignificatū.

Dubiū quō hæc ppō falſa ſit, oīs intelligibilis ſ. eſt, hæc aūt vera, intelligibilis Ariſtomenes ſēper eſt.

C Alij itaque aliter dicunt, hanc eſſe veram: Ariſtomenes intelligibilis ſemper eſt: non tamen hanc, omnis Ariſtomenes intelligibilis ſemper eſt, quoniā illa ſignificat determinatū Ariſtomenē illū meſſeniū qui intelligens ac ſapiens extitit, Pyrrhi vel vt alij dicunt Nicomedis filiū, qui & Meſſeniorū imperator ſtrenuiſſimus fuit, quiq; & viuus & defunctus miranda facinora perpetrauit, de quo quāplurima Pauſanias in meſſenicis, & Plinius ſecundus in naturali ſua hiſtoria, verū itaq; eſt Ariſtomenē illū intelligibilē ſemper eſſe, ſemper enim inquit Philoponus eſt Ariſtomenis illius cōceptus, licet fortaſſe in alio & alio, hæc tamen quæ dicit omnem intelligibilē Ariſtomenē eſſe, falſum aſſerit, nō enim quicunq; Ariſtomenes intelligibilis eſt ſemper, ſed is tantū, quē ſupra recitauimus, hi itaq; hūc in modū intelligunt;

Epitheta addita ſingularibus cōtrahunt & non ampliant ſignificatum.

Reſponſio aliorū quā ſequitur & Philoponus.

D quodq; res ſic ſe habeat, rationibus etiā conuincunt, primū quia in codice græco huic nomini Ariſtomenes appoſitus eſt articulus, qui ſignificat determinatum ac præſcriptū quempiā Ariſtomenē, deinde quoniā & exemplū conſequens hoc idē notat, quēadmodū inſra enucleabimus. Alij etiam aliter intelligunt. Sed expoſitionū omnium optimā eā iudico, quā Aluidus Roſadis in interpretatione ſua media innuit, cū enim dicimus Ariſtomenem intelligibilē ſemper eſſe, Ariſtomenē accipimus vt eſt in eſſentia ac conceptu a ſenſibilibus abſtractus, quēadmodum conſueuimus dicere, hominē eſſe animal, cum vero aſſerimus omnē Ariſtomenē intelligibilē ſemper eſſe, de Ariſtomene ſenſibili hoc proferimus, veluti cū dicimus omnem hominē eſſe animal, vnde quēadmodū & Aluidus inquit, verum eſt hominē eſſe animal nec generabile nec corruptibile, non tamen omnē hominē eſſe animal nec generabile nec corruptibile, & conſimiliter hominē eſſe ſpeciem, non tamen omnē hominē. Quod recte & moderniores notauerunt, cū aiunt, hic perſonalē, ibi ſimplicē ſuppoſitionē eſſe quare cū dicimus Ariſtomenes intelligibilis ſemper eſt, terminus ille Ariſtomenes intelligibilis in hac propoſitione ſimpliciter accipitur & in cōceptu, cum vero addimus Ariſtomenes eſt Ariſtomenes intelligibilis, iam pro ſenſibili accipitur Ariſtomene, & vt breuibus abſoluā idem eſt ac ſi diceremus, homo eſt ſpecies, Socrates eſt homo, igitur Socrates eſt ſpecies, hic enim fallacia cōmittitur ſecundū accidens, quam Stoici referente Simplicio in prædicamenta [Greek] appellabant, hi enim quæ nos vniuerſalia, [Greek] hoc eſt nulla vocitabant, quodq; hoc ita ſit, videtur monſtrari poſſe ex articulo, qui in græco codice apponitur huic termino Ariſtomenes quod etiam Philoponus optime notauit inquiens, non idem valere articulum in propoſitionibus & vniuerſalem determinationem, cum enim dico [Greek] ſpecificam hominis naturam ſignificat, cum autem [Greek] non ſpeciei naturam ſignificamus, ſed indiuidua omnia, quodque hoc ita ſit, planum, vere enim dicimus [Greek], non tamen [Greek], quemadmodum igitur in his ita ſe habet, ſic & in propoſito, cum enim dicimus [Greek], ipſam intelligibilem Ariſtomenis formam ſignificamus, cum vero [Greek], nil aliud dicimus, quā ꝙ omnes ſingulares Ariſtomenes, quibus accidit intelligibilibus eſſe ſemper ſunt, quod proculdubio eſt falſum, Hæc Philoponus & complura alia. Facta itaq; hoc in exemplo fallacia fuit, propterea ꝙ exiſtimamus vniuerſaliter prolatas atq; indefinitas propoſitiones idem penitus ſignificare, quod eſt falſum.

Expō & ſolutio Aluidi lōge melior.

Notabile a modernis ex varia ſuppōne cōmitti fallaciam accidentis.

B

F

{ Rurſus ſit in quo, c, miccalus. } Aliud exemplum ad propoſitum cōmonſtrandū, quod tamen ex ſuppoſitione procedit, duo enim ſupponuntur, vnum ꝙ Miccalus muſicus cras abijciat muſicam neq; ipſam exerceat, alterum ꝙ Miccalus ipſe, quo ad ſubſtantiam non corrumpatur cras, & tunc ratio hunc in modum conſtruitur, miccalus muſicus corrumpetur cras hoc eſt miccalus ſecundum ꝙ muſicus cras nō erit, ex ſuppoſito enim, miccalus cras nō exercebit muſicen, verum etiam eſt, miccalum eſſe muſicū miccalum, falſum tamen ꝙ miccalus corrumpetur cras, ex ſuppoſitione namq; accipitur ipſum non corrumpi cras ſecundū ſubſtantiam, quare ſi maiorem etiam vniuerſaliter proferremus dicentes, omnis miccalus muſicus corrumpetur cras, falſum vtiq; diceremus, quandoquidē non pro forma miccali muſicā exercētis acciperetur, ſed pro miccalo cui accidit eſſe muſico, verificaretur, & ita ſignificaret, ꝙ miccalus cui accidit muſicam exercere, ille cras corrūpetur, quod eſt falſum & ideo inquit in contextu, a vero de, c, falſum, vel inquit Alexander, non hoc intelligendū de concluſione, nā quēadmodū propoſitiones ſunt poſſibiles, ita & concluſio, poſſibile namq; eſt, miccalū cras corrumpi, ſed ideo dixit falſum eſſe, quoniā falſum eſt ex huiuſcemodi indefinitarū propoſitionum conſtructione exiſtimare ſyllogiſticā fieri complicationū. { Hæc itaq; deceptio. } [Greek], & eo ꝙ pene fallaciæ efficiuntur eo ꝙ exiſtimamus parū quid omiſiſſe & nullam eſſe differentiam inter vnā interrogationē & aliam. Proprie tamen [Greek] fallaciæ fiunt quemadmodū inquit in elenchis ſophiſticis Ariſtoteles; fallacia ſecundū quid & ſimpliciter, ſecundū elenchi ignorantiā, nō cauſa vt cauſa, petitio principij; facere plures interrogationes vt vnā, vnde & in 8. naturalis auditus inquit copioſiſſimus Simplicius Soriten deceptionem ac fallaciam fieri [Greek]. Interrogant enim hoc pacto, prima gutta, aut aliquid egit in lapidem aut nihil? ſi egit, vbinā hoc eſt? ſi nihil egit, a. ſimili neque ſecunda neque tertia, & ita per ſingulas. Ita itaque & in propoſito eo ꝙ pene facta eſt fallacia, quoniā exiſtimamus nihil differre vniuerſaliter aut indefinite proferre.

Aliud exēplum eiuſdem deceptionis.

G

Expō Alexandri.

Fallaciæ eo ꝙ pene q̄ ꝑ peræ fiūt.

H

Sorites deceptio de qua Simplicius octauo phy.

Cæterum plerunq; mentiri accidet iuxta id quod non bene exponuntur termini, qui ſunt ſecundum propoſitionem. ut ſi. a. ſit ſanitas, in quo. b. morbus: in quo uero. c. homo. Verum enim dicere. quod. a. nulli. b. contingit ineſſe: nulli namq; morbo ſanitas ineſt. & rurſus. quod. b. omni. c. ineſt: omnis enim homo ſuſceptiuus eſt morbi: uideri poſſet accidere nulli homini contingere ſanitatem ineſſe.

I



Huius autem cauſa, non bene expoſitos fuiſſe terminos ſecū-dum dictionem, quoniam ſi tranſumantur, quo ſunt ſecundum habitudines, non erit ſyllogiſmus, ut pro ſanitate, ſi poſitum fuerit
K *ſanum pro morbo autem morbidum: non enim uerum, quod non contingit morbido ſanum ineſſe: hoc autem non accepto, non fit ſyllogiſmus, niſi eius, quod eſt contingere, hoc uero non impoſſibile, contingit enim nulli homini ineſſe ſanitatem.*

Rurſus in media figura conſimiliter erit falſum. ſanitatem namq; morbo nulli: homini uero omni contingit ineſſe: quare nulli homini ægritudinem.

Hæc nō cō cludit ob defectū vni uerſalis.



L

In tertia autem figura ſecundum contingere accidit falſum, namq; & ſanitatem & morbum & ſcientiam & ignorantiam & omnino contraria eidem contingit ineſſe: ſibi autem inuicem impoſſibile: hoc autem diſſonum a prædictis, quando enim eidē contingerent plura ineſſe, contingebant & ſibi inuicem.

Aegritudo ignorātia.



M

Planum igitur quod in omnibus his deceptio fit iuxta terminorum expoſitionem, ſi enim tranſumpti fuerint, qui ſunt ſecundum habitudines, nullum efficitur falſum. Manifeſtū igitur, quod ſecundum tales propoſitiones ſemper quod ſecundum habitudinem pro habitudine tranſumendum & ponendum terminum.

Fallacia ſecūdū quid & ſimplr cū ſumitur abſtractum pro concreto uel ecō tra.

Aliam deceptionem ac fallaciam deſcribit, ſecundum quam contingit difficilem fieri reſolutionem, fit autē hæc iuxta terminorum expoſitionem, eo ꝙ terminos aliter in vna propoſitione accipimus aliter in alia, eſt autem modus iſte deceptionis, quē Ariſt. in elenchis ſophiſticis appellat ſecundum quid & ſimpliciter, quemadmodū enim album ſecundum dentes ac ſimpliciter album debere dicimus ſecundum quid ac ſimpliciter, ita & ſanum, & ſanitatem, nam licet hæc idem ſignificent, quemadmodum & moderniores aſſerunt, non tamen eodē modo, vnde & græci vnū appellant κατηγορούμενον, alterū ..., N noſtri concretum & abſtractū, quoties itaq; accipimus concretum pro abſtracto, aut econuerſo pro abſtracto concretum, deceptionem committimus ſecundū quid & ſimpliciter, & ideo pleruſq; ex veris propoſitionibus exiſtimamus falſam colligi poſſe concluſionē, puta in exēplo. Sit. a. maior extremitatibus, ſanitas. b. medius terminus morbus. c. homo, tunc verum eſt. a. ſanitatem nulli. b. morbo contingere, hoc eſt ex neceſſitate non ineſſe, nam hæc vera eſt, ex neceſſitate, nullus morbus eſt ſanitas, & iterum ex ſuppoſitione verū eſt, omnē hominē eſſe morbidū, non tamen ſequitur, nulli homini contingere ſanitatem ineſſe, hoc eſt ex neceſſitate nullum hominē eſſe ſanum, cū tamen alioqui ſecundū Ariſtotelicā poſitionem, non dico Theophraſteam ex maiore neceſſaria cū minore inexiſtente, cōcluſio ſequatur neceſſaria. Vbi notatu dignū quod ſupra etiam aſſeruimus, perperā eos dicere qui aſſerunt minorē miſtionis illius oportere inexiſtentem eſſe ſimpliciter, hoc eſt in materia neceſſaria, hic enim Ariſt. ſyllogiſmū facit hac miſtione cōplicitum, quēadmodum vult Alexan. & moderniores etiā fatentur, & tamen minorē non ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione inexiſtentem accepit. { Huius autem cauſa. } cauſa inquit deceptionis iſtius fuit, quoniam termini non bene ſunt expoſiti, aut enim concreti, aut abſtracti ſemper ſunt accipiendi, ſi concretos accipiamus puta non ſanitatem & morbum, ſed ſanum & morbidū, tunc maior erit falſa, quæ dicit, ex neceſſitate nullum morbidum eſſe ſanum, immo contingit aliquod morbidum eſſe ſanum.

Nota circa miſtionē ex maiori de neceſſario, & minori de ineſſe. O

Hæc tamen inquit diuus Albertus audiēda ſunt in ſenſu diuiſionis, non autem compoſitionis, quoniam in ſenſu compoſitionis hæc eſt vera, ex neceſſitate nullū morbidum eſt ſanum, verū tamen hoc recte dicatur & verū compoſitæ propōnes in eodē inſtanti verificari debeant, alibi diſputandum relinquo, ſatis ſit in præſentia falſam illam eſſe, quæ aſſerit ex neceſſitate nullum morbidū eſſe ſanum, ꝙ ſi non concretos, ſed abſtractos terminos facias, tunc minor falſa erit, quæ dicet omnem hominē eſſe morbum, hæc enim eſt penitus impoſſibilis, quoniā quēadmodum & Alex. dicit, morbus de homine prædicatur, veluti & animal, hoc eſt aut moderniores dicunt prædicatio in abſtracto in primo eſt per ſe dicendi modo. Sin autem maiorem non neceſſariam ſed contingentem faciamus, tunc & omnes propōnes veræ erunt & cōcluſio conſimiliter contingens vera, hoc pacto, contingit, nullū morbidum eſſe ſanum, omnis homo eſt morbidus, contingit nullum hominē eſſe ſanum, & hoc totum eſt, ꝙ in contextu dicit Ariſt. ſi tranſumantur qui ſunt ſecundū habitudines non erit ſyllogiſmus, vt pro ſanitate ſi poſitum fuerit ſanum, pro morbo autem morbidū, non enim verum, ꝙ non contingit morbido ſanum ineſſe, hoc autem non accepto non fit ſyllogiſmus niſi eius, quod eſt contingere, hoc vero non impoſſibile, ſecundū habitudines namq; terminos vocat concretos, habitudines vero ipſas abſtractos. { Rurſus in media. } eodē inquit modo fiet in ſecunda figura ſi ita faciamus complicationē, ex neceſſitate nullus morbus eſt ſanitas; omnis homo eſt ſanus, non tamen ſequitur ex neceſſitate nullū hominē eſſe morbidū. { In tertia autē figura } in tertia autē figura non amplius ſecundum miſtionē neceſſariā & inexiſtentis fit deceptio, ſed ſecundum vniformes contingentes, vnde inquit Alexander, videri planius reijci talem terminorum acceptionē in tertia figura, quā in præcedentibus, quoniā in illis ſupponebatur ex neceſſaria maiore & minore inexiſtente concluſionē fieri neceſſariā, quod tamen Theophraſtus & reliqui Ariſt. ſocij negabant, in tertia vero, quod & illi fatebantur, tollitur, ex vtriſque inquam contingentibus concluſionem colligi contingentem, fit autē deceptio hunc in modum, contingit ſanitatem ineſſe omni homini uel nulli etiam, contingit morbum omni homini ineſſe, non tamen contingit ſanitatem alicui morbo ineſſe aut alicui nō ineſſe, immo ex neceſſitate nulli ineſt, quod omnes tollit contingentes propōnes, quemadmodum ſupra ſatis diſſeruimus, hoc autem inquit Ariſt. a prædictis

Falſa ē hæc ppō, ex neceſſitate nullū morbidū eſt ſanū. Nota dictū Alberti.

P

Q

Dubiū nam hic mouet philopōn eſt quā miſtio ex terminis ex abſtractis & concretis, non uel ſeq concluſio

A prædictis diſſonum eſt, ſupra enim poſueramus ex vtriſque contingentibus in tertia figura concluſionem colligi contingentem. Mouet autem hoc in loco longam Philoponus quæſtionem, quæ quoniam & longa eſt & parũ vtilitatis affert propoſito, ob id eum ſuo philoſopho iubebimus eum in præſentia valere. { Si enim tranſumpti fuerint. } hoc eſt ſi pro abſtractis concretos poſuerimus terminos, dicentes, contingit nullum hominem eſſe ſanũ, contingit omnem hominem eſſe morbidum, nullum efficiemus falſum, immo vere concludemus, contingit aliquod morbidum non eſſe ſanum. In hoc genus itaque propoſitionibus ſemper quod ſecundum habitudinem hoc eſt, concretum pro habitudine, hoc eſt abſtracto accipiendum.

al qua, nam dũ, dẽ cõtingit nullum ægrotãs eẽ ſanũ, oĩs hõ eſt ægrotãs ergo cõtingit nullum hoĩem eẽ ſanum, mediũ vel ſumitur pro ipſo ſubiecto, ut ſtat ſub ægrotatione, et ſic maior ẽ falſa, quia de necitate nullũ ægrotãs, in quãtum ægrotãs, eſt ſanũ oĩs hõ eſt ægrotãs inq̃tũ ægrotans ẽ laud

Non oportet autem ſemper quærere, ut terminos nomine exponamus. plerunque enim erunt orationes, quibus non eſt poſitum nomen: quapropter difficile eſt reducere tales ſyllogiſmos. Aliquando autem, & decipi accidet ob talem inquiſitionem, ut quod immediatorum eſt ſyllogiſmus. Sit a duo recti, in quo b triangulus, in quo c æquicrus: ipſi itaque ineſt a per b: ipſi uero. b. non amplius per aliud per ſe namque triangulus habet duos rectos, quare non erit medium ipſius. a. b. cum ſit demonſtrabile: manifeſtum enim q medium non ita ſemper accipiendum, ut hoc aliquid, uerum aliquando & orationem, quod accidit & in eo quod diximus.

B

ſi Si pro ſubiecto, cũ pro ſubiecto in minori nõ poſſit ſumi, ſed pro actuali diſpõne variatur mediũ & ſyllogiſmus erit in quatuor terminis. hãc dubitatiõẽ ſoluemus in annotationibus.

Exemplum Alex. de ſyllogiſmis in quibus ponũtur orõnes loco nominum.

C

Syllogiſmus maiori indigens orõne.



Aliam fallaciam ac deceptionem in reſoluendo docet euitare, quoniam enim plerunque ſyllogiſmorum termini non ſolo nomine ſignificantur, ſed oratione, ideo inquit non debemus conari reſolutionem facere ſemper inquirentes ſimplicia nomina, ſed aliquando & orationes pro terminis exponendæ, quemadmodum in exemplo, quod Alexander ponit ſi quis enim inquit ratiocinari vellet, virum fortem honore dignum eſſe, per hoc medium, quod eſt propriam ſalutem deſpicere pro communi vtilitate, hunc in modum, quicunque propriam deſpicit ſalutem ob communem vtilitatem, eſt honore dignus, ſed vir fortis propriam deſpicit ſalutem pro communi vtilitate, eſt itaque honore dignus, ſi quis inquam ita ratiocinaretur, non oporteret ipſum nomina quærere in excerpẽdis omnibus terminis, ſed orationes ponendæ. his enim expoſitis & diuiſio in terminos manifeſta & ſyllogiſmi in primam figuram reſolutio. Quod ſi aliquis non ſic faciat, ſed terminos ſimplices ſemper quærat, accidit inquit Ariſt. eum ob talem inquiſitionem decipi, deceptio autẽ hæc eſt, quoniam exiſtimat immediata demonſtrari & ſyllogiſmum ac ratiocinationem ſine medio conſtrui, qđ fieri non poteſt, nam medio perempto tota deſtruitur demonſtratio, quemadmodum in poſterioribus dicitur, nõ autem intelligas, quod nonnulli male perceperunt, immediatorum eſſe ſyllogiſmum, hoc eſt propoſitiones immediatas & primas animi conceptiones demonſtrari, quẽadmodum referente Proclo voluit Apollonius mathematicus, ſed immediatorum ſyllogiſmum vocat hoc in loco ſyllogiſmum ſine medio, hoc enim eſt quod ex propoſito ſequitur, ſi enim medium eſſet oratio, nos autem non orationem ſed terminum ſimplicem quæreremus,

D

nunquam profecto medium inueniremus, quo non inuẽto exiſtimaremus ſine medio ratiocinium aſtrui poſſe. Huius nos exemplum ſupra ex ſententia poſuimus, Alex. ipſe vero in contextu exemplum adducit mathematicũ, puta q omnis æquicrus tres angulos habeat æquales binis rectis, eſt autem pars theorematis ſecũdi ac trigeſimi primi elementorum Euclide. ibi enim demonſtratur, ſi omnis trianguli latus vnum eijciatur, angulum extrinſecum duobus extrinſecis & oppoſitis æqualem eſſe, atq; intrinſecos trianguli angulos duobus rectis æquales eſſe. Cæterum quo facilius hæc poſſumus intelligere, videndum primo quid ſit angulus rectus, & quomodo æquales inter ſe anguli extruantur. Sunt itaque recti anguli, quemadmodum & megarenſis Euclides refert, cũ recta linea, quæ græce ... dicitur ſeu ..., quemadmodum referente Proclo Oenopides mathematicus appellabat, latine vero perpendiculus nuncupatur, cum inquam recta ſupra rectam ſtans, cõtiguos angulos æquales ſibijnuicem facit hunc in modum.

B

Declaratio exẽpli mathematici ſ. ſſa poſiti.

Linea recta græce ... ſiue ... latine perpendiculum.

Tæquales vero dicuntur inter ſe anguli, qñ vnius latere ſupra latus alterius poſito, reliquum neq; excedat neque excedatur, æquales itaq; tres intrinſeci anguli binis rectis dicentur, cum ſpatium a tribus interioribus angulis interceptum non exceſſerit, quod a binis cõprehẽditur angulis. Si itaque propoſitum demonſtrare voluerimus, ita ratiocinium aſtruemus, omne b eſt a, omne c b: omne igitur c, hoc eſt, omnis triangulus habet tres intrinſecos angulos binis rectis æquales, ſed omnis æquicrus eſt triangulus, hoc enim ſupra recenſuimus, ergo omnis æquicrus habet tres intrinſecos angulos binis rectis æquales, in hoc inquit Ariſt. ſyllogiſmo a, hoc eſt habere tres ineſt c. æquicruri per b. triangulum tanquã per medium, q autem. a. ipſi. b. non amplius videtur poſſe demonſtrari per aliud medium, & ita videtur per ſe, hoc eſt immediate. a. ineſſe ipſi. b. & non eſſe medium ipſius. a. b. propoſitionis, cum tamen & medium habeat et ſit demonſtrabilis, quod ideo accidit, quoniam male exiſtimamus non poſſe fieri ratiocinium niſi termini omnes ſint ſimplices voces & non orationes, & propterea non debemus ſemper medium accipere vt hoc aliquid, hoc eſt vt ſimplex vox aut terminus ſit, ſed aliquando et oratio pro medio conſtituenda, quemadmodum & in propoſito. hæc enim propoſitio, omnis triangulus habet tres, per medium demonſtratur, quod eſt oratio, non autem ſimplex terminus hoc pacto, alicuius anguli quicunque figuræ intrinſeci æquiualent duobus angulis a perpendiculo ſupra rectam cauſatis, illi æquiualent binis rectis, ſed omnis trianguli anguli interni æquiualent duobus a perpendiculo ſupra rectam cauſatis, Igitur omnes anguli interni trianguli æquiualent binis rectis, maior eſt manifeſta a tanquam ſuppoſita iam a principio, minor monſtratur hunc in modum. Sit triangulus, cuius latus

F

Demõſtratio q oĩs triangulus, hẽt tres ãgulos internos æquales duobus rectis.

G



H

b. c. eijciatur vſque ad. d. ita planum eſt q angulus extrinſecus. a. c. d. æqualis eſt duobus intrinſecis oppoſitis. e.



I a.b &.a.b.c.namque ſi ducatur ſupra.c.punctum, recta æquidiſtans ipſi.a.b.quæ ſit.c.e.quoniam æquidiſtans eſt a.b.ipſi.c.e, & in ipſas cadit.a.c.linea erunt anguli coalterni per nonum ac vigeſimum theorema ſibiinuicē æquales.b a.c.&.a.c.e.Rurſus quoniam æqui diſtans eſt.a.b.ipſi.c.e.erit angulus.e.c.d.æqualis angulo intrinſecus oppoſito.a.b.c.quare totus extrinſecus angulus.a.c. d. æqualis eſt binis intrinſecus oppoſitis.b.a.c.&.a.b.c.quibus ſi addatur.a.c.b.communis angulus, erunt.a.c.d.a.c.b.duo anguli cauſati a recta ſupra rectam æquales tribus angulis a.b.c.b.c.a.&.b.a.c.ſed anguli.a.c.d.&.a.c. b. binis rectis æquales ſunt per tertiūdecimum theorema, ergo omnes trianguli anguli tres a b c a c b c a b, duobus rectis ſeu a perpendiculo ſupra rectam cauſatis ſunt æquales, quod fuerat monſtrandum, & hæc Theon mathematicus, medium itaque hac in demonſtratione non eſt nomen ſimplex, veluti manifeſtum eſt, ſed oratio hæc angulos intrinſecos æquiualere duobus a perpendiculo ſupra rectā cau
K ſatis. Si vero erigamus demonſtrationē ex ſententia Philoponi hunc in modum, omnes anguli duobus cōtiguis, æquales, duobus rectis ſunt æquales, ſed omnis trianguli tres anguli duobus contiguis ſunt æquales, ergo omnis trianguli tres anguli duobus rectis ſunt æquales, ſi inquā hoc pacto demonſtrationem faciamus, mediū erit oratio hæc, angulos duobus contiguis, ac conſequentibus æquales eſſe.

Quod autem inſit primum medio, & hoc extremo, nō oportet accipere tanquam quæ ſemper de ſeinuicem prædicentur, aut ſimiliter primum de medio, & hoc de ultimo, & in eo autem quod eſt non ineſſe conſimiliter, ſed quot modis eſſe dicitur, & uerum dicere ipſum hoc, tot modis exiſtimare oportet ſignificare, & ineſſe & non ineſſe ueluti quód contrariorum eſt una ſciētia. Sit enim a unam eſſe ſcientiam, contraria inter ſe in quo
L *b: a. itaque ipſi.b.ineſt, non tanquam contraria unam eſſe ipſorum ſcientiam, ſed quód uerum de ipſis dicere, unam eſſe ipſorum ſcientiam.*

Hæc ē expō. Alex. ad literam.

Aliud theorema tradit, per quod in reſoluendo promptiores, erimus, & minus in fallaciam incidemus, ꝙ non oportet terminos, vt ſunt expoſiti, ita eos formare in propoſitionibus ſecundum caſus. Termini nāque in electionibus ſemper ponendi ſunt ſecundum rectum, complicationes vero ex ipſis faciendæ ſecundum quēcunque contigerit caſum, quoniam enim non ſolum rerum naturam curamus, ſed & dicendi ornatum, vt latine loquamur, inquirimus, oportet rectam nominum complicationem ac ſtructuram animaduertere, & non ſolum ſatis eſſe exiſtimare ſi res ipſas nominibus ſignificemus, ſed & vt concinne loquamur curandum ſi .n. ſola quæ de ſubiecto dicuntur prædicarentur, fortaſſe ſemper oporteret propoſitiones ſecundum rectum conſtituere, ſed quoniā non hæc
M ſolum, verum & quæ in ſubiecto ſunt, plerunque prædicantur, quórum prædicatio aliquando ſecundum rectum efficitur, vt corpus eſt album, aliquando ſecundum genitiuum caſum, vt frater fratris frater, nonnunquam ſecundum datiuum, vt ſimile ſimili ſimile, aliquando ſecundū accuſatiuum, vt magnum ad paruum dicitur. nōnunquā etiam ſecundum ablatiuum, vt vapulat ab hoſte, quoniam inquam ita res ſe habet, oportet terminos quando eliguntur, ſecundum rectum exponere, prædicamenta vero & propoſitiones in conſtructione ita facere, vt cōtingit. Scitu tamen inquit Philoponus dignum, ꝙ quādo inquit philoſophus terminos exponi ſecundum obliquū de ſubiectis, hoc non de prædicatis intelligit, nam prædicata ſemper ſecundum rectum ponuntur caſum, licet.n. obliquus caſus aliquando in prædicato reperiatur, extrinſecus tamē rectus ſubintelligitur, veluti cū dicimus, oportet nos audire Socratem philoſophantem, ſubaudiendū enim, opus eſt, idem enim eſt dicere oportet & eſt opus atque in reliquis conſimiliter. { primum. } per primum intelligit maiorem extremitatem, per extremum vero

Nota cū quare termini I propōnibus nō ſē per in recto ponunē de mēte Alex.

Notatu dignū ex Phi.

minorem, quod tamen alibi non minorem, ſed maiorem N
ſignificare conſueuit. ꝙ enim per primum maiorem intelligamus conſentaneum eſt, ac conſuetum, quoniam in prima figura quæ potiſsima eſt ac digniſsima maior extremitas primum obtinet locum, ꝙ vero ἄκρον ſiue extremum minorem ſignificet hoc ab vſu & cōſuetudine eſt, Ariſtotelica. { Prædicentur. } prædicari terminos appellat qui ſecundum rectum dicuntur, nam proprie res ſubiecta a nominatiuo ſignificatur, & ſi ita intelligatur, quemadmodum Alex.exponit, ſenſus erit, non oportet nos accipere terminos ita vt ſemper de ſeinuicem dicantur ſecundum rectum, aut ꝙ vno & eodem modo maior extremitas de medio prædicetur, & medius terminus de minore. Sin autem exponamus ex ſententia Philoponi per prædicari ſimplicem intelligentes prædicationem, ſiue ſecundum rectum, ſiue ſecundum obliquum ſenſus erit, non oporteret quando termini de ſeinuicem in propoſitionibus prædicantur, ſemper nos accipere, ꝙ ſimiliter primum de medio, & hoc de vltimo dicatur, hoc.n.
O eſt falſum, namque aliquando maior de medio prædicatur ſecundum rectum, medius vero de minore ſecūdum obliquum, aut retrouerſum, & propterea non prædicantur ſemper de ſeinuicem conſimiliter, hæc Philoponus, mea tamen ſententia longe antiquior eſt Alex. expoſitio & quemadmodū de affirmatiuis dicimus propoſitionibus, ita & de negatiuis dicendū. { Sed quot modis ēē. } hoc eſt quot modis & ſecundum quot caſus aliud aliī cōſtruentes vtimur hoc verbo eſt, aut eſſe, & quot modis terminis conſtructis eſt verum dicere propoſitionē eſſe, tot modis oportet terminos in propoſitionibus ſibiinuicem complicare, & dicere alterum alteri ineſſe. { Veluti ꝙ contrariorum. } exemplum ſubiicit, vt monſtret quo ſecundum genitiuum propoſitiones complicentur, ſi.n. accipiamus propoſitionem iſtam, contrariorum vnam eſſe ſcientiam, dum terminos exponimus, ita faciemus, ſit.a.vnam eſſe ſcientiam, contraria inter ſe in quo.b.in hac itaque expoſitione termini quaſi ſecūdum rectū accipiuntur, dum uero propoſitiones conſtruimus, non dicimus.a.ipſi.b.ineſſe, quoniā contraria una ſint ſcientia, ſed rectū ad genitiuū flectimus hoc pacto contrariorū
P dicentes vnam ſcientiā. Poſſumus itaq; ita ſyllogiſmum conſtruere, contrariorū eſt vna ſcientia, ſed bonū & malum ſunt contraria, ergo boni & mali vna eſt ſcientia, vbi quæ in genitiuo dicuntur in maiore ac concluſione, ea ſecundum rectum proferuntur in minore.

Extremum ſumi hoc ꝓ minori extremitatecū in ſcdo poſteriorū ſæpius ꝓ maiori ſumpſit.

Prædicari expōit Alex. in re.10.

Philop. vel in recto vel in obliquo, prædicatione intelligi.

Hic ponitur exēplū quādo maior ē in obliquo, & minor in recto.

Accidit autem quandoq; in medio primum dici, medium uero in tertio non dici, quemadmodum ſi ſapientia eſt ſcientia, boni autem eſt ſapientia ſcientia quandoq; uero medium in tertio dicitur. primum autem in medio non dicitur, quēadmodum ſi omnis qualis eſt ſcientia uel contrarij, bonum autem & contrariū, & quale, concluſio quod boni eſt ſcientia, non eſt autem bonum ſcientia, neque quale, neq; contrarium ſed bonum hæc.

Inquiunt Alex. atque Philoponus, ꝙ poſteaquā monſtrauit quomodo in ſimplicibus propoſitionibus non
Q ſemper ſecundū rectū termini proferuntur, ſed aliquādo etiam ſecundum obliquū, nunc in vtriſque propoſitionibus exēplū ponit. Vel aliter poſſumus dicere, ꝙ poſteaquam ſupra monſtrauit quomodo cū maior ſubiectū habet obliquū, minor vero rectū, obliqua concludatur concluſio, nunc conuerſum facit, oſtendit quomodo ex maiore recta, & minore obliqua, concluſio ſequatur obliqua, melior tamen prior expoſitio, nāque paulo infra hoc monſtrat, & inquit igitur accidere aliquando primū hoc eſt maiorem dici ideſt prædicari ſecundū rectum de medio termino, medium vero in minore non dici in tertio, hoc eſt non prædicari ſecundū rectum de minore, hæc enim in prima figura tertium obtinebat locū, vt in exemplo, ſapientia eſt ſcientia, boni eſt ſapientia, boni igitur eſt ſcientia, & ita quidem conſtruendus ſyllogiſmus, ipſe vero aliter minorem protulit inquiens, boni autem eſt ſapientia ſciētia, vnde inquit Alexander con-

Exēplū quā maior eſt in recto, & minor I obliquo.

textus

A textus factus fuit obſcurior, aut igitur dicto illa ſcientia latius accipienda & ad ſubiectum ponenda, vt ſenſus ſit, boni ſcientia hoc eſt cognitio eſt ſapientia, vel ꝙ melius vnica vt ita dicam voce expreſſit & minorem propoſitionem & concluſionem, quoniam ſub eodem proferebantur caſu, vnde contextus ita ſcribendus, quemadmodum ſi ſapientia eſt ſcientia, boni autem eſt ſapientia ſciẽtia, nec addendum, quod nonnulli malefaciunt, cõcluſio, ꝙ boni eſt ſcientia, hoc enim aduentitium eſt & extra cõtextum, ſenſus itaque erit & ſeries contextus, ſapientia eſt ſcientia, boni autem eſt ſapientia, boni igitur eſt ſcientia, ipſe vero minorem ac concluſionem in vnum cõtraxit, vt ſignificaret ambas ſecundum genitiuum proferri, & hoc etiam voluit Aphrodiſienſis Alexander { Quandoque vero medium in tertio. } Conuenit nunc propoſitiones & minorem recte complicat, maiorem vero ſecũdum genitiuum profert, medium itaque dicitur in tertio, hoc eſt in minore profertur ſecundum rectum, primum autem hoc eſt maior extremitas non dicitur in medio. i.

B maior non prædicatur de medio termino recte, vt in exẽplo, omnis qualis eſt ſcientia, bonum eſt quale, boni igitur eſt ſcientia. Vel aliter. omnis contrarij eſt ſcientia, bonum eſt contrarium, boni itaq; eſt ſcientia. { Non eſt autem bonum ſcientia. } hoc eſt non enuntiamus maiorem propoſitionem ſecundum rectum dicentes, bonum eſt ſcientia, vel quale eſt ſcientia, vel contrarium eſt ſcientia, omnes enim hoc genus propoſitiones præterquã ꝙ inconcinnæ ſunt, falſæ etiam fortaſſe exiſtunt. { Sed bonum hæc. } ideſt omnia hæc de bono, prædicatum in minore ſecundum rectum hoc pacto, bonum eſt quale, bonum eſt contrarium.

Eſt autem quando neque primum de medio, neque hoc de tertio, cum primum de tertio aliquando dicatur, aliquando non dicatur, ueluti ſi cuius eſt ſcientia, huius eſt genus, boni autem eſt ſciẽ

C *tia, concluſio quòd boni eſt genus prædicatur autem nullum de nullo, ſi uero cuius eſt ſcientia, genus eſt hoc, boni autem eſt ſcientia, concluſio quòd bonum eſt genus, de extremo igitur prædicatur primum, de ſeinuicem autem non dicuntur.*



Exẽpla cõcludẽdi ex obliquis & rectis qñq;. quid? in maiori qñque in minori.

D *Eodem itaque modo & in non eſſe accipiendum, non enim ſemper ſignificat non ineſſe hoc huic non eſſe hoc, ſed aliquãdo non eſſe hoc huius, aut hoc, huic, quemadmodum, ut quòd non eſt*



Ex negatiuis in obliquo.

motionis motio, uel generationis generatio, uoluptatis autem eſt, non igitur uoluptas generatio. aut rurſus quòd ipſius riſus nõ eſt ſignum, ſed ſigni non eſt ſignum, quare riſus non eſt, ſignum conſimiliter & in alijs, in quotcunque tollitur problema eo quòd ad ipſum quodammodo dicitur genus. E

Quoniam hucuſque in præcedentibus exemplis alteram propoſitionem accepit ſecundum rectum, alteram ſecundum genitiuum, nunc ambas complicat ſecundum genitiuum, & concludit concluſionem aliquando ſecundum rectum, aliquando ſecundum genitiuum, puta in exemplo, cuius eſt ſcientia, huius eſt genus, boni autẽ eſt ſcientia, boni igitur eſt genus, hic enim nullus terminus de nullo prædicatur hoc eſt ſecundũ rectũ dicitur, ſi vero dicamus, cuius eſt ſcientia, genus eſt hoc, boni autem eſt ſcientia, bonum igitur eſt genus, primũ ac maior extremitas prædicatur & ſecundũ rectũ dicitur de extremo ac minore termino, de ſe vero inuicem maior, mediuſque ac minor non dicuntur recte, namque tam maior quam minor obliquæ ſunt acceptæ, genus autem in expoſito exemplo inquit Philoponus accipiendũ eſt latius, nãque ſcientia non ſolum de genere, ſed de ſpecie atque accidẽte eſt, ego vero aliter dixerim hoc in loco genus accipi pro ſubiecto, ita enim plerũque conſueuit Ariſt nuncupare ſubiectum ipſum genus. Sed dubitat Philoponus & ingenioſe, quomodo exẽpla propoſita ſyllogiſticam retineant formulam, namque in minore prædicatur hoc nomen ſcientia, quod in maiore non ſubijcitur, ſubiectũ nãque maioris eſt hoc totum cuius eſt ſcientia, quod idem eſt ac ſi diceremus ſcibile, cũ itaque in maiore medius terminus ſit ſcibile, in minore autem ſcientia, qui fieri poteſt, vt ratio ſyllogiſtica ſit?

Exemplum qñ ãbæ propõnes ſunt genitiuæ ponũtur.

F

Gẽus latius ſumitur pro omni eo cuiꝰ ẽ ſcientia ſiue ſit genus ſiue ſpecies ſcd̃m Phil. ſed de mente expoſitoris ꝓ ſubiecto vt ſæpius Ariſto. Dubiũ Phi.

Ad hoc dicimus quicquid Philoponus reſpondeat falſum eſſe, ꝙ non ſit idem medius in maiore ac minore, quod ſi obliquas propoſitiones ad rectas reducamus, liquido conſpiciemus hunc in modum, omne id cuius eſt ſcientia habet genus, ſed bonum eſt id cuius eſt ſcientia, bonum igitur habet genus, ſic itaque intelligendæ propoſitiones, quas ſupra obliquas poſuit, ꝙ ſi quæras, cur ergo non hoc pacto poſuit propoſitiones? dicimus propterea ꝙ quẽadmodũ paulo infra dicet, quando aliqua plura æquiualent, ſemper notiora ponenda ignotioribus dimiſſis, quoniã itaque propoſitiones illæ planiores ac dilucidiores erant, ob id fuere poſitæ illarum, quas vltimo protulimus loco. Ariſto. igitur ſecundũ genitiuũ omnia propoſuit exempla, poſſumus noſtro modo & ſecũdum reliquos caſus formare huiuſcemodi prædicationes. { Eodem itaque modo. } eodẽ inquit pacto de negatiuis dicendũ propoſitionibus, cũ enim dicimus hoc non ineſſe huic, non ſemper ſecundũ rectũ ſignificamus hoc non eſſe hoc, ſed nonnunquã ſecundũ genitiuũ non eſſe hoc huius, aut ſecundũ datiuũ, non eſſe hoc huic, puta in exẽplo, motionis non eſt motio, voluptatis eſt motio, voluptas itaque non eſt motio. Iterũ generationis non eſt generatio, ſed voluptatis eſt generatio, voluptas igitur non eſt generatio. Vbi ſcias ꝙ ſyllogiſmi ac complicationes iſtæ non ſunt in binis tantũ terminis, ſed tribus, quẽadmodum & reliquæ, quod planũ erit ſecundũ rectũ exponentibus hoc pacto, id cuius eſt generatio nõ eſt generatio, ſed voluptas eſt id cuius eſt generatio, voluptas ergo non eſt generatio. Rurſus ſigni non eſt ſignũ, ſed ipſius riſus eſt ſignũ, quare riſus ipſe non eſt ſignum, ac ſi diceret id, cuius eſt ſignũ non eſt ſignum, ſed riſus eſt id cuius eſt ſignum, riſus itaque non eſt ſignum. { Conſimiliter & in alijs. } ſimiliter inquit quemadmodum diximus de prima figura, ita dicendũ etiã de reliquis, ſecunda puta ac tertia, in quibus tollitur hoc eſt negatiue concluditur ipſum problema in eo ꝙ genus hoc eſt medius terminus quodammodo. i. ſub habitudine alicuius caſus dicitur ad ipſum problema. Textus autẽ inquit Alexan. obſcurus eſt, propterea ꝙ genus appellauit prædicatum & mediũ, quod neque affirmatiuis neque in negatiuis prædicatis eſt verum, hoc autem dixit quoniã

Solutio de mẽte authoris ꝙ obliquæ propões ſunt ad rectas reducendæ.

G

H

Nota de cõplicationibus quæ videntur ſolũ in duobus eẽ terminis ſunt tamen in tribus.

I genus prædicatur de ijs, quorum eſt genus, & in ſecunda figura medius de ambabus prædicatur extremitatibus, & ſecundum hoc idem ponitur, quod genus ipſum, medius enim in ſecunda habet locum generis, cum de omnibus prædicetur, quodque de ſecunda hoc intellexerit figura, planum fecit ex ſequentibus, cum enim hoc de ſecunda protuliſſet figura, ſtatim expoſuit complicationem ex propoſitionibus obliquis in tertia. Nonnulli tamen mendoſum eſſe contextum aſſerunt oportereque ipſum ita ſe habere, eo quod ad ipſum quodammodo dicitur medium.

Quare gñus appellauit ſecũda figura.

Alia expõ.

Poſſumus tamen & aliter contextum exponere vt ſit ſenſus, ſimiliter & in alijs omnibus ſyllogiſmis vel figuris in quibuſcunque tollitur problema ſecundum habitudinem ſecũdum quam genus dicitur ad ipſum problema vbi non per genus intelligendum medium, ſed hoc nomen genus, & refertur quaſi hoc ad exempla ſupra poſita, in quibus dicebat, cuius eſt ſciẽtia, illius eſt genus, quaſi dicat ſecundum omnes illas habitudines poſſumus conſtruere negatiua problemata ſecundum quas conſtruebamus affirmatiua, quando genus quodammodo & ſub K aliquo obliquo dicebatur de illis terminis, puta hunc in modum, cuius eſt ſcientia, illius eſt genus, ſed boni nõ eſt genus, igitur boni non eſt ſcientia.

Alia expõ authoris.

Rurſus quod tẽpora non ſunt tempus opportunum, deo enim ſunt tempora, non autem eſt tempus opportunum, eo quod nihil deo utile, terminos namq; ponendum tẽpora, & tempus opportunum & deum, propoſitionem uero accipiendum ſecundũ nominis caſum, ſimpliciter enim dicimus hoc de omnibus quod terminos ſemper ponendum ſecundum uocationes nominum, ut homo, aut bonum, aut contraria, non hominis, aut boni, aut contrariorum, propoſitiones autem accipiendum ſecundum uniuſcuiuſque caſus, uel enim quoniam huic, ut æquale, aut quoniã huius, ut duplum, aut quoniam hoc, ut uerberans aut uidens, uel quoniam hic, ut homo animal, uel ſi aliquo modo aliter cadit nomen L *ſecundum propoſitionem.*

Alias declinationes.

Argumentum ad deſtruendam definitionem in tertia figura, maxime enim hæc apta eſt ad eam deſtruendam, hoc autem eſt, quoniam nonnulli definiebant tempora ꝙ eſſent tempus opportunum, volens itaq; finitionem iſtam deſtruere inquit in tertia figura, deo nõ eſt tempus opportunum, & deo ſunt tempora, ergo tẽpora nõ ſunt tempus opportunum, verum vt exactius quod dicitur, poſſimus intelligere, in logicis literatorijs ac grammatici vicem ſubire non erubeſcemus, ſunt apud græcos vocabula hæc duo καιρὸς & χρόνος. καιρὸς temporis occaſionẽ, ſeu particulare tempus ſignificat. Χρόνος, vero quod vniuerſale eſt nuncupatur. Latini igitur vt qui verborum tantam copiam non habeant, quantam fœcundiſſima græcorum dialectus, quod hi καιροὺς tempora plurium numero appellant, quod vero χρόνον tempus referente Fabio nuncupare conſueuerunt, ſunt qui καιρὸν occaſionem vocent, M quemadmodum Auſonius Vaſſates nec fortaſſe iniuria, ſi enim epigrãmata, quæ περὶ καιροῦ conſcripſere, & prædictus Auſonius et Poſsidippus epigrammatographus, expenderimus, nil fortaſſe aliud ſignificabit καιρὸς quam occaſionem quandam ac bonam fortunæ commoditatem, ſed hæc ſatis, nobis placuit, quod in contextu καιροὺς, tempora quod χρόνον tempus interpretari. Deus itaq; tempora quidem hoc eſt occaſionem habet aliquid faciendi, non tamen tempus opportunum, cum quia deus tempori non ſubiacet, tum etiam quia nihil deo eſt vtile, hoc.n. ſignificat, quod græce χρήσιμον latine tempus opportunum vocamus. Termini itaque in exponendo ſyllogiſmum, excerpendi ſunt ſecundum rectum aut conſimilem caſum, tempora, tempus opportunum, & deus, in ſtructura autem ratiocinationum aut propoſitionum complicatione variandi ſunt pro ſermonis continuitate ſecundum diuerſos nominis caſus. Simpliciter enim atque vniuerſaliter dicimus de omnibus terminis, ꝙ ſemper dum ipſos exponimus ſecundum nominum vocationes conſtituendi, vt homo & reliqua, propoſitiones vero connectendæ pro commoditate ſecundum vniuſcuiuſq; caſus, caſus enim, quemadmodum in libro de interpretatione dixit non ſunt nomina, & propterea nomina ac rectum appellauit vocationes, quoniam per hæc vnumquodq; vocare proprio nomine conſueuimus, ſunt alij contextus qui nõ vocationes ſed inflexiones dicant, quod ſi ita eſt, non ob hoc tamen variabitur ſenſus ſiue κλήσεις, ſiue κ πτώσεις legas, melior tamen prior ſcriptura, quemadmodũ & Alex. & Philoponus atteſtãtur. { Vel enim quoniam huic. } exempla ponimus diuerſorum caſuum, ſecundum quos variantur propões, vel.n. variantur ſecundum datiuum, vt æquale æquali æquale, aut ſecundum genitiuũ, vt duplum dupli duplum, aut ſecundum accuſatiuum vt verberans vapulantem verberans, vel ſecundum nominatiuum, ac rectum vt homo eſt animal, aut animal eſt ſubſtantia. { Vel ſi aliquo modo aliter. } Dubitat Phil. quomodo cum ſint omnes caſus enumerati, ſecundum quos propoſitio ipſa varietur, cur dicat Philoſophus, vel ſi aliquo modo aliter cadit nomen ſecundum propoſitionem. Reſpondemus hoc ad infinitiuum verbi referendum, namque & hoc plerunque nominis vicem ſuſtinet, vnde & articulis apud græcos conſtruitur, & nomẽ verbi ab Apollonio dyſcolo nuncupatur, vel hoc dixit quoniam plerique multos alios faciebant nominis caſus, quemadmodum, qui & ſextum & ſeptimum addidere. Poſſumus & aliter dicere, atque hoc non de caſibus intelligere, ſed de numeris. q.d. & ſi etiam ſecundum numeros variatio fieret, ſunt qui hoc referant ad propoſitionũ determinationes, quemadmodum per ſe, per accidens, & conſimilia, ſed horum ſententiam in propoſito non approbamus.

N Vocatiões appellauit pħs noĩa & rectos.

Nota hic differentiã inter tẽpus, & tpa item καιρὸν & χρόνον.

Dubiũ Phi. O

Solutio. Infinitiuum verbi ſuſtinet vicẽ nominis.

Alia ſolutio

*Ineſſe autem hoc huic, & uerificari hoc de hoc, tot modis accipiendum, quot modis prædicamenta diſtincta ſunt & hæc aut quo, aut ſimpliciter. Amplius ſimplicia, aut complicita, con*P *ſimiliter autem & non ineſſe, uerum conſiderandum hæc ac diſtinguendum melius.*

Quoniam ſupra dixerat quot modis eſſe dicitur & verum dicere hoc, tot, modis oponere exiſtimare dici ineſſe, nũc recenſet quot modis dicatur ineſſe, namq; tot modis aliquid ineſſe dicitur, quot modis prædicamenta ſunt diſtincta, ſunt autem prædicamẽta ſecundum Archytam Tarentinum ac ipſum Ariſt. diſtincta in decem, ſubſtantiam, quantitatem, ad aliquid, & reliqua. Stoici tñ quemadmodum ſupra retulimus quatuor ipſa connumerabãt. Plato quinque, & ex Pythagoreis nonnulli, quemadmodum in alpha maiori põſt naturalia inquit Ariſt. decẽ ſed non ea quæ Ariſt. aut Archytas, ſed hæc. Finitum & infinitum, par & impar, vnum & plura, dextrum & ſiniſtrũ maſculinum & fœmininum, rectum & curuum, lucẽ & tenebras, bonum & malum, altera parte longius & quadratum. Ex his enim decem appellabant bonorum genera, & decem malorum. Verum hæc alibi pertractanda omino. { Et hæc aut quo, aut ſimpliciter. } hoc eſt & Q hæc prædicamenta accipiuntur, aut quo.i. ſecundũ partẽ, aut ſimpliciter & abſolute ac ſecundum totum, nam genera, differentiæ, propria & definitiones ſimpliciter prædicantur accidens vero aliquando ſimpliciter, quemadmodum album de niue, aliquando quo, vt albũ de oculo, amplius ſimplicia & ſine compoſitione, vt Socrates eſt homo, aut complicita ac compoſita, vt Socrates eſt homo albus, et quemadmodum in affirmatiuis diximus ita & in non ineſſe ac negatiuis propoſitionibus dicendum. Verum hæc melius conſideranda ac diſtinguenda, quoniam in libro de interpretatione diximus quæ per ſe & complicita prædicari poſſunt, quæue per ſe vere dicuntur, complicita minime. De Simone namque vere dicimus ꝙ eſt coriarius & ꝙ eſt bonus, non tñ complicite ꝙ ſit coriarius bonus. Atq; hæc hactenus de obliqua ſyllogiſmorũ ſtructura recenſuit Ariſt. Moderniores vero aliter de hoc eodem ſermonem facere addentes alios ac diuerſos modos faciendi propões obliquas, dicunt enim

Nota diuerſas opiones de numero pñtorum.

Gña dicũt ꝑpria & deſinitiões ſimpliciter pdicantur, accidẽtia vero, & ſimpl'r & ſcdm quid.

Opiniones variæ modernorũ de ꝓpõnibus obliquis.

propoſitiones

A propoſitiones fieri obliqua cum hoc verbo ineſſe pro verbo vtimur conſueto, puta hoc pacto, homini ineſt animal. Aliter etiam ſtructuras variant ad ſimilitudinem primæ, ſecundæ, ac tertiæ figuræ. Sunt qui alias diuiſiones faciant dicentes aut vtramque propoſitionem obliquam eſſe aut alteram, & aut ex parte ſubiecti, aut ex parte prædicati in vtraque, vel ex parte ſubiecti in maiore, ex parte vero prædicati in minore, aut econuerſo. Sed quoniam iſta omnia parum faciunt ad contextum Ariſtotelicum, immo qđ amplius noua potius litigia ac cõtrouerſias in medium afferunt, quibus in præſentia non eſt opus, ideo his omiſsis ad reliqua deueniemus.

De reduplicatiuis ſyllogiſmis.

REduplicatum autem in propoſitionibus ad primum extremũ ponendum, non ad medium. Dico autem quoniã ſi fieret ſyllogiſmus, quod iuſtitiæ eſt ſcientia, quoniam bonum hoc quod eſt. quoniam bonum uel in quantum bonum ad primum ponen-
B *dum. Sit enim. a. ſcientia, quoniam bonum: in quo. b. bonum: in quo. c. iuſtitia: a. itaq; uerum de. b. prædicare, boni. n. eſt ſcientia quoniam bonum: ſed & . b. de. c. iuſtitia enim quod bonum, ita igitur fit reſolutio.*

Reduplicatio ad maiorẽ extremitatem.



C

Si uero ad. b. poſitum fuiſſet hoc, quod eſt, quoniam bonum non erit, a. namq; de. b. uerum erit. b. autem de. c. non uerum, bonum enim quoniam bonum prædicare de iuſtitia falſum & non intelligibile.

Hic non cõcludi pp minorẽ falſam.



D

Similiter itaque & ſi ſanabile demonſtraretur quod eſt ſcibile inquantum bonum, aut hircoceruus opinabile inquantum nõ ens, aut homo corruptibile inquantum ſenſibile, in omnibus enim ſuperprædicatis ad extremum reduplicationem ponendam.

Alud theorema tradit docens quonammodo per quã facile poterimus ſyllogiſmos reſoluere, in quibus ponuntur reduplicatiuæ propoſitiones. Cæterum quo exactius quæ dicuntur intelligere poſsimus, videndum prius quid ſit reduplicatio, ac quomodo reduplicatiuæ aſtruantur propoſitiones. Reduplicatio itaq; quemadmodum inquit Philoponus eſt, eiuſdem bis in eadem propoſitione acceptio. Aliter diuus Albertus, reduplicatio ait eſt iterata enunciatio medij ſuper extremum, vt notetur cauſa inhærentiæ prædicati in ſubiecto, verum mea ſententia prior definitio multo melior, namque non ſolum medius terminus

Quid reduplicatio de mẽte Phil. Aliter Albertus de reduplicatione.

iteratur, immo & maior minorq;, nec ſolum reduplicatio cauſam notat, ob quam prædicatum ſubiecto inhæ- E
ret, ſed alia quoq;, quemadmodũ conſequentiã ac vt modernores aſſerunt ſpecificationem, cum enim dicimus ens ſubiectum eſſe primæ philoſophiæ inquantum, ens, non dicimus q ens ſit cauſa, vt ſit in prima philoſophia, ſed hoc volumus, ens ſub ratione ſua communi qua ens eſt ens, ſubiectum eſſe in prima philoſophia, vnde & modernores dixere hanc particulam inquantum bifariam poſſe accipi reduplicatiue ac ſpecificatiue, & reduplicatiue vel gratia concomitantiæ vel gratia cauſæ Hos tamẽ omnes modos vocat Ariſt. in præſentia reduplicatiuos, quemadmodũ in exemplo, cum ait, iuſtitiæ ſeu boni, eſt ſcientia qm̃ bonum, non. n. vult bonum cauſam eſſe, cur de iuſtitia ſit ſcientia, ſed potius de iuſtitia ſcientiã eſſe nõ ſub ratione, qua iuſtitia, verum ſub ratione, qua bonum. Reduplicatiuas itaq; in propoſito omnes illas propoſitiones nuncupabimus, in quibus idẽ bis accipitur ſecundũ eandem propoſitionem. Ait ergo in contextu, ſi velimus rõnes ſyllogiſticas in quibus propoſitiones ſint reduplicatiuæ, in ratiocinij formam reſoluere, oportere nos reduplicatum maiori extremo applicare, ſi vero ad medium terminũ reduplicatũ poneremus, minorem propoſitionẽ aliqñ falſam faceremus, aliqñ quæ vix intelligi poſſet. Præterea inutile & foret medio termino applicere reduplicationem, nãq; ſi reduplicationem ſeu reduplicatũ cõcludere intendimus, nimirũ ad prædicatum concluſionis debebit adiacere, tũ quia eſt conditio prædicati, tum uero & q non ſemper veram conſtrueremus propoſitionẽ, ſi ſubiecto adderetur. Licet autem hoc ita ſit, quod tñ reduplicatur, non eſt maius extremum, ſed medius terminus puta in exẽplo, boni eſt ſcientia qm̃ bonum, iuſtitia eſt bonũ, iuſtitiæ igitur ſcientia qm̃ bonum, maius extremum, ſcientia qm̃ bonum, medius terminus bonum, minor iuſtitia, hoc eſt ergo quod voluit cum dixit. Reduplicatum autem in propoſitionibus ad primum extremum, hoc eſt ad maiorẽ terminum ponendum, non autem ad mediũ, ſi enim ad medium poneretur reduplicatum, puta qm̃ bonũ, non amplius erit concluſio iuſtitiæ ſcientiam eſſe, qm̃ bonum, propterea q prædicato nõ additur, quoniã bonum, quod erat reduplicatum, & ad hæc licet maior propoſitio fortaſſe veritatem obtineat, non tamen ob id minor vera erit, q̃q̃ enim iſta eſt uera, boni quoniã bonũ eſt ſcientia, hæc tñ eſt falſa, iuſtitia eſt bonum, qm̃ bonum vel græce loquar ὅτι ἀγαθόν, aut enim inquit Philoponus cum hoc dicimus ſignificauimus iuſtitiam eſſe bonũ, qm̃ eſt bonum, & iſtud eſt fatuum ac non intelligibile, quis enim non rideret, ſi aliquis diceret Socratem eſſe hominem, qm̃ eſt homo, quod ſi per ὅτι non vnam intelligamus orationis partem, puta coniunctionem, ſed binas et relatiuum ὅ & nomen infinitũ ſignificans ſubſtantiã puta quod quid, quemadmodũ ſciunt græcarũ literarũ conſulti. tunc qui dicet iuſtitiam eſſe bonũ quod quid bonũ mẽtiretur, nil. n. aliud hac oratione vellet, quã iuſtitiã eſſe ipſum bonum ſecundũ genus, quod & falſum & perabſurdum eſt, & hoc eſt, quod intellexit, cum ait. a. nãq; de H
b. verum erit. b. autem de. c. non verum, bonũ enim qm̃ bonum prædicare de iuſtitia falſum & non intelligibile, ita nos & alij & ante nos tranſtulerunt ὅτι ἀγαθόν.

Reduplicatio nõ ſolũ notat cãm inhærentiæ, ſed conſequentiam & ſpecificationẽ.

Quot modis reduplicatio ſcdm modernos ret.

F

Reduplicatio maiori extremo ẽ apponenda non autem medio.

Reduplicatio licet addat maiori extremo, id tñ qđ reduplicat ẽ medius terminus.

G

Nota qđo hæc propõ falſa ẽ iuſtitia eſt bonũ eo quod bonum quid ſignificat τό ὅτι apud græcos.

Satius tñ mea ſententia eſſet, ſi quemadmodũ græcus contextus ambiguus eſt, ita & nos latinum faceremus ancipitẽ dicentes, non qm̃ bonum, ſed quod bonum, poteſt. n. ambiguo ſenſu & pro coniunctione & pro relatiuo nomine capi, quemadmodũ vel mediocris literaturæ viris planiſſimũ eſſe poteſt. Quũ vero dicimus boni eſſe ſcientiam, non intelligendũ, quod nõnulli male exiſtimãt eruditionem ſeu morũ diſciplinam, quam græci παιδείαν vocant, ſed ſcientiam demonſtrationum, quã ijdem ἐπιστήμην nuncupant, ita. n. contextus Ariſtotelicus ſe habet & eſt problema valde ambiguum an virtutes doctrina percipi poſſint. Sed de his hactenus. { Similiter itaque. } aliud exemplum ad monſtrandũ propoſitum, bonũ eſt ſcibile inquantũ bonũ, ſanabile eſt bonũ, ſanabile itaque eſt ſcibile inquantũ bonũ. { Aut hircoceruus. } Tertium

Nota textũ latinum ambiguũ eẽ permittendum vt ẽ græcus eſt.

I exemplum non ens opinabile inquantum non ens, hircoceruus eſt non ens, hircoceruus igitur opinabile inquantum non ens. { Aut homo corruptibile. } Quantum exẽplum, ſenſibile corruptibile inquantum ſenſibile, homo eſt ſenſibile, homo igitur corruptibile inquantum ſenſibile. { in omnibus enim ſuperprædicatis. } hoc eſt in omnibus reduplicatis ponẽdam eſſe reduplicationem ad extremum.i.ad maiorem extremitatem, ſuperprædicatum enim inquit Alex. vocauit reduplicatum, quoniam prædicatum conſequitur, & eſt in concluſionibus ſupra prædicatum, poteſt & vniuerſalius ſupraprædicatum intelligere, quamcunque additionem faciamus prædicato, ſiue reduplicatum ſit, ſiue aliud quippiã, hoc græce ὑπὲρ κατηγορούμενον. Et hæc hactenus de reduplicatis. Moderniorum tamen nonnulli complura alis addidere, ac primo dicunt reduplicationem duplicem eſſe, vnam medij ſupra maiorem extremitatem, vt in exemplis propoſitis, aliam minoris ſupra medium, vt in exemplo, nullum corpus inquantum ægrum eſt ſanum, omne ægrũ eſt corpus, nullum ægrum eſt ſanum inquantum ægrum. Sed contra nõ

Super prædicatũ quid de mente Alex.

Opio quorundam modernorũ, q ponũt reduplicari poſſe minorem ſupra medium.

Q illa opinio ſit falſa

K videntur hæc ſuperioribus cohærere, namque aut reduplicatio illa minoris ponetur ad medium in minore propoſitione, aut ad maiorem in maiore: ſi prius tunc ea ſequentur abſurda, quæ Ariſt. in contextu enumerauit, cum dicebat oportere reduplicatum poni ad maiorem extremitatem, ſi ſecundum, tunc falſa erit deſcriptio reduplicationis dicens reduplicationem eſſe iteratam enuntiationem medij ſuper extremum, vel vt inquit Philoponus, eiuſdẽ bis in eadem propoſitione acceptionem, cum enim dicimus nullum corpus inquantum ægrũ, eſt ſanum, nihil ponimus, iteratum aut bis in propoſitione iſta, falſum eſt ergo quod illi de minoris reduplicatione aſſerunt. Falſum eſt etiam quod vlterius dicunt, in omnibus figuris fieri reduplicatiuum ſyllogiſmum nec ſolum in affirmatiuis, ſed etiam negatiuis propoſitionibus. Namq; in ſecunda fieret, oporteret medium reduplicari, quod eſt abſurdum medium namque in plus ſe habet quam vtraque extrema, nec dixeris quod nonnulli aſſerunt fieri minoris reduplicationem, hoc enim ſupra refutatum eſt, & ob hanc

Q ſyllis reduplicatiuo non poſſit fieri nec in ſecũda nec in tertia figura.

L eandem cauſam, neque in tertia dicemus fieri reduplicatiuas complicationes, immo quod amplius ſi recte velimus examinare & proprie reduplicationem facere, reperiemus reduplicatiuam nullam eſſe negatiuam, namque quemadmodum & ij concedunt ſi proprie accipiatur inquantum idem ſignificat quod ſecundum quod, ſecundũ vero quod & per ſe vt in poſterioribus traditur idẽ ſunt, per ſe autem propoſitio nulla eſt negatiua, omnis enim per ſe ꝓpoſitio, quæ vere per ſe dicitur aut in primo aut in ſecundo eſt modo, hoc eſt aut prædicatum habet ſubiecti eſſentia conſtituens, aut econuerſo ſubiectum prædicati, quod ſi ita eſt, nulla per ſe propoſitio, & ex cõſequẽti nulla vere reduplicatiua negatiua erit. Addunt adhuc aliud qđ & falſum cenſeo, reduplicatiuam videlicet ꝓpoſitionem non poſſe terminis retrocedere conſimiliter in reduplicatiuam, ſi enim propoſitiones per ſe conuertũtur in propoſitiones per ſe veluti hæc, omnis homo animal, aliquod animal homo, nimirum & reduplicatiua in reduplicatiuam conuertetur. Quod ſi dicas hanc nõ eſſe

Q nulla reduplicatiua negatiua eẽ poſſit.

Aliud dictũ modernorum q propõ reduplicatiua non poſſit conuerti, quod ab authore deſtruitur.

M per ſe, aliquod animal homo. Contra. ſi non eſt per ſe, ergo per accidens, prærerea eſt vere neceſſaria, igitur per ſe, hæc enim idem ſunt, veluti legentibus poſteriora planum fiet. Nec dicas, quod nonnulli male hallucinantur, reduplicatiuam conuerti quidem, ſed non in reduplicatiuam, ſed in vnam, cuius ſubiectam conſtat ex prædicato prioris, & illo ſuper quod cadit reduplicatio cum reduplicatione mediante hoc relatiuo, quod, puta animal in quantum homo eſt riſibile conuertitur hunc in modũ aliquid quod inquantum homo eſt riſibile, eſt animal.

Q hæc ꝓpõ aliquid aial ẽ hõ, ſit per ſe.

Opio aliorũ de cõuerſione reduplicatiuẽ & eſt opio Gulielmi ochã

Sed pace iſtorum dictum ſit hæc, minime vera eſſe, ſi.n. rectam cõuerſionẽ facere poſſumus, cur tot ambagibus vtendum? Si enim dicamus animal inquãtum homo eſt riſibile, ergo riſibile inquantum homo eſt animal, quid falſi continebit oratio noſtra? profecto nihil, nam cũ hoc dicimus, hoc volumus, q ratio quare aliquod animal ſit

Cõtra illam opinionẽ. Hoc tñ ẽ dil[illegible] cõ[illegible]ſiderandũ.

N riſibile eſt, quoniam aliquod animal eſt homo, & retrouerſum, q ratio quare aliquod riſibile ſit, animal eſt, quoniam aliquod riſibile eſt homo, immo quod amplius eſt quas nonnulli conuerti negant reduplicatiuas negatiuas improprias tamen, eas nos terminis retrocedere aſſerimus, puta nullum malum eſt eligendum inquantũ malum, dico enim q in hãc conuertitur, nullum eligendum inquantum malũ eſt malum, q ſi negas, erit ergo vna vera, altera falſa, puta prior vera, ſecunda falſa, quod tñ non eſt, ſi enim hæc falſa eſſet, nullum eligendum inquantum malum, eſt malum, vera nimirum foret ſua contradictoria, quod tamen ſecus eſt, hæc enim aliquod eligendum inquantũ malum eſt malum, falſa proculdubio eſt, ex hac quamque ſequitur, aliquod eſſe eligendum inquãtum malum, quod eſt falſum, quemadmodũ dicere etiam conſueuimus hanc falſam eſſe, aliquis hircoceruus eſt animal, non quia ſi hircoceruus eſſet, q ab ipſo animal remoueretur, ſed quoniam fieri non poteſt, vt hircoceruus

Q negatiua reduplicatiua poſſit conuerti cõtra modernos.

O ſit, conſimiliter & in propoſito dicendum. Quare ſileant qui nouas conuertendi leges introducunt, ſileant etiã qui nouas reduplicatiuorum ſyllogiſmorũ, coordinationes faciunt, quorum alij dicunt reduplicatiuas coniugationes fieri in prima ac tertia figuris, in ſecunda vero minime. Alij autem aliter etiam et prolixius ſuas diſtinctiones proſequuntur ex vtriſque reduplicatiuis, & ex alterarũ complicationes conſtituentes in oĩbus figuris, quorũ omnium opiniones miſſas facio, tum quia longe a veritate aberrant, tum etiam ne in infinitum noſtra proferatur oratio, id tamen vnum addimus, q ex potentia Ariſ. reduplicatiuus & vere reduplicatiuus ſyllogiſmus in ſola prima figura & ſolis affirmatiuis coniugationibus efficitur, quod planum fecit philoſophus in contextu ſolas eas enumerans reliquis omnibus omiſsis. Sed de his iam confectis ad ſequentia pedem feramus.

Nota q ex vero reduplicatiuis ſyllogiſmus ſolũ fit ĩ prima figura ex ſententia Ariſ.

P *Non eſt autem eadem terminorum poſito, quando ſimpliciter aliquid ratiocinatum fuerit & quando hoc aliquid aut quo aut quomodo. Dico autem quemadmodum quando bonum ſcibile monſtratum fuerit, & quando ſcibile quid, quoniam bonum. uerum ſi ſimpliciter ſcibile monſtratum fuerit, medium ponendum ens: ſin autem quoniã bonum, hoc eſt, aliquod ens. Sit enim. a. ſcientia quoniam ens. in quo. b. ens aliquod, in quo. c. bonum. Verum itaq;. a de. b. prædicare: erat enim ſcientia alicuius entis, quoniam aliquod ens, ſed & b de c, quod enim in quo. c. ens aliquod quare & a de c. Erit igitur ſcientia boni quoniam bonum, namque aliquod ens erat proprie ſubſtantiæ ſignum.*

Scientia qm̃ quid ens, i. inquantum bonũ. Ens quid, i. ſtudioſum. Bonum.

A. B. C.



Q

Si uero ens medium poſitum fuiſſet, & ad extremum ens ſimpliciter, & non dictum eſſet aliquod ens, non eſſet, utique ſyllogiſmus quòd eſt ſcientia boni quoniam bonum ſed quoniã ens: ut in quo. a. ſcientia quoniam ens, in quo b. ens, in quo. c. bonum. Manifeſtum igitur quòd in ſyllogiſmis, qui in parte ita accipiendi ſunt termini.

A



Non eodē mō terminū exponendū ſunt in ſyllo giſ ſimplic. & q̄n cū ad ditione qua piam prædi catū in con cluſione ponitur.

Dicunt nonnulli intentionem eſſe philoſophi in hoc in loco pertractare quō fiat minoris reduplicatio ſupra medium. Nos autem aliter cum Philopono atq; Alexā. volumus intentionem Ariſt. eſſe, tradere aliud theorema per quod facilem poſsimus reſolutionem facere, plerūq; enim in excerpendo medium longe aberramus, quare B non oportet inquit ſyllogiſmorum reſolutionibus eandē & ſimilem poſitionem, ac terminorum inquiſitionem facere, quando ſimpliciter aliquid in concluſione prædicetur, & quando cum additione quapiam, quemadmodū paulo ante monſtratum fuerat in habentibus prædicatū reduplicatum, & hoc eſt quod ſignificauit cū dixit, quando ſimpliciter aliquid ratiocinatum fuerit, & quādo hoc aliquid, aut quo aut quomodo, ſupraprædicatorū nāq; alia quid eſt prædicatum ſignificat, vt æquicrus duos rectos habet inquantum triangulus, alia quo, vt ſanum eſt ſcibile ſecundum quod bonum, alia quomodo, vt hircoceruus eſt opinabile ſecundum; q͡ non ens, ſunt itaq; non nullæ prædicationes tales, in quibus aliquid ſupraprædicatur, ſunt autem & aliæ ſimplices, in quibus prædicatū ſine additione proferuntur, vt iuſtitia eſt ſcibile, cum igitur inquit ſit talis in ſyllogiſmis varietas. Non oportet eodē pacto terminos quærere in ſimplicibus prædicatis & in ijs, quæ ſunt cum additione, ſed quando ſimplex ſit concluſio, medius terminus communior ponendus eſt, qui C ſimpliciter inſit ſubiecto termino, de quo videlicet et prædicatum vere prædicetur, vt ens, fiet enim hunc in modū ſyllogiſmus, omne ens ſcibile, iuſtitia eſt ens, iuſtitia itaq; ſcibile. Si vero concluſio non ſit ſimplex, ſed habuerit aliquid additum, non oportet amplius medium terminum ſimpliciter & communiter inexiſtentem quærere, ſed proximiorem ac eo modo inexiſtentem quo maior extremitas de ipſo vera erit cum additione prædicta, nam ſcibile ſimpliciter verum erat de ente prædicare, non autem ſcibile inquantum bonum, quoniam ens communius eſt et in plus quā prædicatum, non enim vera eſt propoſitio dicens, omne ens eſt ſcibile inquantum bonum, namq; n. ō omne ens eſt bonum, neque ex entibus ſola bona ſcibilia, ſiquidem eadem eſt contrariorum ſcientia, non itaq; amplius erit medius terminus ens, ſed aliquid cognatius ac proximius ſubiecto, & non ſimiliter commune, verum tale aliquid, vt prædicari de ipſo poſsit maior extre- D mitas, hoc eſt ſcibile inquantum bonum, & iſtud eſt, qd' voluit, dum inquit, dico autem, quemadmodum quando bonum ſcibile monſtratum fuerit, & quādo ſcibile quid, quoniam bonum, verum ſi ſimpliciter ſcibile monſtratū fuerit, medium ponendum ens, ſinautem quoniam bonū hoc quod eſt aliquod ens, ac ſi diceret, ſi volumus concludere prædicatum ſine determinatione aliqua, debemus & medium accipere ſimpliciter ac ſine determinatione, ſinautem cum determinatione, medium excerpēdum determinatum ac limitatius. { Sit enim. a. ſcientia. } Primū ponit exemplum eius, quod eſt quo, non eius quod eſt ſimpliciter, puta alicuius entis eſt ſcientia quoniam ens, bonum eſt aliquod ens, boni ergo eſt ſcientia quoniā ens. { propriæ ſubſtantiæ. } non dicit oportere medium, quod eſt aliquod ens eſſe definitionē minoris extremi, ſed magis contractius ac limitatius, quod homini, puta proximius, magis hominis propriam ſubſtantiam deſignat, quemadmodum animal preſsius ſignificat propriam hominis ſubſtantiam q̄ corpus aut ſubſtantia. Si igitur velimus concludere boni eſſe ſcientiam inquantum aliquod E ens, puta inquantū eligibile, medium accipiendum aliqd' ens, hoc eſt eligibile, non autem ens ſimpliciter. Quod ſi medium accepiſſemus ens ſimpliciter, non autē ens aliquod, ad maius etiam extremum in concluſione in reduplicatione deberemus ponere ens ſimpliciter puta ſi dicamus, omne ens ſcibile quoniam ens, bonum eſt ens, bonum ergo eſt ſcibile quoniam ens. { In ſyllogiſmis qui in parte. } ſyllogiſmos in parte eos vocat qui nō habent ſimplex prædicatum, ſed cum additione ſignificāte quid hoc aut quo aut quō. hæ enim & quæ hæ ſignificāt ad dita prædicato faciunt ipſum particularius, nō enim ſimiliter vniuerſale, bonum eſſe ſcibile, & bonum ſcibile eſſe inquantum bonum, in talibus itaque ſyllogiſmis mediū non eſt accipiendum cōmune, cum ſit concluſio limitatior propter ſupra prædicatum, ſed contiguū & propriā ſubſtantiam ſignificans, aut & idem ſupraprædicato. F

Quæ proxi ma ora ſunt rei, magis ei ſius ſ[illegible] ſignificāt.

Oportet autem, & tranſumere quæ idem poſſunt nomina pro nominibus & orationes pro orationibus & nomen & orationem, & ſemper pro oratione nomen accipere. facilior namq; terminorum expoſitio, quemadmodum ſi nihil differat dicere ſuſpicabile non eſſe genus opinabilis, aut opinabile non eſſe quod ſuſpicabile quid, idem enim ſignificatum. pro dicta oratione ſuſpicabile & opinabile termini ponendi.

Aliud tradit theorema, quo faciliorē efficere reſolutionem poſsimus inquiens tranſumenda eſſe nomina p̄ nominibus & orationes iidē pro orationibus, manifeſtiores pro obſcurioribus, & ſi fieri etiam poſsit ſemper orationis loco debemus ponere nomen, dico ſi fieri poſsit, quoniam ſuperius diximus hoc non ſemper poſſe effici, plerunque enim oratio aliqua pro medio ita accipienda, q͡ eam non poſſumus in ſimplex nomen tranſmutare, verum ſi fieri poteſt ſemper pro oratione nomen accipiendum, facilius namque termini per nomina exponuntur, quā per orationes, quemadmodum in exemplo ſi nil differant orationes iſtæ, ſuſpicabile non eſſe genus opi- G nabilis, & opinabile non eſſe, quod ſuſpicabile quid, addas tu, accipienda eſt manifeſtior oratio, eſt autem hæc, ſuſpicabile non eſſe genus opinabilis, & vlterius pro ambabus orationibus iſtis in expoſitione debemus ſimplices terminos ponere, ſuſpicabile & opinabile, idem ergo eſt dicere ſuſpicabile non eſſe genus opinabilis, & opinabile, qd' ſi ſuſpicabile hic. n. eſt modus ſignificandi apud Ariſt. eſſentiale prædicatū, quemadmodū namq; inquit Simplicius in alpha naturalis auditus, quod Plato vocabat αὐτὸ [illegible] Ariſt. nuncupat [illegible], vnde & Adraſtus philoſophus, quæcunq; eſſentiam alicuius conſtituerent, voluit apud Ariſt. vocari cū hac additione quod, quare hominem merito dicemus eſſe animal rationale, & eſſe qd' animal rationale, animal & quod aīal, rationale & qd' rationale. Sed mea quidē ſententia hæc eleganter dicta ſunt, non tñ vere, ſi. n. quæ in tertio topicorum dicit Ari. animaduertamus, per quod quid nil aliud intelligemus, q̄ genus alicuius, ait nāq; ibi, nihil. n. dicitur quod genus quod non eſt in gñe, quare non recte proferemus, hominem eſſe quod rationale, quū rationale non ſit hominis genus, nec recte etiam dicitur, idē eſſe, quod Plato vocabat ipſum ens, & quod Ariſt. quod ens, recte. n. dicimus hominē eſſe quod animal, non tñ hominem eſſe ipſum animal, nā [illegible] ſignificat animal genus hominis eſſe. αὐτοζῶον vero ſignificat hominē ipſam animalis eſſentiā eſſe, quā plato ideam vocare conſueuerat, & q͡ hoc ita ſit planū legentibus ſextū top. quæq; in libris poſtnaturalia longo ſermone diſputantur, ſed de his alias, ſatis in præſentia quod ſuſpicabile idem ſignificare, quod genus opinabilis eſſe ſuſpicabile, an vero qd' ens in alpha naturalis auditus ſignificet ipſum ens eſſe genus, quēadmodū voluit Aſpaſius, an vero ens verum, hoc eſt ſubſtantiā, vt Alexand. atq; reliqui oēs, hæc alibi perquirēda relinquo nobis ſufficit attulliſſe, quæ ad contextū intelligendū faciunt, quodque in vſu Ariſt. frequentiſsimo eſt, nāque & in poſterioribus ita dicebatur quod lignū & quod albū.

Modus ſignificandi [illegible] apud Ariſ. Quod Plato vocabat. H [illegible] Ariſ. [illegible] Adraſti phi dictum. Contra ſententia Simplicij & Adraſti.

[illegible] ſignificat aīal eſſe genus. αὐτοζῶον ſignificat eſſentiā & ideā aīal.

I *Quoniam uero non eſt idem uoluptatem eſſe bonum & uoluptatem eſſe ipſum bonum non ſimiliter ponendi termini, ſed ſi eſt ſyllogiſmus quòd uoluptas ipſum bonum, ipſum bonum, ſin autem quod bonum, bonum. conſimiliter & in alijs.*

Vellem vt contextus iſte dilucidior fieret lectorem ipſum græcam & doctum eſſe dialecticum, ita enim facilius quæ dicuntur poſſemus intelligere, ſed quoniã neq; omnibus græca ſcire conceſſum, nec contextus ſine græcarũ literarum cognitione facile intelligi poteſt, non abſurdũ exiſtimabo græca quæpiam latinis commiſcere. Aliud theorema tradit ad facilem faciendam reſolutionem inquiens non eſſe cenſendum nullam fieri, diuerſitatem in exponendis terminis, ſi terminus vnus cum articulo proferatur, ſiue idem abſque articulo enunticiur, propterea φ magno differt interſtitio dicere. [Greek] ,hoc eſt voluptatem eſſe bonum ſine articulo & voluptatem & eſſe bonum cum articulo, quod nos quoniam articulos non habemus hunc in

Nõ ſentire idẽ apud græcos terminos cũ articulis poſitos. τἀγαθὸν idẽ quod ipſũ bonũ apud græcos.

K modum tranſduximus, voluptatem eſſe bonum & voluptatem eſſe ipſum bonum, melius certe fuiſſet ſi potuiſſemus articulum applicare, ſed quoniam hoc apud noſtros fieri nequit, quod volumus cõtextus ſenſum variata aliquantiſper ſerie obſeruauimus, idem enim eſt dicere apud græcos τἀγαθὸν & apud noſtros, ipſum bonum, cũ enim dicimus voluptatem eſſe ex bonorum numero cum autem voluptatem eſſe ipſum bonum, voluptatem eſſe ipſum bonorũ genus, vnde hæc falſa, illa fortaſſe vera erit quare inquit Ariſt. non ſunt in expoſitione ſimiliter termini exponendi, ſed ſi concludere animus ſit, voluptatẽ eſſe bonũ ſine articulo, voluptatem & bonum ſine articulo debemus terminos ponere, ſinautem concludere velimus voluptatem eſſe bonum cum articulo, voluptas & bonum cum articulo termini ponendi. Et hoc eſt, etiam quod voluit Alulidus Roſ. in expoſitione ſua media, cũ inquit oportet vt accipiatur Vs AL. cognitionis ſiue, al, articulum hoc enim idẽ ſignificat apud Arabicos,

D. Aũ Alul. Roſ. de articulo apud Arabes qđ cõſonat græcis.

L quod apud græcos ſuus articulus, puta τὸ, ὁ, ἡ. & apud hebræos ſuum aiodia hoc eſt hæ cognitionis, qđ ideo hæ cognitionis nuncupatur, quoniam præſupponit nomen, cui applicatur ante fuiſſe præcognitum, quemadmodum & apud græcos articuli, veluti ſupra longa expoſitione ſatis declarauimus, & Dauidus tinchis in ſuis catholicis, & Appollonius dyſcolus in ſuo de conſtructione referunt. Verum hæc magis ad literatorem ac grãmaticum pertinerent, quã in logicum aut philoſophum. Ad reliqua igitur tranſeamus.

Non eſt autem idem neque eſſe, neq; dicere, quòd cui b ineſt, huic omni a ineſt, & dicere, cui omni b ineſt, & a omni ineſt, nihil enim prohibet. b. ipſi. c. ineſſe, non omni autem ut ſit b honeſtum quid: c uero album, ſi igitur albo alicui ineſt honeſtum quid, uerum dicere, quod albo ineſt honeſtum, ſed non omni fortaſſe, ſi itaque a ineſt ipſi b: non omni autem de quo. b. neque. ſi. b. omni c. neque ſi ſolum ineſt, neceſſe. a. non quod non omni, ſed neque

M *ineſſe. Sinautem de quocunque. b. uere dicatur, huic omni ineſt a, accidet a de quo omni b. dicitur, de hoc omni dici, ſi tamen. a. dicitur de quo utique. b. dicatur de omni nihil prohibet. b. ineſſe: ipſi c. non omni autem ipſum. a. aut omnino non ineſſe.*



Syllogiſmus uniuerſalis, ambis vniuerſales cõcludit, non habet minorem vniuerſalem in prima figura non concludit.

In tribus itaque terminis, videlicet de quo. b. omni. a. dici: hoc eſt de quotcunque b dicitur, de omnibus dici & a, & ſi b de omni, & a itidem: ſi uero non de omni, non neceſſe a de omni. N

Dicunt nonnulli intentionem eſſe Ariſtotelicam monſtrare φ in prima figura non poteſt vniuerſalis affirmatiua cõcludi, niſi vtræque propoſitiones ſint vniuerſales, de maiore namq; nemini dubium, φ ſi concluſio ſit vniuerſalis, oportet ipſam vniuerſalẽ eſſe, ſed de minore hoc monſtrat in præſentia. Hæc illi. Sed pace eorum dixerim non recte ſentiunt, ſi enim hoc faceret, ſuperflue faceret, nam de hoc ſatis pertractatum eſt ſupra, vbi agebamus de ſyllogiſmi ſtructura.

Expõ quorundã falſa.

Aliud itaque eſt, qđ hoc in loco vult Philoſophus, quã enim complures antiquorũ non vtebantur inter diſputãdum manifeſto ſyllogiſmo, ſed quaſi ex vna propoſitione concluſionem inferebant, ex vna inquã propoſitione non ſimpliciter probata, ſed potius eo modo conuerſa, quo propoſitiones conuertere in ſecundo priorum volumine docet Ariſt. quã inquam hoc ita eſt, docet nunc philoſophus, quõ tales ſyllogiſmi reſoluendi dicens, nõ eſſe idem ſecundum rei naturam neq; ẽt ſecundum proferẽdi modum, cui. b. ineſt, huic omni. a. ineſſe, & cui omni. b. ineſt, huic omni. a. ineſſe, propterea φ cum vtraq; iſtarum binas contineat propoſitiones, hæc quæ dicit, cui omni. b. ineſt, huic omni a. ineſſe idẽ vult ac ſi diceremus, omne. c. a. omne. c. b. illa vero quæ inquit, cui. b. ineſt, huic omni. a. ineſſe ſignificat φ oẽ c. a. & φ. c. eſt. b. hoc enim fieri poteſt, φ aliquod. c. ſit. b. non tñ φ omne. c. ſit. b. puta in exemplo, ſit. b honeſtum aliquid. c. vero albũ, ſi igitur alicui quod album ſit honeſtum, verum eſt dicere, φ honeſtũ ineſt albo, non tamen fortaſſe φ honeſtum inſit omni albo, dico autem fortaſſe, quemadmodum & Alex. atteſtatur, quã indefinita, veluti ſupra plerunque diximus, non ſolum de propoſitione in parte verificatur, ſed & de vniuerſaliter prolata. { Si itaq; ineſt ipſi. b. } ſenſus eſt, ſi maior in prima figura ſit aut indefinita, aut in parte minore quomodocunque ſe habente, non ſolum non ſequiẽ vniuerſalis concluſio ex neceſsitate, ſed neque etiam indefinita, hoc eſt ergo, quod dicit, ſi. a. maior extremitas ineſt ipſi. b. medio termino, non autem omni inſit. b. ſiue. b. medius in minore accipiatur ineſſe omni. c. minori extremo ſiue etiã non omni ineſſe, ſed ſolũ ineſſe, vt minor ſit indefinita; non ſolũ non eſt neceſſarium φ inſit omni, ſed neq; ẽt neceſſarium φ ſimpliciter inſit, hoc eſt non ſolũ non ſequitur ex neceſsitate concluſio vniuerſaliter affirmatiua verũ neq; concluſio indefinita, & hoc eſt qđ voluit dum inquit, neceſſe. a. non quod non omni, ſed neque ineſſe. { Sinautẽ de quocũq; b. } [Greek] inquit Ale. æquale eſt [Greek]. & ideo nos tranſduximus de quocunq; eſt autẽ ſenſus φ ſi vtræq; propõnes vniuerſaliter affirmatiuæ ſint & veræ, ex his ſequetur cõcluſio vniuerſaliter affirmatiua & vera, & hoc eſt quod voluit dum inquit ſinautẽ de quocũq; b. vere dicaẽ huic omni ineſt. a. accidet. a. de quo omni b dicitur, de hoc omni dici, hoc eſt ſi maior extremitas prædicetur de omni. b. medio, & b. de omni. c. minore, ſequitur φ accidet ex neceſſitate. a. in concluſione prædicari de omni. c. puta in exem- Q plo, ſit. a. aĩal. b. rationale. c. homo, aĩal de omni rõnali. b de omni homine. a. igitur de omni hoĩe. { ſi tñ. a. } ſenſus eſt. ſi maior accipiatur in parte, cũ minore vniuerſali, nihil ſequiẽ ex neceſsitate, & hoc quã ſupra monſtrauimus in prima figura ſi maior in parte extiterit nullã fieri ſyllogiſticã cõplicationẽ, ait ergo, ſi. a. dicaẽ de illo quo omni dicitur. b. nihil prohibet φ b. mediũ inſit omni. c. in minore, & ipſum. a. non ſolũ non inſit omni. c. minori extremo in concluſione, immo qđ amplius neq; oĩno inſit, hoc autẽ & paulo ſupra dixeramus. In tribus itaq; terminis ſenſus eſt, φ in talibus propõnibus q̃ potentia tres habent terminos æquales ſunt, quas nũc expoſuit, quæq; a Theophraſto referente Alex. [Greek] ſeu ſecundum aſſumptionẽ nuncupantur, ppterea φ hæ quodãmodo tres habent terminos, in hac. n. de quo omni. d. de illo, & . a. omni, in duobus terminis. a. & . b. quaſi & tertius cõprehenditur, præterquã φ non ſimiliter determinatus eſt, & manifeſtus,

O

Nota dĩam inter has propõnes cui ineſt, b, & cui ineſt b, huic omni a, ineſſe.

Expõ authoris propria.

P

A & manifeſtus, quemadmodum illi, in talibus inquã propoſitionibus, quæ ſola dictione differunt a cathegoricis, inquit Theophraſtus in libro de affirmatione, cum dicimus. de quo omni.b.de illo omni.a. ſignificamus ꝙ de quibuſcunque.b.dicitur, de illis omnibus &.a.dicitur, & ꝙ ſi.b.de omni dicitur.c.ꝙ &.a.de omni.c.dicitur in cõcluſione, ſi vero.b.non de omni dicatur.c.ſed puta de aliquo, aut indefinite, non eſt neceſſarium.a.de omni.c. in concluſione dici. Et hæc Ariſtoteles de talium rationũ reſolutione. Iuniores tamen referente Alexandro, non appellabant rationes iſtas ſyllogiſticas, ſed, παρεπτικας, hoc eſt conſecutiuas, quoniam in his ex propoſitionibus neceſſario ſequeretur concluſio, non autem ſecundum ordinem ſyllogiſticum eſſent diſpoſitæ, fit autem & in huiuſcemodi complicationibus fallacia eo quod pene ſeu græce loquar παρα μικρον, propterea quod exiſtimamus idem eſſe, cui.b.ineſt, illi omni.a.ineſſe & cui omni.b.in eſt, illi omni a.ineſſe, quod tamen non eſt verum, & ideo plerũqꝫ decipimur, quemadmodum & in pleriſque alijs accidit, vt in perpulcro exemplo quod ponit Alexan. ſi nihil eſt, neque dies eſt, ſi non eſt dies, eſt nox, ergo ſi nihil eſt, nox eſt, in hoc enim conſimiliter accidit fallacia in eo ꝙ pene, quoniã exiſtimamus nihil differre ſimpliciter dicere, ſi non eſt dies, eſt nox, & dicere cum alia additione, ſi nihil eſt, non eſt dies, ſi non eſt dies eſt nox, hæc enim quam maximo a ſeinuicem differũt interſtitio.

Nota dictũ Alex. de ꝓpõnibus ſupradictis quas græci nominabant παρεπτικας idest cõſecutiuas non aũt ſyllogiſticas. Nota exemplum pulchrũ Alex.

B

Non oportet autem exiſtimare, penes id quod exponimus aliquid, accidere abſurdum, nihil enim utimur eo quod eſt hoc aliquid eſſe, ſed quemadmodum geometra pedalem & rectã hanc & ſine latitudine dicit, quæ non ſunt, uerum non ſic utitur tanquam ex his ratiocinans, omnino enim, quod non eſt ut totum ad partem, & aliud ad hoc ut pars ad totum ex nullo talium monſtrat ipſe monſtrans, neque fit ſyllogiſmus, expoſitione uero ſic utimur, quemadmodum & ſenſatione, addiſcentem dicentes, non enim ſic tanquam quod ſine hoc demonſtrari non poſſit, quemadmodum ex quibus ſyllogiſmus.

C

Occurrit tacitæ quæſtioni, poſſet enim quiſpiam non immerito dubitare, circa ſuperius diſputata inquiens ea quæ diximus non ob id vera eſſe, quia ita ſe habeãt, ſed quoniam elementis vſi ſumus dum exponeremus complicatiões ac theoremata, quæ ſupra tradidimus, quapropter relinquetur ea vera eſſe non eſt partæ formæ ſyllogiſticæ, ſed iuxta materiam ipſam, qua male vtebamur in theorematis exponendis. Soluens itaque dubitationem iſtam philoſophus ait, non hæc accidere penes expoſitionem, qua vſi ſumus, quoniam exempla adduximus non ꝙ ita penitus res ſe haberet, ſed vt addiſcentes melius perciperent, quemadmodum & geometra in expoſitionibus ſuis pedalem plerumque ac rectam & ſine latitudine vocat lineam, quæ tamen neque pedalis eſt neque recta, ſine latitudine, namque veluti in poſterioribus etiam dictus geometra nihil concludit ſecundum hanc lineam, quam ipſe poſuit, ſed quæ per hæc oſtenduntur,

Exẽpla adducunt, nõ quia res ita ſe habeant ſed ut diſcẽtes melius percipiant.

D quoniam quemadmodum in beta naturalis auditus inquit Ariſtoteles mathematicus abſtrahit & abſtrahentes mendacium non committunt, non igitur vtimur huiuſcemodi expoſitione tanquam per hanc ratiocinantes ac ſyllogiſmum facientes, quoniam nunquam fit vere ſyllogiſmus niſi aliquid ſe habeat vt totum, & aliquid vt pars, hoc eſt vt aliud ſit prædicatum, aliud ſubiectũ, hoc enim ſignificat totum, & pars, eſt autem complicatio hæc propoſitionum in prima figura, dixit autem vtrotum, quoniam non ſemper prædicatum ſe habet in plus & ſubiectum in minus, ſed aliquando retrouerſum, aut æqualiter. {Expoſitione vero ſic vtimur.} hoc eſt quẽadmodum in mathematicis ſenſu addiſcentes vtimur deſcribentes pedalem, quæ non eſt pedalis, & rectam quæ non eſt recta, eo ꝙ non poſſumus ſola imaginatione demonſtrationem facere, ita & in his vſi ſuimus expoſitiones, dicentes ipſum addiſcentem melius quæ dicuntur percipere, non tamen hoc dico ꝙ ſenſu ac expoſitione vtamur tanquam ſine his demonſtratio fieri nequeat, quemadmodum, dicere conſueuimus demonſtrationem effici non poſſe ſine ijs propoſitionibus, ex quibus conſtruitur ſyllogiſmus, ſed ſenſu atque expoſitione vtimur, quẽadmodum & Philoponus in poſterioribus inquit tanquam cauſa inſtrumentaria, neque enim fas eſt ꝙ vilius dignioris ſit cauſa, puta ſenſus demonſtrationibus aut ſcientiæ, ſed anima noſtra tanquam ſopita, & dormiens per ſenſum excitatur & expergiſcitur, vt qui igniculum in nobis exiſtentem moueat & accendat, veluti in exemplo ac ſimilitudine, non cognoſcebatur Vlyſſes Homericus, niſi forte fortuna cicatrix antiquiſſima ſub oculos deueniſſet, hac viſa ſtatim agnitus eſt, non propterea ꝙ cicatrix cauſa fuerit hanc cognitionem efficiens, ſed potius inſtrumentaria quædam occaſio, per quam talis notitia genita eſt. Ita igitur & in propoſito elementorũ expoſitio tanquam inſtrumentum ac via ad ea quæ volumus intelligenda nos deducit. Expoſitionem vero nuncupauit elementorum appoſitionem, qualem mathematici faciunt, vnde & Proclus in primum elementorum Euclide vult poblema ſex in partes diſtingui ac ſecari, propoſitionem, expoſitionem, determinationem, confirmationem, demonſtrationem & concluſionem, propoſitio eſt quæ dicit, quid datum, quid quæſitum. Expoſitio, quæ datum ac concluſum præparat ad conceſſum. Determinatio, quid eſt ipſum quæſitum definit. Confirmatio ad quæſitum. venandum conceſſum accommodat. Demonſtratio ex conceſſis concludit propoſitum, cõcluſio iterum ad propoſitionem reuertitur confirmans, qđ monſtratur. Sed de his hactenus. Hoc igitur in loco quẽadmodum ex ſententia diximus Alexandri atque Philoponi intentio eſt Ariſtotelica occurrere tacitæ obiectioni, cur ſit ꝙ elementorum expoſitione vtatur, quum tamẽ vnum reſpectu alterius neque totius neque partis rationem habeat, nonnulli tamen non hanc dicunt eſſe Philoſophi intentionem, ſed magis velle ipſum errorem quorundam emendare credentiũ, quia dum terminos exponimus, ipſos ſecundum rectum exponimus, ita etiam eos intelligendos ac conſtituendos eſſe in propoſitionibus ſecundum rectum, quod tamẽ falſum eſt. Hæc illi. Sed mea ſententia longo antiquior eſt prior expoſitio.

E Senſus & expõ ſunt cauſæ inſtrumẽtariæ ad cognoſcendũ, nõ principales.

F

Problema ſex in partes ſecari.

G

Ne lateat autem nos quod in eodem ſyllogiſmo, non omnes concluſiones per unam figuram ſunt, uerum hæc per hanc, illa uero per aliam. Planum igitur quod reſolutiones ita faciendum. quoniam autem non omne problema in omni figura, ſed in unaquaque ordinate, manifeſtum ex concluſione in qua figura quærendum, & ex rationibus quæ ſunt ad definitionem quæcunq; ad unum aliquid redarguunt eorum quæ ſunt in definitione ad quod redarguitum eſt, ponendum terminum, & non totam rationem, accidet enim minus conturbari propter longitudinem, quemadmodum ſi aquam monſtrauit, quoniam humidum potabile, potabile & aquam terminos ponendum.

H

Syllõdeſtruens definitionis partẽ non totã.



Quoniam ſermo eſt de reſolutione, ſunt autem plures ex ſyllogiſmis compoſiti, veluti ſupra diſtinximus, ſcire inquit oportet ꝙ in talibus ſyllogiſmis non oẽs cõcluſiones per vnam concluduntur figuram ſemper, ſed accidit

I aliquando omnes fieri,in una, nonnunquã vnã in vna,
& aliam in alia, puta in exemplo ſi dicamus,omne. b.a.
omne c b.omne.d.c. ergo omne.d.a.omne corpus ſubſtã
tia, omne animal corpus, omnis homo animal, conclu
ſiones huius ſyllogiſmi omnes ſunt in prima. Iterum ſi
dicamus,nullum b.a.omne.c.a.omne.d.b.nullum ergo d.
e.nullum inanimatum eſt animal, omne ſenſibile eſt ani-
mal,omnis lapis inanimatum, nullus lapis ſenſibile,om-
nes ſunt in ſecunda.Itidẽ & in tertia omnes fient ſi dixeri-
mus,omne.c.a.omne.c.b.omne. b.d. aliquod ergo. d.a.
omnis homo ſubſtantia,omnis homo coloratum,omne
coloratum quale, aliquod igitur quale ſubſtantia. Fiunt
& cõpoſiti ſyllogiſmi alterius habentes concluſiones,
vnam in prima, alteram in ſecunda,vt in exemplo,om-
ne.b.a.omne.c.b.nullum.d.a. nullum ergo.d.c.omne cor
pus ſubſtantia,omne animal corpus,nullus numerus ſub
ſtantia, nullus itaque numerus animal.Sunt & qui vnã
habeant in prima,alteram in tertia, vt omne. b.a.omne
K c.b.omne c.d.aliquod igitur.d.a.omne animal corpus,om
nis homo animal,aliquis homo eſt album, aliquod igi-
tur album corpus. Sunt & alij vnam habentes in ſecun-
da,alteram in tertia, vt nullum.b.a.omne c.a.omne.c.d.
aliquod.d.non eſt.b.nullus homo inanimatus, omnis la-
pis inanimatus, omnis lapis inſenſibilis, aliquis ergo la
pis non eſt homo.Poſſumus & omnes ſibiinuicem figu
ras miſcere, vt vna ſit in prima,altera in ſecunda,& alia
in tertia, puta omne.b.a.omne.c.b.nullum.d.a. omne.d.
e.aliquod igitur.e.non eſt.c. omne animal ſenſibile om-
nis homo animal,nullus lapis ſenſibile,omnis lapis cor-
pus,aliquod itaque corpus non eſt homo,quum itaq; ita
ſit, quod aliquando omnes concluſiones in vna ſint fi-
gura,aliquando vna in vna,alia in alia,debemus ita etiã
reſolutiones facere aliquando in vnam figuram,aliquan
do in plures, & quoniam ex ſuperioribus, manifeſtum
quæ concluſiones in quacunque concludantur figura,pla
num etiam in quam figuram facienda ſit reſolutio. { Et
L ex rationibus quæ ſunt in definitione. } Aliud theorema
tradit, quo facilem poterimus facere reſolutionem,ait.n.
fieri aliquando rationes aliquas, quibus deſtruimus defi
nitionem monſtrantes particulam aliquam definitionis
non ineſſe definito, oportet enim nõ ſolum totam ſimul
definitionem de definitio prædicari, ſed & quamcunque
ipſius partem per ſe, & propterea quũ aliqua inquit ra-
tione partem definitionis, non autem totam redargui-
mus definitionem, debemus tantum ponere in terminis
partem illam, ad quam fit redargutio, non autem ratio-
nem ac definitionem totam, accidit enim minus pertur-
bari condiſputantes a longitudine orationis, ſi enim totã
poneremus definitionem,nimis longa eſſet diſputatio no
ſtra & faſtidium pareret non mediocre, quemadmodũ
in exemplo, ſi quis definiret aquam dicens, aquam eſſe
humidum potabile,non debemus totam iſtam definitio
nem exponendo afferre, quoniam non deſtruimus om-
nes partes, ſed eam tantum in medium debemus adduce
re,quam perimere intendimus, ꝙ enim aqua ſit humidũ
planum eſt,ꝙ autem ſit potabile, hoc eſt quod in redar-
M gutionem venit, redarguitur autem inquit Alexander de
finitio, quando non poteſt idem eſſe definitioni & defini
to,& hoc eſt in ſecunda figura,aut econuerſo, quum nõ
poſſunt eidem ineſſe definitio & definitum,& hoc fit in
tertia figura. Plurimi loci alij ſunt ad deſtruendam defini
tionem, quos impræſentia connumerare ſuperuacaneũ,
ac de quibuscum diligentia pertractatur in ſexto topico
rum, ſed quæ faciunt ad faciliorem reſolutionem. Hæc
ſunt quæ diximus.

Quũ partem aliquã definitionis redarguimus non tota definitio ſed pars illa eſt in rõne ponenda.

Põt redargui definitio duobus modis ſm mẽ te Alex.

De ſyllogiſmorum Reſolutione ex his hi-
poteſi, ſiue ſuppoſitione.

A Mplius autem ex ſuppoſitione ſyllogiſmos non tentandum
reducere, non enim eſt ex poſitis reducere, namque nõ ſunt
oſtenſi per ſyllogiſmum, ſed per compoſitionem confeſſi omnes,
quemadmodum ſi ſupponens, ſi una quædam potentia non ſit cõ
trariorum, neque ſcientiam unam eſſe, poſtea diſputatũ ſit, quod N
non eſt una potentia contrariorum. ut ſi ſanabilis, & ægrotabi-
lis, ſimul enim idem erit ſanabile & ægrotabile, quod itaque nõ
eſt una omnium contrariorum potentia monſtratum eſt, quod au
tem ſcientia non eſt non fuit monſtratum, atqui confiteri neceſſa-
rium, ſed non ex ſyllogiſmo, uerum ex ſuppoſitione, hanc igitur
non eſt reducere, quod autem non una eſt potentia, ſic enim fortaſ
ſe & ſyllogiſmus eſſet, illud uero ſuppoſitio.



O

Quoniam ſuperius dixerat quicquid oſtenſiuo mon-
ſtratur ſyllogiſmo, poſſe idem & ſuppoſitorio monſtra
ri ratiocinio, non immerito aliquis ambigeret de ſuppoſi
toriorum ſyllogiſmorum reſolutione, an eodem pacto
reſoluerentur, quo oſtenſiui, ait itaque non eſſe tentan-
dam reſolutionem ſyllogiſmorum qui ſunt ex ſuppoſi-
tione, quoniam non concludunt ex poſitis, ſed ex ſuppo-
ſitis, quemadmodum a principio etiam dicebamus, ex
ſuppoſitis inquam, propterea ꝙ non oſtenduntur per ſyl
logiſmum, nam proprie ſyllogiſmus dicitur, qui eſt oſte-
ſiuus, ſed omnes ſunt confeſſi per compoſitionem, quo
niam componimus inter nos, ſi de vno aliquo monſtra
tum fuerit, quod de omnibus ſit manifeſtum, & hi pro
prie vocantur ex ſuppoſitione ſyllogiſmi, quemadmo- P
dum ſupra quoque expoſuimus, in hoc genus itaque ra
tiocinijs non eſt tentanda reſolutio in coniuncto, aut cõ-
tinuo, ſed in tranſumpto, fit enim ſyllogiſmus oſtenſiuus
ad tranſumptum, vt ſupra recitauimus, connexum vero
ex ſuppoſitione accipitur, aliquando tamen etiam mon-
ſtratur ſi ignotum extiterit, quemadmodum infra eluci-
dabimus. { Quemadmodum ſi ſupponens. } hoc eſt,
quemadmodum ſi quiſpiam volens monſtrare non eſſe
contrariorum ſcientiam vnam, & prius ex conceſſione
accipiat, ſi non eſt vna contrariorum potentia, quod
neque ſit ſcientia, vna deinde diſputet atque oſtenſiuo,
monſtret ſyllogiſmo non eſſe contrariorum potentiam
vnam, puta ſanabilis & ægrotabilis, quæ contraria eſ-
ſe ſupponuntur hunc in modum, ſanabilis & ægrotabi-
lis non eſt eadem potentia, ſanabile & ægrotabile ſunt
contraria, ergo contrariorum non eſt eadem potentia,
ſi enim ſanabile & ægrotabile haberent eandem poten-
tiam, eiuſdem eſſent effectiua, quod non videmus, hoc Q
autem eſt quod voluit, dum inquit, ſimul enim idem erit
ſanabile & ægrotabile, ac ſi diceret, ſanabile & ægrota-
bile haberent eundem effectum, monſtratum eſt, itaque
per ſyllogiſmum non eſſe vnam contrariorum poten-
tiam, quod autem eorundem non ſit una ſcientia, hoc nõ
fuit monſtratum, ſed ex ſuppoſitione acceptum, hanc
itaque orationem ex ſuppoſitione acceptam non licet re
ſoluere, ſed rationem monſtrantem non eſſe vnam, cõ
trariorum potentiam, poſſumus reſoluere, ſic enim for-
taſſe fieret ſyllogiſmus, fortaſſe dico, & quoniam ne-
que omne tranſumptum, per cathegoricum monſtra-
tur ſyllogiſmum, ſed aliquando, tanquam manife-
ſtum ponitur.

In ſyllogiſmis hyp. eſt tẽtãda reſolutio in trãſumpto non in cõtinuo

Conſimiliter autem & in iis qui per impoſſibile concludun-
tur, neque enim hos eſt reſoluere, ſed ad impoſſibile abductio-
nem eſt, ſyllogiſmo namque monſtratur, alterum uero non eſt,
ex ſuppoſitione enim concluditur, differunt autem a prædictis,
quoniam in illis quidem oportet præconfiteri, ſi debet aſſentiri,

A *quemadmodum ſi monſtrata fuerit una contrariorum potentia et ſcientiam eandem eſſe, hic autem & non præconfeßi concedunt, eo quòd manifeſtum eſt falſum, ueluti ſi poſita fuerit diameter cõmenſurabilis, imparia æqua eſſe paribus, multi uero & alij concluduntur ex ſuppoſitione, quos oportet conſiderare & notare pure quæ igitur ſint horum differentiæ, & quot modis ſit quod eſt ex ſuppoſitione, poſtea dicemus, nunc autem tantum ſit nobis manifeſtum, quod non eſt reſoluere tales ſyllogiſmos in figuras, & ob quam cauſam diximus.*

Eodem inquit pacto, quo faciebamus in ijs qui ex ſuppoſitione & conceſsione procedunt, faciendum etiã eſt in deducentibus ad impoſsibile, & ex hoc loco planũ, ꝙ per ſyllogiſmos ex ſuppoſitione nõ omnes intellexit hypotheticos, ſed eos tantum qui ex præconceſsione monB ſtrabant, non licet itaque deducentes ad incommodum reſoluere, hoc eſt connexum, quod in eis efficitur, ſed abductionem ad impoſsibile, hoc eſt ſyllogiſmum ad trãſumptum, fortaſſe valebimus reſoluere, ſyllogiſmo enim oſtenſiuo monſtratur. Vbi ſcias abductionem, veluti & ſupra diximus proprie nũcupari, quum ab vno quæſito in aliud ſit tranſitus, quod etiam in deductione ad incõmodum fieri videmus. Aliud etiam ex contextu notandum ꝙ ſolum oſtenſiuum ac cathegoricum vocat ſyllogiſmum, hypotheticos vero non ſyllogiſmos, ſed ex ſuppoſitione ſyllogiſmos, vtrum autem definitiõ ſyllogiſmi hypotheticis etiam conueniat inferius diſputabitur.

Abductio qd ſit ut ſupra.

Nota ſyllogiſmos hypotheticos nõ ſyllogiſ. mos ſed ex ſuppõne ſyllogiſmos vocari.

Tranſumptum itaque eſt, quod ſyllogiſmo conſtruitur, alterum vero hoc eſt concluſio primaria non monſtratur ſyllogiſmo oſtenſiuo, ſed ex ſuppoſitione & conditionali ratiocinio. { Differunt autem a prædictis. } hoc eſt differunt ſyllogiſmi ex præconfeſsione, & deducẽtes ad incommodum, quoniam in illis præcõfeſsione opus C eſt, niſi enim aliquis concedat, ſi vna ſit contrariorum potentia, & ſcientiam eandem eſſe, nihil ex neceſsitate ad propoſitum concludemus, in his autem deducẽtibus ad impoſsibile ſiue quis conceſſerit, ſiue non, omnino propoſitum concluditur, tum quia id ad quod ſit deductio, eſt falſum manifeſtum, tum vero quia ex duobus cõtradictorijs ſi vnum eſt falſum, alterũ ex neceſsitate eſt verum, veluti ſi ponatur diameter coſtæ commenſurabilis, ſequitur paria imparibus, æqualia eſſe, veluti ſupra deduximus, quod proculdubio eſt falſum, & ſi hoc falſum, falſum & illud ex quo ſequitur, quare ſuum contradictorium verum, hoc eſt diametrum non eſſe commenſurabilem. { Multi vero & alij. } id eſt ſunt & plerique alij hypothetici, quos oportet diligenter conſiderare ac notare, quemadmodum a maiori, a minori, a ſimili, a coniugatis, & conſimiles, vel magis qui per totum hypothetici nuncupantur, hic enim notandi ſunt, quoniam fortaſſe ſi diligenter inſpiciamus in tres prædictas reſoluentur figuras. { Quot igitur ſint. } hoc eſt modi ſint ſuppoD ſitoriorum ſyllogiſmorum, & quomodo inter ſe differant dicemus poſtea in ſecundo priorum, ac primo poſteriorum. Nullum enim compoſuiſſe librum alium dicitur de hypotheticis ſyllogiſmis, licet Theophraſtus atq; Eudemus tractatum de his fecerint in ſuis analyticis ac cõplures alij tam latini quam græci ſuper ijs ſermonem habuerint. Atque hæc hactenus digeſta ſufficiant primo de reſolutione ac partibus dialectices, deque reſolutionis ſpeciebus ac eiuſdem inuentore, hæc enim omnia ſuperius pertractauimus, addita etiam Albumazaris opinione ꝙ medij inuentio reſolutio quædam ſit deinceps de fallacijs circa reſolutionem agentes expoſuimus quomodo libri auſcultatorij hiſtoriæ vocentur, quodque oportet neceſſario ſequi & ſyllogiſticæ ſequi non conuertuntur, quæ ſint rationes nuncupatæ inartificioſe concludentes, quomodo verum ſit intelligibilem Ariſtomenem ſemper eſſe, quidque ſit fallacia, quam Stoici vocant .ὑπὸ τὸ. quid ſit eo ꝙ pene, quomodo Sorites fiat, quomodo græce dicãtur concretum & abſtractũ, quod falſum ſit in mixtione neceſſarij & inexiſtentis minorem oportere eſſe inexiſtẽtem ſimpliciter, hoc eſt in materia neceſſaria, quid ſint

Nota ꝙ ſint alij ſyllogiſmi hypo.

Theoph. & Eudemus tractatũ de ſyllogiſmis hypoth. fecerunt, ſed nõ Ariſt.

anguli recti, quid anguli æquales, quomodo demonſtretur triangulum omnẽ habere tres angulos æquales duobus rectis, deinceps ſoluta perpulchra Philoponi dubitatione circa contextum, reddita inſuper ratione, cur medius terminus genus nũcupetur, poſtea enarrauimus qd tempora, quid tempus, cur rectus vocatio dicatur, ſoluta ſubinde alia Philoponi queſtione, recitatis ibidẽ quãplurimis opinionibus ſuper numero prædicamentorum. Deinceps agentes de reduplicatiuis diximus quid reduplicatio, quodque contextus latinus ad græci ſimilitudinem ambiguus transferendus erat, qui ſupra prædicatum, ꝙ falſum ſit, quod Iuniores dicunt, reduplicationem minoris ſupra medium fieri, ꝙ in ſecunda non fiat reduplicatiuus ſyllogiſmus. ꝙ vere reduplicatiua nulla ſit negatiua, quomodo reduplicatiuæ conuertantur, quid ſit quod ens quid ipſum ens, quodque a ſeinuicem non parum differant, refutatis ibidem Simplicij atque Adraſti opinionibus, quomodo articulus in orationibus diuerſitatem faciat, quid ſit apud hebreos he cognitionis, quid propoſitiones ſecundum aſſumptionem, quid ſint κατὰ πρόσληψιν, & conſecutiuæ rationes, quomodo ſenſus ſit ſcientiæ cauſa, quid expoſitio, quomodo compoſiti ſyllogiſmi varientur ſecundum figurarum diuerſitatem, ac demũ qui proprie ex ſuppoſitione ſyllogiſmi nuncupentur. His itaque tranſactis agendum erit deinceps de mutua ſyllogiſmorum reſolutione.

E

F

De mutua ſyllogiſmorum reſolutione.

Quæcunque uero problema tum in pluribus mõſtrantur figuris, ſi in altera ratiocinatum fuerit, eſt reducere ſyllogiſmum in alteram. quemadmodum priuatiuum qui eſt in prima, in ſecũdam, & eum, qui eſt in media in primam, non omnes autem, ſed quoſdam: manifeſtum uero erit in ſequentibus. Si enim a nulli b: b autem omni c, a nulli. c. ſic igitur prima figura. Sin autem priuatiua conuerſa fuerit, media erit, nam b nulli a, omni uero c ineſt. Conſimiliter autem & ſi non uniuerſaliter, ſed in parte ſyllogiſmus ſit. quemadmodum ſi a nulli b: b uero alicui c: conuerſo enim priuatiuo medio erit figura. G



Bine coniugationes in prima figura, quæ per cõuerſionẽ maioris reducũtur ad ſecundam.

H

Syllogiſmorũ uero, qui in ſecunda, uniuerſales quidẽ reducẽtur in primã, eorum autẽ qui in parte alter ſolus. ſit enim a, b quidem nulli, c uero omni inexiſtens. Conuerſo igitur priuatiuo prima erit figura, nã b nulli a: a uero omni c inerit. Si uero prædicatiuũ ſit ad. b. priuatiuum autẽ ad c. primum terminũ po-

I *nendum . c. hoc enim nulli. a. a. uero omni. b. quare. c. nulli. b. & b. igitur nulli. c. namque conuertitur priuatiuum. Si autem in parte ſyllogiſmus, quando priuatiuum quidem ſit ad maius extremum, reducetur ad primam, quemadmodum ſi a nulli b : c uero alicui, conuerſo enim priuatiuo prima erit figura : nam b nulli a: a uero alicui c: ſed quum prædicatiuum, non reſoluetur, ueluti ſi a b quidem omni: c uero non omni, neque enim ſuſcepit conuerſionem. a. b. neque facta, erit ſyllogiſmus.*

Tres coniugationes in ſecunda figura quæ reducũtur ad primam ſine cõuerſione, ſed præmiſſarũ tranſpõne.

K

Rurſus qui in tertia figura, non omnes reſoluentur in primam, qui uero in prima, omnes in tertiam : inſit enim a omni b : b autem alicui c: ergo quoniam conuertitur & prædicatiuum in parte, inerit c alicui b, a. uero omni inerat: quare efficitur tertia figura : & ſi priuatiuus ſyllogiſmus ſit, conſimiliter : conuertitur enim prædicatiuum in parte : quare. a. nulli. b : c. uero alicui inerit.

L

Binæ cõiugationes primæ figuræ quæ reducuntur ad tertiã minoris cõuerſione.

M



Syllogiſmorum autem qui in ultim figura : unus ſolus non reſoluitur in primam. quando priuatiuum fuerit non uniuerſaliter poſitum: alij uero omnes reſoluuntur prædicentur nãque a & b, de omni c : igitur c conuertetur in parte ad utrumque, ineſt ergo alicui b : quare erit prima figura : ſi a quidem omni c: c uero alicui eorum, quæ b : & ſi a quidem omni c b autem alicui, eadem ratio, conuertitur enim c ad b. Si uero b omni c; a autem alicui. c. primum terminum ponendum b : b namque omni c: c. uero alicui. a. ſed quoniam conuertitur quod in parte & . a. alicui b. inerit.

N

Tres cõiugationes aſſirmatiuæ tertiæ figuræ quæ reducũtur ad primã ſine conuerſione, ſed præmiſſarũ tranſpoſitione.

O

Et ſi priuatiuus ſyllogiſmus terminis exiſtentibus uniuerſaliter ſimiliter accipiendum. inſit enim b omni c : a uero nulli, ergo alicui b inerit c: a autem nulli c. quare erit medium c. Cõſimiliter autem & ſi priuatiuum quidem uniuerſaliter: prædicatiuũ uero in parte : namq; a nulli c: c uero alicui eorum, quæ b inerit.

P

Binæ cõiugationes negatiuæ tertiæ figuræ quæ ad primã reducũtur minoris cõuerſione.



Quod ſi in parte acceptum fuerit priuatiuum, non erit reſolutio. quemadmodum ſi b omni c: a uero alicui non inſit. Conuerſo enim b c, utræque propoſitiones erunt ſecundum partem. Planũ autem & quòd ad reſoluendas figuras in ſeinuicem propoſitio, quæ ad minus extremum conuertenda in utriſque figuris : hac enim tranſpoſita, tranſitio efficiebatur. Q



Hæc nõ reducitur ad primam quia ambæ eſſent particulares ſed mõſtratur per impoſſibile.

Eorum

A *Eorum uero qui in media figura, alter quidem reſoluitur, alter autem non reſoluitur in tertiam. quando enim, quod uniuerſale priuatiuum ſit, reſoluitur. Si enim. a. nulli. b: c. uero alicui: utraq; ſimiliter cõuertuntur ad. a: quare. b. quidem nulli. a: c. autem alicui: medium igitur. a.*



Coniugatio hęc in ſcda figura reducitur ad tertiã minoris cõuerſione

B

Sed quando. a. omni. b: ipſi uero. c. alicui non inſit, non erit reſolutio: neutra enim propoſitionum ex conuerſione uniuerſalis.



Hęc in ſcda nõ reducit, ad tertiã qa ambæ eius pticulares, ſed p ĩpoſſe mõſtratur.

C

Et qui ex tertia figura reſoluentur in mediam: quando priuatiuum ſit uniuerſale. quemadmodum ſi. a. nulli. c. ipſum autem. b. alicui aut omni: nãq; et. c. a. quidẽ nulli, ipſi uero. b. alicui inerit.



Binæ coniugationes in tertia, q̃ reducũtur ad ſecũdã ambarũ ꝓpõnũ conuerſione.

D

Quod ſi in parte ſit priuatiuum, non reſoluetur; non enim ſuſcipit conuerſionem negatiuum in parte.



Hęc 3 tertia nõ reducit ad ſecundã qa ſibe rẽtur negatiuæ, ſed p ĩpoſſe mõſtratur.

Manifeſtum igitur quòd ijdem ſyllogiſmi nõ reſoluuntur in his figuris, qui neque in primam reſoluebantur. & quòd quum ſyllogiſmi in primam reducantur figuram, iſti ſoli per impoßibile concluduntur: quomodo igitur oportet ſyllogiſmos reducere: & quòd reſoluuntur figuræ in ſeinuicem, planum ex dictis. E

QVOD ſuperius dixerat nunc exponit: ſupra enim cum ſecti huius intentionẽ proponeret inquit, accidet autem ſimul & prius dicta confirmari & planiora eſſe: hoc itaq; in præſentia declarat: ſi nãq; ſciuerimus quomodo ſyllogiſmi ad ſeinuicem reducantur: cognoſcemus etiam quo pacto vnaquæq; duarum figurarum a prima deriuetur. Cæterum quo propoſiti ſenſus atq; ordo planior ſit, altius aliquantiſper exordietur inquiens. Problematũ alia eius eſſe generũ, vt in vna tantum concludantur figura, quemadmodũ vniuerſaliter affirmatiuũ, alia in binis, veluti negatiuũ itidem vniuerſale & affirmatiuũ in parte, alia in tribus, ceu negatiuum in parte, ait itaque: ſi problema aliquod in pluribus concludatur figuris, ꝙ poſſumus mutuam reſolutionem facere, quẽadmodum negatiuum in prima vniuerſaliter aut in parte poſſumus ad ſecundã traducere & retrouerſum: non autem de omnibus hoc verum eſt, ſed de quibuſdam, monſtrabitur nãq; in ſequentibus ꝙ quartus ſecundæ & quintus tertiæ nullo pacto per conuerſionem ad primam reſoluuntur, reliqui vero omnes reſolui poſſunt, veluti in exemplo: nullum, b, a: omne, c, b: nullũ, c, a, minore nãq; conuerſa fit media figura: puta, nullum, a, b: omne, c, b: nullum, c, a. Conſimiliter & de complicationibus in parte dicendum erit: nam ſemper maiore conuerſa ex prima in ſecundã deſcendimus figuram, veluti in exemplo perſpicuũ. Vniuerſales autem ſecundæ omnes in primam reducantur ſemper negatiua cõuerſa. Ex particularibus vero alter ſolus reſolui poteſt: puta is, qui maiorem habet vniuerſaliter negatiuam cum minore affirmatiua in parte: alter autem hoc eſt quartus in ordine minime reſolui poteſt, veluti perſpicuũ eſt, vtra libet enim conuerſa inutilis erigitur coniugatio. { Si vero prædicatiuũ ſit ad, b. } hoc eſt ſi maior ſit affirmatiua & vniuerſalis ſubaudias & minor negatiua itidẽ vniuerſaliter, debemus ponere, c, primũ terminum: hoc eſt minor extremitas pro maiore accipienda eſt ac propõnes tranſponendæ ita, vt quæ maior erat minor efficiatur, & ecõuerſo, puta in exemplo, ſit ſyllogiſmus in ſecunda figura iſte: omne, b, a, nullum, c, a, igitur nullum, c, b, his ita diſpoſitis minor in maioris locum cedere debet, & maior in minoris, quo facto primus ſecundæ modus cõſtruitur: cuius ſi maiorem terminis conuertas primã figuram efficies, hoc pacto, nullum, a, c, omne, b, a, nullũ itaque, b, c, & ex conſequenti: nullum, c, b, vniuerſalis nãq; negatiua in ſeipſam conuertitur, vt planum eſt. { Sin autem in parte. } Si vero inquit ſyllogiſmus particularis ſit ex maiore vniuerſaliter negatiua cum minore affirmatiua in parte, H maiore in ſeipſam conuerſa in primã reſoluetur figuram: ſin autem maior affirmatiua vniuerſaliter exiſtat cum minore negatiua in parte nõ poteſt ad primã reſolui. { Neq; enim ſuſcipit conuerſionẽ, a, b, hoc eſt maior dicens: omne, b, a, non conuertitur, hoc autẽ dicit, non quia penitus non conuertatur vniuerſalis affirmatiua, ſed quia non cõuertitur in ſeipſam, quæ enim in ſeipſas cõuertuntur, proprie conuerti dicuntur. { Neque facta. } hoc eſt neque ſi cõuertatur vniuerſalis in particularẽ fiet propter hoc ſyllogiſmus: erunt enim ambæ particulares, ex quibus vt ſupra retulimus ſyllogiſtice nihil ſequitur, vel melius, neque ſi fiat conuerſio vniuerſalis affirmatiuæ in ſeipſam, propterea fiet ſyllogiſmus, erit enim ſyllogiſmus in prima cũ minore negatiua, quod ſupra ſatis refutauimus. { Rurſus qui in tertia. } tertiæ inquit figuræ ſyllogiſmi non omnes reſoluuntur in primam: propterea ꝙ quintus ex maiore negatiua in parte cũ minore vniuerſaliter affirmatiua ad primã per cõuerſionem reſolui non poteſt. } Qui vero in prima. } nõ hoc dicit, ꝙ omnes ſimpliciter qui in prima ad tertiam reſoluantur, ſed ꝙ omnes illi primæ figuræ, quicunq; habent problema demonſtratũ in tertia, hi omnes ad tertiam per conuerſionem reſoluantur, ꝙ autẽ hoc

Cõditio q̃o q̃ dicta ſunt ꝗ reſolone cõſerũt ad ea q̃ de tribus figuris dicta ſunt.

Diuiſio ꝓblematũ ſecũdum tres figuras.

F

Si ꝓblema aliqđ in tribus concludatur, põt mutua reſolutio fieri.

Qõ ſyll. ſecũdæ reducãtur in primam.

G

Cõuerſio ꝓpõnis in ſeipſas ꝓprie cõuerſio dr.

Nõ omnes ſyll. tertiæ in primã reducuntur p cõuerſionẽ.

I Ita ſit, monſtrant exempla in cõtextu poſita. { Quare, a, nulli, b. } hoc eſt ſi faciamus in prima ſyllogiſmũ hoc pacto: nullum, b, a, aliquod, c, b, aliquod, c, non eſt, a, minore conuerſa fiet tertia figura in hũc modum, nullum, b, a, aliquod, b, c, aliquod igitur, c, nõ eſt, a, a. enim de nullo, b, prædicatur, c, vero de aliquo, b. { Syllogiſmorũ autẽ qui in vltima figura. } poſteaquã reſoluit eos qui in prima in tertiam: nunc cõuerſum facit reſoluens eos qui in tertia in primã. { Igitur, c, conuertitur in parte ad vtrũq;. } hoc eſt quoniã vtræq; propoſitiones exiſtentes vniuerſaliter affirmatiuæ conuertuntur in particulares, poterimus vtrauis conuerſa ſyllogiſmũ reſoluere ad primã, quemadmodum ſupra etiam expoſuimus ex ſententia Alexãdri. { Et ſi, a, quidem omni, c. } hoc eſt ſi etiam ſyllogiſmũ conſtruxeris in tertia dicens, omne, c, a, omne, c, b, eadem erit ratio ad concludendũ aliquod, b, eſſe, a: nãq;, c, conuertitur ad, b, id eſt minore conuerſa prima redit figura. { Si vero b, omni, c. } hoc eſt ſi maior ſit affirmatiua in parte cũ minore vniuerſaliter itidem affirmatiua mutandus erit ordo
K propoſitionũ, & maior in ſeipſam conuertenda, vt primã conſtruamus figurã concludentes non quæſitum propoſitum: puta, aliquod, b, a, ſed hoc conuertentem, puta, aliquod, a b, quoniam autem particularis in ſeipſam conuertitur, cõcludemus etiam in potentia aliquod, b, eſſe. a. { Et ſi priuatiuus. } Conſimiliter inquit ſi negatiuus ſit ſyllogiſmus ex conuerſione minoris in primã reſoluetur figuram: ſiue ambæ vniuerſales extiterint propoſitiones ſiue maior vniuerſaliter negatiua cum minore affirmatiua in parte. { Quod ſi in parte. } hoc eſt ſi maior quæ negatiua eſt. accepta fuerit in parte cum minore vniuerſaliter affirmatiua nõ fiet ad primã reſolutio: minore nãq; conuerſa ambæ efficiũtur ſecundũ partẽ, ex quibus vt planum eſt, nihil ſyllogiſtice ſequitur. Planũ autẽ ꝙ ad reſoluendas ſiguras. } de prima ac tertia hoc tradit, de his enim ꝓxime ſermonẽ ſe- erat ac ſi diceret, manifeſtũ ſi primã in tertiam aut ecõuerſo reſoluere propoſitũ fuerit, ꝙ ſemper minor cõuertenda quẽadmodum enim ſupra plerunq; diximus, ſecunda figura ex maioris conuerſione, tertia ex minoris
L a prima deducebatur. { Eorum vero qui in media. } Poſteaquã enarrauit qũo primæ ſyllogiſmi reſoluantur in ſecundam & tertiam figuras, & econuerſo, quod vltimũ ſupererat nunc exponit qũo ſyllogiſmi ſecundæ in tertiã deriuari ac reſolui poſſint, & inquit ꝙ ex particularibus ſecundæ alter tantũ in tertium reſoluitur qui videlicet maiorem habet vniuerſaliter negatiuã cum minore affirmatiua in parte, puta, nullũ, b, a, aliquod, c, a, aliquod, c, non eſt, b, vtriſq; enim in ſeipſas conuerſis tertia cõſtruitur figura: puta, nullũ, a, b, aliquod, a, c, aliquod, c, non, eſt. b, ſi itaq; maiorem conuertas ex prima ſecundã efficies figuram, ſi minorẽ ex prima tertiam, ſi vtrãq; ex ſecunda tertiam. { Sed qñ, a, omni, b. } hoc eſt quartus ſecundæ in tertiam minime reſolui poteſt, cõuerſa enim maiore ambæ propõnes efficiuntur in parte. { Et qui ex tertia figura. }
M nunc docet qũo tertiæ figuræ ſyllogiſmi poſſint ad ſecũdam reſolui inquiens oẽs eos reſolui poſſe qui negatiuam propõnem re ineant vniuerſalẽ, quẽadmodũ ſecundus ac ſextus, qui vero eandem particularẽ habeat, minime reſolui poteſt, propterea ꝙ negatiua in parte conuerti minime poteſt. { Manifeſtũ igitur. } planũ inquit ꝙ omnes illi ſyllogiſmi ſecundæ in tertiam reſoluuntur, & econuerſo, qui etiam in primã reſolui poterant, & ad hæc ꝙ omnes reſoluũtur præter hos duos tantũ quartũ ſecundæ ac quintum tertiæ, qui ſoli per impoſſibile concluduntur: hoc eſt qui ſoli tantum per impoſſibile monſtrari poſſunt: licet enim & alij deductione ad incõmodũ monſtrantur, poſſunt tamen & alia oſtendi methodo, puta per conuerſionem. { Quomodo igitur. } cõcludit quæ ſupra dixit, qũo ſyllogiſmi figurarum omnium reſolui poſſint inter ſe.

Qũo ſyll. ſecũdæ in tertiam reſolui poſſint.

De ſyllogiſmis ex propoſitionibus infinitis & priuatiuis: ac ipſarum, & ſimplicium conſequentijs.

Differt autem aliq; id in conſtruendo ac deſtruendo exiſtimare aut idem aut diuerſum ſignificare non eſſe hoc, & eſſe non hoc, quemadmodum non eſſe album & eſſe non album: neq; enim idem ſignificant: neque eſt negatio eius, quod eſt eſſe albũ, hoc quod eſt, eſſe non album, ſed non eſſe album. Hæc autem huius ratio: namque ſimiliter ſe habet poteſt ambulare & poteſt non ambulare ei, quod eſt, eſt album ad hoc, quod eſt, eſt non album, & ſcit bonum ad ſcit non bonum: nam ſcit bonum, aut eſt ſciens bonum nihil differt, neque poteſt ambulare, aut eſt potens ambulare: quare & oppoſita non poteſt ambulare, non eſt potens ambulare. N

Quoniam plerunq; in reſoluẽdo decipimur exiſtimantes infinitas propõnes: quas ἀορίστους vocabat Theophraſtus, a negatiuis nihil differre, & ob hoc incidimus in alterum duorũ errorũ, aut vt credamus rationem aliquã ſyllogiſticam eſſe, quæ tamen ſyllogiſtica non eſt: puta ſi ex ambabus infinitis ratiocinaremur in ſecunda figura, aut ex vtriſq; negatiuis in qualibet figurarũ, vel vt exiſtimemus rationẽ aliquã quæ vere eſt ſyllogiſtica, non eſſe ſyllogiſmũ, quonĩ vtrunq; falſum exiſtit. veluti in exẽplo, ſi ex vtriſq; infinitis ratiocinium cõplicaremus in prima figura, vt in poſterioribus, quod non ſcintillat prope eſt, planetæ non ſcintillat: planetæ igitur prope ſunt. propter hæc itaq; vult Ariſtoteles in præſentia monſtrare nõ parum a ſeinuicem differre infinitã propoſitionẽ & negatiuam, & vt prædictos errores euitemus, & vt faciliorem reſolutionem facere poſſimus, quẽadmodum enim Alulidus Roſadis optime dicit & ſupra etiã pro parte declarauimus negatio faciens propoſitionẽ infinitam, pars eſt illius propoſitionis: negatio autem faciens negatiuam non eſt pars illius, ſed extrinſecus additur, vnde & in termini finitione dicebamus, appoſito aut diuiſo eſſe vel nõ eſſe: quare non immerito hoc in loco Philoſophus longo ſermone monſtrat propõnes iſtas differre, imo quod amplius habere inter ſe ordinem ac cõſequentiam ſimplices propõnes & ex tranſpoſitione. Quod igitur iſtius ꝓpoſitionis quæ dicit, eſt album, non ſit hæc negatio, eſt nõ album, monſtrat ex analogia & proportione, quã habẽt ad modales, de quibus multa pertractata fuere in libro de interpretatione. arguit igitur hoc pacto, quẽadmodum ſe habet eſt albũ ad eſt non album, ita poteſt ambulare ad poteſt non ambulare, nã modus propoſitioni appoſitus æquiualet verbo ſubſtantiuo. Ruſus, quẽadmodũ ſe habet, eſt album ad eſt non albũ, ſic ſe habet ſcit bonum ad ſcit non bonũ, ſed poteſt ambulare & poteſt non ambulare, vel ſcit bonum, & ſcit non bonũ nõ ſunt oppoſita, cum de eodem ſimul vere proferri valeant, ergo neq; eſt album & eſt non album erunt oppoſita. Sit puta. a. eſſe album. b. eſſe non album. c. poteſt ambulare, d. poteſt non ambulare, tunc ita, ſicut ſe habet. a. ad. b, ita ſe habet. c. ad d, ſed c. &. d. non ſunt oppoſita, ergo neq;. a. &. b. ꝙ autẽ ſimiliter ſe habeant monſtrat Ariſtoteles dicens ſcit bonũ & eſt ſciens bonum idem ſignificare, & poteſt ambulare & eſt poteſt ambulare ꝙ autem, c, & d, non ſint oppoſita monſtrat euidenti ratione, nãq; poſſunt eidem ineſſe, idem enim poteſt ambulare & non ambulare, fieri autẽ nequit vt idem in eodem tempore bina ſuſcipiat oppoſita, non eſt itaq;, b, eſt non album, negatio ipſius, a, eſt album, ac ſi rationem faceret in ſecunda figura hoc pacto, oppoſita nõ inſunt eidem, iſta inſunt idem, iſta igitur nõ ſunt oppoſita. { In conſtruendo ac deſtruendo. } hoc eſt ſiue affirmatiuũ, ſiue negatiuam faciamus ſyllogiſmum. { Hæc autẽ huius ratio. } id eſt cauſa ac demõſtratio, qđ autem hic ratio tranſtulimus, In codice græco erat λόγος, & propterea nõ mirũ ſi in definitione ſyllogiſmi rõnem diximus & non orationẽ, verũ de his ſupra ad ſatietatẽ. { Nam ſcit bonũ. } ne forte quiſpiam exiſtimaret fallaciã fieri in hac proportione, propterea ꝙ in huiuſcemodi ꝓpoſitionibus non apponeretur verbũ ſubſtãtiæ, ideo inquit non differt inter ſe, ſcit bonum & eſt ſciens.

Not. errores q̃ ſcidere põt putãdo ꝓpõnes trãſpoſitas eſſe negatiuas.

O

Negõ faciẽs ꝓpõnẽ infinitã eſt eius ps, ſed nõ q̃ facit negatiuam.

Quod negatiua huius eſt albũ nõ ſit illa, eſt non album.

P

Modus propõni appoſitus æquiualet verbo ſubſtãtiuo.

Q

Si igitur non eſt potens ambulare idem ſignificat & eſt potens non ambulare, aut haud ambulare, eadem utique ſimul eidem inerunt: idem enim poteſt & ambulare & non ambulare,

&

A *& eſt conſultus boni & non boni: dictio autem & negatio oppoſitæ nō inſunt ſimul eidem: quemadmodum igitur non eſt idē, non ſcire bonum & ſcire non bonum: neque eſſe non bonum & nō eſſe bonum idem. Eorum enim quæ proportionem habent inter ſe, ſi altera ſint diuerſa & altera, neque eſſe non æquale, & non eſſe æquale: illi enim ſubijcitur aliquid exiſtenti non æquali, & hoc eſt inæquale: huic uero nihil: quocirca æquale quidem aut inæquale non omne: æquale autem aut non æquale omne.*

Non tanquam quod ſibi videatur, hoc dicit, ſed tanq; quod ex ſuppoſitione ſequatur: ſi enim potens nō ambulare negat hanc, eſt potens ambulare, huius autem negatio eſt & hæc, non eſt potens ambulare, idem ergo ſignificabunt eſt potens non ambulare & nō eſt potens ambulare, eiuſdem nāq; vtraq; negationes ſunt. { Aut non ambulare. } obſcuritatem non mediocrem retinet contextus iſte propter ordinem inuerſum. eſt tamen ſeries ac ſenſus

Not. diffi cultatē huius textus.

B contextus hic. Poſteaquā Philoſophus docuit nihil differre ſcit bonum & eſt ſciens bonum, ac poteſt ambulare & eſt potens ambulare, & deinceps interpoſuit ꝙ & in oppoſitis negationibus ſimiliter ſe habet non poteſt ambulare, & non eſt potens ambulare, ad alterā propoſitionē tranſiuit quæ erat in analogia dicentem poteſt nō ambulare, inquiens hāc quoq; idem valere, quod eſt, eſt potens non ambulare. ipſe vero abſolute protulit abſq; eo ꝙ adderet, poteſt, ſic itaq; contextus dirigendus erit, nam ſcit bonum aut eſt ſciens bonum nihil differt, neq; poteſt ambulare, aut eſt potens ambulare, quare & oppoſita non poteſt ambulare, non eſt potens ambulare, aut nō ambulare, deinde ratio inchoanda hunc in modum, Si igitur nō eſt potens ambulare idem ſignificat, & eſt potens nō ambulare, eadē vtiq; ſimul eidem inerunt. Præpoſterus itaq; ordo iſte lectionis non mediocrem obſcuritatem in contextu cauſauit, quod ideo mea ſententia factum eſt, vt ſolitam obſeruaret breuitatē: ſi enim hoc, quod eſt non am

C bulare ſupra poſuiſſet, bis idem dicendū fuiſſet, & paulo antea, poteſt ambulare, aut eſt potens ambulare, quēadmodū etiam nos ordinauimus, et hoc in loco vbi inquit, ſi igitur nō eſt potens ambulare idem ſignificat & eſt potens non ambulare: ac ſi diceret, ſi igitur nō eſt potens ambulare & eſt potens non ambulare, aut etiam alia affirmatio ex tranſpoſitione eſt nō potens ambulare idem ſignificāt, eadem vtique ſimul eidem inerunt, & propterea cur tam ac mancā orationem ſuam fecit non addens verbum poteſt aut eſt potens, vt vtriq; accōmodari poſſet. { Dictio autem & negatio. } hoc eſt contradictoriæ oppoſita non poſſunt & vni & eidem ineſſe ſecundū idem & in eodē tempore. { Quemadmodū igitur. } ſenſus eſt, ſi igitur veluti monſtrauimus non ſcire bonum & ſcire non bonum proportionē atq; analogiam habent ad eſſe non bonū & non eſſe bonū, & illa non ſunt eadem: ergo neq; hæc erunt eadem, quod fuerat monſtrādum: eorum

D enim quæ ad ſeinuicem proportionē habent, ſi altera ſint altera, hoc eſt ſi duo ſint diuerſa & altera, id eſt alia duo diuerſa etiam a ſeinuicem erunt, quēadmodū in exemplo ſi diceremus, ſicut ſe habet, a, ad, b: ita ſe habet, c, ad, d: ſed a, & b, non ſunt eadem, ergo neq; c, & d, eadem erunt. { Neque eſſe non æquale. } Poſteaquam monſtrauit per analogiam non eſſe idem eſſe non bonū & non eſſe bonum: nunc et manifeſtius exemplū addit inquiens nō eſſe idem eſſe non æquale & non eſſe æquale, qui enim dicit non æquale, aliquid eſſe dicit & prædicat eſſe de aliquo, dicens nāq;, eſt non æquale, eſt quidem de ſubiecto affirmat, ſeparat autem ab ipſo æquale, & ideo non poſſemus de nullo modo exiſtente prædicare non æquale, quēadmodū de nō exiſtente legitime diceremus nō eſt æquale, affirmatio nāq; & negatio in omnibus diuidunt verū ac falſum, vt in libro de interpretatione diſputatum eſt. Et propterea perperam dicunt qui nomen infinitum tam de ente q; de non ente prædicari aſſerunt, ſi enim hoc ita foret, nō differret oppoſitio propoſitionis infinitæ ab oppoſitione contradictoria: quod per abſurdū ac contra ea quæ hoc in loco tradit philoſophus, nam inquit, illi enim

Nota cōtra nos q dicūt nomē infinitū tā de nō ente quā de ēte pdicari.

ſubiacet aliquid, & reliqua. Præterea nulla affirmatio de non ente aſtrui poteſt, ſed cum dico eſt non æquale affirmationem aſtruo: igitur non dicitur de penitus non ente. E

Quòd ſi obijcias quæ diſputat Ariſtoteles in libro de interpretatione inquiens de verbo infinito ꝙ ſimiliter eſt in quolibet & quod eſt & quod non eſt. Reſpondeo verbum infinitum ob id de ente ac nō ente prædicari, quoniā nihil differat in propoſitione a verbo negato: verbū nāq; infinitum in propoſitione non eſt tantū infinitum, ſed negatiuo æquiualet: negatio enim ſupra verbum quomodocūq; cadens eius naturam perimit, quæ eſt coniungere prædicatum cum ſubiecto, & ideo ſi verbo coniungenti terminos ppoſitiones quomodocunq; negatio addatur, disiungetur a ſubiecto prædicatū, quod idem eſt, ac ſi negationem faceremus. Vtrum autem extra orationē detur

Obiectio a verbo infinito. Solo ꝙ verbū infinitū in ōrone nō differt a negatiuo.

F verbum infinitum tantum, quod a verbo negatio differat, & an omnis terminus infinitus fieri poſſit; hæc alterius ſunt ſpeculationis: ſufficiat in præſentia noſſe verbū infinitum in orationē negatiuo æquiualere, & propterea prædicari tam de ente quā de non ente, quod de nomine nefas dicere: nomen enim ſiue in oratione, ſiue extra orationem ſemper remanet infinitū. { Et hoc eſt inæquale. } non hoc dicit, ꝙ æquale & inæquale ſint idem, ſed quod inæquale ſubiacet nō æquali & in minus ſe habet: inæquale nāq; de exiſtentibus tantum prædicatur neq; de omnibus, ſed de quantis: nō enim cōmode diceremus Deū aut intelligentias inæquales eſſe, quoniam nullius quantitatis participes ſunt: non æquale vero infinitum non ſolum de quantis prædicatur, ſed de entibus omnibus, vnde de Deo recte diceremus ipſum eſſe non æqualem, de nō entibus vero nullo pacto dicitur, quod accidit in negatiua propoſitione: cum enim dico non eſt æquale tam entia quā non entia intelligo. Priuatiuum itaq; nomen de ſolis habētibus habitudinem ad formam poſitiui prædicatur: infinitum vero de ſolis entibus, negatiuum autem tam de entibus quam non entibus. G

Hoc dictū a noīe infinito & natiuus cōſiderādū.

Not. drīam inter nomē priuatiuum infinitū & negatiuum.

Amplius: eſt non album lignum, & non eſt album lignum, non ſimul ſunt: ſi enim eſt lignum non album, erit lignum, quod autem non eſt album lignum, non neceſſe lignum eſſe: quare manifeſtū quòd nō eſt eius, quod eſt, eſt bonum negatio eſt nō bonū. Si itaque de omni uno aut dictio aut negatio uera: ſi non eſt negatio, planum quòd affirmatio quodammodo eſſe poſſet: affirmationis uero omnis negatio eſt, & huius igitur non eſt nō bonum.

Inquit Philoponus hoc eſſe aliud exemplū & planius ac dilucidius. Propterea ꝙ ſuperius dicebat, eſt bonū, eſt non bonū, non etiam addens, quid illud eſſet, quod eſt nō bonum: nunc autem manifeſtius dixit ponens non ſolum prædicatum, ſed etiam ſubiectum, ita ꝙ ex ſententiā Philoponi, cum dicimus, eſt lignum non album, dictio illa lignum ſubiectum facit, non album vero prædicatum.

Expoſitio Philoponi. Expō propria auctoris.

H Ego autem aliter dixerim cum bona tanti viri venia, ꝙ totum illud lignum nō album in partem cedit prædicati, vt ſenſus ſit, ꝙ poſteaquā monſtrauit non conuerti propoſitiones negatiuas & infinitas: in quibus totum prædicatum eſt infinitū: nunc etiam monſtrat eaſdem non conuerti, vbi non totum, ſed pars prædicati tantum ſit infinita, quodq; hoc ita intelligendū ſignificauit, cum inquit: ſi enim eſt lignum non album erit lignū, quod autem nō eſt album lignum, non neceſſe eſt lignum eſſe. { Quare manifeſtum. } cōcluſionem adducit, ob quā ſupra dicta exēpla omnia allata ſunt. { Si itaq; de omni vno. } Poſteaq; monſtrauit propoſitiones quæ dicuntur ex tranſpoſitione affirmationes eſſe non negationes, cum omne inquit quod de aliquo dicitur, aut affirmatio ſit, aut negatio, & hæ propoſitiones non ſint negationes, erunt igitur affirmationes, ſed omnis affirmationis eſt negatio, quare & huius eſt non bonum negatio ſua erit, non eſt non bonū, dixit autem quodāmodo, quoniam nō ita veræ affirmationes ſunt, vt hæ quæ ſimplices nuncupantur. Sed dubitat Alexander circa prædicta. Ariſtoteles nāq; ſemper dum cōtradictoria facit, negationē verbo applicat, puta, Socrates eſt albus, Socrates nō ē albus, ſunt vero inquit

Dubiū Alexādri circa dicta de cōtradictione aſſignāda p negonē ꝑpoſitā verbo.

I nõnulli, quibus videtur q neq; ſic accipiatur negatio, dicunt enim negationem non ſolũ ponendam eſſe ante verbum, ſed ante totam affirmationẽ, inquiunt enim duplex eſſe non ambulare, calliam: aliquando cum toti enunciationi apponitur negatio, & ita propriam fieri negationẽ, aliquando cum ſoli huic verbo ambulare, & tunc affirmationem eſſe, non negationem, vt callias non ambulat. Hoc autem arguunt eo q nonnunquã poſſunt ſimul eſſe falſæ: callias ambulat, & callias non ambulat: callia enim non exiſtente, non minus hæc eſt falſa, callias non ambulat, quã hæc, callias ambulat: nãq; in vtraſque præſupponitur calliam eſſe: huic autem ineſſe aut ambulare aut nõ ambulare, ſed iſta, nõ callias ambulat nunquã poteſt eſſe falſa, cum affirmatio callias ambulat ſit falſa. Præterea addunt ijdem, ſi dicamus: hic ambulat, hic nõ ambulat, monſtrantes fœminam quãpiam, ambæ ſunt falſæ: ſiue ambulet, ſiue non ambulet. Conſimiliter ſi dicamus, callias grãmaticus ambulat, callias grãmaticus non ambulat: nãq; vtraq; hæc falſa exiſtunt, ſi callias non ſit grammaticus,

K harum rationum illam appellant κατὰ ὑπεραμφασιν, iſtam κατὰ δεῖξιν: hoc eſt ſecundam monſtrationem aſſumptionemq;. Ad hæc inquiunt hæ ſimul veræ ſunt, Socrates ambulauit, & Socrates non ambulauit. His & cõſimilibus rationibus conantur infringere Ariſtotelicam legem in contradictorijs faciendis. Cæterum, omnia hæc quæ afferunt, falſa proculdubio ſunt: neq; enim neceſſariũ eſt propoſitionum negatiuarum ſubiectum ſemper ſignificare rem exiſtentem, quodq; hoc ita ſit, planum ex affirmationibus q̃ de ijs quæ efficiuntur: non ſunt autẽ adhuc, veræ ſunt: de domo enim quæ ædificatur: nec tamen adhuc eſt, verum eſt dicere, domus ædificatur, nec tamen vere proferimus, eſt aliqua domus quæ ædificatur: quare ſi non hoc ſignificat nomen quod in affirmationibus, multo minus ſignificabit, quod eſt in negationibus non habentibus ante ſubiectum negatiuam particulam, ſed ante verbum. Amplius: ſi falſa eſt negatio qua dicimus, Socrates non viuit, quia ſignificat eſſe aliquem Socratem, qui non viuit: hac eadẽ de cauſa falſa erit, quæ dicit, Socrates

L mortuus eſt, ſignificabit enim q eſt Socrates, qui mortuus eſt, quod per abſurdum. Cõſimiliter dicendũ de hac, parietur mihi filius, non qui eſt filius, ſed qui erit: nomen enim per ſe dictũ neq; eſſe ſignificat, neq; non eſſe, neq; fuiſſe, neueq futurum eſſe, ſed rem tantum quæ fuit, vel eſt, vel erit. Quare cum dicimus Socrates non ambulat, aut Socrates grãmaticus non ambulat: non propter hoc præſupponimus Socratem eſſe, aut Socratem grãmaticũ eſſe, ſed abſolute negamus ambulationem à Socrate ſiue ſit, ſiue etiam non ſit, cum vero dicimus Socrates ambulauit & Socrates non ambulauit, non poſſumus ambas iſtas vere ſimul proferre in eodem tempore, q ſi ad diuerſa tempora referantur, non amplius contradictoriæ vocandæ erunt. Sed de his ſatis, ad reliqua tranſeamus.

Reſpõſio ſubiectũ propõnis negatiuarũ ſi ſignificat rem exiſtẽtẽ, vtı ei nõ opponatur negõ, huius illi oppoſitũ aſſerũt multi.

Hæc vbi eſt ſequẽte ſol. vt poſſet negãtio conſequẽtiã rõne ampliatiõis

Habent autem ad ſeinuicem ordinem hunc. Sit eſſe bonum in quo a, non eſſe bonum in quo b, eſſe non bonum in quo c, ſub b, non eſſe non bonum in quod ſub, a: omni itaque inerit aut a aut b, & nulli eidem, & aut c aut d, & nulli eidem, & cui, c, neceſſe

M *b, omni, b, omni ineſſe: ſi enim uerum dicere quòd eſt non album, & quòd non eſt album, uerum: impoſſibile enim ſimul eſſe album & non eſſe album, aut eſſe lignum non album & eſſe lignum album: quare ſi non affirmatio negatio inerit: c, uero ipſi, b, non ſemper: quod enim omnino non lignum, neque lignum erit non album: econuerſo igitur, d, omni cui, a: namque aut, c, aut, d.*

Propoſuerat monſtrare q ſimplicis affirmationis non eſt negatio affirmatio ex trãſpoſitione. puta huius, eſt bonum, non eſt negatio, eſt non bonum: hoc itaq; ad facillorem reſolutionem efficiendam à principio propoſitũ fuerat: nunc autem quo perfectiorem de propoſito cognitionem habere poſſimus, earundem propoſitionum ordinem ac conſequentiam exponit, quod iam ſecto tertio libri de interpretatione ſub obſcure dixerat, cũ inquit. Hæc igitur, quemadmodum in reſolutorijs dictum eſt, ita ſunt

Ordo ſim. diſpoſita. Ordo itaq; iſtarum propoſitionum eſt, vt conuerſim ſe habeant ſecundũ conſequentiam ſimplices propoſitiones & ex tranſpoſitione, ex ſimplici namq; affirmatione ſequitur ex tranſpoſitione negatio, & retrouerſum ex affirmatione ex tranſpoſitione ſimplex negatio, vel vt vno verbo dicam ex affirmationibus negõnes ſequuntur: nõ autẽ econuerſo ex negõibus affirmationes: N

ſimpliciũ ad trãſpoſita, eſt vt cõuerſim ſe cõſequantur.



O

in plus enim ſe habent negationes affirmationibus. Cæterum quo facilius hæc intelligãtur deſcriptionem facit earundem propoſitionũ hoc modo: ſit, a, ſimplex affirmatio, eſt bonum: b, huius negatio ſimplex non eſt bonũ: d negatio ex tranſpoſitione, non eſt non bonum: c affirmatio ex tranſpoſitione, eſt nõ bonum, &, c, ponatur ſub, b: d, vero ſub, a, hunc in modum. His ita diſpoſitis, quoniã de omni ente, aut non ente vera eſt affirmatio aut negatio, ſed, a, & b, ſunt affirmatio & negatio: igitur de quolibet verum erit, aut a, aut b, & ſimiliter aut c, aut d, ſunt enim & ipſa eodem pacto oppoſita, quoniã itaq; ipſi a, non poteſt c ineſſe, quoniam fieri nequit, vt idem bonũ ſit & non bonũ: inerit vtiq; ipſum, d, ſuum contradictorium, ex ſimplici ergo affirmatione, a, ſequitur negatio ex tranſpoſitione, d, de quolibet enim dicitur alterum contradictoriorum: quare ſi de a non prædicatur c prædicabitur vtiq; ipſum, d, non tamen econuerſo: in plus enim ſe habet, d, quã a. In oppoſitum vero ex affirmatione trãſpoſita, c, ſequitur negatio ſimplex, b, & non conuertitur, quoniã ſimplex negatio cõmunior eſt affirmatione trãſpoſita, q autem ex, c, ſequatur, b, eodem pacto monſtratur: de quolibet enim dicitur aut affirmatio aut negatio, ſed de, c, non dicitur affirmatio, a, nam fieri non poteſt vt idem bonum ſit & nõ bonũ, ergo de, c, affirmatione prædicabitur negatio, b. {Quod enim omnino.} dictũ nãq; ſuperius fuit, prædicatum infinitũ de entibus tantum vere proferri poſſe, quare ſi aliquid, puta intellectus, lignum non extiterit, de eo falſum erit dicere, q eſt lignum non album, & ſi aliquid nullo modo extiterit, puta chimera, de ea falſo enuntiabimus q eſt nõ bonum, ſed hæc ſupra ſatis declarata ſunt. Cæterum contra ea quæ in contextũ dicta fuere, afferunt nõnulli deridiculas quaſdã inſtantias monſtrantes non ſequi ex affirmatiua tranſpoſita ſimplicem negatiuam: non enim inquiunt ſequitur, video non hominẽ, ergo non video hominem, nec item ſequitur Socrates fuit non albus, igitur non fuit albus, neq; ſimiliter, hoc eſt nõ duplũ, ergo hoc non eſt duplũ. Ob hæc & cõſimilia arctandam conſtringendãq; multis legibus regulam illam dicunt, aiunt enim non valere arguendi modũ illum, niſi cum verbo ſubſtantiæ, temporis præſentis, & in terminis abſolutis non habentibus relationem aut reſpectum ad aliud quopiam. Nos vero & horum negligẽtiam demiramur & hæc omnia falſo dici enũciamus, præſertim cum Ariſtoteles huiuſcemodi propoſitiones nõ ſolum cum verbo ſubſtantiæ, ſed & cum alijs complicet, cũ inquit poteſt non ambulare, ſcit non bonum, & ſimilia. Præterea, quod etiam amplius, cum omne verbũ adiectiuum, vt moderniores appellãt, ex ſententia Ariſtotelis in verbum reſoluatur ſubſtantiæ & ſuum participium, cur exceptio iſta caſſa & vana facienda eſt? Sunt & alij ple-

P

Q

Dubitões ſeriocarũ.

Limitatio nes ſecũdũ modernos regularũ ſic prædictarũ.

nıq;

A riq; deſedatores dialecticę, qui complures alias correctiones addunt, quas oẽs breuitatis gratia pro rei ipſius dignitate omitto, addens regulã iſtam nulla correctione egere præterquã ꝙ ratio ac cõſequentia fiat, dum prædicatũ aut pars prædicati infinita fuerit. Quãobrem cum dicimus, video non hominẽ aut ſcit non bonũ, nõ eſt ṗdicatũ ipſum, aut ẽi ṗdicati pars infinita, ſed potius determinatio, quod planũ fit reſoluentibus dictas propõnes ſecundum doctrinã præcedentem, puta video non hominẽ, ſum videns non hominẽ, ſcit non bonum, eſt ſciens non bonum. Prædicata etenim ſunt termini illi videns & ſciens: nõ bonum vero & nõ hominẽ adiacentia potius prædicato nũcupari debent. Dicimus ad hæc ſemp̃ referendas eſſe propoſitiones ad idẽ tempus ac reſpectu eiuſdẽ ſubiecti, & ꝓpterea valere aſſerimus cõſequẽtias iſtas: Socrates fuit nõ albus, ergo non fuit albus, hoc eſt non duplũ, ergo nõ eſt duplum, & ſi mille alias in hũc modũ complices, quodq; hoc ita ſit argumẽto mõſtratur Ariſtotelico: ſi enim in eo tempore in quo Socrates fuit nõ albus, non eſt verũ dicere, ꝙ nõ fuit albus, vere ergo enũtiabitur ꝙ fuit albus, & ita in eodẽ tempore fuit albus & nõ albus, quod p̃ abſurdum. Cõſimiliter de alio exemplo dicendũ reſpectu eiuſ-

Regulę Ariſto. nõ indigent correctiõe nota. No. I hmõi ppõnibus, video non hominẽ & alijs hmõi ly nõ hoĩes nõ eẽ ṗdicatũ nec parte ṗdicati, ſed additiones.

B dem ſubiecti, verũ de his ſatis, reliqua ꝓſequamur. {Ecõuerſo igitur.} econuerſo dixit, qm̃ non ſecundũ eundem ordinem ſequũtur ſeinuicem, affirmationem ſimplicẽ negatio ex tranſpoſitione, & negationem ſimplicẽ affirmatio ex tranſpoſitione, ſed cõuerſim vt ſupra diſtinximus.

Quoniam uero nõn poßibile eſſe ſimul non album & album ipſum, d, inerit: de exiſtẽnte enim albo uerum dicere, quòd non eſt nõ albũ: a autẽ de d non omni: namq; de eo, quod penitus non eſt lignum, non uerum dicere, quòd eſt lignum album: quare d uerũ: a autem non uerum, quoniam lignum album. Planum uero quòd & a c, nulli eidem, & , b, & d, contingit alicui eidem ineſſe.

Monſtrat ꝙ ex, a, ſequatur, d: non autem ecõuerſo, qm̃ non eſt non album in plus ſe habet, q̃ eſſe album. {Planum autem ꝙ & a c.} Poſteaquã monſtrauit quomodo ſe habeant ſubalternæ propoſitiones in figura, nunc exponit quomodo ſe habeãt & angulares ſecundũ Diametrũ

C oppoſitæ inquiens, ꝙ, a c, hoc eſt ſimplex affirmatio & tranſpoſita nulli eidẽ ineſſe poſſunt, b, vero & d, vtique poſſunt: fieri enim nequit vt idem ſit lignũ album, & lignum non album, fieri tamen poſſet vt idem & non eſſet lignum album & nõ eſſet lignũ non album, puta anima, aut aliud quippiam, quod nullo modo ſit, vt hircoceruus aut chimera, quare affirmationes nunquã ſimul veræ eſſe poterunt, negõnes autẽ poterunt, intelligenda vero inquit Alex. ſunt hæc de propõnibus prædeterminatis, nihil enim ꝓhibet indefinitas affirmationes ſimul veras eſſe, vt hõ eſt iuſtus, hõ eſt nõ iuſtus, ſed ṗdeterminatæ nunq̃ veræ ſimul de eodẽ ṗdicabunẽ, puta, quilibet hõ eſt iuſtus, quilibet hõ eſt non iuſtus, & ꝓpterea in libro de interpretatione binas figuras fecerat, vnã indefinitarũ propõnum, alteram prædeterminatarũ, & addiderat ad verbũ, ſimiliter autẽ ſe habebit, & ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio, præterquã ꝙ inquit nõ ſimiliter ea, quæ ſunt ſecundũ Dia

D metrum contingit vera eſſe, quaſi concedens oẽs angulares oppoſitas poſſe ſimul eſſe veras, ſi ꝓpõnes extiterint indefinitæ, ſi vero definitæ ac prædeterminatæ non poſſe, quod ẽt hoc in loco eleganter docuit. Sed dubitat circa hæc ingenioſe Philoponus monſtrans nõ eſſe verũ neq; ſupradictis cõſentaneũ, quod hoc in loco Philoſophus ꝓtulit, ſupra enim dixerat idẽ poſſe ambulare & poſſe non ambulare, addens has propõnes ſimiles eſſe his, quæ dicũt, eſt albũ et eſt nõ albũ, hic aũt negat affirmationes ſimul veras eſſe poſſe. Quo'd ſi dicas, quẽadmodum & ſupra aſſerebamus, indefinitas quidẽ poſſe ſimul eſſe veras, ṗdeterminatas autẽ minime, faciamus adhuc eas ṗdeterminatas, quilibet hõ poteſt ambulare, & quilibet poteſt nõ ambulare, ſic etenim eaſdẽ has ſimul veras eſſe cõperiemus. Quo'd ſi aliter rñdeas, quẽadmodũ Ioannes Philoponus, nõ eſſe, quod dicitur intelligendum de oĩbus propoſitionibus, quia non de modalibus, ſed de ĳs tantũ,

quibus eſt tertium adiacens applicatur, in contrarium adducenda erunt, quæ ſupra contra moderniores attulimus. B

Quapropter eodẽ pacto rñdendũ cenſeo, quo ſuperioribus inſtantiolis faciebamus ſatis, negationẽ videlicet applicãdam eſſe prædicato nõ prædicati determinationibus, & tũc videbimus affirmationes illas ſimul eſſe veras nõ poſſe, vt quilibet homo eſt potens ambulare, & quilibet eſt nõ potens ambulare, quilibet eſt ſciens bonũ, & quilibet eſt nõ ſciens bonum. Quo'd ſi dicas hæc ſuperioribus nõ cohærere, ibi enim dicebat Philoſophus, has ſimiles eſſe, poteſt ambulare, & poteſt non ambulare ĳs, quæ ſunt, eſt albũ & eſt nõ albũ, quare ſi hæ totũ prædicatum habent infinitũ, & ille, aut ſi nõ ſunt ſimiles in ṗdicatis, ratio ergo Ariſtotelica a proportione & analogia nulla eſt. Rñdeo ꝙ Philoſophus per poteſt nõ ambulare intellexit, eſt nõ potens ambulare, quodq; hoc ita ſit declarant quæ ſequuntur, vbi ait, ſi igitur non eſt potens ambulare idẽ ſignificat & eſt potens nõ ambulare, aut nõ ambulare, qm̃ enim videbat propõnem dicentẽ eſt potens nõ ambulare nõ eſſe veram affirmationem ex tranſpoſitione, quaſi ſeipſum corrigẽs, ſubdit aut nõ ãbulare, ac ſi dixiſſet, aut eſt nõ potens ambulare, verũ hæc ſupra quoq; declarata ſunt. Sed cõtra hæc inſtabit quiſpiã dicẽs nõ eſſe poſtea verũ quod ſupra aſſerebat Philoſophus, poſſe videlicet propõnes iſtas, eſt potens ambulare & eſt nõ potens ambulare, de eodẽ vere proferri, nunquã enim ſimul erunt vere. Rñdeo ꝙ etiam ſi indefinitæ ſint, nõ autẽ prædeterminatæ, quẽadmodũ & iſte, homo eſt albus, homo eſt nõ albus, ita homo eſt potens ambulare & homo eſt non potens ambulare. Sed de his iam plus ſatis.

Iſta ſolũ eſt ſatis dubia & fortè falſa, nã ſi idẽ valet põt eẽ & eſt potẽs, [illegible] F

[illegible] G

[illegible] H

[illegible]

Conſimiliter ſe habebunt & priuationes ad prædicamenta hac poſitione. æquale in quo. a: non æquale in quo b: inæquale in quo c: non inæquale in quo d: & in pluribus autẽ, quorũ his quidem ineſt, illis uero non ineſt, idem: negatio quidem ſimiliter uerificari poſſet, quòd non ſunt alba omnia, aut quòd non eſt album unumquodq;, quòd autem eſt non album unumquodque aut omnia ſunt non alba, falſum. Conſimiliter autem & eius quod eſt, eſt omne animal album, non hoc quod eſt, eſt non album omne animal negatio: ambæ enim falſæ, ſed non eſt omne animal album.

Quod in libro de interpretatione dixerat inquiens, quãdo autẽ eſt tertium prædicatur iam dupliciter dicuntur oppoſitiones, quare propter hoc quatuor erũt illæ, quarum duæ quidẽ ad affirmationẽ & negationẽ, ſeſe habent ſecũdum conſequentiã, vt priuationes, duæ vero minime, qđ inquã ibi dictũ fuit, hic explicatius declaratur, priuatiuas videlicet ꝓpoſitiones ita ſe habere ad prædicamenta, hoc eſt ſimplices propoſitiones, in his enim prædicatorũ ratio ſeruatur, nam quæ affirmatiuæ ſunt, veram affirmationis naturã ſeruant quæ negatiuæ negationis, priuatiuæ inquã propoſitiones ſe habent ad ſimplices eodem modo, quo indefinitæ ad eaſdem ſimplices, nãq; ex affirmatiua ſimplici ſequitur negatiua priuatiua, vt homo eſt iuſtus, ergo homo non eſt iniuſtus, ex affirmatiua vero priuatiua ſequitur ſimplex negatiua, vt homo eſt iniuſtus, igitur nõ eſt iuſtus, Hoc etiam figura ac deſcriptione ſignificat ſic.



I Ex,a,itaq; ſequitur,d,& ecõuerſo.ex,c,b, &,a c,nõ poſſunt ſimul eſſe vera,b d,autem poſſunt,quẽadmodum et in ſuperiore figura, quomodo vero ſe habeant priuatiuæ ad infinitas & econuerſo de libello περὶ ἑρμηνείας quæratur. { Et in pluribus autem. } ad primũ propoſitũ reuertitur, ꝙ inquã ſimplicis affirmationis nõ ſit negatio affirmatio ex tranſpoſitione, ſed ſimplex negatio, hoc igitur maxime planum eſſe dicit in materia contingente, vbi prædicatum aliquibus ineſt ſubiectis, & aliquibus non ineſt, ſi enim de quocunq; affirmatio falſa de eodem negatio vera, & affirmatio iſta falſa eſt, quilibet homo eſt albus, planum ꝙ ſua negatio erit vera, ſed hæc non eſt vera, quilibet homo eſt non albus, ergo hæc non eſt ſua negatio, ſed illa, non quilibet homo eſt albus. { Aut ꝙ non eſt album vnumquodq;. } expoſitorium quodãmodo eſt eius quod dixerat non ſunt alba omnia.

Quoniam uero manifeſtum quòd diuerſum ſignificat, eſt non album & non eſt album, & illud quidem affirmatio, hoc autem
K *negatio: manifeſtum quòd nõ eſt idem modus oſtendendi utrũq;, ut quoniam quodcunque ſit animal non eſt album, aut contingit non eſſe album, & quòd uerum dicere nõ album: hoc enim eſt nõ album, ſed de eo, quodcunque ſit album, uerum eſt dicere album, ſiue non album idem modus. Conſtructiuæ enim ambo per primam monſtrantur figuram: uerum enim & eſſe ſimiliter ordinantur: eius enim quod eſt uerum dicere album, non hoc quod eſt uerum dicere non album negatio, ſed non uerum dicere album: ſi itaque uerum eſt dicere, quodcunq; ſit homo, muſicum eſſe, aut non muſicum eſſe, quodcunque ſit animal accipiendum, aut eſſe muſicum, aut eſſe non muſicum, & oſtenſum eſt: non eſſe autem muſicum quodcunque ſit homo deſtructiuè monſtratur ſecundum dictos modos tres.*

Reuertitur tandem ad primarium propoſitũ, propter quod reliqua omnia in mediũ allata ſunt, propoſitũ nãq;
L fuerat de reſolutione pertractare, & propterea de propoſitionibus tranſpoſitis mentionẽ fecerat, tanquã quæ aliter reſoluãtur, quã negatiuæ ſimplices: hac igitur de cauſa ſupra monſtrauit ꝙ affirmationes ex tranſpoſitione non ſunt negationes, ac ſubinde in medio de harũ propoñum cõſequentia quæpiam pertractauerat. His itaq; omnibus explicitis ad propoſitũ primũ iã iam reuertitur inquiens qm̃ monſtrauimus non eſſe idem, nõ eſt albũ, & eſt non albũ, et ꝙ illud eſt negatio: hoc autem affirmatio ex trãſpoſitione: planũ ꝙ nõ vno & eodẽ pacto vtrũq; mõſtrabitur, ſed negatio ſimplex per negatiuũ cõcludetur ſyllogiſmum: affirmatio autem ex tranſpoſitione per affirmatiuũ: quare & reſolutiones nõ erunt eædẽ. { Vt qm̃ quodcunq; ſit animal. } Factus eſt inquit Alexãder contextus iſte obſcurior eo ꝙ propoñes nõ ſunt acceptæ ſecundum cõſuetudinẽ aut affirmatiuæ aut negatiuæ, cũ enim dicit, quodcunq; ſit animal non eſt albũ, exemplũ ponit negatiuæ propoſitionis inexiſtentis, quod idem valet ac ſi diceret: nullũ animal eſt album, cum vero ait, aut contingit
M non eſſe albũ, ſubaudiendũ quodcunq; ſit animal a cõi, vt faciamus negatiuã cõtingentem, quæ æquiualet huic: contingit nullum animal eſſe albũ, poteſt etiam hoc exemplum eſſe affirmationis ex trãſpoſitione, quẽadmodum & ſequens, verũ dicere nõ album, ſed ſiue affirmatio ſit, ſiue negatio non variat propoſitum, quid vero ſignificet verũ dicere non album expoſuit, cum dixit: hoc enim eſt non albũ: nãq; verum dicere pro eſt ponitur, veluti planius infra declarabitur. { Sed de eo quodcunq; ſit albũ. } hoc eſt tales propoñes, quodcunq; animal eſt album, vel verum eſt dicere quodcunque animal eſſe albũ, aut etiam quodcunq; animal eſt non albũ, aut verum dicere quodcunq; animal eſſe nõ albũ, omnes iſtæ ſunt affirmationes eundem habentes oſtenſionis modũ: propterea ꝙ ambæ iſtæ conſtructiuæ, hoc eſt affirmatiuæ monſtrantur & in prima figura, in hac enim ſola vniuerſalis affirmatiua colligitur. { Verũ enim & eſſe. } hoc ad ſuperiora referendum, enarrat enim, quomodo propoſitio dicens, verũ eſt dicere albũ, affirmatio exiſtit, & quid ſignificat, nã verũ inquit & eſt ſimiliter ordinantur, idem itaq; ſignificabimus dicentes verum eſt dicere albũ; & dicentes eſt albũ, N
quare per vnã & eandem figurã mõſtrabuntur. { Siquidem verum dicere. } qm̃ dixit conſimili oſtenſione monſtrari oportere & vniuerſalem affirmationem ſimplicem & tranſpoſitam, nunc quõ faciendus ſit vtriuſque ſyllogiſmus deſcribit inquiens, ꝙ ſi velimus monſtrare omnẽ hominẽ muſicũ eſſe, aut etiã omnẽ hominẽ eſſe non muſicum, medium accipi debere animal, & maius extremũ muſicũ aut non muſicũ, minus vero hominẽ hunc in modum, omne animal muſicũ, omnis homo animal, omnis igitur homo muſicũ, aut rurſus, omne animal non muſicum, omnis homo animal, omnis ergo homo non muſicum, ſi itaq; omnis homo eſt non muſicus eſſet negatiua non in ſola prima monſtraretur figura, ſed etiam in ſecũda, non eſt autem curandum an acceptæ propoñes veræ ſint an falſæ, quõcũq; enim accipiantur in exemplo ſatiſfaciunt. { Non eſſe autem muſicũ. } monſtrata autẽ affir- O
matiua exponit, quõmodo negatiua oſtendi poſſit, nullus homo eſt muſicus, aut nullus homo eſt non muſicus (hæc enim extrinſecus addenda) & inquit hanc deſtructiue, hoc eſt negatiue mõſtrari ſecundũ dictos tres modos, hoc eſt in ſecundo primæ, & in duobus primis ſecundæ.

Simpliciter autem quando ſic ſe habent a & b, ut ſimul quidem eidem non contingant, omni autem ex neceſſitate alterum, & rurſus c ad d, conſimiliter: ſequitur autem ex c, a & non conuertitur, & ex b.d. ſequetur & non conuertetur, & .a. & .d. contingunt eidem: b. uero & c non contingunt. Primum igitur quòd ex b ſequitur d, hinc manifeſtum. quoniam enim ex .c.d. alterum ex neceſſitate omni: cui autem .b. nõ contingit c, eo quod ſimul infert a: a uero & b nõ contingunt eidem, planum quod d ſequetur. Rurſus quoniam, c. non conuertitur cum a: omni autem c, aut d, contingit .a. & d. eidem ineſſe. b uero & c non contingit, eo quòd .a. conſequitur ex .c. accidet enim quoddam impoſsibile, ma- P
nifeſtum igitur quod neque b cum d conuertitur, quoniam accidit ſimul d & a ineſſe.

Quoniam ſuperius propoſitionũ ſimplicium ac tranſpoſitarum conſequentias in materia monſtrauerat determinata, nunc latius & in ſolis elementis, quibus vniuerſales conſueuit monſtrationes facere, eaſdem illas deſcribit, terminorum autem ordinem variauit, vnde & aliud videtur intendere, cum tamen de eodem pertractet, ſupra enim ſub.a. ponebatur.d. ſub.b vero.c. & ex.a. ſequebatur.d. & ex.c.b. nunc autem ſub.a.c. collocat, ſub b. vero d. hunc in modum. Facit autem iterum duas cõtradictiones,



Q vnam ſimplicem, ex tranſpoſitione alteram, quibus ita diſpoſitis, tres accipiens ſuppoſitiones tria monſtrat, vnam ꝙ.a.&.b.& iterum.c. &.d. contradictoriæ opponuntur. Alteram ꝙ ex neceſſitate cuilibet ineſt aut.a. aut b.& rurſus aut.c. aut.d. Tertiam ꝙ ex.c. ſequitur.a.& non conuertitur. His ſuppoſitis tria monſtrat, vnum ꝙ ex.b. ſequitur.d.& non cõuertitur. Alterum ꝙ.c.&.b. quæ ſunt

affirmationes

A affirmationes nunquã de eodem veræ proferuntur. Tertium q̃.a. &.d.negationes poſſunt vtrīq; de eodem veræ enuntiari, hoc eſt ergo quod voluit dum inquit, ſimpliciter, hoc eſt vniuerſaliter, quando ſic ſe habent.a.&.b.vt ſimul quidem eidem non contingant, omni autem ex neceſſitate alterum, & hæc prima ſuppoſitio, deinde & rurſus.c.ad d.cõſimiliter ſecunda ſuppoſitio. Tertia, ſequitur autem ex.c.a.& non cõuertitur. Poſtea quæſitum primũ concludendũ, & ex.b.d.ſequetur & non cõuertitur, deinde tertium, &.a.&.d.contingunt eidem. Vltimo ſecundũ b.vero &.c.non contingunt. {Primũ igitur quod ex.b.} primum propoſitum mõſtrat, q̃ ex.b.ſequitur.d.ſi ponatur, ex.c.ſequi.a.hoc pacto, ſi quẽadmodũ ſuppoſuimus cuilibet ineſt, aut.c.aut.d.eo q̃ contradictoriæ opponuntur, ſi ex.b.non ſequitur.d.ſequetur igitur.c.ſed per ſuppoſitum ex.c.ſequitur.a.ergo ex.b.ſequetur.a. quod fieri aliquo modo nequit, ſiquidem ex ſuppoſito ſibijnuicẽ contradicunt, ſi itaq; hoc falſum, verũ erit, q̃ ex.b.ſequitur.d. quod fuerat monſtrandũ, hoc igitur hunc in modum. Cõſequens autem erat ſtatim oſtendere q̃ non cõuertuntur, B id eſt ex.d.non ſequitur. b. ſed qm̃ iſtud argui nõ poterat, ni prius moſtraſſet.a. &.d.contingere eidem ineſſe, prius hoc oſtendit, qm̃ enim ſuppoſitum eſt non conuerti.c.ad a.hoc eſt nõ ſequi ex.a.c.ſi accipiatur aliquid ſub.a.cui.c. nõ inſit, manifeſtum q̃ huic inerit.d.omni enim aut.c.aut d.cum ſint contradictoria, ergo.a. &.d.poterũt eidem ineſſe, quod fuerat propoſitũ, hoc autem oſtenſo ſubdit ſtatim quæſitum ſecundũ monſtrandũ.c. &.b.videlicet non poſſe eidẽ ineſſe: ſi enim.b.&.c.inſunt eidẽ, & ex.c.ſequitur.a.vt ſuppoſitũ fuit, planum q̃ ex.b.ſequetur.a.quod fieri nõ poteſt ſunt enim ſibijnuicẽ cõtradictoria: his mõſtratis, quod reliquũ erat arguitur, non conuerti inquã.b. &.d.hoc enim adhuc ſupererat, quoniam nãq; oſtenſum eſt.d.&.a.poſſe eidẽ ineſſe, ſi tu dicas.b.conuerti cum.d. hoc eſt ex.b.ſequi.d.accidet.a. &.b.aliquando ſimul eſſe vera, quod abſurdum, cum ſint contradictoria ex ſuppoſito, ſi.n.ex.b.ſequitur.d.et.d.&.a.de eodẽ prædicari poſC ſint, accidet aliquando.b.&.a.ſimul eſſe vera, quod fieri nequit. Hæc philoſophus. Ex iſtis autẽ trahũtur regulæ illæ celebratiſſimæ, quæ ſuppoſitorios etiam conſtituunt ſyllogiſmos q̃ a poſitione antecedentis ad ponendũ conſequens, & a deſtructo conſequẽte ad antecedens deſtruẽdum, conſequẽtia eſt optima: a poſitione vero conſequẽtis ad antecedens ponendum, aut a deſtructione antecedentis ad conſequens deſtruendũ bonum non conſtruitur ratiocinium, niſi fortaſſe termini ſint æquiuertibiles, haud aliter pacto aliquo fiat ſyllogiſmus ac ratio, quemadmodum ſupra monſtrauimus, cum de conuerſione cũ oppoſitione tractaremus, & Themiſtius in primo de anima & Simplicius in primo de cœlo accuratiſſime notarunt.

Nõ regulas celebratiſſimaſq̃ extra hãtur ex dictis pſi in hoc loco.

*Accidit autem quandoque & in tali terminorum ordine decipi, eo quod non recte accipiuntur oppoſita, quorum alterum ne-*D *ceſſe eſt omni ineſſe. quemadmodum ſi.a.& b.non contingunt ſimul eidem, neceſſe autem alterum ineſſe cui non alterum: & rurſus.c.et.d.conſimiliter, ex quo autem omni.c. ſequatur.a.accidet enim cui.d.ipſum.b, ineſſe ex neceſſitate, quod eſt, falſum: ſit enim accepta negatio eorum quæ a b, quæ eſt in quo f: & rurſus eorum quæ c d, quæ eſt in quo h: neceſſe igitur omni aut.a.aut.f.aut enim dictionem, aut negationem, & iterum uel c, uel h: dictio namque & negatio, & cui.c.omni, ſuppoſitum fuit.a.quare b, cui omni.f. Rurſus quoniam eorum quæ f b, omni alterum, & eorum quæ b d, conſimiliter: ſequitur autem ex f b, & ex.d.ſequetur.b.hoc enim ſcimus, ſi igitur ex c a, & ex d b, hoc autem falſum, econuerſo enim erat in ſic ſe habentibus conſequentia, non enim fortaſſe neceſſarium omni a, aut f: neque f, aut b, non enim f.eſt negatio ipſius.a.nam boni negatio non bonum, nõ eſt autem idem non bonum ei, quod eſt neq; bonum, neq; non bonum. Similiter autem & in c d: negationes enim acceptæ duæ ſunt.*

Poſteaquam monſtrauit propoſitionum ſimplicium, ac tranſpoſitarum conſequentiam econuerſo ſe habere, quodq; ex ſimplici affirmatione ſequitur ex tranſpoſitione negatio & retrouerſum ex trãſpoſita affirmatione ne- E gatio ſimplex, nunc deceptionem quandam ac tendiculũ ponit, ob quã nõnulli fortaſſe exiſtimarent ſuperius dicta veritatem non continere, accidit autem inquit talis deceptio, ſi oppoſita recte non fuerint accepta, quẽadmodum ſi quiſpiam arbitraretur.a.&.b.vnica negatione negari, quæ ſit.f.quæq; & vtraq; ſimul neget & vtrunq; etiã per ſe, ac ſeorſum, quẽadmodum ſi.b.ſit, eſt bonum.a.non eſt bonum.f.vtriuſq; negatio neq; eſt bonũ neq; non eſt bonum. Rurſus.c.&.d.hoc eſt propõnum trãſpoſitarum, puta, eſt non bonum, non eſt non bonum negatio ſit. h. neque eſt non bonum, neq; non eſt non bonum. His ita diſpoſitis mõſtrabitur, quẽadmodum ex.c.ſequitur a. & non conuertitur, ita ex d.ſequi.b. & non conuerti, qđ ſupra refutauimus. Sint igitur cõtradictoria hæc cũ iſta ita ſe habeant ſecũdum ſupra deſcriptas regulas, ſi ex.c.ſequitur.a. & ex.f.ſequetur.h. ita enim dicebamus.



F

Rurſus fiat alia deſcriptio. His enim ita ſe habentibus ex præcõceſſis. h.d.ſunt cõtradictoria, &.f.b.etiã ſunt cõtradictoria, & ex.f.ſequitur.h.vt paulo ante oſtẽdimus, ergo & ex.d.ſequetur b.& nõ conuertetur, quod fuerat monſtrandũ, quodq; ſupra refutauimus, mõſtratum enim fuit ex.b.ſequi.d. & non cõuerti. {Nõ enim fortaſſe.} ſoluit Ariſtoteles dubitationem in medium allatam inquiens hoc fortaſſe abſurdum inductũ fuiſſe, propterea quia contradictiones non fuerũt legitime deſcriptæ, licet enim inquit.a.&.b.ſimul contradicant ipſis.f.& conſimiliter.c.&.d.ipſi.h.nõ tamen propterea.a.&.f.contradictoria cenſenda ſunt: aut b.&.f.vel ex altera parte.c.&.h.aut.d.&.h veluti in exẽplo huius affirmationis, eſt bonũ, negatio ſua exiſtit, non eſt bonum: non autem, non eſt bonũ neq; non eſt bonũ, & hoc eſt quod voluit, dum inquit, non eſt autem idem non bonum ei, quod eſt, neq; bonum neq; non bonum, quẽadmodum etiam huius propoſitionis, eſt malum, negatio ſua exiſtit, non eſt malum, nõ autem neq; eſt malũ. neq; non eſt malum, & ſimiliter dicendũ de.c.d. quæ erat altera oppoſitio, nãq; non ita accipiendæ negationes, ita enim efficientur vnius affirmationis negationes duæ, qđ perabſurdum, & in libro de interpretatione refutatum. q̃ itaq;.f.nõ ſit negatio ipſius.a.hunc in modũ arguit Ariſ.



G

H

Nota dictũ Alex.p cõfirmatione dictorũ pſi

Alexander vero addit q̃ & aliter poſſemus mõſtrare has non eſſe veras contradictiones: nãq; vtrorũq; negationes cum altera contradictionis parte ſemper falſificantur, non enim poteſt idem non eſſe bonũ, & non eſſe bonum. Præterea ſi vtriuſq; ſimul negatio falſa eſt, erit ſua contradictoria. vera: ſed hæc ſunt duo contradictoria ſimul igitur duo cõtradictoria ſimul erunt vera, quod per quã fatuum eſt dicere. Hæc ille. Cæterum iam tẽpus eſt vt a longa voluminis huius prioris expõne deſiſtamus, ita enim & nobis labor non mediocris, & legentibus faſtidium auferetur, ſatis enim ſit artem ferme totam cõponendi ac reſoluendi ſyllogiſmos hucuſq; pertractaſſe. Primum enim ſuppoſitis principijs artis huius de conuerſione egimus tam inexiſtentium quã modalium propoſitionum, mox de modo ac ſtructura ſyllogiſmorũ tam ſimplicium quã mixtorum, quodq; tam oſtenſiui quã ſuppoſitorũ per tres figuras efficiantur, quodq; itẽ ſyllogiſmus omnis alteram habeat vniuerſalem propoſitionẽ & affirmatiuam alteram. Rurſus ratiocinationem omnem ſimplicem ex binis cõſtare propoſitionibus & terminis tri-

Epilogus totius primi libri priorum.

I bus, quod problema facile monſtretur, quod cum difficultate, quomodo medium ad vnamquãq; concluſionẽ inueniendum, quomodo principia inueſtigãda, quomodo diuiſio facienda. Deinde quonam pacto reſoluendi ſyllogiſmi, quæ ſint impedientia reſolutionem. Quomodo mutua reſolutione vniuſcuiuſq; figuræ ſyllogiſmi in aliã traducantur, ac demum quomodo differant tranſpoſitæ ꝓpoſitiones affirmatiuæ a ſimplicibus negatiuis, quodq; negatio ſit pars infinitæ propoſitionis, non autem negatiuæ, ꝙ nomen infinitum nõ dicatur tam de ente ꝗ de non ente, quomodo differant inter ſe priuatiua infinita, ac negatiua propoſitio, an negatio in cõtradictorijs verbo applicanda, an vero toti propoſitioni anteponenda, quẽadmodum nonnulli arbitrabantur. Solutæ deinceps fuere caſſæ moderniorum inſtantiolæ contra contextum, ac declaratũ quomodo angulares propoſitiones ſecundũ diametrum oppoſitæ, poſſint ſimul eſſe veræ, & quomodo non. Solutaque demum per pulchra Philoponi inſtantia contra cõtextum. Quæ cum omnia pro viuili ſint pertra-
K ctata agenda eſt diuinæ prouidentiæ gratia, quæ nos ad huius finem voluminis cum facilitate perduxit.

Finis cum Deo Prioris voluminis libri Priorum reſolutoriorum.

ARISTOTELIS
PRIORVM RESOLVTORIORVM LIBER SECVNDVS.

cum

Ioannis Franciſci Buranæ Veronenſis cõmentarijs.

L

INTENTIO LIBRI.

De Potentijs, Impotentijsq; ſyllogiſmi, deq; illi annexis.

IN Quot igitur figuris, & per quales, & quot propoſitiones, & quando, & quomodo fit ſyllogiſmus: Amplius autem in qualia aſpiciendum deſtruenti ac conſtruenti, & quomodo oportet quærere de propoſito ſecundum qualemcunq; methodũ: Amplius autẽ per qualẽ uiã accipiemus principia de ſingulis, iam tranſegimus.

M

QVID in ſecundo hoc priorum volumine intẽdat Ariſt. maxima apud pleroſq; enarratores dubitatio extitit, Alij enim dicunt, poſteaquam in priori volumine Philoſophus de oſtenſiuo pertractauit ſyllogiſmo, ꝙ in hoc ſecundo de ſuppoſitiono agit, quod antea pollicitus fuerat exequens, vbi ait, ſe poſtea dicturum, quæ ſint conditionalium atq; hypotheticorum differentiæ, & quot modis fieri poſſint, ſed horum ſententia nobis minime placet, maxima enim pars ſecundi huius in declarandis proprietatibus oſtenſiui ſyllogiſmi conſumitur, & de hypotheticis ratiocinijs parum admodum pertractatur. Proclus vero ac Ioannes Philoponus intentionẽ eſſe dicunt, poſtquã in priori volumine de forma egit ſyllogiſtica, in hoc de materia ſermonem facere. verum et utoriũ opinio non videtur ex ſententia eſſe Ariſto. nãq; aut per materiã ſyllogiſticam intelligunt propoſitiones ſyllogiſticas, vt abſtrahunt a dialecticis & demonſtratiuis, aut per materiã ſyllogiſticam volunt dialecticas ipſas vel demõſtratiuas propoſitiones, ſi prius non eſt verũ, quod aſſerunt, de ſyllogiſtica nãq; propoſitione quæ ad rem attinebant, fuere in priori diſputata volumine, cum alioquin neque in hoc ſecũdo alicubi de ea ſermo aliquis fiat, ſi autẽ ſecũdũ adhuc abſurdiora ſequentur, agere enim præter intentionem ac propoſitum de dialecticis ac demonſtratiuis propoſitionibus in negocio de ſimplici ſyllogiſmo, operam ludere eſt, ꝙ ſi quæpiam de his fuere ad principium diſputata, non tanquã ex primaria intentione, ſed tanquam ſyllogiſticam propoſitionẽ notificantia in medium allata ſunt. N

Alexander vero intentionem philoſophi eſſe dicit, hoc in volumine ea docere, quæ ſyllogiſtico negocio deeſſe videbantur. Nam poſteaquam in priori volumine ea pertractauit, quæ formam atq; eſſentiam ſyllogiſmi vniuerſam complectebãtur, in præſentia acturus eſt de annexis ſyllogiſmo ac ratiocinationi, quod & noſtri optime notarunt, dicentes philoſophum hoc in volumine pertractare de potentijs atq; impotentijs cõſequentibus ſyllogiſmi naturam, enarrare enim quomodo ſyllogiſmus ac ratiocinium vnum plures poſſit concluſiones colligere, quomodo ex falſis verum concludatur, & non econuerſo, quomodo circularis mõſtratio fiat, quomodo cõuerſiua, quomodo deductio ad impoſſibile, quomodo ex oppoſitis ratiocinium, potentias numerare eſt ſyllogiſticas. Agere autẽ de principij petitione, de eo quod eſt non penes hoc de falſa ratione, de nõ ratiocinari, de elencho, de deceptione, impotentias ſyllogiſticas recenſere eſt, ſed de cõuerſione diſputare, de cõmutata cõuerſione, de mutua oppoſitorum conuerſione, de inductione, de exemplo, de abductione, de inſtantia, de ſigno, de enthymemate, de phyſiognomonia, annexa ac conſequentia ſyllogiſmi naturam eſt recenſere. Eſt itaq; vt breuibus agam in negocio philoſophi propoſitum potentias primũ ſyllogiſticas determinare, mox impotentias, deniq; annexa. Acturus igitur de his omnibus primo recenſet tranſitionis modo ea omnia, quæ in ſupiori enarrata fuere volumine, quæ tria ſecundum ſectorum numerum extitere, primo itaq; quæ in primo ſecto dicta ſunt repetit inquiens. {In quot igitur figuris & per quales, & quot propoſitiones, & quando, & quomõ fit ſyllogiſmus.} Ibi enim ſtatim ad principium dictum eſt, ꝙ in tribus figuris efficitur ſyllogiſmus omnis, & per quales propoſitiones, hoc eſt ſaltẽ per vnã affirmatiuam, & item vnam vniuerſalẽ, & quando, quia non ſemper, ſed obſeruatis legibus ac conditionibus cuiuſcunq; figuræ, & quomodo quia ita vel ita complicitis ꝓpoſitionibus ex ambabus vniuerſalibus aut altera vniuerſali & altera in parte. {Amplius autem in qualia.} quæ ad ſecundum ſectum attinent, enarrat, ibi enim expoſuit quomodo de vno quoq; problemate poſſimus facile concluſionem facere ac medium ad concluſionem inferẽdam comperire. {Amplius autem per qualem viã.} hic edocet, quæ in tertio ſecto fuere diſputata, ibi enim tranſegimus, quomodo ſint per reſolutionem accipienda ac venanda principia & propoſitiones ad vnunquodq; problema concludendum.

Alex. opin.

Opin. latinorũ cõſonat opinioni Alexã. de intẽtione huius libri.

O

Epilogus quem facit phs in principio huius ſecundi.

P

Nota diuerſas opiniones de intẽtiõe ſecũdi priorum.

Opin. Procli & Philoponi.

Q

Sed quoniam alij ſyllogiſmorum uniuerſales ſunt, alij ſecundum partem, uniuerſales omnes ſemper plura ratiocinantur, ex ijs uero qui in parte, affirmatiui quidem plura, negatiui autem concluſionem ſolam: aliæ namque propoſitiones conuertuntur, priuatiua uero non conuertitur.

Exacto atque abſoluto proœmio, nunc primam poteſtatem ſyllogiſticam aggreditur declarandam, quomodo videlicet vnus ſyllogiſmus plures concludere poſſit concluſiones, et inquit, quoniam ſyllogiſmorum alij ſunt vniuerſales, alij ſecundum partem, hoc eſt, alij vniuerſalẽ retinent concluſionem, particularem alij, ea de cauſa dicemus vniuerſales omnes tam affirmatiuos quam negatiuos ſemper plura ratiocinari, propterea ꝙ vniuerſalis affirmatiua in particularem cõuertitur & negatiua vniuerſaliter in ſeipſam, ſed ex particularibus, affirmatiuus plures colligit, quia conuerſam & conuertentem, negatiuis vnam tantum, neq; enim conuertitur negatiua in parte,

Veluti

A veluti in priore volumine edocuimus, & ex hoc loco colligimus modos illos, quos perperam Theophraſtus Ereſius Ariſtotelicis addiderat, ipſe enim nouē primæ figuræ modos recenſuerat, cum tamen alioqui quatuor tantum philoſophus recenſuiſſet & recte, ſoli enim illi naturali diſcurſu concluſionem inferunt, alij vero quinque per accidens quodāmodo & mediate concludunt, quemadmodum & Alulidus Roſad. inquit, nec tamen & hos ſiluit Ariſto. duos enim ſignauit ad finem complicationum inexiſtentium, & hoc in loco alios tres. Sed dubitant circa prædicta moderniores, quomodo fieri poteſt, vt ſyllogiſmus vnus plures colligat concluſiones, ſi enim concluſio eſſentialis ſyllogiſmo eſt, non poterunt plures eſſe concluſiones, quin & ſyllogiſmi plures ſunt. ꝙ ſi dicas, quemadmodum nōnulli aſſerunt, ſyllogiſmum bifariam accipi, pro propoſitionibus tantum & pro propoſitionibus et concluſione ſimul. contra in definitione ſyllogiſmi

B ponitur concluſio, ergo eſt de eſſentia ipſius, cum enim dicebamus, neceſſe eſt aliud accidere, per aliud concluſionē ipſam intelligebamus. Præterea hoc eodem argumento ſupra vtebatur Ariſt. cum volens monſtrare ſyllogiſmū complicitum ac connexum plures eſſe ſyllogiſmos ſimplices dicebat, ſed & ſic plures ſyllogiſmi, plures enim cōcluſiones. Ad hæc & conſimilia reſpondemus cōcedentes concluſionem eſſe de ſyllogiſmi eſſentia, & vbicunq; plures concluſiones actu fuerint, ibidem plura fore ratiocinia, & vbi potentia, ibidem etiam potentia, ſed hoc nō vult Ariſto. verum intentio ac propoſitum ſuum eſt mōſtrare quomodo vnus ſyllogiſmus actu cōcludat plures concluſiones in potentia, hoc enim eſt, quod a principio volebamus, cum diceremus ex ſententia nonnullorū philoſophū hic agere de poteſtatibus ſyllogiſticis. Sed vl-

C terius ſupereſt quæſtio an conuerſa & conuertens ſint eadem propoſitio, & an vna, an plures; quodq; ſint eadem videtur poſſe conuinci, nam ijdem termini in vtraq; ponuntur. Præterea inferius vbi de circulari aget monſtratione dicet, nam eadem eſt propoſitio. b. nulli. a. & a. nulli. b. ineſſe. Ad oppoſitas etiam partes adducuntur rationes: vbi enim diuerſum eſt prædicatum ac ſubiectum diuerſum, hæ propoſitiones ſunt diuerſæ: ſed in cōuerſa & cōuertente diuerſum eſt ſubiectum ac prædicatum, ſequitur itaq; eas diuerſas eſſe. Præterea infra quoq;, vbi aget de circulari monſtratione in tertia figura inquit ad verbum. c. quidem oſtenſum eſt alicui. b. ineſſe. b autem alicui. c. non eſt oſtenſa, quamuis neceſſe ſit c alicui b, & b. alicui. c. ineſſe, ſed non idem eſt, hoc huic et illud illi ineſſe. Præterea fieri nequit, vt idem ſit notius & ignotius, ſed plerunque conuerſa notior eſt conuertente, aut potius in oppoſitum, conuertens conuerſa, immo ꝙ amplius, plerunque conuerſa ſupponatur tanquam manifeſta, & conuertens demonſtrabitur, quemadmodum fit in theorematis geometricis, vnde referēte Proclo menechmus &

D Amphimachus mathematici nonnulla theoremata vocabāt præcedentia, quædam ἀντιστρέφοντα, ſeu conuertibilia, ergo ſequitur ꝙ non ſunt eædem propoſitiones. Ad has & conſimiles rationes dicimus, quemadmodum & iuniores, conuerſam ac conuertentem & eaſdem eſſe propoſitiones & diuerſas, eaſdem quidem ſecundum materiam, diuerſas vero ſecundum formam, veluti aſcenſum ac deſcenſum eoſdem ſecundum ſubiectum dicimus eſſe motus & diuerſos ſecundum formam, & ita cum dicit Ariſtoteles idem eſſe. a. nulli b: & b nulli. a. intelligit ſecundū ſubiectum, cum uero inquit diuerſum eſſe. a. alicui b, & b alicui. a. intelligit ſecundum formam.

Concluſio autem aliquid de aliquo eſt, quare alij quidem ſyllogiſmi plura ratiocinantur. quemadmodum ſi. a. monſtratum eſt omni b aut alicui; & b alicui. a. neceſſarium ineſſe: & ſi. a. nulli b, & b nulli a. Hoc autem diuerſum a præcedenti. Si uero alicui non ineſt, non neceſſe & b alicui. a. non ineſſe. Contingit enim omni ineſſe. Hæc itaque communis omnium cauſa & eorum qui uniuerſaliter & eorum qui ſecundum partem.

Ex hoc loco colliguntur tres ſyllogiſmorū modi i pri a figura quos Theophra. Ariſt. addidit.

Dubiū moderniorum.

Solutio.

Sylls vnus actu plures cōcludit cōcluſiones i potentia.

Dubium an conuerſa et conuertens ſint vna ꝓpō, et arguitur ad vtrūque.

Solo cōuerſa ſunt eadē ſcd̃m materiā diuerſæ ſcd̃z formā.



B Cōiugationes tres cōcludētes cōcluſionē primo integrā, mox et aliā ex concluſionis conuerſione.

Varij vario modo locū iſtum exponunt. nōnulli enim hoc pacto ſententiam iſtā continuam faciunt dicentes, ꝙ poſteaquā Ariſt. ſuperius docuit ſyllogiſmos aliquos plures colligere cōcluſiones, quia conuerſam ac cōuertentē, hoc in loco occurrit tacitæ qōni, poſſet enim quiſpiā non immerito dubitare an concluſio conuerteretur, quemadmodum & propoſitiones cōuertuntur, & inquit ꝙ etiā, ait enim quaſi ita ratiocinans, omnis propoſitio conuertitur eo pacto, quo diximus, ſed omnis cōcluſio eſt propoſitio, ergo cōuertitur, ꝙ concluſio omnis ſit ꝓpoſitio monſtratur per definitionē propōnis, nāq; oē quod dicit aliquid de aliquo eſt propō, ſed concluſio dicit aliquid de aliquo, eſt itaq; propō: Illi igitur hunc in modū. Ioannes vero Philoponus hoc pacto, occurrit inquit tacitæ obiectioni, poſſet enim aliquis dicere nō recte ꝓtuliſſe philoſophū. a. nulli. b. & b. nulli. a. plures eſſe cōcluſiones, non enim plures, ſed vna tantū ſunt, quaſi itaq; rn̄dens inquit Ariſto. plures eſſe cōcluſiones iſtas, qm̄ concluſio omnis determinatū habet ſubiectū ac determinatū prædicatum, dicit enim aliquid determinatū, de aliquo determinato, et propterea ſi cōuertens aliud habēs ſubiectū ac prædicatū aliud a conuerſa, nimirum ab ea diuerſa erit propō, quare & ſyllogiſmus vtraſq; concludens diuerſas ac plures colliget cōcluſiones. Hæc illæ. Antiquior tn̄ mea ſententia eſt

G prior expoſitio. {Quare alij quidem.} Quod dixerat exponit, quonā pacto plures concludantur per vnicū ſyllogiſmū. {Si vero alicui non inſit.} hoc eſt, ſi cōcluſio negatiua extiterit in parte, non poterimus recte dicere, plures colligi concluſiones propterea ꝙ nō conuertitur negatiua in parte, non enim ſi aliquod. b. nō eſt. a. ſequitur, & aliquod. a. non eſſe. b. imō poteſt aliquod. b. non eſſe. a. & tn̄ oē. a. eſſe. b quēadmodū aliquod animal nō eſt homo, & tamen omnis homo eſt animal. {Hæc itaq; communis.} cōmunem cauſam appellat plures faciendi concluſiones, quoniam eadem eſt & in particularibus & in vniuerſalibus, quod in ſequenti modo ſecus erit.

F Quod concluſio conuertatur et ſit propō.

Expō Philoponi.

H *Eſt autem de uniuerſalibus & aliter dicere, quæcunque enim aut ſub medio ſunt, aut ſub concluſione, omnium erit idem ſyllogiſmus, ſi hæc in medio, illa in concluſione poſita fuerint. ut ſi a b concluſio per c: quæcunque ſub b, aut c ſunt, neceſſe de omnibus dici a: ſi enim d in toto b: b uero in a: & d. erit in. a. Rurſus ſi. c. in toto e: e. autem in a: & e in. a. erit. conſimiliter & ſi priuatiuus ſyllogiſmus.*

Noūſ. Compo. Corpus. Mūdus, ſeu eius ps. Coeli.
Sub̃a. Qualitas. Diſpō. Habitus. Scientia.



Coniugationes plures binæ, affirmatiua, et negatiua concludentes plures concluſiones ex dicto de omni, et de nullo.

K

Alius modus quo vnus ſyllogiſmus plures colligit cõcluſiones quẽ diuerſi modo exponunt.

I Modum alium plures colligendi concluſiones per vnicum ſyllogiſmum edocet hoc in loco philoſophus, circa quem exponendum pleriq; varias ſententias ſecuti ſunt, nõnulli enim referente diuo Alberto voluerunt hoc in loco Ariſto. agere de ſyllogiſmo oſtenſiuo arctiſſime ſumpto qui omnes propoſitiones habeat ex proſyllogiſmis monſtratas, ac de ſyllogiſmo hypothetico latiſſime accepto, cuius videlicet propoſitiones non ſint per aliquod oſtenſæ ratiocinium. His igitur ita prænotatis dicebant, tunc fieri oſtenſiuum ſyllogiſmum, cum aliquid ſub concluſione accipientes primi ſyllogiſmi de illo maiorẽ concludebamus extremitatem per concluſionem primi ſyllogiſmi in maioris locũ ſuccedentis, & ſic volebant ratiocinium ex demonſtrata procedere propoſitione, cum vero altrinſecus aliquid ſub medio termino accipientes de illo maiorem concludimus extremitatẽ aſſumpta maiore ꝓpoſitione præcedẽtis ſyllogiſmi, tunc ex hypotheſi & indemonſtrata propoſitione arguere dicebamur. Cæterum

K neq; iſti cõſentanea philoſopho neq; vera etiã enunciant, nãq; de ſyllogiſmis ac proſyllogiſmis quomodo ad vnã tendant concluſionẽ & quomodo ad plures, ſatis in priori volumine pertractatum eſt, appellare etiam oſtẽſiuos, qui ambas propoſitiones habeant oſtenſas, aut hypotheticos, qui eas indemonſtratas retineant: chimeras, aut hircoceruos fingere eſt. Medius itaq; vt cũ alijs dicamus Alpharabio, Ioanne Philopono, Alulido Roſa. addo etiam Alex. q; Ariſt. hoc in loco docet quomodo plures per vnicum ſyllogiſmum concludantur cõcluſiones, ex dicto de omni, aut dicto de nullo, hoc enim eſt quod pleriq; vocabant ſyllogiſmum explicitum ac ſyllogiſmũ implicitum, differt autem iſte a priore, quẽadmodũ & Alulidus Roſ. optime notauit, & Leui etiã Gerſonis exponit, quoniam modus prior docebat concludere plures concluſiones per vnicum ſyllogiſmũ ſecũdum rei ipſius veritatem, modus vero iſte non ſecundum veritatem, ſed exiſtimationem, hoc idem declarat ſecũdum exiſtimationem, dico, quoniã re vera duo ſunt ratiocinia, vel etiã plura quæ binas aut

Opio Arabũ ꝑſcorũ de hoc ſecundo mõ.

Dffia inter ſecũdũ et primũ modũ.

L plures colligunt cõcluſiones: ſed quoniam ſyllogiſmi iſti explicite non proferũtur, ſed eos ex dicto aucupamur de omni, propterea vnicum tantum eſſe ſyllogiſmum arbitramur, non eſt autem modus iſte idem in vniuerſalibus ac particularibus, ſed in vniuerſalibus vno modo, in particularibus aliter dicendum eſt, & propterea ſuperius dicebat, hæc itaque communis omnium cauſa & eorum qui vniuerſaliter & eorum qui ſecundum partem, quaſi innuens, quod in priore modo plures concluderentur concluſiones per eandem methodum & in vniuerſalibus & in particularibus, ſed in hoc, alia eſſet via in vniuerſalibus quã in particularibus. Ait itaque ad propoſitum, q; per vnum ſyllogiſmum poſſumus plures colligere concluſiones in vniuerſalibus ratiocinijs, ſi aliquos alios terminos ac propoſitiones accipiamus ſub medio termino, aut ſub concluſione hoc eſt minori extremo, omnium enim erit

M idem ſyllogiſmus, ſubaudias tu ſecundum exiſtimationẽ non ſecundum veritatem. Quemadmodum in exemplo: ſi. a. b. concluſio fuerit per medium. c. illata poſſumus alias colligere concluſiones, aliquid accipiamus ſub. c. medio, aut aliquid ſub. b. minori extremo, de his enim omnibus dicetur. a. maior extremitas, puta ſic primarius ſyllogiſmus iſte, omne. c. a. omne. b. c. omne. b. a. deinde ſub b. accipiamus. d. noua emerget concluſio, õẽ. d. a. ſi enim a. de omni. c. & c. de omni. b. & b. de omni. d. ſequitur q; a. de omni. d. prædicabitur. Conſimiliter ſi ſub. c. accipiamus. e. aliam conſtruemus concluſionem hoc pacto: omne. c. a. omne. e. c: omne. e. a. puta in exemplo ſit. a. ſubſtantia. c. animatum. b. animal. d. homo. e. planta, tunc vere dicimus, omne animatum ſubſtantia, omne animal animatum: omne animal ſubſtantia: omnis homo animal, ergo omnis homo ſubſtantia. Item omne animatum ſubſtãtia, omnis planta animatum omnis planta ſubſtantia. Aut elegãtius, quemadmodum Alulidus Roſa inquit, ſi quæſitum q; mundus eſt genitus, & oſtendatur ex hoc q; cœlum eſt genitum, manifeſtũ etenim q; cœlum eſt vna ex partibus mundi, ita enim inquit videtur quibuſdam, imo

Exẽplũ ſecũdi modi iuxta expõnẽ ſecũdã.

Exẽplũ in terminis nouis.

ferme omnibus per vnum ſyllogiſmum plures colligi cõcluſiones, quod tamen ſecus eſt, hæc enim cõcluſio q; cœlum eſt genitũ per alias colligitur propoſitiones, vna quarum eſt, q; cœlũ eſt pars mundi, altera quod omnes partes mundi ſunt nouæ, itidem ſi accipiamus ſub medio, puta in exemplo, ſit quæſitum oſtenſum, mundum eſſe genitum hunc in modum, omne compoſitum genitum mundus eſt compoſitus, mundus itaque eſt genitus, ſi ſub medio, hoc eſt ſub compoſito accipiamus terminum alium, puta corpus, poterimus aliam colligere cõcluſionem hoc pacto, omne compoſitum eſt genitum, omne corpus cõpoſitum, omne ergo corpus cœpit. Exiſtimant itaque inquit Alulidus & recte binas concluſiones, mundum eſſe genitum, & corpus eſſe genitum, per vnicum concluſas eſſe ſyllogiſmum, quod tamen aliter ſe habet, primi enim duo ſyllogiſmi ſunt communicantes in maiore propoſitione & differentes in minore, quemadmodum vnicuiq; N

O planum eſſe poteſt. Conſimiliter & in negatiuis ſyllogiſmis dicendum erit, vt in exemplo, nulla qualitas ſubſtantia, omnis habitus qualitas, nullus habitus ſubſtantia. Ponatur itaque ſub medio, hoc eſt qualitate, diſpoſitio, & ſub habitu ſcientia, & fient concluſiones, q; nulla diſpoſitio eſt ſubſtantia, & q; nulla ſciencia eſt ſubſtantia.

Exẽplũ in negatiuis ſyllogiſmis

Quæſtio. Sed quæritur qua de cauſa non ita poſſit accipi terminus aliquis ſub maiori extremo, quemadmodum ſub medio termino ac minore.

Solutio. Reſpondemus quod hoc fieri nequit, ſi ſeruare velimus vnicum dictũ de omni & vnicum ſyllogiſmum, ſi enim variaremus maius extremum iam iam totus ſyllogiſmus variatus eſſet. Vel aliter & melius ſi aliquid acciperemus ſub maiori extremo, non poſſet illud poni ſyllogiſmo, niſi pro medio termino, variato autem medio totus variatur ſyllogiſmus, quod nõ fit, cum accipimus aliquid ſub medio, aut ſub minore, id enim ſemper in minoris locum cedit.

P *In ſecunda autem figura quod ſub concluſione ſolum erit ratiocinari. ueluti ſi a nulli b: e autem omni, concluſio quod. b. nulli c. ſi igitur. d. ſub. c. eſt planum quod. b. non ineſt ipſi: ijs uero quæ ſub. a. quod non ineſt, non manifeſtum per ſyllogiſmum atqui non ineſt ipſi. e. ſi eſt ſub. a. ſed. b. quidem ineſſe nulli. e. monſtratum eſt per ſyllogiſmum, ipſi uero non ineſſe indemonſtratum ſumptum eſt, quare non propter ſyllogiſmum accidit. b. non ineſſe ipſi. e.*



Q Hæc coniugatio, termino aſſum pto ſub medio cõcludit, aliã concluſionẽ i prima figura ſub medio vero nõ cõcludit p ſyllogiſmũ, niſi facta cõuerſiõe maioris, et ſic cõcludit p dictum de Nullo.

Hucuſq;

A

Nota quõ intelligẽdũ ſit fieri ſyllm ĩ ſcda figura plures concluſiões cõcludentem.

Hucuſq; expoſuit quomodo ex dicto de omni, aut dicto de nullo in prima figura concludantur plures concluſiones, hoc idem nunc enarrat, quomodo in ſecunda efficiatur, non hoc dicens ꝙ ſyllogiſmus aliquis in ſecunda figura plures colligat concluſiones in ſecunda, ſed ſi ſecundus efficiatur ſyllogiſmus, qui tantum potentia proponebatur, non in ſecunda, ſed in prima comperietur figura, et propterea ea ſolũ accipientes, quæ ſunt ſub minori extremo, poſſumus plurium concluſionum copiam habere, ſic enim ſolum primam figuram cõſtituere valemus, puta in exemplo, nullum.b.a.omne.c.a.nullum.c.b.ſi ſub.c. accipiamus.d.terminũ, ſecundum indemonſtrabilem conſtituemus ſyllogiſmum hoc pacto, nullum.c.b.omne.d.c.nullum ergo.d.b.& ita non ſecundam, ſed primam figuram complicamus.

Inſtantia.

Quod ſi quiſpiam inſtaret dicẽs perperam hæc fuiſſe expoſita, nõ enim videri poteſt quomodo vnus ſyllogiſmus plures colligat concluſiones, ſi namque minor extremitas non eſt eadem nec medius terminus, qui fieri poteſt, vt idem & vnus dicatur ſyllogiſmus? aut ſi terminis variatis poteſt vnus eſſe ſyllogiſmus cum priore, nil eſt impedimento, quinetiam termini ſub maiore extremitate legitime accipi valeant.

B

Solutio.

Reſpõdeo, hos plures ſecũdum veritatem ſyllogiſmos eſſe, exiſtimari tamen vnum, quia vnico & eodem dicto de omni colliguntur, & quoniam maior extremitas eadem remanet, a qua dictum de omni incipit, veluti in ſuperioribus late diximus, ꝙ ſi ſub.a. hoc eſt ſub medio termino aliquid acciperemus, non poſſemus ſyllogiſmũ conſtruere in prima figura, niſi fortaſſe maiore propoſitione conuerſa, puta ſi.c.ſub.a.accipiatur, fiet ſyllogiſmus hoc pacto, nullum.b.a.omne.e.a.nullũ.e.b. Verum quidem eſt, ꝙ.b.nulli ineſt.e.ſed non fuit monſtratum ex priore ſyllogiſmo ac dicto de omni, ſed per ſecundum quodammodo & facta conuerſione maioris, nam prior ſyllogiſmus talis erat in prima figura, nullum.a.b.omne.e.a.nullum.e.b.deinde maiore conuerſa factus eſt ſecũdus ſyllogiſmus aut potius econuerſo prior ſyllogiſmus fuit in ſecunda figura.deinde facta maioris cõuerſione factus eſt ſyllogiſmus in prima cõcluſionem propoſitam inferens ex dicto de omni, & hoc eſt quod voluit Alulidus Roſadis, cum inquit, neque exiſtimant ipſum ſimul cum propria concluſione concludere, quod eſt ſubiectum medio termino, quoniam ſi hoc concludit, ipſum concludit ſecundum ordinem figuræ ſecundæ, & cogitatio cum cadit naturaliter ſuper cõcluſum in ſecunda quemadmodum in prima, & ob hoc videtur ꝙ maiorem extremitatem ineſſe ei, quod eſt ſub medio, concludere in ſecunda figura, hoc ſit per ſyllogiſmum ſecundum, neque arbitrantur, hoc eſſe per ſyllogiſmum primum in contrarium eius, quod ſit de eo, quod ſubiecto concluſionis ſubijcitur, deinde ſubdit exemplum, veluti omne corpus cõpoſitum eſt nouum, corpus cœleſte non eſt nouum, corpus igitur cœleſte non eſt compoſitum, quo ſequitur, ꝙ orbis ſtellatum fixarum non eſt nouus tanquam quod ſub minori extremo contineatur, ſi vero aliquid ſub medio termino acciperemus tanquam per ſe manifeſtum, puta ꝙ elementa nõ ſunt noua, de hoc non poſſet concludi maius extremum, niſi per ſyllogiſmum ſecundum facta maioris propoſitionis conuerſione, et hoc eſt quod voluit philoſophus dum inquit, ijs vero quæ ſub.a.ꝙ non ineſt, non manifeſtum per ſyllogiſmum, quaſi dicat, ſi aliquid accipiamus ſub medio termino de hoc non poſſumus per ſyllogiſmũ indemonſtrabilem in prima figura maiorem concludere extremitatem, ſed licet.b.maius extremum non inſit.e.quod ſub medio fuit acceptum, non tamen monſtratum fuit per ſyllogiſmum, nam quemadmodum oſtenſum eſt, nullum.c.eſſe.b.per ratiocinium, non etiam ita fuit monſtratũ nullum.a.eſſe.b.ſed acceptum fuit ſine oſtẽſione aliqua, quare neque per ſyllogiſmum monſtrabitur, nullum.e.eſſe.b. ſed ex inde monſtrata propoſitione & per ſecundum ſyllogiſmum arguetur.

C

Dictũ Alulidi Roſa.

D

De ſumpto ſub medio in ſcda figura nihil cõcluditur ꝗ primũ ſed p ſecũdum ſyllm.

In his vero quæ ſunt in parte eorum quidem quæ ſub concluſione ſunt non erit neceſſarium. non enim fit ſyllogiſmus quando hæc accepta fuerit in parte, eorum uero, quæ ſub medio, erit omnium, præterquam quòd non per ſyllogiſmum. ut ſi a omni b : b uero alicui c: eius enim, quod ſub.c. poſitum eſt, non erit ſyllogiſmus, eius uero quod ſub b. erit, ſed non propter antea factum.

E



F

Cõiugatio hęc particularis pter primã concluſionẽ termino aſſũpto ſub medio concludit aliã cõcluſionẽ, ſub minori vero termino, q̃m maior ẽ particularis

Locus iſte difficillimus eſt, Diuina tamen fauente prouidentia & hunc extricabimus. Ariſtoteles itaque poſtea quam ſuperius expoſuit quonam pacto ſyllogiſmi vniuerſales plures colligant concluſiones, idem hoc nunc de particularibus docet inquiens particulares ita ſe habere in prima figura, vt nihil concludant de eo quod eſt ſub concluſione, id eſt minore extremitate, propterea ꝙ ex maiore particulari in prima figura nihil ſyllogiſtice colligitur, ſi enim aliquid ſub minori extremo acciperemus, accepta concluſione præcedentis ſyllogiſmi, addito etiam inſuper quod fuit ſub minore acceptum conſtrui poſſet ſyllogiſmus, quod tamen eſt falſum, ſic enim maior eſſet in parte, vt in exemplo, omne.b.a.aliquod.c.b.aliquod.c.a. Si itaque ſub.c.aliquid acciperemus, puta.d & vellemus in prima figura ſyllogiſmum conſtruere, ſic eſſet arguendum, aliquod.c.a.omne.d.c.ergo aliquod.d.a. Cæterum in prima figura ex maiore in parte nihil ſyllogiſtice concludi poteſt, & ita ſi aliquid ſub minori acceperimus extremo per dictum de omni nihil poterimus colligere.

G

De eo qđ ẽ ſub cõcluſione in prima figura ĩ modis particularibus nihil cõcluditur p primũ ſyllogiſmum.

Quod ſi inquit aliquid ſub medio capiamus, de eo vtiq; maius extremum valebimus concludere, ſed non fiet per ſyllogiſmum, hoc eſt non concludetur maior extremitas de acceptis ſub medio per ſyllogiſmum primarium, ſed per ſecundum, puta in exemplo ſit particularis ſyllogiſmus, omne. b. a. aliquod.c.b. ergo aliquod.c.a. dico ꝙ poſſumus concludere.a. de acceptis ſub.b.puta de.e.hunc in modum, omne.b.a.omne.e.b.omne.e.a.

Si ſumatur aliquod ſub medio ĩ particularibus ſyllis cõcluditur maior extremitas de illo nõ p primũ ſed p ſecũdum ſyllm. Nota dubiũ difficile.

Sed dubitatur quomodo hoc non fiat per ſyllogiſmum, ſi enim non fit per ſyllogiſmum in particularibus nemini dubium, ꝙ neq; in vniuerſalibus, ex primario ſyllogiſmo maiorem concludere poſſemus de ijs quæ ſub medio continentur, quod tamen ſupra negabamus, aut igitur hoc de vtriſque dicendum tam vniuerſalibus quàm particularibus ſyllogiſmis, aut de vtriſque negandum, eadem enim in ambobus ratio eſſe videtur.

H

Solutio.

Reſpondemus aliam in vniuerſalibus aliam in particularibus rationem eſſe, vniuerſales enim per primarium ſyllogiſmum vniuerſalem colligunt concluſionem de ijs quæ ſunt ſub medio, particulares autem non ſtatim concludunt particularem, ſed primo vniuerſalem, deinde quia ex vniuerſali particularis ſequitur, particularem etiam concludunt, cum enim dicimus, omne.b.a.ſi ea quæ ſunt ſub.b. accipiamus, planum ꝙ minor propoſitio vniuerſalis erit, puta omne.e. b. ſi vero particularis profertur hoc fit ex conſequenti, quoniam ex vniuerſali particularis infertur: ſi enim omne.e.b.nulli dubium quin & aliquod.e.ſit.b. hoc eſt igitur quod voluit dum inquit, eorum quæ ſub medio, erit omnium, præterquam ꝙ non per ſyllogiſmum.

I

Coniugatio horũ particularis in ſcḋa figura termino aſſumpto ſub minori nihil cõcludit, quia maior ẽ particularis, aſſumpto vero ſub medio concludit aliã conclusionem.



K

Conſimiliter autem & in alijs figuris. eius enim quod ſub cõcluſione non erit, alterius uero erit; præterquam quod non propter ſyllogiſmum, ſed quemadmodum & in uniuerſalibus ex indemonſtrabili propoſitione quæ ſub medio erunt, monſtrabantur, quare neque ibi erit, aut in his.



L



M

Eodem inquit pacto fiet & in alijs figuris, & exponit, quomodo eodem pacto, quoniam de ſuppoſitis minori extremo non fit ſyllogiſmus, de ſuppoſitis autem medio fit, illud accidit ob eandem cauſam, quã in particularibus primæ recitauimus, quoniam ſequeretur in prima fieri ſyllogiſmum ex maiore particulari, quod nullo modo concedendũ, puta in exemplo, ſit in ſecunda ſyllogiſmus, nullum.b.a.aliquod.c.a.aliquod igitur.c.non eſt.b. ſi ſub.c.acceptum fuerit aliquid, puta.d.oportebit ita ſyllogiſmum complicare in prima figura, aliquod.c.non eſt.b.omne.d.c.ſed ita diſpoſitis propoſitionibus, nihil ſequitur vi ſyllogiſtica. Si vero ſub altero, hoc eſt ſub medio aliquid accipiamus faciemus vtiq; concluſionẽ verũ non per primarium ſyllogiſmũ, ſed maiore conuerſa, quẽadmodũ & in vniuerſalibus ſecũdæ faciebamus, puta in exẽplo, nullum b.a.aliquod.c.a. aliquod igitur.c.nõ eſt.b. ſi aliquid ſub.a. capiamus, poterimus concluſionẽ inferre per dictũ de omni, ſed non per primarium ſyllogiſmũ, qui fit in ſecunda figura, verũ per alterũ, qui in prima efficietur, puta ſi ſub.a. accipiamus.c. ita ſyllogiſmũ priorem faciemus in ſecũda figura, nullũ.b.a.omne.c.a.nullũ itaq;.c.b.hic igitur ſyllogiſmus in ſecunda figura, in prima vero fiet maiore hũc in modũ conuerſa, nullũ.a.b.omne.c.a.nullũ.c.b.et adhuc altero indigeremus ſyllogiſmo, qui particularem inferret, ſed hæc ex ſuperioribus ſatis plana ſunt. Conſimiliter & in ijs, qui ſunt in tertia nihil concludetur de ſuppoſitis minori eadem de cauſa, quã ſupra recitauimus, de ſuppoſitis vero medio cõcludi quidem poterit, ſed nõ per primariũ ſyllogiſmũ, ſed per vniuerſalẽ prius, deinceps per particularem, quẽadmodũ & in particularibus primæ efficiebamus, veluti in exemplo, omne.c.a.omne.c.b.aliquod.b.a. ſi aliquid acceperimus ſub.c.ita conſtruemus ſyllogiſmũ, omne.c.a.omne.e.c.omne igitur.e. a. deinde ex hoc vniuerſali particularem alium faciemus. Quod ſi ex maiore particulari ſyllogiſmũ complicemus in tertia hunc in modum, aliquod.c.a.omne.c.b.aliquod.b.a.non poterimus pacto aliquo plures colligere concluſiones, ſiue enim ſub medio, ſiue ſub minore termino aliquid accipiamus, ſemper maior particularis ꝓdidit in prima figura, quod quaſi præſentiens Alulidus Roſadis ait ad verbum, & ita res ſe habet in figura tertia, hoc eſt vt exiſtimemus nil ipſam ſimul cũ ſua concluſione cõcludere, niſi maiorẽ extremitatem illi tantum ineſſe, quod minori ſubijcitur extremo, non autẽ illi quod medio ſupponitur termino, & propter hoc exiſtimatur ꝙ ſyllogiſmi particulares nil concludunt niſi cõcluſionẽ propriam, qm̃ quæſitorũ ſubiectũ eſt particulare. Hæc ille quaſi inquiens, ꝙ eodẽ pacto ſe habent ſyllogiſmi tertiæ figuræ, quẽadmodũ & ſyllogiſmi particulares primæ ac ſecundæ, nil enim cõcludunt vltra cõcluſionem propriam, niſi fortaſſe aliquid per expõnẽ acciperes ſub minori extremo, deinde facta concluſione vniuerſali, maiorem extremitatẽ cõcluderes de ſuppoſitis minori hunc in modũ, aliquod.c.a.omne.c.b.aliquod.b.a.accipiamus aliquid per expõnem ſub.b. de quo vniuerſaliter ꝑdicetur.a.puta.d.ſub quo deinceps aliud capiamus, puta e.& ita cõſtruamus ſyllogiſmũ, omne.d.a.omne.e.d.omne igitur.e.a.ſed hoc nimis longiuquũ atq; intricatum. & ꝓpterea inquit exiſtimat, ꝙ ſyllogiſmi particulares, hoc eſt ſyllogiſmi habentes maiorẽ in parte huius tertiæ figuræ nil concludunt, niſi concluſionẽ propriã qm̃ ſi aliquid aliud concluderent, ſubiectum minoris extremi concluderent, quod etiam vix fieri poteſt, qm̃ quæſitorum, hoc eſt concluſionũ ſubiectum eſt particulare, & propterea non poteſt fieri maior in prima figura, niſi per expoſitionem. Hæc mea ſententia voluit Alulidus dum ea protulit, non tamen ignoro Leui Gerſonis aliter contextum illũ exponere, ſed de his ſatis. Quod ſi aliquis quæreret cur philoſophus abſolute de ſecunda ac tertia figuris protulit, eas concludere de ſuppoſitis medio termino, nõ autẽ minoris ſi hoc in tertia figura verum vndecunq; eſſe non poterat.

N

O

Expõ Alulidi Rosa.

P

Q

Dubium.

Reſpondemus non ea protuliſſe philoſophũ de vtriſq; figuris ſimul, ſed prius de ſecunda, mox etiã ad huius ſimilitudinem de tertia, nec propter hoc ſequitur, ꝙ oporteat in omnibus tertiæ figuræ cõplicationibus eodem pacto concluſionem fieri multiplicationem, quodq; hoc ita ſit, declarauit philoſophus cũ ait, alterius vero erit præter ꝗ̃ ꝙ non propter ſyllogiſmũ ſecundum ꝙ & in vniuerſalibus ex indemonſtrabili ꝓpoſitione, quæ ſub medio erãt monſtrabãtur, nãq; de vniuerſalibus tertiæ nullibi ſupra mentio facta eſt, nec ꝓprie in tertia vniuerſales fiũt ſyllogiſmi, cũ omnes concluſionẽ colligant in parte, neq; etiã opus eſt in ſyllogiſmis tertiæ aliqua propõne indemõſtrabili aut conuerſa, vt ex ipſa ſyllogiſmũ perficiamus in prima, illud itaq; intelligendũ in ſecunda figura, mox etiam ad huius & primæ quoq; ſimilitudinẽ ad tertiæ complicationes quaſdam referendũ, & propterea dixit, ſimiliter autem et in alijs figuris. Verũ hæc hactenus de prima potẽtia ſyllogiſtica, quæ eſt per vnicũ ſyllogiſmũ plures concluſiones

Solutio.

A cluſiones colligere, plura enim fortaſſe quàm opus erat
diſputata ſunt de intentione primũ libri huius, ſolutis ibi-
dem moderniorũ dubitationibus, quomodo ſyllogiſmus
vnus plures valeat cõcluſiones colligere, an concluſio ſit
eſſentialis ſyllogiſmo, an conuerſa & cõuertens ſint vna
propoſitio, mox etiam quomodo intelligendũ, quod di-
cit philoſophus. Concluſio autem aliquid de aliquo, quo-
modo ſecundus ille modus plures colligendi cõcluſiones
intelligendus ſit, & quonam pacto ſit ſecundũ exiſtima-
tionem non ſecundũ veritatem, cur ſub minori extremo
non poſſit accipi terminus ad plures inferendas cõcluſio
nes, quomodo in ſecunda figura oſtenſio fiat ex indemõ-
ſtrata propoſitione, quomodo particulares primæ nõ cõ
cludant de ijs, quæ ſunt ſub medio per ſyllogiſmũ ac quo
modo particulares tertiæ plures inferant concluſiones, &
qui vnam tantum, ſoluta atq; extricata ibidem pulcherri-
ma dubitatione circa cõtextum. His itaque omnibus ex-
plicitis, & declaratis iam ad reliqua tranſeamus.

B

De eo, quod eſt ex Falſis ratiocinari.

*EST itaque ita ſe habere, ut ueræ ſint propo-
ſitiones, per quas ſyllogiſmus, eſt autem ut fal
ſæ, eſt uero ut hæ quidem uera, illa autem
falſa.*

Intẽtio ariſ. in hac parte ſecũdũ expõnẽ Philoponi.

INQVIT Philoponus intentionem Ariſtotelicam
eſſe hoc in loco mõſtrare quomodo ex propoſitionibus
fiant concluſiones, quoniã propoſitiones aut ſunt ambæ
veræ, aut ambæ falſæ in totum, aut ſecundũ quid et in par
te falſæ, aut altera falſa, & altera vera, & hoc aut in toto,
aut in parte, aut maior aut minor. ſi itaq; vtræq; veræ ex
titerint, proculdubio vera colligetur concluſio, nunquam
autem falſa, ſin autem aut falſæ ambæ, aut altera tantum,
ſeu ſecundũ quid ſiue etiam ſimpliciter, nonnunquã falſa

Aliorũ opio de intẽtiõe pſſi.

concludetur cõcluſio, aliquando vera. Alij vero & preſ-
C ſius dicunt propoſitum philoſophi eſſe hoc in capite mõ-
ſtrare quomodo ex falſis ꝓpoſitionibus vera colligatur
concluſio, & hoc ſiue in toto falſæ fuerint, ſiue in parte, ſi-
ue altera in toto, altera in parte, ſiue hæc falſa, illa vera ex
titerit, iſti igitur ita de propoſito differũt Ariſtotelico, quo
rum ſententiam & noſtri omnes ſequuntur & nos etiam
approbamus, monſtrare nanq; quonam pacto ex propo-
ſitionibus concluſiones fiant, ad prius attinet volumen,

Dubium an ex falſis ꝓpoſitiõibus poſſit ſequi vera cõcluſio.

non autem ad præſentem ſpeculationem. Sed ſtatim nõ
ab re & propoſito quiſpiam ambigeret an ex falſo ante-
cedente verum conſequens inferri poteſt, & ſi hoc, an ta-
lis propoſitionũ ſeu enuntiationũ cõplicatio ſyllogiſmus
nuncupanda ſit, an vero extra omnem ſyllogiſmi natu-

Prima rõ.

ram ſeponenda. Quod itaque ex falſis verum concludi
nequeat hunc in modum arguitur, propoſitiones namq;
vt in Beta naturalis auditus inquit Ariſt. ſunt materia cõ-
cluſionis, ſed materia debet eſſe ad formæ proportionẽ,
igitur propoſitiones falſæ non poſſunt veram concluſio-
nem inferre, cum falſitas nullam cum veritate proportio-
D nem habeat, imo ꝙ amplius, falſum vero opponatur, &

Secũda rõ.

ad hæc vt in delta poſt naturalia ſcribitur, verum ens &
falſum nõ ens merito nuncupentur, Præterea, ſi falſum
verum concludit atq; infert, aut hoc fit ratione formæ ſyl
logiſticæ, aut ratione materiæ, ſi ratione formæ dixeris,
non poterit poſtea concluſio falſa ex falſis colligi propo
ſitionibus, neq; enim oppoſita ſecundũ eãdem ratiocinij
formam concludi queunt: ſi ex parte materiæ, nõ erit hoc
ex arte, ſed a caſu, quemadmodum ex ambabus affirma-
tiuis in ſecunda vtilem fieri complicationem dicimus, &

Tertia rõ.

vniuerſalem colligi in tertia. Demum ſi ex falſo antece
dente verum concluditur conſequens, ergo ex non vero
ſeu falſo ſequetur non falſum ſiue verum, videtur enim
hoc legitime concludi ſecundum conuerſionem cum op-
poſitione, quemadmodum conſueuimus dicere, ſi homo
eſt animal, igitur nõ animal eſt non homo, vel melius ex
homine ſequitur animal, ergo ex non animali ſequitur nõ
homo, ita in propoſito, ſi ex falſo ſequitur verũ, ergo ex
non vero ſequitur non falſum: tunc vlterius, ſi ex non ve
ro ſequitur non falſum, igitur nõ poterit ex nõ vero ſequi E
falſum, quẽadmodum, ſi ex non animali ſequitur nõ ho-
mo, fieri non poteſt, vt ſi aliquid ſit non animal, illud idẽ
ſit homo, ſeu ſi non ſit animal, ꝙ ſit homo, eodem itaq;
pacto ſi ex non vero ſequitur non falſum, non poterit ex
non vero ſequi falſum, quod per abſurdum eſt, in pleriſq;
nanq; complicationibus ſyllogiſticis videmus ex falſo fal-

In oppoſitũ ex ſnĩa pſſi.

ſum ſequi. In oppoſitũ eſt ſentẽtia philoſophi, ipſe enim
longo ſermone oſtendit ex falſis propõnibus verã colligi
concluſionem, & hoc etiã re ipſa confirmare poſſumus.

Solo Alberti ꝙ ex falſo ſequitur verũ ꝑ accĩs.

Dicendũ itaq; quẽadmodum & diuus refert Albertus, ꝙ
ex falſis propoſitionibus vera ſequitur concluſio nõ per
ſe, ſed per accidens, ita ꝙ præmiſſæ propoſitiones nõ ſunt
cauſa quare talis concludatur concluſio falſa, ſed diſpoſi-
tio ſyllogiſtica, quia enim maior minorque extremitates
ita in medio vniuntur termino, ob id talis conſequitur cõ
cluſio, non enim falſum qua falſum veram infert conclu-
ſionem, ſed falſum ita diſpoſitum ſecundũ ſyllogiſmi for-

F

Solutio rationum.

mam & habitudinem veræ cõcluſionis eſt cauſa. Et ex
hoc liquido conſtat quõ propoſitiones falſæ ſint ad veræ
concluſionis proportionẽ diſpoſitæ, & quomodo mate-
ria concluſioni proportionata. Conſtat etiam talem con
cluſionem veram eo ꝙ vera eſt, per accidens & ratione
materiæ ſequi & a caſu, nõ autem per ſe. Quod vero vlti
mo adducitur, ſi ex falſo verum ſequitur, non poſſe ex fal
ſo falſum deduci, ſoluimus dicẽtes, talem ratiocinij modũ
valere, vbi ſit conſequentia per ſe, nõ autem per accidẽs.
vnde quia per ſe infertur, ſi non eſt animal, nõ eſt homo,
fieri non poterit vt aliquid ſit non animal & illud ſit ho-
mo, ſeu ꝙ ſequatur non eſt animal, ergo eſt homo, hæc
enim ſibijnuicẽ pugnant, ſed quoniam non per ſe, ſed per
accidens, vt iam expoſuimus, ex falſo verum ſequitur, nil

An cõplicatio illa ſyllogiſtica ſit in qua ex falſis propõnibus colligiſ vera cõcluſio.

prohibet, quin ex falſo, falſum etiam deducatur. Sed hoc
ſuppoſito ac conceſſo quærendũ deinceps an talis cõpli-
catio, in qua ex falſis verũ colligitur, ſyllogiſmi rationẽ
ſuſcipiat, an vero a ſyllogiſmo penitus ſeiungatur. Vi-
detur enim ꝙ neutiquã ſyllogiſmus vocitãda ſit, quoniã

Prima rõ.

ſyllogiſmus eſt ratio ex propoſitionibus neceſſario infe-
G rens concluſionẽ, ſed concluſio vera non ſequitur neceſſa
rio ex propõnibus falſis, ſi enim ita eſſet, non poſſet ex fal

Secũda rõ.

ſis propõnibus falſa colligi concluſio. Præterea, nõ ſe-
quitur huiuſcemodi concluſio eo ꝙ hæc ſunt & per ſe, nõ

Tertia rõ.

igitur eſt ſyllogiſmus. Item quẽadmodum & Alexã. in
pleriſque locis inquit, inſtrumentum, cuius nullus eſt vſus
æquiuoce inſtrumentum dicitur, quemadmodum & ma-
nus mortua æquiuoce manus dicitur, igitur & ſyllogiſ-

Quarta rõ.

mus ex falſis, cum nullam argumenti vim habeant, æqui
uoce ſyllogiſmus nuncupabitur. Deinde ſi ex falſis cõ-
plicatio ſyllogiſmi rationem ſuſcipit, cum omnis ſyllogiſ
mus aut dialectico aut demonſtratori inſeruiat, & cõpli-
catio iſta aut dialectici aut demonſtratoris erit inſtrumẽ-
H tum: non demonſtratoris, quoniam demonſtrator nullus
falſas aſciſcit propõnes: nec dialectici etiam, quoniam dia
lecticus omnis probabiles accipit propoſitiones. Si itaq;
ſyllogiſmus aliquis ex falſis conſtaret, non autem proba
bilibus, ſequeretur ipſum nullo pacto ſyllogiſmum eſſe,
quoniam neq; demonſtratiuus, neq; dialecticus eſſet.

Quinta rõ.

Præterea cuiuſcũq; ſyllogiſmi medium per antecedentia,
conſequentia ac repugnantia tam ſubiecti quã prædicati
inuenitur, ſed in complicatione ex falſis medium inueniri
nequit ex inſpectione hac, ſequitur igitur eam a ſyllogiſ-

In oppoſitũ Prima rõ.

mi ratione ſeiungi. In oppoſitum arguitur, namq; ve-
luti ſupra in priori expoſuimus volumine in omni ratio-
ne ad impoſſibile ſyllogiſmus efficitur ad tranſumptum
qui vere ſyllogiſmus & eſt & nuncupatur, ſed ille ſemper
falſum habet antecedens, igitur & ex falſis cõplicatio ſyl

Secũda rõ.

logiſmus poteſt appellari. Præterea inquit Ariſto. in an
te topicis litigioſum ſiue contentioſalem ſyllogiſmũ tri
fariam ſecari: alius enim ratiocinatur ex apparẽtibus pro
babilibus, alius videtur ratiocinari ex probabilibus, alius
ex apparentibus probabilibus videtur ratiocinari, & ſub
dit paulo infra primum omnium iſtorum & eſſe et voca
ri ſyllogiſmũ, reliqui vero duo litigioſi quidem ſyllogiſ-
mi dicuntur, non autem ſyllogiſmi, eo ꝙ ratiocinari qui-

I dem videntur, non tamen ratiocinantur. Præterea & in octauo topicorũ inquit ad verbum. Palam quoniam non ſolum vera ratiocinandum, verumetiam neque per vera ſemper, ſed quandoque & per falſa, ſæpe enim vero poſito interimere neceſſe eſt diſputantem, quare præmittenda falſa, quandoque autem & falſo poſito interimendum eſt per falſa, nihil enim prohibet alicui videri quæ non ſunt magis quàm vera. quare ex his quæ illi videntur ratione facta, magis erit auſus, quam adiutus, idem & in ſophiſticis elenchis, vbi & ait, falſum ſyllogiſmum biſariam dici, aut cum falſum ratiocinatum eſt, aut cum qui nõ eſt ſyllogiſmus videtur ſyllogiſmus eſſe. Hoc idem ex pleriſque alijs locis aucupari licet, ſed quæ in præſentia attulimus, ſufficiant. Dicendum itaq; cum diuo Alberto atque alijs recte ſentientibus ſyllogiſmum ex falſis biſariam conſiderari poſſe, vel reſpectu concluſionis ſimpliciter ſiue illa falſa, ſiue vera extiterit, vel reſpectu veræ concluſionis, quæ ex falſis ſequitur propoſitionibus. ſi priore cõſideretur modo ſyllogiſmus vere eſt & rationem ſuſcipit ſyllogiſmi, namque & ex neceſſitate concludit, & eo ꝙ propoſitiones ſunt ita vel ita diſpoſitæ, & hunc in modum volumus ipſum inſtrumentum eſſe vtile, namque & deductionibus ad impoſſibile deſeruit & conuerſionibus ſyllogiſmorum faciendis & tentatiuo etiam artifici, qui plerunque falſas quidem accipit propoſitiones, ſed tamen probabiles, & ad hæc dicemus medium ſuum inueniri per ea quæ antecedentia ſunt & conſequentia & repugnantia, non autem vere talia, nãq; in propoſitionibus veris vere antecedentia accipiuntur, in falſis falſo, antecedentia enim cõſequentia ac repugnãtia ad propoſitionum modum reperienda ſunt. Si vero altero modo conſideretur nõ ſyllogiſmus ſimpliciter vocandus eſt, ſed ſecundum quid vel magis potentia ſyllogiſtica, ſi namque ſcimus quomodo vi ratiocinij ex falſis propoſitionibus vera ſequi poſſit concluſio, quid ſyllogiſticua poſſit diſcurſus intelligemus. Cæterum his iam explicitis & enodatis ad contextum exponendum tranſeamus. facit igitur quodammodo talem diuiſionẽ, cum
L ratiocinium conſtruimus, aut verum ex vero ſequi dicemus, aut falſum ex falſo, aut verum ex falſo, aut falſum ex vero, ſed quomodo ex vero verum, aut ex falſo falſum ſequatur, abunde in priori volumine diſputatum eſt, ꝙ autem ex vero falſum inferatur, prætermittendum cenſeo, cum nullo pacto fieri poſſit, vt ex vero falſum ſequatur, ſupereſt itaque declarandum, quomodo ex falſis propoſitionibus aut vtriſque aut altera vera colligatur concluſio, namque hoc & demonſtratori conferet, dum venabitur atque indagabit, quomodo contrariæ deceptionis ratiocinium fieri poſſit, & dialectico etiam tentatiuo cum de aliquo temere ſcientiam quampiam profitente periculum volet ſumere, hoc enim plerunque in diſputationibus fieri conſueuit, quemadmodum & Ariſto. in topicis tectiat & diui Platonis dialogos legenti manifeſtum.

Teſtis 16.

Solutio ꝙ ſyllis ex falſis põt cõſiderari vel ſimpliciter reſpectu cuiuſcunq; cõcluſiõis vel reſpectu cõcluſionis veræ.

K

Expoſitio textus.

Cæterum concluſio aut vera, aut falſa ex neceßitate. ex ueris
M *igitur non eſt falſum ratiocinari, ex falſis autem eſt uerum, præter quàm quòd non propter quid, ſed quia, eius enim quod eſt propter quid non eſt ex falſis ſyllogiſmus, ob quam uero cauſam in ſequentibus dicetur.*

Quod ſupra diximus inquit quaſi inquiens, ꝙ ſi complicatio eſt ſyllogiſmus ac ratiocinium vocanda ſit, non debemus ipſum determinare ad veram aut falſam concluſionem, ſed disiuncte dicendum eſt ex talibus propoſitionibus aut veram aut falſam concluſionẽ ſequi. {Præterquam quod.} propter quid exponit Alexan. hoc eſt quando medius terminus cauſa eſt concluſionis, veluti ſi dicam, quæ peperit habet lac, iſta peperit, iſta igitur habet lac. cauſa enim quod mulier lac habet eſt: quoniam peperit. ſi vero medius terminus non fuerit concluſionis cauſa, tunc appellabitur ſyllogiſmus quia, tantum enim concludit maius extremum minori ineſſe, non autem cauſam dicit medius terminus talis concluſionis. Cur autem ex falſis non poſſit conſtrui propter quid ſyllogiſmus ac demonſtratio, in ſequentibus, hoc eſt in poſterioribus analyticis dicetur. Scitu tamen dignum ꝙ aliter hoc in loco accipit ſyllogiſmum propter quid philoſophus & aliter in poſterioribus analyticis, ibi enim propter quid demõſtrationem vocat, cum per cauſam immediatam fiat ſyllogiſmus, quia vero cum aut per cauſam mediatam aut per effectum, ratiocinatio extruatur, verum hic propter quid ſyllogiſmus dicitur, cum veritas propoſitionũ cauſa eſt non ſolum ꝙ maior extremitas inſit minori in concluſione, ſed etiam ꝙ concluſio ipſa veritatem obtineat, quia vero cum propoſitiones ipſæ vel ita diſpoſitæ cauſa ſunt vt vi ſyllogiſtica maius extremum minori cõcludatur ineſſe. N

Sylls propter quid.

Sylls quia.

Nõ dñi eſt inter ſyllm ppr qd & demonſtrationem.

Primum ergo quòd ex ueris non poſſumus falſum ratiocinari hinc manifeſtum. ſi enim a exiſtente, neceſſe eſt b eſſe, b non exiſtente, neceſſe eſt a nõ eſſe. Si igitur uerum eſt a, neceſſe eſt b uerum eſſe, aut accidet idem ſimul eſſe & non eſſe: hoc autem impoßibile. O

Inquit Philoponus ex proportione Ariſtotelem hic monſtrare ꝙ ex veris propoſitionibus non poteſt falſa concluſio ſequi. Alij vero dicunt hoc monſtrari ex continuæ propoſitionis conuerſione, prius itaque enarrandum quomodo ex analogia ſeu proportione hoc fiat, mox etiam quomodo ex conuerſione cõtinuæ propoſitionis.

Ex proportione quidem, quoniam ſupponit, quod ſupra in priori volumine fuit declaratum, verum & eſſe ſimiliter poni in propoſitionibus, ex cõuerſione vero continuæ propoſitionis, quoniam rationem ducit a deſtructione conſequentis ad antecedens deſtruendũ, quod græci, quemadmodum & ſupra expoſuimus, conuerſionem vocant cum oppoſitione, quæ conuerſio in continuis & conditionalibus propoſitionibus fieri cõſueuit huc in modum, ſi eſt homo, eſt animal, ergo ſi non eſt animal, non eſt homo. Conſimiliter itaque & ipſe argumentum ducit ſupponens ſyllogiſmi finitionem veram eſſe, ꝙ neceſſario ex antecedente ſequatur conſequens, & arguit hoc pacto, ſi cum eſt. a. neceſſe eſt. b. eſſe, ergo & cum non eſt b. neceſſe eſt. a. non eſſe, hæc enim conuerſio eſt cum oppoſitione, deinde extrinſecus addendum, ſed eſſe & verũ in propoſitionibus eandem retinent proportionem, igitur itidem valebit ſi cum. a. eſt verum. b. eſt verum. ergo cum. b. non eſt verum. a. non eſt verum, aut ſi tu dicas oppoſitum, ꝙ videlicet dum. b. non eſt verum. a. ſit verum tſequitur idem ſimul eſſe & non eſſe, quod penitus fieri nequit. ſi enim. a. eſſet verum. b. etiam eſſet verum ex præſuppoſita ſyllogiſmi finitione, quia cum antecedens eſt, ex neceſſitate conſequens etiam eſt, ergo idem. b. & verum eſſet & non verum, quod idem eſt ac ſi diceremus idem. b. & eſſe & non eſſe, ex antecedente igitur vero nõ poteſt inferri conſequens falſum, ſed nil vetat vt ex falſo antecedente verum deducatur conſequens, quoniam non valet argumentum a deſtructo antecedente ad conſequẽs deſtruendum, veluti in priori volumine etiam expoſuimus, & hoc eſt quod voluit Alulidus Roſadis quum inquit, quoniam non ſequitur ob deſtructionem antecedentis deſtructio conſequentis, non ſequitur quum ſit. a. falſum, ꝙ ſit. b. quod eſt concluſio falſum, quoniam conſequentia concluſionis ex ſyllogiſmo non eſt conſequentia conuertibilis. P Q

Oſtẽdit ex ꝓportione vera ad eſſe aut ex conuerſione ꝓpõnis continuæ ex vero nõ poſſe ſeq; falſum.

Non autem quoniam poſitus eſt a unus terminus, exiſtimetur contingere uno aliquo exiſtente ex neceßitate aliquid accidere: non enim poßibile: quod enim accidit ex neceßitate, concluſio eſt: per quæ autem hoc fit minima, tres termini: bina uero interualla & propoſitiones: ſi itaque uerum eſt cui b ineſt, ipſum a omni cui autem c, ipſum b: cui c. neceſſe eſt a ineſſe: & non poteſt hoc falſum eſſe: ſimul enim inerit idem & non inerit: a igitur tanquã unum ponitur duæ propoſitiones ſimul acceptæ. Conſimiliter autem & in priuatiuis ſe habet: non enim eſt ex ueris monſtrare falſum.

Subſtantia

A

Binæ cõiugatiões ex u(tris) uerum cõcludẽtes.



Occurrit tacite quæſtioni. poſſet enim quiſpiam nõ im merito dubitare quomodo ex vno termino concluſio ex neceſsitate ſequatur: quum ſupra in priori volumine dictum fuerit ad minimum oportere binas propoſitiones & terminos tres in ſyllogiſmo accipi: ait itaq; quando dicebamus, ſi.a.exiſtente neceſſe eſt.b.eſſe, ꝙ non debemus exiſtimare.a.vnicum eſſe terminum, & ex ipſo neceſſario ſequi concluſionem aliquam: hoc enim fieri non poteſt, vt neceſſario ex vna propoſitione concluſio ſequatur: namq; quod ex neceſsitate in ſyllogiſmo ſequitur cõcluſio nũcupatur: illa vero ex quibus hæc ſequitur neceſ-

B ſario, ad minimũ tres ſunt termini & propoſitiones atq; interualla duo: quoniam vt in altero diximus volumine, tres termini duo ſunt interualla & propoſitiones duæ. { Si itaque verum eſt. } mõſtrat per expoſitionem, quod ſupra dixerat.a.pro binis accipi ꝓpoſitionibus.b.pro cõcluſione, & inquit, ſi in primo indemonſtrabili primæ figuræ iſtam extruamus complicationem: omne.b.a.omne c.b.omne c.a.dico ꝙ ſi præmiſſæ propoſitiones veræ extiterint: concluſio etiam vera ex neceſsitate erit, & non poterit eſſe falſæ, quoniam ſi aliter dixeris accidet veluti etiam ſupra deduximus idem ſimul eſſe & nõ eſſe, & ad hæc dico, ꝙ.a.ſuperius acceptum fuit pro binis iſtis propoſitionibus, omne.b.a.omne.c.b. & quemadmodum hoc expoſitione monſtratur in affirmatiuis: ita etiam in negatiuis oſtenditur ratiocinijs.

C *Ex falſis autem uerum eſt ratiocinari & utriſque propoſitionibus exiſtentibus falſis & una: hac autem non utralibet, ſed ſecunda: ſi totam accipiat falſam, ſi uero non tota accipiatur, eſt utralibet. ſit enim a toti c inexiſtens: eorum autem, quæ b nulli, neque b ipſi. c. Contingit autem hoc, ut lapidi nulli animal & lapis nulli homini. Si igitur acceptum fuerit a omni b: & b omni c: a omni c inerit: quare ex utriſque falſis uera concluſio: omnis enim homo animal. Similiter autem & priuatiuum: eſt enim a, & b nulli c ineſſe: a tamen omni b. ueluti ſi eiſdem acceptis terminis: medium poſitum fuerit homo: lapidi enim & animal & homo nulli ineſt: animal uero omni homini: quare ſi cui quidem ineſt, accipit nulli ineſſe, ex falſis utriſq;, uera erit concluſio.*

D

Binæ cõiugatiões vſu cõcludẽtes verum ex vtriſque in toto falſis.



Conſimiliter autem monſtrabitur & ſi ad aliquid falſa utraque accepta fuerit.

Binæ coniugationes ex ꝓpoſitionibus ſcd̃m partẽ falſis cõcludẽtes falsũ.



Monſtrauit ſuperius non poſſe ex vero ſequi falſum: nunc econuerſo oſtendit ex falſo verum ſequi poſſe, ſiue ambæ propoſitiones falſæ extiterint, ſiue & altera tantũ, & ſi ambæ quidem fuerint falſæ aut ſecundũ totum erunt tales: & ita binæ fiunt complicationes, vna affirmatiua, negatiua altera, aut ſecundum quid & in parte erãt falſæ, & ita duæ aliæ efficiuntur, aut vna erit in toto falſa, altera vero in parte & hac aut maiore aut minore & ita binæ aliæ fiunt cõiugationes affirmatiuæ et totidem negatiuæ, quod eſt ex ambabus falſis, octo complicationes effici, ſi vero altera tantũ ſit falſa & vera altera, octo itidem vniuerſales fiant coniugationes in prima ex maiore in toto falſa cum minore vera, binæ, affirmatiua ac negatiua, ex maiore in parte falſa cum minore itidem vera: binæ conſimiliter, ex maiore vera cũ minore in toto falſa, binæ etiã, F

E — Ex falſis ꝓpõibus ſiue ambabus ſiue altera tm̃ poſſe ſequi verã cõcluſionem.

& ex maiore vera cum minore in parte falſa, totidem. Erunt itaque in ſumma primæ figuræ cõplicationes vniuerſales ſexdecim, ex quibus nonnullas exponat, nonnullas etiam tanquam manifeſtas prætermittat, nos autem iſtas omnes cum Deo explicabimus. { Hac autem non vtralibet, } monſtrabitur enim ꝙ ſi maior tota accipiatur falſa cum minore vera, non poterit vera colligi cõcluſio: hoc enim in ſequentibus elucidabitur. { ſit enim.a.toti c. } Exemplum ponit, quomodo ex ambabus in toto falſis concluſio ſequatur vera, puta, omnis lapis eſt animal, omnis homo lapis, omnis homo animal. { Similiter autem. } Exemplum negatiui modi & vniuerſalis ponit, in quo ex ambabus in toto falſis ſequitur concluſio vera, puta in ijſdem terminis variato medio termino, nullus homo eſt animal, omnis lapis eſt homo, nullus lapis eſt animal. { Cõſimiliter autem monſtrabitur. } binas alias nũc complicationes recenſet, quomodo ex vtriſque falſis in parte uera ſequatur concluſio, exempla utriuſq; hæc ſunt, G omne album animal, omnis homo albus, omnis homo animal, ſeu nullum album animal, omnis flos albus, nullus flos animal.

Sexdecim vſes cõplicationes in pria figura in qbus ex falſis poteſt ſeq verum.

Quod ſi altera falſa poſita fuerit, prima exiſtente tota falſa, ut ipſa.a.b, non erit concluſio uera: ipſa uero b c erit. dico autem totam falſam contrariam, quemadmodum ſi nulli inexiſtens, omni acceptum fuit: aut ſi omni, nulli ineſſe. ſit enim a b nulli inexiſtens: b. uero. c. omni: ſi. b. c. quidem propoſitionem ueram accepero, a b autem totam falſam: & .a. ineſſe omni b, impoſsibile concluſionem ueram eſſe: nulli enim inerat eorum, quæ c: ſiquidem cui. b. nulli ipſum. a. b. uero omni. c.

Poſteaquã expoſuit quomodo ex vtriſque falſis propoſitionibus vera colligatur cõcluſio, nunc mõſtrat quonam pacto ſi altera falſa extiterit & uera altera complicationes efficiantur, & ꝙ ſi maior tota falſa extiterit, fieri non poteſt, vt uera inferatur concluſio: ſin autem minor tota ſit falſa cum maiore uera, poterit utique uerum concludi. Sed dubitaret non ab re quiſpiam cur quum ex ambabus falſis aliæ etiam extruãtur complicationes præter eas, quas recenſuimus, puta ex maiore falſa in toto cum minore falſa in parte, & econuerſo: cur de his nullam fecerit Ariſtoteles mentionem. Dicimus cum Philopono ac diuo Alberto, ꝙ eas Philoſophus omiſit tanquam ex ſuperioribus planas, agit uero in præſentia de ijs quæ alteram falſam habent, ueram alteram, inquiens quæ maiorem retinent in toto falſam, non poſſe vllo pacto uerum concludere. puta, ſi hæc fuerit tota falſa, omne b.a. cum hac tota uera: omne.c.b. fieri non poterit, vt hæc concluſio vera ſit, omne.c.b. ſi enim ex definitione ea tota eſt falſa, quæ in totum ueræ contraria eſt, ac cuius nulla ſingularis eſt uera, planum ꝙ ita ex ueris complicationem erigere ualebimus: nullum.b.a. omne.c.b. nullum.c. a. vbi tam propoſitiones quãm concluſio ſunt ueræ, ꝙ ſi concluſio iſta uera eſt, nullum.c.a. manifeſtum quòd ſua contraria, omne.c.a. falſa proculdubio erit, & hoc eſt quod uoluit, dum inquit: nulli enim inerat eorum quæ c. ſi quidem cui. b. nulli ipſum. a. b. vero omni. c.

Dubium. H

Solutio. Cõplicatio q̃ maiorem hẽt in toto falſaʒ nõ põt verã cõcluſionẽ cõcludere minõ exiſte uera

Sed mirum inquiunt Philoponus ac diuus Albertus quomodo ſi ex ambabus in toto falſis verũ concluditur,

I cur etiam ex altera tantum maiore non poſſit idem fieri.

Dubiũ quare ex maiore tm̃ falſa nõ poſſit ſequi uera cõclutio. Solutio. Exponit exẽpla diuerſarũ cõplicationũ.

Dicimus itaque hoc propterea euenire, qm̃ ambæ falſæ nullam ad ſcinuicem ſyllogiſticam habent proportionẽ, quum ex vtriſq; negatiuiuis nil ſequitur ratiocinij vi, ſi vero maior in toto falſa extiterit cum minore vera fieri ſecũdus indemonſtrabilis negatiuam veram concludentes, vt ſupra expoſuimus. Quod ſi exempla quæris quomodo ex minore in toto falſa cum maiore in parte falſa verum concludatur, hæc accipias: omne albũ animal: omnis coruus albus: omnis coruus animal. Iterum nullũ album animal: omnis hebenus alba, nulla hebenus animal. Sin autẽ deſiderares exempla quonã pacto ex maiore in toto falſa cum minore in parte, ſequatur vera concluſio: quærere hoc deſiſtas: fieri enim nullo modo poteſt, qm̃ ſi maior fuerit in toto falſa, ſua cõtraria vera erit, puta: ſi hæc falſa extiterit, omne.b.a, vera nimirũ hæc erit, nullũ.b.a. q; ſi
K minorem addideris in parte falſam: puta, omne.c.b. poteris ex hac particularem verã excerpere, puta, aliquod.c.b. nulla enim alia de cauſa dicitẽ hæc vera in parte, niſi quia particulares aliquas veras habet, & falſas aliquas, ſi itaq; has ambas veras acceperimus: nullũ.b.a. aliquod.c.b. per quartũ indemonſtrabilem nimirum veram iſtam colligemus concluſionem: aliquod.c. non eſt.a. quod quum ita ſit, fieri nequit vt ſua contradictoria vera ſit, omne c.a. Cæterum licet in toto veram per complicationem iſtam concludere nequeamus, nil tamen prohibet: vt falſam ſecundum quid, atq; in parte veram inferre valeamus.

Conſimiliter autem, neque ſi a omni b ineſt: & b ipſi c: accepta uero eſt b c propoſitio uera: a b autem falſa tota, & a nulli eorum, quibus b concluſio falſa erit. omni enim c inerit ipſum a: ſi quidem ipſum a, omni cui b, b uero omni c. Planũ igitur, quòd ſi prima tota accipiatur falſa, ſiue affirmatiua ſiue priuatiua, altera autem uera non ſit uera concluſio.

L



Binæ cõiugatiões habẽtes maiorem in toto falſam, minorẽ verã, nõ cõcludẽtes verum.

Quum uero non tota accipitur falſa erit: ſi enim a ineſt omni c: alicui autem b: b uero omni c. ut animal cygno quidem omni, albo autem alicui, album uero omni cygno: ſi acceptum fuerit a omni b: & b omni, c, inerit uere. omnis enim cygnus animal. Conſi-
M *militer & ſi priuatiuum ſit a b: accidit enim a b quidem alicui ineſſe: c uero nulli, b autem omni c. ut animal alicui albo, niui autem nulli, album uero omni niui. ſi itaque acceptum fuerit, a nulli b, b uero omni c, a nulli c inerit.*



Binæ cõiugatiões ex maiori i pte falſa, minori vera concludentes verum.

Idem monſtrat dicendũ eſſe de negatiua: nõ enim fieri poteſt, vt maior negatiua ſit in toto falſa cũ minore vera in toto aut etiã in parte, et concluſio vera ſit in toto, poſſumus enim ex veris propõnibus talem ſyllogiſmũ cõplicare: oẽ.b.a. omne.c.b. omne.c.a. q; ſi hæc vera eſt: fieri N
non poteſt vt ſua contraria vera ſit: nullũ.c.a. vel etiã ſua cõtradictoria ſi concluſionẽ fecerimus in parte. {Quum vero nõ tota accipitur falſa.} Si vero inquit maior nõ in toto falſa extiterit ſed in parte cũ minore vera, poterit cõcluſionem verã concludere, vt omne albũ eſt animal: omnis cygnus albus, omnis cygnus animal. Et vt breuibus agam, ſi cognoſcere volueris qñ ex falſis propõnibus vera ſequatur concluſio: in memoriã reuoces quæ de inutilibus cõplicationibus in priore diſputata fuere volumine, hæ enim ex falſis verũ colligent quæ omni & nulli ineſſe poſſunt cõcludere, qm̃ igitur ſi ex maiore in parte cũ minore vniuerſali cõiugationẽ erigamus, poterimus & omni & nulli cõcludere, ideo ſi maior extiterit in parte falſa cũ minore vera colligi poterit in cõcluſione verũ, nec verum ſolũ, ſed etiam falſum, qm̃ in prima figura ex maiore particulari cũ minore vniuerſali omni & nulli colligimus: Si igitur omni cõcludamus vera erit cõcluſio, ſi nul-
li falſa, quare quẽadmodum & Philoponus optime notauit, non ſolũ ex falſis credendũ eſt verũ ſequi poſſe, ſed falſum etiam, quũ tamen alioquin ex vero verũ tantũ ſequatur, quod ſupra demonſtratũ fuit & in poſterioribus etiã traditur. {Conſimiliter & ſi priuatiuũ.} Itidem inquit dicendũ in negatiuo ſyllogiſmo ex maiore in parte falſa cũ minore vera, q; ſequi poteſt vera concluſio, vt nullum album eſt animal, omnis nix alba, nulla nix animal. O

Nota regulam vtẽm qua cognoſcaſ qñ ex falſis vera põt ſeq cõcluſio.

Quòd ſi a b propoſitio tota accepta fuerit uera: b c autem tota falſa, erit ſyllogiſmus uerus: nil enim prohibet a, b & c. omni ineſſe: b. autem nulli c. ut quæcunq; eiuſdem generis ſpecies non ſubalternæ, animal enim & equo & homini ineſt: equus uero nulli homini. Si itaque acceptum fuerit a omni b: & b omni c, uera erit concluſio, falſa tota exiſtente b c propoſitione. Conſimiliter autem & priuatiua exiſtente a b. propoſitione. Contingit enim a, & b, & c nulli, quemadmodũ ex alio genere ſpeciebus ipſum genus, animal enim neque muſicæ neque medicinæ ineſt, neq; muſica medicinæ. Si igitur acceptum fuerit a nulli b; b uero omni c, uera erit concluſio.

P



Cõiugationes binę ex maiori uera minori i toto falſa, cõcludentes verum.

Et ſi b c, non tota falſa, ſed ad aliquid, & ita erit concluſio uera: nihil enim prohibet, a & b & c, toti ineſſe: b tamen alicui, c, ut genus ſpeciei ac differentiæ. animal enim omni homini & omni pedeſtri: homo uero alicui pedeſtri & non omni. Si igitur, a, omni b, & b omni c, acceptum fuerit, a omni c inerit, quod erat uerum. ſimiliter autem & priuatiua exiſtente, a b, propoſitione. Contingit enim a & b & c nulli ineſſe, b tamen alicui, c, ut genus ex alio genere ſpeciei & differentiæ, animal enim neque prudentiæ ulli ineſt, neque ſpeculatiuæ, prudentia uero alicui ſpeculatiuæ. Si igitur acceptum fuerit a nulli b: b autem omni c: a inerit nulli c. hoc autem erat uerum.

Q



Cõiugationes binę ex maiori vera, minori i parte falſa, cõcludẽtes verum.

Alias

A Alias explicat cōiugationes quo ex maiore vera in toto & minore falſa itidē in toto concluſio ſequatur vera, puta: oīs equus animal, omnis homo equus, omnis hō, animal, & in negatiuo ſyllogiſmo conſimiliter, vt nulla muſica eſt animal, omnis medicina muſica, nulla medicina animal. { Et ſi.b.c.non tota falſa. } Eodem inquit pacto poterimus veram colligere concluſionem, & ſi.b c.hoc eſt minor propoſitio extiterit non in toto falſa, ſed aliquid & in parte, vt in exemplo, omnis homo animal omne pedeſtre homo, omne pedeſtre animal, & in negatiuis conſimiliter, vt nulla prudentia eſt animal, omnis ſpeculatiua eſt prudentia, nulla ſpeculatiua animal.

In ſyllogiſmis uero qui in parte, contingit & prima propoſitione tota falſa altera autem uera, concluſionem ueram eſſe, & prima exiſtente ad aliquid falſa, & has quidem uera illa autem quæ in parte falſa, & utriſque falſis, nihil enim probibet, a nulli, quidem b ineſſe, c uero alicui, & .b.alicui.c. ueluti animal nulli niui, albo autem alicui ineſt, & nix albo alicui. Si igitur mediū poſitum fuerit, nix primum autem animal, & acceptum fuerit a.toti b ineſſe: b uero alicui c, a b quidem tota falſa, b c autem uera & concluſio uera. Conſimiliter autem & priuatiua exiſtēte a b propoſitione, accidit enim a toti b ineſſe, c uero alicui non ineſſe.b.tamen alicui . c.ineſſe, ut animal, homini quidem omni ineſt, ex albo autem aliquo non ſequitur, homo autem alicui albo ineſt, quare ſi medio poſito homine accipiebatur a nulli b ineſſe b autem alicui c ineſſe, uera erit cōcluſio, falſa exiſtente a b propoſitione tota.

Cōiugationes binę pticulares, ex maiori i tōto falſa, minori uera, cōcludūt uerum.

C



Poſteaquam complicationes omnes vniuerſales expoſuit, in quibus ex falſo verum ſequitur, nunc eas explicat quæ ſunt in parte, inquiens quomodocunque variatis propoſitionibus poſſe ex falſo verum conſequi, ſiue vtræque falſæ extiterint, ſiue altera, vel maior vel minor vel in toto vel in parte. Vnum tamen notatu dignum quemadmodum et Philoponus ait, quod minor propoſitio in complicationibus particularibus neque in toto neque in parte falſa dicenda eſt, ſi enim eſſet in toto falſa oporteret ipſam vniuerſalem eſſe, quod fieri nequit in ſyllogiſmis particularibus primæ. { Nihil enim prohibet. } exēplum ponit, quomodo ex maiore in toto falſa, cum minore vera ſequatur concluſio vero, hanc autem reliquis omnibus antepoſuit, quoniam ſecus ſe habebat in vniuerſalibus complicationibus. Exemplum ergo affirmatiuæ complicationis, hoc eſt, omnis nix animal, aliquod album nix, aliquod album animal, negatiuæ autem nullus homo animal, aliquod album homo, aliquod igitur, album non eſt animal.

Nō ex Phi. propōnē pticularē icōplicationibus particularibus nec in toto nec in parte falſam eſſe dicendam.

D

Et ſi ad aliquid falſa a b propoſitio, erit concluſio uera, nihil enim prohibet a & b & c.alicui ineſſe, & .b.alicui . c . ineſſe, quemadmodum animal alicui honeſto & alicui magno, & honeſtum alicui magno ineſſe. Si igitur acceptum fuerit a omni, b: & b alicui c, a b quidem propoſitio ad aliquid falſa erit: b c autem uera & concluſio uera. Conſimiliter autem & priuatiua exiſtente a b propoſitione, ijdem enim termini erunt & ſimiliter poſitis ad demonſtrationem.



B

Binæ cōiugationes ex maiori in parte falſa minori uera cōcludūt uerum.

F Supra expoſuit quomodo ex maiore in toto falſa, cū minore vera, ſequatur concluſio vera, nunc autem exponit quomodo ſi maior in parte falſa extiterit, hoc idē fiat: in parte falſa nuncupatur, cuius contradictoria eſt vera: in toto autem cuius contraria. Exemplum igitur affirmatiuæ complicationis ex maiore falſa in parte, omne honeſtum eſt animal, aliquod album honeſtum, aliquod album animal, negatiuæ etiam ijdem termini in exemplo erunt, puta nullum honeſtum eſt animal, aliquod album honeſtum, aliquod album non eſt animal.

In parte falſa eſt cuius cōtradictoriam ē uera i toto, cuius contraria ē uera.

Rurſus, ſi a b quidem uera: b autem falſa, uera erit concluſio, nihil enim prohibet a, b quidem toti ineſſe: c autem alicui, & b, c nulli ineſſe: quemadmodum animal cygno quidem omni: nigro autem alicui, cygnus uero nulli nigro, quare ſi acceptum fuerit a omni b, & b alicui c, uera erit concluſio, falſo exiſtente b c. Conſimiliter autem & priuatiua accepta a b propoſitione. accidit enim a b quidem nulli, c uero alicui non ineſſe, b tamen nulli c. quemadmodum genus ſpeciei ex alio genere & accidenti ſpeciebus ipſius, animal enim numero quidem nulli ineſt, albo autem alicui numerus autem nulli albo. Si igitur medium poſitum fuerit numerus: & acceptum fuerit a quidem nulli b: b uero alicui, c, a alicui c non inerit, quod erat uerum: & a b quidem propoſitio uera, b c autem falſa. G



Coniugationes binę ex maiori, uera minori falſa cōcludūt uerū.

H

Hucuſque pertractauit quomodo ex maiore falſa cū minore vera, ſequatur vera concluſio, nunc autem conuerſum facit docens quomodo ex maiore vera cum minore falſa, verum colligatur, non amplius ipſam diſtinguens ſecundum totum aut ſecundum partem, quum.n. minor ſit particularis non veræ vt Philoponus etiā inquit dici poteſt in toto falſa, neque etiam veræ ſecundū partem, quum falſa in parte quemadmodum diximus ea ſit, cuius contradictoria eſt vera, ſed ſi falſa in parte nuncupanda eſt ſecundum prædicationē vocabitur, non ſecūdum exiſtentiam. Exemplum itaque affirmatiuæ ex maiore vera cum minore falſa eſt, omnis cygnus animal, aliquod nigrum cygnus, aliquod nigrum animal, negatiuæ autem, vt nullus numerus animal, aliquod album numerus, aliquod album non eſt animal. { Albo autem

I alicui. } Dicendum fuit alicui non, namq; concluſio non eſt, q aliquod album ſit animal, ſed q aliquod album nõ eſt animal. Cæterum fortaſſe hoc fecit Ariſtot. vt ſignificat concluſionem accipiendam eſſe particularem natura non autem poſitione, aut potius ex ſuperiore negatione, hanc quoq; propoſitionem negatiuam fecit, quum enim dixiſſet, animal numero quidem nulli, ſubdidit. albo autẽ alicui, ac ſi diceret, animal numero quidem omni, albo autem alicui non ineſt.

Et ſi a b aliquid falſa a b, falſa uero b c, erit concluſio uera, nihil enim prohibet a b alicui, & c alicui ineſſe utrique. b. autẽ nulli c. uelut ſi. b. contrarium ipſi c: ambo uero cõtingentia eidem generi animal enim alicui albo & alicui nigro ineſt album autem nulli nigro. Si igitur acceptum fuerit a omni b: & b alicui c, uera erit concluſio, & ſi priuatiua accipiatur a b ſimiliter, ijdẽ enim termini & ſimiliter ponuntur ad demonſtrationem.

K

Binæ coniugatiões maiori i parte, minori i toto falſa, concludentes uerum.



Et utriſque autem falſis exiſtentibus erit concluſio uera, accidit enim a b quidem nulli, c uero alicui ineſſe, b. autem nulli. c. quemadmodum genus ſpeciei ex alio genere, & contingenti ſpeciebus ipſius animal enim numero quidem nulli, albo autẽ alicui
L *ineſt, & numerus nulli albo. Si igitur acceptum fuerit a omni b: & b, alicui c, concluſio quidem uera, propoſitiones autem ambæ falſæ: ſimiliter & priuatiua exiſtente a b, nihil enim prohibet, a b quidem toti ineſſe, c uero alicui non ineſſe, & b nulli. c. uelut animal cygno quidem omni, nigro autem alicui non ineſt, cygnus uero nulli nigro, quare ſi acceptum fuerit, a nulli b, b uero alicui c, a alicui c, non inerit. Concluſio igitur uera propoſitio autem falſæ.*

M

Binæ coniugationes ex utriſque in toto falſis concludẽtes uerum.



Poſteaquam dixit de ijs quæ alteram falſam habent, & veram alteram, nunc agit de ijs quæ ambas falſas retinent, & primo de habentibus vtraſque ſecundum partẽ falſas, licet ve inquit Philoponus, maior κατ᾽ ὕπαρξιν talis ſit, minor vero κατὰ κατηγορίαν quemadmodum & nos ſupra expoſuimus ſecundum exiſtentiam ac ſecundum prædicationem. Exemplum itaque affirmatiuæ complicationis ex vtriſque hunc in modum falſis, eſt hoc, omne album animal, aliquod nigrum album aliquod nigrum animal, negatiuæ autem, nullum album animal, aliquod nigrum album, aliquod nigrum non eſt animal. { Et ex vtriſque autem falſis. } non hoc dicit tanquam complicationes proxime expoſitæ non habeant & ipſe propoſitiones vtraſque falſas, ſed quoniam quæ ibi in parte accipiebatur, hic in toto aſſumatur, vt in exemplo affirmatiuæ complicationis, omnis numerus animal, aliquod album numerus, aliquod album animal, negatiuæ autem, nullus cygnus animal, aliquod nigrum cygnus, aliquod nigrum non eſt animal. Et ita iam explicuimus quomodo ex falſis in prima figura ſequi poſsit concluſio vera, ad ſecundam deinceps tranſituri. N

Figura Secunda.

IN media autem figura omnino accidit per falſa uerum ratiocinari, & cum utræq; propoſitiones totæ falſæ accipiuntur: & quum utraque ad aliquid, & hæc quidem uera, illa autem falſa exiſtente tota, utralibet poſita falſa, & ſi utræque ad aliquid falſæ: & ſi O *hæc ſimpliciter uera, illa autem ſimpliciter falſa, & ſi hæc tota falſa, illa autem ad aliquid uera & in uniuerſalibus ſyllogiſmis & in ijs, qui ſunt in parte.*

POSTEAQVAM de prima figura ſermonem exegit nunc ad ſecundam ſe confert oſtendens, quo & in hac ex falſo verum ſequatur, & inquit, q in media ac ſecunda figura omnino, hoc eſt omni modo ex falſis propoſitionibus verum ſequi poteſt, & quum vtræq; accipiantur falſæ, vel in toto vel in parte, & quum altera tãtum in toto & in parte altera, ſeu maior ſiue minor, & quum falſa vna & altera vera, ſiue ſecundum totum falſa, ſiue ſecundum partem, & hoc aut maior aut minor, ita q in ſumma fiant in ſecũda figura ſyllogiſmi vniuerſales ex falſis verum colligentes ſexdecim numero, e quibus nonnullos exponet Philoſophus, nonnullos etiam P tanquam manifeſtos omittet, nos autem omnia pertractabimus.

Si enim a, b quidem nulli ineſt: c uero omni ut animal lapidi quidem nulli, equo autem omni, ſi econtrario poſitæ fuerint propoſitiones & acceptum fuerit a b quidem omni, c uero nulli, ex falſis totis propoſitionibus, uera erit concluſio. conſimiliter & ſi b quidẽ omni, c autẽ nulli ineſt a, idẽ enim erit ſyllogiſmus.



Binæ coniugatiões vtriſque ex propõnibus in toto falſis cõcludẽtes verũ.

Q

Exemplum ponit ſecundæ complicationis mediæ, & quomodo ex maiore vniuerſaliter affirmatiua cum minore negatiua itidem vniuerſaliter ambabus falſis, vera ſequatur concluſio, vt omnis lapis animal, nullus equus animal, nullus equus lapis. Sed ſtatim occurrit dubitandum cur de ſecunda complicatione ita prius ſermonem fecerit, quum tamen recto ordine a prima exordiri debuiſſet. Dicimus hoc ideo factum fuiſſe, quoniam complicatio hæc magis propria eſt ſecundæ figuræ, quã prima, namque maiorem ea cognationem habet cũ prima figura, quam hæc. Vel potius dicendum q verarum cõplicationum ordinem ſeruauit. ſi enim falſas propoſitiones iſtas in ſuas contrarias & ad veras perducere velimus, proculdubio comperiemus hanc, quæ ſecunda eſt ex falſis, primam fieri ex veris. { Conſimiliter & ſi. b. quidem omni. } ſecundam complicationem ex veris, primam autem ex falſis enarrat inquiens ſi medium omni inſit maiori, nulli autem minori, itidem ex falſis verum

Dubium

Solu prima

Secunda.

ſequi

A ſequi poſſe, vt in exemplo, nullus equus animal, omnis lapis animal, nullus lapis equus. { Idem enim erit ſyllogiſmus. } Vel hoc dicit, quia eadem eſt concluſio, ſyllogiſmus enim plerunque vt ſupra etiã vidimus pro concluſione accipitur, nãq; nullus lapis equus, & nullus equus, lapis, eadem ſunt concluſio, quia conuerſa & conuertẽs, vel idem dixit ſyllogiſmus, quia eodem pacto ex vtriſq; falſis in toto vera concludebatur concluſio, aut hoc ꝓtulit, quoniam eiſdem terminis, monſtrabatur verum ex falſo in hac ſequi coniugatione, quibus etiam ſuperius alteram exponebamus complicationem.

Syllogiſmus quoque ꝑ cõcluſione accipitur.

Rurſus ſi altera quidem tota falſa, altera autem tota uera, nil enim prohibet, a ineſſe & b, & c omni b, tamen nulli c, ut genus non ſubalternis ſpeciebus, animal enim & equo omni & homini, & nullus homo equus, ſi igitur acceptum fuerit, huic quidem omni, illi uero nulli ineſſe, hæc quidem tota falſa erit, illa autẽ tota uera & concluſio uera ad utrũlibet poſito priuatiuo.

B



Binæ coniugationes ex altera vera, altera in toto falſa verum concludentes.

Connumeratis coniugationibus, quæ ex ambabus falſis in toto verum colligebant, nunc eas recenſet, quæ alteram retinent totam falſam, alteram totam verã, & vnico exemplo ambas enarrat, puta, nullus equus animal, omnis homo animal, nullus homo equus, aut oĩs equus animal, nullus homo animal, nullus homo equus. Verũ inquit Philoponus eam ſiluit complicationẽ, quæ ex maiore affirmatiua falſa, cum minore negatiua vera, concluſionem veram colligebat, addo ego ꝙ & eam omiſit, quæ maiorem haberet negatiuam veram cum minore affirmatiua falſa, ſubijciamus igitur nos, & harum exempla, nullus lapis animal, omnis numerus animal, nullus numerus lapis, & in eiſdem terminis, omnis lapis animal, nullus numerus animal, nullus numerus lapis. Cæterum hæc tanquam faciliora fuere a Philoſopho prætermiſſa,

C

Et ſi altera ad aliquid falſa, altera autem tota uera, accidit enim a, b quidem alicui ineſſe, c uero omni b, tamen nulli c, ut animal albo alicui coruo autem omni, & album nulli coruo, ſi igitur acceptum fuerit. b. quidem nulli c uero toti in eſſe. a. b. propoſitio ad aliquid falſa, a c uero tota uera, & concluſio uera, & ſi tranſponatur priuatiuum conſimiliter, per eoſdem namque terminos demonſtratio.

D



Binæ coniugatiões, vna ex maiori ī parte falſa, minori uera altera econtra cõcludẽtes uerum.

Et ſi affirmatiua propoſitio ad aliquid falſa, priuatiua autẽ tota uera, nihil enim prohibet a b quidem alicui ineſſe, c uero toti non ineſſe, & b nulli c ut animal, albo quidem alicui, pici autem nulli, & album nulli pici quare ſi acceptum fuerit a toti b ineſſe. c uero nulli a b quidem ad aliquid falſa, a c autem tota uera.

B



Coniugatio ex maiori, parte falſa minori uera cõcludẽs uerũ, terminis nõ tráſpoſitio ſit altera eodẽ mõ concludẽs.

Expleuit earum tractatum quæ vnam totam habent veram, alteram autem totam falſam, & ad eas accedit, quæ vnam habent veram totam, & alteram in parte falſam, & primo exemplum ponit eius, quæ maiorem in parte retinet falſam & negatiuam cum affirmatiua minore & vera puta, nullum album animal, omnis coruus animal, nullus coruus albus, & addit ꝙ eiſdem terminis monſtrari poteſt ex maiore affirmatiua vera in toto cum minore in parte falſa, concluſionem veram ſequi, ut omnis coruus animal, nullum album animal, nullum album coruus. { Et ſi affirmatiua propoſitio. } Exemplum ponit quomodo ex maiore affirmatiua falſa in parte cũ minore negatiua ſecundum totum vera, concluſio colligatur vera, vt omne album animal, nulla pix animal, nulla pix alba. Tacuit autem inquit Philoponus & recte, quomodo ex maiore negatiua vera ſecundum totum cũ minore affirmatiua falſa in parte concluſio ſequatur vera. Cæterum hoc fecit, quoniam eiſdem terminis ſola propoſitionum tranſpoſitione poteramus exemplum in medium proponere, puta, nulla pix animal, omne albũ animal, nullum album pix. F

Et ſi ambæ propoſitiones ad aliquid falſæ, erit concluſio uera accidit enim a, & b, & c alicui ineſſe: b uero nulli c. ut animal & albo alicui, & nigro alicui, album autem nulli nigro. ſi igitur acceptum fuerit a b quidem omni, c uero nulli, ambæ propoſitiones ad aliquid falſæ, concluſio autem uera, conſimiliter & tranſpoſita priuatiua per eoſdem terminos: G



Cõiugationes binæ ex utriſq; in parte falſis concludẽtes uerum,

Redit ad eas quæ ex ambabus conſtant falſis, & inquit, ꝙ etiam ex ambabus in parte falſis aliquando ſequitur concluſio vera, vt in exemplo ex maiore affirmatiua cum minore negatiua, vt omne album animal, nullum nigrum animal, nullum nigrum album, & iterum tranſpoſitis propoſitionibus ex maiore negatiua cũ minore affirmatiua, veluti, nullum album animal, omne nigrum animal, nullum nigrum album. Et ita cum deo complicationes omnes vniuerſales ſecundæ figuræ abſolutæ ſunt. H

Sed dubitatur circa ſupra determinata, quomodo ex maiore falſa in toto cum minore vera itidem in toto poſſit in ſecunda verum concludi in prima autem minime, quum tamen alioqui ſecunda deſcendat a prima & eadẽ concluſio in prima & in ſecunda reperiri poſſit. Reſpõdeo non eſſe neceſſarium ſi ſecunda a prima deſcendit, ꝙ ex eiſdem propoſitionibus eadem concluſio in vtraq; colligi poſſit, nãque in prima medius terminus ſub maiore ponitur extremitate, in ſecunda vero maior ſub medio, & propterea in ſecunda ex maiore in toto falſa cum minore vera ſequi poteſt vera concluſio in prima autẽ non, nec valet etiam, ſi eadem in vtraque concluſio concluditur, ꝙ propoſitiones eædem eſſe debeant, namq; ſi maior quæ in ſecũda erat in toto falſa terminis ad ſeipſam

Dubiũ quõ ex maiore ī toto falſa minore uera poſſit cõcludi uera concluſio ī ſcd̃a in p̃ia uero non.

Solutio, licet ſecunda a p̃ia deſcẽdat, nõ tñ ex eiſdẽ ſeq dẽt cõcluſio eadem.

I conuertatur, nō amplius in toto, ſed in parte falſa efficiet, vt in exēplo iam ſupra allato, nullus equus animal, omnis homo animal, nullus homo equus, ſi enim maiorem dicentem, nullus equus animal in ſeipſam verterimus hūc in modum, nullum animal equus, non amplius in toto erit falſa, ſed in parte efficietur.

Manifeſtum uero & in ſyllogiſmis in parte, nihil enim prohibet a. b. quidem omni c autem alicui ineſſe, & b, alicui c nō ineſſe, ut animal omni homini, albo uero alicui, homo autem alicui albo non inerit. Si igitur poſitum fuerit, a. b. quidem nulli ineſſe c, uero alicui ī eſſe: uniuerſalis propoſitio tota falſa, quæ autem in parte uera, & concluſio uera.

Poſteaquam vniuerſales omnes complicationes expoſuit, iam ad particulares ſe confert, quæ totidem modis variari poſſunt, quot & hæ quæ vniuerſaliter proferebātur, præterquam ꝙ minor, quæ eſt in parte, neq; in toto neq; in parte vere dici poteſt, aut vera aut falſa eſſe, & K primum de ea ſermonem facit quæ maiorem habet vniuerſalem negatiuam totam falſam, cum minore vera inquiens ex hoc genus propoſitionibus poſſe veram colligi concluſionem, vt in exemplo, nullus homo animal, aliquod album animal, aliquod album nō eſt homo.

Dubiū de: ſtatu conſugationum. Solutio. Sed ſtatim dubitatione dignum cur hanc ita Philoſophus præpoſuerit, non autem eas, quæ vtraſq; falſas habēt, quemadmodum ſupra factum fuit. Reſpōdeo, hoc ideo feciſſe Philoſophum, quoniam complicationes iſtæ maiorem cum præcedentibus ſimilitudinem habebant, Inſtantia quam hæ quæ vtraſque retinent falſas. Sed diceret aliquis contra hoc arguens, videtur oppoſitum potius faciē-Solutio. dum fuiſſe, quum proxime egerit de habentibus vtraſq; falſas ſecundum partem. Dicimus iſtas quodammodo melius conſonare iis quæ hic proferuntur, quā iis quæ ambas retinent falſas, illæ enim partem habent veritatis ac falſitatis partem, hæ autem nihil penitus veritatis obtinent, & propterea eas quoq; ſuperius Ariſto. coaptauerat ac coniūxerat cum habentibus falſam vnam & alteram L veram. Sed de his ſatis.

Conſimiliter uero & quum affirmatiua accipitur a b accidit enim, a b quidem nulli, c autem alicui non ineſſe, &, b, c, alicui nō ineſſe, ut animal nulli inanimato, albo uero alicui, & inanimatū non inerit alicui albo. Si itaque poſitum fuerit, a, b, quidem omni c uero alicui non ineſſe, a. b, quidem propoſitio uniuerſalis, tota falſa, a c autem uera, & concluſio uera.

Binę coniugationes ex maiori falſa minori uera concludētes.



M

Et ſi uniuerſalis uera quidem poſita fuerit, quæ uero in parte falſa nihil enim prohibet, a, &, b, &, c, nullum ſequi. b. tamen alicui, c, non ineſſe, ut animal nullum numerum & inanimatum, & numerus aliquod inanimatum non ſequitur. Si igitur poſitū fuerit, a, b quidem nulli, c uero alicui, concluſio quidem erit uera & uniuerſalis propoſitio, quæ autem in parte falſa. & quum affirmatiua ponitur uniuerſalis conſimiliter accidit enim, a, & b, & c toti ineſſe, b tamen non ſequi aliquod c, ut genus ſpeciem, & differentiam animal enim omnem hominem et totum pedeſtre ſequitur, homo autem non omne pedeſtre quare ſi acceptum fuerit, a b quidem toti in eſſe, uniuerſalis quidem propoſitio uera, quæ autem in parte falſa, concluſio autem uera.

N Coniugatio nes binę ex minori falſa maiori uera cōcludētes uerum.



Exponit quomodo ex maiore affirmatiua in toto falſa cum minore negatiua vera concludi poſſit vera concluſio, vt in exemplo, omne inanimatum animal, aliquod album non eſt animal, aliquod album non eſt inanimatum. { Et ſi vniuerſalis vera quidem. } Prius acceperat maiorem totam falſam, nunc eandem veram accipit cū minore falſa, puta in exemplo, nullus numerus animal, aliquod inanimatum animal, aliquod inanimatum non eſt numerus. { Et quū affirmatiua ponitur vniuerſalis. } O & ſi inquit maior vniuerſalis affirmatiua vera extiterit cum minore negatiua in parte & falſa, verum ſequi pōt puta in exemplo, omnis homo animal, aliquod pedeſtre animal, aliquod pedeſtre non eſt homo.

Planum uero, & quod ex ambabus falſis erit concluſio uera, ſiquidem contingit a, & b, & c toti ineſſe, b tamen aliquod c non ſequi, ſi enim acceptum fuerit, a b quidem nulli, c uero alicui ineſſe, propoſitiones quidem ambæ falſæ, concluſio autem uera. Conſimiliter uero & quum uniuerſalis propoſitio eſt prædicatiua, quæ autem in parte priuatiua. accidit namque. a. nullum quidem. b. c. uero omne ſequi, & b alicui c non ineſſe, ut animal ſcientiam quidem nullam, hominem uero omnem ſequitur, ſcientia autem non omnem hominem, ſi igitur acceptum ſit, a, b quidem toti ineſſe, c autem aliquod non ſequi, propoſitiones quidem falſæ, ſed concluſio uera. P

Binæ cōiugationes ex ambabus in toto falſis uerū cōcludentes.



Poſteaquam ſuperius mōſtrauit, quomodo ex altera vera & falſa, altera ſequitur concluſio vera, impræſentia oſtendit quomodo idem fieri poſſit & ex ambabus falſis, vt in exemplo, nullus homo animal, aliquod inanimatum animal, aliquod inanimatum non eſt homo. Ipſe Q uero in contextu exemplum non poſuit ad hanc enarrādam complicationem, & hoc fortaſſe fecit de induſtria, ſi enim recta animaduertamus non poterit minor falſa ſecundum naturam accipi, ſed ſi ea falſa erit, poſitione falſa erit, & propterea quoniam vnum & idem exemplum vniuerſali ac particulari complicationi ex ambabus falſis ſatisfacere poterat, ideo non iniuria exemplum hoc in loco Philoſophus prætermiſit tanquam reiiciens nos ad ſuperiora, quodque hoc ita ſit monſtrauit & ipſe in contextu quum ait, ſiquidem contingit. a. & b. & c. toti ineſſe, ita enim ſe habent antiquiſſimi codices, quod idem, eſt ac ſi diceret, ſi. a. b. & a. c. propoſitiones vtræq; vniuerſales extiterint. a. b. affirmatiua vera & b. c. negatiua vera, ſi tranſpoſitæ proferantur, vt quæ eſt affirmatiua efficiatur negatiua & quæ negatiua affirmatiua, tunc ambæ falſæ erūt. Aliter tñ in quibuſdam exemplaribus, legitur contextus iſte, quidam enim codices ſic ſe habent. Siquidem contingit. a. & b. & c. huic quidem omni, illi uero, nulli ineſſe, quod ſi ita eſt, planior ac facilior contextus ſententia

Nota quare Philoſoph. in hac coniugatione particulari exemplum pręter miſerit.

Nota codices manu ſcriptos, et impreſſos hāc lecturā hīre.

A ſententia erit. {Conſimiliter vero, & quum vniuerſalis propoſitio.} Exponit alteram complicationem ex maiore vniuerſaliter affirmatiua cum minore in parte vtriſque falſis verum concludentem, vt omnis ſciētia animal, aliquis homo non eſt animal, aliquis homo non eſt ſcientia. Tacuit autem hoc in loco reliquas duas coniugationes, quæ ex vtriſque in parte falſis, veram colligunt conclusionem, hoc vero ideo factum eſt, quoniam vnuſquiſque facillime complicationes iſtas erigere poterat. Nos autem & harum exempla in medium afferamus, puta nullum album animal, aliquod inanimatum animal, aliquod inanimatum non eſt album, item omne album animal, aliquis homo non eſt animal, aliquis homo non eſt albus. Et ita hanc quoq; ſecundam tranſegimus figuram ad tertiam tranſituri.

Exempla a philoſopho prætermiſſa ab authore ponuntur.

Figura Tertia.

E Rit autem & in ultima figura per falſas totas, & ad aliquid utraque, & altera quidem uera tota, altera uero falſa, & hæc ad aliquid falſa: illa autem tota uera, & econuerſo: & quotcunque modis aliter contingit. tranſumere propoſitiones, nihil enim prohibet, &, a, & b, nulli, c, ineſſe, ueluti & homo & pedeſtre nullum inanimatum ſequitur, homo tamen alicui pedeſtri ineſt ſi igitur acceptum fuerit, a, & .b. omni, c, ineſſe, propoſitiones quidem totæ falſæ, concluſio autem uera.

SVPEREST adhuc exponendum quomodo in tertia atque vltima ex falſis propoſitionibus vera concluſio colligi poſsit. hoc igitur impræſentia facit Ariſtoteles inquiens, hac in figura, variatis quomodocunq; complicationibus poſſe ex falſo antecedente veram ſequi cōcluſionem, ſiue ambæ falſæ, ſiue altera tantum extiterit, & hoc vel in toto vel in parte, quemadmodū & in præcedentibus diſcuſſum eſt. Primum autem exorditur ab
D vniuerſalibus complicationibus, vniuerſales voco non quæ vniuerſalem habeant cōcluſionem, ſed quæ ex vtriſque conſtant propoſitionibus vniuerſaliter, ait ergo, ꝙ ex ambabus affirmatiuis in toto falſis in tertia figura ſequi poteſt concluſio vera, vt in exemplo, omne inanimatum homo, omne inanimatum pedeſtre, aliquod pedeſtre homo.

Conſimiliter uero & hæc quidem priuatiua, illa autem affirmatiua exiſtente accidit enim b quidem nulli c ineſſe, ipſum uero a omni: & .a. alicui. b. non ineſſe ut nigrum nulli cygno, animal autem omni, & animal non omni nigro, quare ſi acceptum fuerit. b. omni. c. ipſum uero. a. nulli. a. alicui. b, non inerit: & concluſio quidem uera: propoſitiones autem falſæ.

Binæ coniugatiōes vniuerſales ex vtriſq; in toto falſis cōcludētes uerum.

C



Et ſi ad aliquid utraque falſa, erit concluſio uera: nihil enim prohibet & .a. & .b. alicui. c. ineſſe, & .a alicui. b. ut album & honeſtum alicui animali ineſt: & album alicui honeſto. Si igitur poſitum fuerit, a. & .b. omni. c. ineſſe: propoſitiones quidem ad aliquid falſæ, concluſio autem uera, ſed & quum. a. c. priuatiua ponitur conſimiliter, nihil enim prohibet, a quidem alicui. c. non ineſſe, ipſum uero. b. alicui ineſſe, & .a. b. non omni ineſſe, ut honeſtum alicui animali non ineſt, album uero alicui ineſt, & album non omni honeſto, quare ſi acceptum fuerit, a quidem nulli c, ipſam uero b, omni, ambæ propoſitiones ad aliquid falſæ concluſio autem uera. E

Binæ coniugationes ex utriſq; in parte falſis concludentes.



Prius acceperat ambas vniuerſaliter affirmatiuas, & F
falſas in toto, nunc maiorem capit negatiuam cum minore affirmatiua ambas vniuerſales et in toto falſas inquiēs ex his etiam poſſe, verum concludi, puta nullus cygnus animal, omnis cygnus nigrum, aliquod nigrum non eſt animal. {Et ſi ad aliquid vtraque falſa.} ſupra expoſuit complicationes ex vtriſque in toto falſis veram colligētes concluſionem, nunc eas enarrat quæ ex utriſque falſis in parte illud idem faciunt, & prius quomodo ex vtriſq; affirmatiuis exemplum affe..., omne animal albū, omne animal honeſtum, aliquod honeſtum album. Conſimiliter & per eoſdem terminos exemplum de negatiua poterimus ponere, vt nullum animal album, omne animal honeſtum, aliquod honeſtum non eſt album.

Conſimiliter uero & quum hæc quidem tota falſa, illa autem tota uera accipitur. accidit enim & a, & .b. ſequi omne eca tamē alicui b non ineſſe ut animal & album omnem cygnum ſequitur, animal tamen non omni ineſt albo, his igitur poſitis terminis G
ſi acceptum fuerit. b. quidem toti c ineſſe, a uero toti non ineſſe, b c quidem tota erit uera: a c autem tota falſa, & concluſio uera. Conſimiliter uero & ſi b c quidem falſum, a c autem uerum, iidē enim termini ad demonſtrationem, nigrum, cygnus inanimatum.



Coniugatiōes binæ negatiuæ ex altera in toto falſa, hæc maiori, illa ex minori, altera uera, concludentes verum.

H

Hucuſque pertractauit quomodo ex vtriſq; falſis verum concludi poſsit, abhinc tractaturus, quonam pacto ex altera vera & falſa altera colligatur concluſio vera, & prius agit de negatiua cōplicatione, ſic enim quæ dicuntur, magis ſuperioribus cohærebunt, vt in exēplo, nullus cygnus animal, omnis cygnus album, aliquod album non eſt animal. {Conſimiliter vero & ſi. b. c.} eodem inquit modo ex falſo verum ſequitur, ſi maiorem totam poſuerimus veram, cum minore falſa tota, puta in exemplo, nullus cygnus niger, omnis cygnus inanimatum, aliquod inanimatum non eſt nigrum. {Iidem enim termini.} exiſtimo mendum eſſe in contextu, niſi forte iidem dixiſſet, hoc eſt ſimiles, ſatius cenſeo legendū eſſe, quemadmodum nonnulla habent exemplaria, nam tales termini ad demonſtrationem, maximam enim apd̄ græcos cognationem ac ſimilitudinē habens voces iſtæ. ...

Codices manu ſcripti et impreſſi primā literam habent.

Sed & ſi ambæ accipiantur affirmatiuæ nihil enim prohibet

I *b quidem ſequi omne c, ipſum uero a toti non ineſſe, & a alicui, b ineſſe ut animal omni cygno, nigrum autem nulli cygno, & nigrum ineſt alicui animali, quare ſi acceptum fuerit. a. & . b. omni. c. ineſſe: b c quidem tota uera, a c autem tota falſa & concluſio uera. Sed conſimiliter & quum a c accepta fuerit uera, per eoſdem namque terminos demonſtratio.*

Coniugatio nes binæ af firmatiuæ vt ſupiores concludentes uerum.



K Hucuſque poſuit complicationes quæ ex minore affirmatiua & maiore negatiua conſtabant, nunc eas exponit quæ vtraſque retinent affirmatiuas inquiens, ex maiore tota falſa cum minore vera poſſe verum concludi, vt in exẽplo omnis cygnus niger, omnis cygnus animal, aliquod animal nigrum. { Sed conſimiliter. } eodem inquit pacto fieri ſi maiorem in toto veram accipiamus cum minore falſa itidem in toto, vt in eiſdem terminis, omnis cygnus animal, omnis cygnus nigrum, aliqđ nigrum animal.

Rurſus & quum hæc quidem tota uera extiterit, illa autem ad aliquid falſa: accidit enim, b quidem omni c ineſſe, a uero alicui, & a alicui b. ut bipes quidem omni homini, honeſtum autem non omni, & honeſtum alicui bipedi ineſt. Si igitur acceptũ fuerit & . a. & . b. toti. c. ineſſe: b c quidem tota uera a c autem ad aliquid falſa, ſed concluſio uera. Conſimiliter autem & ſi a c ue
L *ra: b c uero falſa accipiatur: iiſdem namque terminis tranſpoſitis, erit demonſtratio.*

Binæ cõiugationes affirmatiuæ ex altera in parte falſa, tum hac uel illa altera uera uerum cõcludẽtes.



Supra recenſuit complicationes quæ ex altera vera in toto & altera itidem falſa conſtabant, nunc eas recitat,
M quæ alteram veram in toto, alteram autem ad aliquid falſam habent inquiens, ea minore falſa in parte cum minore in toto vera poſſe veram colligi concluſionem, vt in exemplo, omnia homo honeſtum, omnis homo bipes, aliquod bipes honeſtum, ꝙ ſi terminos ac propoſitiones tranſponamus, efficietur maior in toto vera cum minore ſecundum quid falſa, puta, omnis homo bipes, omnis homo honeſtum, aliquod honeſtum bipes.

Et ſi hæc priuatiua, illa autem affirmatiua ſit. quoniã enim accidit b quidem toti c ineſſe, a uero alicui, & quando ſic ſe habeant, a non omni b. ſi acceptum fuerit. b. quidem toti c ineſſe, a uero nulli priuatiua quidem ad aliquid falſa: altera autem tota uera & concluſio. Rurſus quoniam monſtratum eſt, quoniam quum a nulli ineſt c: ipſum uero b alicui, accidit a alicui b non ineſſe: planum quod & quum a c tota uera ſit: b c autem ad aliquid falſa, accidit concluſionem ueram eſſe, ſi enim acceptum fuerit a nulli c, ipſum uero b omni: a c quidem tota uera: b c autẽ ad aliquid falſa. N

Binæ coniugationes negatiuæ ſimiles ſuperioribus cõcludẽtes uerũ.



Eodem inquit pacto ex maiore, negatiua ſecundum quid falſa cum minore affirmatiua vera in toto, poterit vera concluſio ſequi, ipſe autem exempla reiicuit, quoniam termini ſupra adducti poterant ad harum compli- O
cationum monſtrationem adaptari, puta, nullus homo honeſtum, omnis homo bipes, aliquod bipes nõ eſt honeſtum, ſic enim maior ſecundum quid falſa cum minore vera in toto, aut econuerſo, ſed tunc alĳ termini in oſtenſione accipiendi, puta nullum nigrum album, omne nigrum bipes, aliquod bipes non eſt album, ita enim maior vera in toto cum minore ſecundum quid falſa. Et hactenus de vniuerſalibus complicationibus e quibus ſi recte animaduertimus, binas omiſit, vnam ex maiore falſa in toto, cum minore falſa ſecundum quid, alteram ecõuerſo ſe habentem, quarum exempla nos in medium proponenda duximus, vt nullus homo animal, omnis homo album, aliquod album non eſt animal, & ecõuerſo, nullus homo album: omnis homo equus, aliquis equus non eſt album, & ſi affirmatiuæ fuerint vtræque conſimiliter, vt omnis homo equus, omnis homo albũ, aliquod album eſt equus: aut omnis homo album, omnis homo equus, aliquis equus eſt album. Si vero quiſpiam circa prædicta dubitaret, cur in prima figura ex maiore in falſa in toto cum minore vera non ſequatur vera concluſio. in tertia autem etiam, quum tamen alioqui tertia a prima deducatur eadem maiore remanente, ſola minoris conuerſione. Dicimus quemadmodũ & ſupra aſſerebamus diuerſam medĳ poſitionem in cauſa eſſe, & propterea non mirandum ſi vnum in vna figura fieri poteſt, in alia minime, ſed ad reliqua trãſeamus.

Hic ponunt exẽpla quædam in textu prætermiſſa.

Dubiũ cur ex maiore in toto falſa & minore vera in tertia ſequatur vera cõcluſio, in prima vero non.

P

Cæterum & in ſyllogiſmis in parte manifeſtum: quod omnino erit uerum per falſa: iidem enim termini accipiendi, & quando uniuerſales ſint propoſitiones: qui quidem in affirmatiuis affirmatiui: qui uero in priuatiuis, priuatiui, nihil enim differt quũ nulli inſit, omni accipere ineſſe, & ſi alicui inerit uniuerſaliter capere ad terminorum expoſitionem: itidem & in priuatiuis.

Breuibus de particularibus agit complicationibus, & Q
hoc quoniam eadem exempla quæ vniuerſalibus deſeruiebant, poſſunt & particularibus ſatisfacere, in nullo. n. differunt particulares ab vniuerſalibus, niſi ꝙ propoſitio particularis ſiue maior ſiue minor non poteſt accipi falſa neque ſecundum totum neq; ſecundum partem, niſi fortaſſe ſecundum prædicationem, quemadmodum, & ſupra Philoponus aſſerebat. In particularibus itaque complicationibus aut ambæ ſecundum totum falſe erũt, aut altera ſecundum partem, & altera quodammodo ſecundum totum, licet non vere, aut altera falſa erit, & vera altera, & hoc ſiue maior ſiue minor, ſiue in toto, ſiue in parte. Exempla vero in medium afferre ſuperuacaneũ penitus eſſe duco, quoniam quemadmodũ & Ariſtote. in contextu refert ĳdem termini & vniuerſalibus & particularibus deſeruire poſſunt complicationibus, ſi enim quod vniuerſaliter enunciatur, in parte protulerimus, quæ antea vniuerſalis nuncupatur, nunc appellabitur in parte. { nihil enim differt. } ſenſus eſt, nihil intereſt, quum nulli inſit, facere propoſitionem falſam & accipere ꝙ omni inſit,

Nota particularem nõ poſſe recte accipi vel in toto vel in parte falſam ut ſupra.

A inſit, & econuerſo, & quum alicui inſit vniuerſaliter capere tanquam de omni prædicetur, ſic enim erit propoſitio in parte falſa, quod ſi vniuerſaliter accipi poſſunt termini iſti, nil prohibet quin & ijdem aſſumantur in parte & ita termini qui ad vniuerſales vtiles erant complicationes ijs etiam quæ ſunt in parte accommodabuntur.

Planum igitur quòd ſi quidem ſit concluſio falſa, neceſſe eſt falſa eſſe, ex quibus eſt ratio, aut omnia aut quædam. quando autem uera, non neceſſe eſt uerum eſſe, neque aliquid neque omnia, ſed eſt, quum nullum eorum quæ in ſyllogiſmo uerum ſit, concluſionem conſimiliter ueram eſſe, non ex neceßitate tamen cauſa autem quoniam quando duo ſic ſeinuicem habeant, ut quum ex neceßitate alterum ſit, ex neceßitate alterum exiſtat, quum hoc quidem non ſit, neque alterum erit, quum autem ſit, non neceſſe alterum eſſe, ſed quum idem ſit & non ſit, impoßibile ex neceßitate eſſe idem.

B Tanquam Poriſma, quoddam geometrarum more ex ſupra monſtratis infert inquiens ex prædictis planum eſſe, q; ſi concluſio eſt falſa, neceſſe eſt propoſitiones falſas eſſe, aut ambas, aut altera, ſin autem vera, accidit propoſitiones aliquando vtraſque veras eſſe, nonnunquam falſas, interdum vnam falſam & alteram veram. {Cauſa autem.} Cauſa inquit q; ſeſe habeat, eſt, quoniam a deſtructo conſequente ad antecedẽs deſtruendum optime ratiocinantur, & a poſito antecedente ad conſequens ponendum, non autem a deſtructo antecedente, aut a poſito conſequente, & propterea quum verum & eſſe eandem vim in ſyllogiſmo obtineant, ſi antecedens erit verum, conſequens erit verum, & ſi conſequens falſum, antecedens falſum, quoniam ſi antecedens eſt, conſequens eſt, & ſi conſequens non eſt, antecedens non eſt, hæc enĩ omnia in priori volumine pertractata ſunt, non autem ſequitur q; ſi antecedens ſit falſum, conſequens etiam ex neceſſitate ſit falſum, neq; ſi conſequens ſit verum, q; antecedens ſit verum, quum nulla ratione ſyllogiſtica argumentum valeat a poſito conſequente ad antecedens ponendum, aut a deſtructo antecedente ad conſequens deſtruendum, immo poteſt conſequens eſſe aut verum eſſe licet antecedens non ſit aut non ſit verum, nam quemadmodum optime inquit & Leo Gerſonis proprium quodammodo conſequentis eſt, vt in plus ſe habeat, quam antecedens, aut ſaltem non in minus, & quoniam poſito ſuperiori, non neceſſe eſt inferius poni, ideo & conſequẽte poſito, non eſt neceſſarium antecedens poni, Hoc itaque eſt quod voluit Philoſophus, quum inquit. Cauſa autem quoniam quando duo ſic ſeinuicem habeant, & quum ex neceſſitate alterum ſit, ex neceſſitate alterũ exiſtat, quum hoc quidem idem ideſt, conſequens non ſit, neque alterum, ideſt antecedens erit, quum autem ſit ſub audi conſequens non neceſſe alterum, ideſt antecedens eſſe, ſed quum idem ſit & non ſit impoſsibile ex neceſsitate eſſe idem, hoc eſt, fieri non poteſt vt eadem concluſio ſequatur ex neceſsitate ac ratiocinĩj vi ex eodem antecedente & poſito & perempto.

Poriſma hoc eſt corrolarium ſequens ex dictis.

Nota quare ex falſis poſſit ſequi verum non econtra.

C

Nota quid ſit propriũ conſequẽtis vt inquit Leo Gerſonis.

D

Si propoſitiones ſunt veræ, Neceſſe eſt concluſionem eſſe veram. Propoſitiones ſunt falſæ.

Album. A. Magnum. B. Non album. C.

Ex hoc mõſtratur ſi cõcluſio ẽ vera, nõ neceſſe eſſe propõnes verã



Dico autem ut quum ſit .a. album .b. eſſe ex neceßitate, & quũ non ſit album .a b. eſſe ex neceßitate, quando enim quum hoc ſit album .a. neceſſe eſt hoc magnum eſſe .b. quum uero magnum .b. ſit .c. non album, neceſſe eſt ſi .a. album .c. non eſſe album. E

Simplicioris doctrinæ gratia ponit & elementorum & terminorum etiam notorum exemplum, ſenſus itaq; eſt, dico fieri nullo modo poſſe, vt quum ſit .a. antecedẽs ex neceſsitate ſequatur .b. conſequens, & iterum quũ non ſit ex neceſsitate ſequatur idem .b. puta, ſit .a. album .b. magnum, dico non poſſe eſſe, vt quum ſit album ex neceſsitate ſit magnum, & iterum quum non ſit album, neceſſario ſit magnum, quod ſi negas, ponas ergo q; a poſitione ipſius .a. ſequatur .b. & iterum a deſtructione .a. idẽ inferatur .b. dico ex hoc concludi poſſe, idem ſimul eſſe & non eſſe, quod per quam abſurdum eſt, quod autem hoc ita ſit, monſtro, ſed prius ponamus antecedens .a. conſequens .b. deſtructionem antecedentis .c. ſiue, album magnum, non album. Suppoſitum itaque ſuperius fuit ex .a. antecedente ſequi .b. conſequens, ſiue ex albo ſequi magnum, & iterum ſi a poſitione conſequentis ad antecedens ponendum ratiocinium ſit, vel planius ſi concluſione vera exiſtente ex neceſſitate propoſitiones etiam veræ ſunt, nimirum ſi .b. hoc eſt conſequens erit, antecedens quoq; futurum eſt, ſed antecedens ipſi .b. erat .c. quoniam ſuppoſuimus ex antecedente deſtructo neceſſario idem conſequens inferri, ergo idem ſimul erit & non erit, vt in exemplo, ſi album eſt, vel etiam album non eſt, magnũ eſt, & ſi eſt magnum conſequens eſt etiam ſuum antecedens non album, ſuppoſuimus enim ex illis duobus antecedentibus ſequi ex neceſsitate hoc conſequens, igitur ſi eſt album non eſt album, quod fieri nequit. Hæc itaque omnia adducta in medium ſunt, vt manifeſtum ſit, q; ſi concluſio eſt, vera non neceſſe eſt propoſitiones veras eſſe, quoniam ſi ſic eſſet, ſequeretur ratiocinium valere a poſito conſequente ad antecedens, ponendum, quod falſum proculdubio eſt, & ex quo ſequitur idem ſimul eſſe & non eſſe. F G

Et quando duobus exiſtentibus altero exiſtente, neceſſe eſt alterum eſſe, hoc non exiſtente, neceſſe eſt .a. non eſſe .b. uero non exiſtente magno: non poteſt .a. album eſſe, .a. uero non exiſtente albo ſi neceſſe eſt .b. magnum, eſſe, accidit ex neceßitate .a. magno non exiſtente ipſum .b. magnum eſſe: hoc autem impoßibile ſi enim .b. non eſt magnum, .a. non erit album ex neceßitate, ſi igitur non exiſtente hoc albo, .b erit magnum, accidit ſi .b. non eſt magnum, eſſe magnum tanquam per tria.

Ex hac forma oſtẽditur ſi cõcluſio eſt falſa, propõnes ſũt falſæ.

ſi cõcluſio nõ ẽ vera. ꝓpõnes nõ ſunt veræ cõcluſio uera eſt

Magnum. Non A. Non album B. Magnum. C.



H

Iſta adducuntur ad monſtrandum ex eodem antecedente poſito ac perempto non ſequi idem conſequens ex neceſſitate, quoniam ſi ita foret, ſequeretur idem incommodum, quod ſupra, ponamus ergo nos dilucidioris doctrinæ gratia, a, antecedens, b, conſequens, c, oppoſitum conſequenti, &, d, oppoſitum antecedenti, &, e, iterum

I conſequens,quia ergo conceſsis ex,a,ſequitur,b,quoniã in vno quoque bono ſyllogiſmo ex antecedente neceſſario infertur conſequens,igitur & ex,c.ſequetur, d,hoc eſt ex oppoſito conſequenti oppoſitum antecedenti, hoc.n. ſupra monſtrauimus,ſed ex,d,quemadmodum ſuppoſuimus ſequitur,e,igitur a primo ad vltimum,ex,e,ſequitur e,quod idem eſt ac ſi diceremus, ex oppoſito conſequenti ſequi ex neceſsitate ipſum conſequens,puta in exemplo ſi cum eſt album ex neceſſitate eſt magnum, ergo cum non eſt magnum non erit album , ſed cum non eſt albũ ex ſuppoſito eſt magnum,igitur cum non eſt magnum, eſt magnũ, quod perabſurdum, & hoc eſt quod voluit Philoſophus cum inquit. Si enim,b,non eſt magnum,a, non erit albũ ex neceſsitate a conſequente deſtructo ad antecedens deſtruendum.Si igitur non exiſtente hoc albo b erit magnum, hoc eſt,ſi a deſtructione antecedentis ad conſequens ſyllogiſmus fit, veluti aduerſarius concederet,accidit ſi,b,non eſt magnum , idem,b, eſſe magnum tanquam per tria,hoc eſt per ſyllogiſmum in toto hypotheticum,quem ſupra diximus vocari per tria,quoniam

Syllogiſmus per tria, hoc eſt in totum hypotheticumquẽ moderni uocãt a primo añte ad vltimum conſequens.

K ad minus tribus ſuppoſitoriꝭs propoſitionibus claudebatur,quemq; moderniores appellãt rationem a primo antecedente ad vltimum, conſequens,fiat igitur hũc in modum.Si,b,non eſt,a,non eſt,ſi,a non eſt,b,eſt,ergo ſi,b, non eſt,b,eſt. Eſt itaque ſyllogiſmus quaſi per totum hypotheticus & tanquam per tria, non autem vere per tria quoniam ſecunda conſequentia non eſt legitima , ſed ſi admittamus hanc bonam eſſe,procuidubio erit verus ſyllogiſmus per tria.

Verũ abſolute cõius & uero per ſyllogiſmum.

Habemus itaque in ſumma q; ſi conclusio eſt falſa,neceſſe eſt aliquam propoſitionum conſimiliter falſam eſſe non autem ſi eſt uera,propterea propoſitiones veræ ſunt accidit enim quandoque eas falſas eſſe,quoniam quemadmodum & Alulidus Roſadis inquit, verum abſolute communius eſt vero,quod oſtenditur per ſyllogiſmum, ſunt enim compiures propoſitiones veræ, quæ nullo ra-

L tiocinio monſtrari poſſunt,veluti primæ animi cõceptiones,& verum etiam quod ſyllogiſmo oſtenditur,nil ꝓhibet,q; pluribus monſtrari ualeat ratiocinꝭs,& ideo cõcluſio vera poterit & per propoſitiones veras colligi tã quam per vnum ſyllogiſmum , & per falſas etiam tanquam per alium. Sed de his hactenus , iam enim explẽuimus diuino fauente auxilio omnia quæ ad ſecundã poteſtatem attinebant ſyllogiſticam,expoſita primum capituli huius inuentione,deinceps ꝑtractata ac ſoluta quæſtione quomodo ex falſis vera ſequi poſſint,addita inſuper & altera quæſtione an ratio in qua ex falſo verũ deducitur,ratiocinatio ac ſyllogiſmus ſit. Deinde & rationem in medium adduximus cur nonnullas complicationes Philoſophus tacuerit, & cur ex maiore in toto falſa cum minore vera itidem in toto, aut etiam in parte falſa: non poſsit veram concludi.Deinceps enarrauimus quomodo cognoſcendum quando ex falſis verum ſequi poteſt,quæ ſit in parte falſa quæ in toto,quodque particula-

Epilogus eorum quæ dicta ſunt in capitulo de ſec. ſ da potẽte ſyllogiſtica.

M ris propoſitio non ſecundum exiſtentiam, ſed prædicationem falſa accipi poſſit.Poſtea & mediam aggreſſi figuram expoſuimus cur de huius pertractans complicationibus a ſecunda inceperit non a prima, mox & dubitatione ſoluta cur in prima figura ex maiore falſa cum minore vera,ſequatur concluſio vera,in prima autem non, deinceps & duplex contextus expoſitus,ac poſtea tertiæ quoque figuræ dicto emendata,ſolutis inibi dubitationibus quibuſdam,ac demũ expoſitum,quid voluerit philoſophus,cum dixit tanquam per tria. Sed de his iam peractis ad ea quæ de circulari monſtratione ſequuntur tranſeamus.

De Circulari monſtratione.

Irculo autem , & ex ſeinuicem monſtrare eſt per concluſionem & eo quod prædicatione retrouerſum ſe habet , alteram accipientem propoſitionem concludere reliquam, quam accipiebat in altero ſyllogiſmo quemadmodum ſi oportebat monſtrare , q; a omni c ineſt,monſtrauit autem per b. N



1. ſyllogiſmũ Concluſiões primo interimẽ concludens.

Rurſus ſi oſtenderet quòd a ineſt ipſi b,accipiens a ipſi c ineſſe , c uero ipſi b , & a ipſi.b. prius autem econuerſo accipiebat b,in eſſe ipſi c.

O

2. ſyllogiſmus concludens maiorẽ primi ex cõcluſione et minore cõuerſa.

P

Aut ſi oportet monſtrare quòd.b.ineſt ipſi c.ſi accipiat a de c, quæ erat concluſio : b uero de.a,ineſſe, ſed prius acceptum fuerat econuerſo a de b.

Syllogiſmũ 3.concludẽs minorẽ primi ex cõcluſione et maiore conuerſa.

Q

Aliter autem non eſt ex ſeinuicem oſtendere , ſiue enim aliud medium accipiet,non circulo,nihil enim accipitur ex ijs,quæ eadem ſunt,ſiue horum aliquid neceſſe alterum ſolum,namq; ambo eadem erit concluſio,oportet autem alterum.

BINAS HVCVSQVE ſyllogiſticas potentias abſoluit Ariſtoteles acceſſurus ad tertiam , quæ eſt, quomodo ex propoſitionibus concluſionem, & ex cõcluſione

A

Not. cur circularis syllogiſmus ſit uocatus.

cluſione propoſitiones monſtrare poſſimus. Hoc enim eſt in circulum tendere, nam quemadmodum circulus a quocumque puncto incipere poteſt, & in quemcunque deſinere, ita circularis ratiocinatio a quacunque propoſitione exordiri & in quacunque deſiſtere, omnis enim enuntiatio quæ in circulari ponitur monſtratione, & concluſio, & propoſitio eſſe poteſt, veluti in circulo quilibet punctus & principium & finis, & in verſibus etiam illis, quos circulū vocare conſueuimus, a quocunque verſu exordiū facere poſſumus, quemadmodū vt in phædro ait Plato in epigrammate, quod Herodotus recitat Homerum cõpoſuiſſe in Mide regis Sepulchrum, ad hanc ſimilitudinē & oratoria illa dicendi figura circulus fuit nuncupata, quã definiens Hermogenes Tarſeus ſecto quarto de inuentione inquit. Circulus eſt, a quibus aliquis nominibus ceperit, in eadem rurſus deſinere poſſe, veluti in exemplo tibi pater erat fur, ſiquidem erat ſimilis ſibi. Sunt qui, & numerorū quoſdam circulos vocent, puta eos qui a ſeipſis incipientes in ſeipſos etiam deſinunt, vt ſenarius, ſi enim multiplicetur in ſenariū iterum prodibit, ſed de his agere non eſt præſentis negocij, ſatis ſit modū iſtū oſtēdendi circulū nuncupari nomine, vt ſunt pleraque alia, trāſlato a geometris. Hunc igitur græci [illegible] vel [illegible] vocant, & [illegible]. Circulum quidē ea de cauſa, quam ſupra recitauimus, mutuā vero ſeu coalternarā mõſtrationem, quõ ex ſeinuicē mutua oſtenſione monſtrantur. Cæterū antequam vlterius progrediamur, quærenda prius nonnulla, ac primo an monſtrandi modus iſte legitime fieri poſſe, deinceps ſi dat, an ratiocinij ac ſyllogiſmi nomine vocandus ſit, mox ſi ratiocinium eſt, cuius artificis inſtrumentū ſit, an demonſtratoris, an dialectici, an ſophiſtæ. Circulū itaque in ſyllogiſmis fieri nõ poſſe nonnullis viſum eſt. propterea quod ratio atque argumentū omne per ea, quæ manifeſta ſunt, ea quæ latent mõſtrare conſueuit, neque cū ex ignoto ignotū neque ex noto æque notū, nec demū ex ignoto notū oſtēdi poteſt, quare cum argumentum omne in monſtrationē dirigatur tanquam in finem, ſequitur monſtrationē iſtam circularē fieri nullo modo poſſe. Præterea cū principium petimus ratiocinationē ſyllogiſmūque deſtruimus, ſed circulus omnis id quod eſt in principio petit, cū ex ignota cõcluſione notas inferat propoſitiones igitur circulus fieri neutiquā põt.

Verſus quidā appellãtur circulares. 1. poſte. Ariſt.

Orõ quedā figura apud rhetores circulus uocata eſt.

C

B

[illegible] hoc eſt circularem & reciprocā oſtēſio.

Dubiū an circularis de mõſtrādi modus legitime poſſit fieri.

Quod fieri nõ poſſit.

Prima rõ

C

Secūda rõ

Ad oppoſitas partes eſt Ariſtotelis ac plerorūque aliorum celebrium virorū ſententia. Ad hæc reſpondentes dicimus circulū ſeu rationem circularem multifariam intelligi poſſe, primo vt ſimplicem ſyllogiſmi formā habet, neglecta qualicūque materia. ſecundo vt alicui materiæ adijcit. tertio atque vltimo vt in ſolis cauſis conſideratē, de primo conſiderauit hoc in loco philoſophus, hic enim tantūmodo inquiritur quomodo a propoſitionibus ad concluſionē, & retrouerſum quõ a concluſione ad propoſitione poſſimus legitima ratiocinandi regula proficiſci non curantes an propõnes concluſione notiores ſint, an vero ignotiores. De ſecundo agitur in poſterioribus analyticis, vbi quæritur an circulo demonſtrationem facere valeamus, & concludit Ariſtoteles ſimpliciter demõſtrationem fieri nõ poſſe, propter ea quod ex natura notioribus ſemper procedit, quare ſi circulus in demonſtrationibus efficeretur, nimirum eadem priora ac poſteriora ſimpliciter eſſent, quare relinquitur aut demonſtrationē circulo nullam eſſe, aut ſi eſt non eſſe ſimplicē demonſtrationē neque eam, quā vocant cauſæ, & inexiſtentiæ, ſed ſi fieri poteſt, quemadmodū & Alulidus Roſa. inquit in poſteriora analytica in expoſitione ſua magna, efficietur inter demonſtrationē cauſæ, & demonſtrationē exiſtentiæ, & hæc eſt de qua dicere poſſumus, quod aliquā principiū poteſt petere, quid autem ſit demonſtratio cauſæ, & quid demonſtratio exiſtentiæ poſteriora interpretantibus exponēdū relinquo. De tertio aūt circuli modo agit idem Ariſt. in ſecundo poſteriorū, cum inquit aliquando accidere vt cauſæ circulum faciāt, vt madefacta terra cauſat vaporē, vapor nubē, nubes iterū terrā madefacit, & ita in gyrū proceſſus efficitur. Vt itaque & rationibus ſatiſfaciamus ſatis dicimus non intendere hic philoſophū mõſtrare quõ demonſtratio fiat in circulum, quæ ſit a notioribus ad ignotiora, ſed tantū hoc perſcrutatur, quõ ſimpliciter ſyllogiſmus in circulū poſsit erigi, & quando vlterius additur circulum omnē principium petere. Reſpondemus petitionē eius, quod eſt in principio multifariā eſſe, quemadmodū in ſequentibus planum erit, vnā quæ peccat contra ſimplicē ſyllogiſmum, aliā quæ cõtra demonſtratiuū, ac tertiam demū, quæ contra dialecticū. Circulus ergo licet peccet contra demonſtrationem, quõ ex ignotioribus notiora arguere contendit, non tñ propterea peccat contra ſimplicē ſyllogiſmum ſic. n. opus eſſe concluſionē eandem eſſe alteri propoſitionū, ſed iſta infra planius elucidabuntur. Ex his etiā patere poteſt circulum omnē ſyllogiſmū, aut potius ſyllogiſmos eſſe, ſeu vt exactius loquar potentiam ſyllogiſticam, ſic enim dignoſcere poterimus, quid vi ſyllogiſtica poſsimus efficere, ſi a propoſitionibus in concluſionē, et econuerſo a cõcluſione in propoſitiones tendere ſciuerimus. Sed diceret aliqui, ſi circulus iſte effici poteſt, immo quod amplius ſi circulus iſtæ reflexiones omnes ſyllogiſmo abſoluuntur (ſiunt. n. in quocunque circulo ſyllogiſmi ſex vt mox videbimus) cui artifici deſeruiet modus iſte procedendi in gyrū, ac demum quid nā vtilitatis affert ſcire hunc in modum rationes reflectere? Reſpondemus binas ex hoc vtilitates reportari, primā quoniam accidentia ſyllogiſmo cognoſcimus, eſt. n. accidens quoddā ſyllogiſmo reflecti ita in gyrum, quod etiā Alulidus teſtatur, cum ait, & accidit ſyllogiſmo, quod inuenitur in ipſo monſtratio per circulum, accidentia vero quemadmodū & Ariſto. in pleriſque loci atteſtatur, magnā partem conferunt ad cognoſcendam definitionē, quare ſi accidentia ſyllogiſmo plane intellexerimus, potiorem etiā de ipſo ſcientiam obtinebimus. Secunda vero vtilitatis ex hoc proueniens eſt, quoniam demonſtrator melius ſciet a cauſa in effectum & econuerſo, ab effectu in cauſam procedere, ſic enim circulus quoque effici conſueuit, quemadmodū legentibus poſteriora manifeſtum eſt, & dialecticus etiam ſiue tentatiuus poterit idem facere, cum de aliquo periculū ſumit an ſit ſcientiæ alicuius conſultis, nec ne, & modo a propoſitionibus in concluſionē, nunc econuerſo a cõcluſione tendit in propoſitiones, vnde & Alul. inquit ſophiſticam artem in hanc ſingularem eſſe per ſophiſticā eā intelligens, quā [illegible] ſeu tentatiuam vocamus. Cæterū his iam tot tantiſque tranſactis ad contextū redeamus.

Simpliciter demonſtratio circulo fieri nõ põt ex primo poſte.

Not. de circulo in cauſis ſcdo poſter.

Solutio rationum.

B

Petitio principio peccat contra ſyllogiſmū ſimpliciter dialecticum et demonſtratiuum.

F

Ex circulari ſyllogiſmo bina utilitatis.

G

Sophiſtica quã [illegible] .i. tentatiuam uocant.

{Circulo aūt & ex ſeinuicē.} Acutus de circulari ac alternata monſtratione prius ipſam deſcribit inquiens, tūc circularē fieri monſtrationē, cum facto iam primo ſyllogiſmo, concluſionē accipiamus atque alterā econuerſo ſe habentē & alterā propoſitionū concludimus, ſic. n. quod antea principiū extiterat, finis, & quod finis principium efficietur. Dixit autē eo quod prædicatione retrouerſum ſe habet, & non conuertente propoſitione aut conuerſa, quõ ſi conuertentē acciperemus, particularē acciperemus quæ. n. vniuerſalē conuertit affirmatiuā, in parte vtique eſt, ſed cū altera fuerit in parte fieri non, poteſt, vt cõcluſionē inferat vniuerſalem, & propterea inquit Philopo. oportere omnino alterius propõnis [illegible], hoc eſt euerſionē fieri, euerſionē dico non conuerſionem, quõ cõuerſio, quemadmodū ſupra diſtinximus, ſi conuerſa extiterit vera, & conuertentē veram exigit, in euerſione autem ſecius ſe habet. His igitur oĩbus de cauſis dixit Ariſt. & quod prædicatione retrouerſum ſe habet. eſt igitur accipienda cõcluſio cum altera propoſitione euerſa, alter. n. alteram propoſitionū monſtrare nullo modo poſſemus, quõ aut ijdem termini accipientur, aut diuerſi, non diuerſi, quõ ex his non fieret circularis monſtratio. quod ſi ijdem, aut eodem pacto, quo prius diſpoſiti erunt, aut aliter, nõ eodē pacto, quõ ijdem termini eodem modo diſpoſiti eūdem penitus faciunt ſyllogiſmū. accipienda igitur erit cõcluſio cum euerſione alterius, propoſitionis, ſi namque alteram propoſitionem tñ acciperes nulla facta mutatione aut efficeretur inutilis cõplicatio in ſecunda figura ex vtriſque affirmatiuis, aut in tertia ad particularē cõcluſionem colligendā. Eſt igitur altera propõ euertenda, hoc

H

Oportet in circulari ſyllogiſmo alterius propoſitionis [illegible] .i. euerſionē fieri.

I eſt vniuerſaliter in ſeipſam retroceſsio facienda, veluti in exemplo ſit monſtratum, omne.c.eſſe.a. hunc in modũ, omne .b. a. omne.c.b.omne.c.a.ſi circulum facere velimus, opus erit concluſionem accipere, omne.c. a.deinde euerſionem, puta minoris ad maiorem commoſtrandũ, omne.b.c.euerſionem dico, qm̃ ſi conuerſionem vel conuertentem acciperemus, puta aliquod b.c.non poſſet poſtea maior oſtendi, cum ſit vniuerſaliter affirmatiua, ita ergo faciemus, omne.c.a. omne. b.c.omne.b.a.aut ſi minorem velimus oſtendere, omne a, b, hæc enim eſt euertens maiorẽ, deinde addenda concluſio, omne c, a, omne, c, b. Ita igitur monſtrationem facimus circularem, aliter autem minime, quemadmodũ ſupra monſtrauimus, & Ariſtoteles in contextu exponit. { In ĳs igitur quæ nõ conuertuntur. } Poſteaquã monſtrauit, qui ſit circulus in ſyllogiſmis, & quomodo fieri debeat, nunc oſtendit, in quibus recte fiant huiuſcemodi complicationes in circulum & inquit, ꝙ ſi termini æquiuertibiles fuerint recte

Recte ſit ſyllogiſmus in circulum in propõnibus æquiuertibilibus.

K quidem & ex ſe poterimus circulum cõſtruere, qm̃ propoſitiones quomodocunq; euertere nihil prohibet, namque e prædicato in ſubiectum & econuerſo in eadẽ qualitate ac quantitate ſemper propoſitiones euertere valebimus, ut omnis homo riſibile, & omne riſibile homo, ſinautem termini non æquiuertantur, ut homo & animal, non poterimus circulũ conſtituere, niſi alteram propoſitionẽ inde monſtratã accipiamus, hoc eſt falſam, falſa.n.propoſitio nullo pacto monſtrari poteſt, & ob id in hiſce terminis non æquiuertibilibus oſtendere minime poſſumus, aut tertium, hoc eſt minus extremũ ineſſe medio aut medium in eſſe primo.i.maiori, veluti in exemplo, ſit ratiocinium, omne animal ſubſtantia, omnis homo animal, omnis non ſubſtantia. Si itaq; vellemus circulum facere, oporteret aut maiorẽ, aut minorẽ propoſitionẽ vniuerſaliter conuertere, quod ſi fieret altera circularis ſyllogiſmi propoſitio erit indemonſtrabilis ac falſa,
L puta, aut iſta, omnis ſubſtãtia animal, aut hæc, omne animal homo.

In ĳs igitur, quæ non conuertuntur, ex indemonſtrabili altera propoſitione fit ſyllogiſmus, non enim eſt demonſtrare per hos terminos, quòd medio tertiũ ineſt, aut primo medium. In ĳs uero quæ conuertuntur, eſt omnia monſtrare per ſeinuicem. ueluti, ſi a, & b, & c conuertuntur inter ſe. ſit enim oſtenſum a c per medium b: & rurſus a b & per concluſionem & per b c propoſitionem conuerſam. Conſimiliter autem & b c per concluſionem: & a b propoſitionem conuerſan, oportet uero & c b, & b a propoſitionem demonſtrare, his enim in demonſtrabilibus uſi fuimus ſolis. Si itaque b omni c ineſſe: & .c. omni.a. ſyllogiſmus erit ipſius, b.ad.a.

M

4. Syllogiſmus cõcludens maiorem.i conuerſam ex minore et concluſiõe conuerſa.



Rurſus ſi acceptũ fuerit ipſum quidem.c.omni.a, a uero ipſi b.neceſſe eſt.c.ineſſe omni.b.

In utriſque igitur his ſyllogiſmis.c.a. propoſitio accepta eſt indemonſtrabilis, aliæ enim monſtratæ erant quare ſi hanc demonſtrauerimus omnes monſtratæ erunt per ſeinuicem. Si igitur acceptum fuerit c omni b, & .b.omni.a.ineſſe, utræque propoſitiones demõſtratæ accipiũtur & c. ipſi.a.neceſſe eſt ineſſe.

N

Syllogiſmus.5.concludens minorẽ primi ex concluſione cõuerſa, et maiori.



Manifeſtum igitur quòd in ſolis conuertentibus circulo, & per ſeinuicem contingit fieri demonſtrationes, in alĳs uero ut O
prius diximus. Accidit autẽ et in his eò ipſo quo monſtratur, uti ad demonſtrationem. nam c de b, & b de a, monſtratur, ſi acceptum ſit.c.de.a.dici.c. uerſo de.a.per has monſtratur propoſitiones, quare concluſione utimur ad demonſtrationem.



P

Syllogiſmus.6. concludens cõcluſionem Primi conuerſam ex ambabus, ꝓpõnibus conuerſis.

Hoc eſt in terminis conuertibilibus, omnia ex ſeinuicẽ monſtrari poſſunt, veluti ſi.a.&.b.&.c.ponatur termini cõuertibiles, puta, homo, riſibile & rationale, & ſit oſtẽſum.a.c.hoc eſt, omne rationale eſſe hominem, per medium.b.ideſt riſibile, rurſus circulo ratiocinantes poterimus oſtendere.a.b.hoc eſt maiorem propoſitionẽ præcedentis ſyllogiſmi, omne riſibile eſt homo, per concluſionẽ, omne rationale eſt homo, & per.b.c.propoſitionem conuerſam, omne rationale eſt riſibile. Eodem pacto po- Q
terimus concludere.b.c. hoc eſt minorem propoſitionẽ, omne rationale riſibile per concluſionem, omne rationale homo, & a. b. propoſitionem maiorem conuerſam, omnis homo riſibile. { Oportet vero & c.b. } Qm̃ ad maiorem monſtrandã vſi fuimus minore euertente, & ad minorem oſtendendã, maiore conuerſa, quæ per nullum ſyllogiſmum commonſtratæ ſunt. Si igitur inquit & has arguere voluerimus, oportebit concluſionẽ conuerſam accipere cum altera præmiſſarum propoſitionũ, & ita reliquã concludemus, puta in exemplo] omne.c.b. omne.a.c.omne.a.b.omne rationale riſibile, omnis homo rationale, omnis homo riſibile, rurſus ſi animus extiterit concludendi, minorẽ euerſam, vt omne.b.c.concluſionẽ iterum euerſam accipiemus cũ maiore vt in exẽplo, omne.a.c.omne.b.a.omne.b.c.omnis homo rõnale, omne riſibile hõ, omne riſibile rationale. Hucuſq; igitur

quinque

A quinque fecimus ratiocinia, & ad omnes propoſitiones adductus fuit ſyllogiſmus, præterquam ad concluſionem euerſam, puta, omne.a.c. hanc enim ſolam non concluſimus. Si igitur & hanc monſtrare velimus, accipiẽdæ erũt ambæ propoſitiones euerſæ, puta, omne.b.c. omne.a.b. & ita concludemus & hanc, omne.a.c. omne riſibile rationale, omnis homo riſibile, omnis homo rationale, & ita circulus totus expletus erit per ſex ſyllogiſmos, tres ad monſtrandas propoſitiones rectas, & tres item ad euerſas oſtendendas. Ex his itaq; palam ꝙ in ſolis terminis æquiuertentibus perfectum circulum fieri contingit, in alijs vero hoc eſt non conuertibilibus, fiet circulus eo pacto quo ſuperius diximus ex indemonſtrata propoſitione. Verũ & in his ipſis accidit, ꝙ concluſione vtimur ad mõſtrandas propoſitiones aut directas aut ẽt euerſas.

In priuatiuis autem ſyllogiſmis ita monſtratur ex ſeinuicem quidem ſit.b.omni.c.ineſſe, a uero nulli eorum quæ b: concluſio
B *quod, a, nulli eorum, quæ. c. Si igitur rurſus oportet concludere quòd. a, nulli eorum, quæ.b. quod dudum accepit, ſit.a. nulli eorũ quæ c, c uero omni b: ſic enim propoſitio econuerſo.*

Syllogiſmi duo negatiui. 1. concludens cõcluſionẽ. 1. intẽtam. 2. concludẽs maiorem. 1 ex concluſiõe, et minori cõuerſa.



C

Si uero. quòd.b. ipſi.c. oportet concludere, non amplius ſimiliter conuertendum eſt. a.b. namque eadem propoſitio.b. nulli.a. & .a. nulli.b. ineſſe ſed accipiendum cui.a. nulli ineſt.b. omni ineſſe. ſit.a. nulli eorum quæ.c. ineſſe: quod erat concluſio cui autẽ a. nulli, acceptum ſit.b. omni ineſſe neceſſe igitur.b. omni.c. ineſſe quare cum tria ſint, unumquodque concluſio factum eſt, & circulo demonſtrare, hoc eſt concluſionem accipientem & econuerſo alteram propoſitionem, reliquam ratiocinari.



D

Poſtcaquam monſtrauit quomodo in affirmatiuis fiat circulus exponit in præſentia illud idem etiam in negatiuis inquiens, in negatiuis complicationibus monſtrari quidem poſſe maiorẽ circulo veluti in præcedentibus, ſed minorem non eodẽ pacto, puta in exemplo, nullum b.a. omne.c.b. nullum.c.a. ſi huius ſyllogiſmi velimus, maiorem oſtendere, accipienda eſt concluſio, nullum.c.a. & euertens minorem, omne. b. c. & ita concludimus, nullum.b.a. ſi vero animus ſit minorem circulo monſtrare, non amplius propoſitiones euertendæ eodem modo quo ſupra, puta, omne.b.a. omne.a.b. aut nullum.a.b. ꝑpterea ꝙ ſi ita conuerteremus, complicationẽ ex vtriſq; negatiuis faceremus, namque & concluſio negatiua, & maior etiam eſt negatiua dicens, nullum.a.b. namq; ſecũdum materiam non differrent quo ad affirmationem aut negationẽ ambæ iſtæ propoſitiones, nullum.b.a. & nullum.a.b. non igitur eo pacto facienda eſt conuerſio, ſed hunc in modum, cui nulli ineſt.a. illi omni ineſt.b. deinde accipiatur concluſio, ſed.c. nulli ineſt.a. igitur. c. omni ineſt b. Quare inquit Philoſophus cũ tria ſint in primario ſyllogiſmo, maior minorque propoſitiones ac cõcluſio, & vnum quodque iſtorum proprio ratiocinio monſtratum ſit, ſequitur ex hoc circulum factum fuiſſe, namque vt ſupra deſcripſimus nil aliud erat circulo oſtẽdere, quã concluſionem accipientem, & econuerſo alteram propoſitionem reliquã ratiocinari. Sed ſtatim quæſitu dignũ an quemadmodũ in affirmatiuis non ſolum tres, immo ſex efficiebantur ſyllogiſmi, ita de his negatiuis dicendũ ſit, & ſi ſex effici poſſunt, cur hos reticuerit Ariſtoteles? Deinde exponendum etiam quomodo modus iſte variandi propoſitiones conuerſio nuncupetur. Dicimus itaq; tres illos ſyllogiſmos tantum fuiſſe connumeratos, quoniam tres reliqui haud facile fieri poterant, aut enim concluſio conuerſa cum maiore aut cum minore accipiẽda erat, non cũ minore, quia tunc in prima figura, minor foret negatiua, vt in exemplo, omne.c.b. nullum.a.c. nullum.a.b. nõ etiam cum maiore, quoniã tunc ex vtriſque negatiuis fieri poſſe vtilem complicationẽ aſſereremus, puta, nullum.a.c. nullum.b.a. Quod ſi dicas propoſitiones non hoc modo conuertendas eſſe, ſed eo quo ſupra dictum eſt modo. Reſpondeo fieri quidem hoc vtiq; poſſe, ſed quoniam & conuerſio hæc eſt multum extranea, & in vna etiã complicatione ex ambabus negatiuis oporteret binas fieri conuerſiones, non iniuria omittendas eas cenſuit Ariſtoteles. Sed iam de conuerſione iſta agendum eſt, dicimus ergo hanc appellari conuerſionem eodem quaſi modo, quo & in topicis inquit philoſophus, propoſitiones quæ a genere ſunt & proprio, & definitione conuerti, vt ſi ineſt alicui animal greſſibile bipes, conuertentẽ erit verũ dicere, quoniam animal greſſibile bipes eſt. Hũc itaq; in modum conuerſio legitime appellari poteſt. Theophraſtus tamen Ereſius propoſitiones ſic variatas, vocare conſueuerat κατὰ πρόσληψιν, hoc eſt ſecundũ aſſumptionẽ, fierique ex ſyllogiſmos, qui eodem cenſerentur nomine, multiplicariq; eoſdem ſecundũ omnes figuras, in prima quod de.c. de illo.a. dicitur. In ſecunda, quod de.a. hoc & de.b. In tertia, de quo a. de illo & .b. Verum licet hæ propoſitiones ſimplices propoſitiones eſſe videantur, non tamen ſunt omniquaque ſimplices, immo potentia ſyllogiſmũ videntur comprehendere. Inquit tamen Theophraſtus has cathegoricis propoſitionibus æquiualere, nihil enim differre videntur, de quo.b. omni de illo nullo.a. & rurſus.a. de nullo b. ſed ſint hæc qualiacunque, nam quemadmodum in ſequentibus planum erit, & iſta fortaſſe multum differũt. His addit Philoponus ſyllogiſmos ex his propoſitionibus, qui & ipſi κατὰ πρόσληψιν nuncupantur cum cathegoricis ſeu oſtenſiuis ſyllogiſmis atque hypotheticis cõmerciũ habere, ac etiam differre, cum cathegoricis quidẽ conueniunt, quoniã tribus figuris explicantur, differunt autem, quoniã indefinitæ proferuntur propoſitiones & ex quadã præconceſſione accipiuntur cum hypotheticis vero ac ſuppoſitorũ conueniunt, quoniam non explicitam concludunt concluſionẽ, quemadmodũ hypotheticorum pleriq;, conueniunt etiã in eo, quo a cathegoricis diſſentiunt, & quo cum illis conſentiunt, eo ab his differunt, atque hæc quidẽ græci. Arabes vero aliter & fortaſſe etiã melius, ſed inter hos diſſidium etiam eſt ac diſſenſio, quemadmodũ ex dictis Alulidi ad Leo Gerſonis percipere poſſumus, oẽs tamen in hoc conueniunt, ꝙ circulus ille ac conuerſio non ſit per conuerſionem propoſitionis ſed ex dicto de omni. Diximus.n. iam a principio dictũ de omni binas in ſe propoſitiones continere, vnã in actu, in potentia alteram. Sed differunt Albu. Alpharabius & Alulid. in hoc, qm̃ Albumazar volebat dari duo dicta de omni ſibijnuicẽ oppoſita, vnum qđ deſeruiret complicationibus minorẽ habentibus negatiuã in prima & vtraſq;

E

Dubiũ an ĩ ſyllogiſmo negatiuo ſex poſsint fieri cõiugationes ſicut in affirmatiuo.

Solutio ꝙ ſunt tantũ tres.

F

Nota qui ſit modus conuerſionis quo in textu pſim vſus ẽ ad affirmatiuam concludẽdã ex negatiuis.

Nõ ꝙ Theoph. propõnes illas quibus philo

G

vſus eſt vocauit κατὰ πρόσληψιν, ſecundum aſſumptionem Propõnes tales cui omni. a ineſt illi nul li b ſimiles eẽ cathegoricis

Dictũ Phil. de ſyllogiſmi qui componũtur ex propõnibus ſcđm aſſumptionem.

H

Opio arabũ de dictis ꝓpõnibus.

I & vtraſque etiã negatiuas, puta cui nulli ineſt.b. illi omni ineſt.a. vel cui nulli ineſt.b. illi nulli ineſt.a. Alterum vero quod vtilibus ac rectis coniugationibus aptaretur, vt cui omni ineſt. b. illi omni ineſt.a. aut cui omni ineſt b. illi nulli ineſt,a. ſunt autem bina hæc dicta de omni ſibĳnuicem oppoſita, quoniam vnum incipit ab affirmatione, alterum vero a negatione.

Cõtra opinioñ Alb. Aluid. Roſ.

Sed Aluidus hanc perimit opinionem inquiẽs falſum eſſe, quod illud appellandum ſit dictum, de omni aut de nullo, quoniam dictum de omni non procedit ex ſuppoſitione, ſed propoſitio illa cui nulli ineſt.a. illi omni ineſt b. ſupponit iam monſtratum eſſe & factũ ſyllogiſmũ, in quo concluderemus. a. ineſſe nulli.c. non igitur appellandum eſt dictum de omni. Præterea inquit dictum de omni aut de nullo debet eſſe verum in omni materia, ſed in huiuſcemodi propoſitionibus ſecus eſt, non ſequitur, nullum nigrum eſt album, ergo cui nulli ineſt nigrũ, illi omni ineſt albũ, quemadmodum fortaſſe ſequeretur ecõuerſo, nullum nigrũ eſt album. igitur cui omni ineſt nigrum,
K illi omni ineſt album, quare ſi conuerſio illa nulla facta ſuppoſitione bona cenſenda eſt, oportet.n. fieri in terminis habentibus contradictoriorum vim, puta, cui nulli ineſt homo, illi omni ineſt non homo, ſed principia illa non aſtringuntur atque arctantur ad determinatos ac ſignatos terminos, ſed in omni verificantur materia. Dicendum igitur cum Leo Gerſonis, & fortaſſe etiã Alul. Roſadis, ꝙ dictum hoc ſecundũ non datur, & ſi datur non differt a priori dicto de omni, quoniã cum dicimus, cui nulli ineſt. a. illi omni ineſt. b. per ſubiectum huiuſce propoſitionis maiorem notamus propoſitionem, p prædicatum vero minorẽ, quod idẽ eſt ac ſi diceremus, nullum. b. eſt. a. & omne quod diſponitur per. b. illud etiam non eſt. a. ſed. c. diſponitur per. b. ergo. c. nulli ineſt. a. vel potius hunc in modũ, quod non eſt. a. eſt. b. ſed. c. non eſt a. igitur. c. eſt. b. hæc enim manifeſtum eſt dictũ de omni,

Opio Leo Ger. et Alu. Roſ. optima

L & omnes propoſitiones ſunt affirmatiua, ſed maior ſupponenda eſt eſſe vera, ꝙ videlicet omne quod non ſit. a. ſit. b. & hoc eſt quod volebat Ioannes grãmaticus, cum inquit, ſyllogiſmos ex hoc genus propoſitionibus maximũ habere cõmercium cum hypotheticis, & hoc etiam quaſi voluit Diuus Albertus, cum ait, totum ſyllogiſmũ hunc pene eſſe hypotheticum. Ex his igitur ceſſant inſtãtiæ omnes, quæ a modernioribus contra iſtum conuertẽdi modum fieri conſueuere, namque nõ ſimpliciter faciẽda eſt iſtã conuerſio, ſed ſuppoſito ꝙ iam termini talem habeant inter ſe ordinẽ atque proportionem, patet etiam contra nonnullorum ſententiam ꝙ ſyllogiſmi iſti propriam habent figuram ac modum proprium, quodque ex dicto de omni ratiocinĳ vim habent. Sed his iã exactis, ad reliqua tranſeamus.

Dictũ albũ

In ſyllogiſmis uero, qui in parte, uniuerſalem quidem propoſitionem non eſt demonſtrare per altera, eam uero quæ ſecundum partem erit, quòd igitur non eſt demonſtrare uniuerſalem,
M *manifeſtum. Vniuerſale namque monſtratur per uniuerſalia. Concluſio autem non eſt uniuerſalis, oportet autem ex concluſione monſtrare & altera propoſitione. Amplius omnino neque fit ſyllogiſmus conuerſa propoſitione, in parte enim ambæ fiũt propoſitiones, eam uero quæ eſt in parte, eſt: ſit enim monſtratum a de aliquo c, per b: ſi igitur acceptum fuerit b, omni, a, & concluſio maneat, b, alicui, c inerit: fit enim prima figura & a, medium.*

Duo ſyllogiſmi affirmatiui particulares, 1° concludẽs cõcluſionẽ 1. intentã. 2. concludens minorẽ primi ex maiore cõuerſa et concluſione.



Expleuit totum tractatũ de ſyllogiſmis vniuerſalibus N
primæ figuræ, quomodo circulo & ex ſeinuicẽ monſtrẽtur acceſſurus ad eos qui ſunt in parte, et inquit, ꝙ in particularibus primæ non eſt ita faciendus circulus, quẽadmodũ in vniuerſalibus propterea ꝙ minor quidẽ, quæ eſt in parte poteſt vtiq; ex maiore cum concluſione mõſtrari, maior autem cum ſit vniuerſalis non poteſt ex minore cum concluſione vtriſq; particularibus oſtẽdi, vniuerſalis namque ex vtriſq; arguitur vniuerſalibus. Adducit autem Philoſophus in contextu binas rationes, vnã in hunc modum, vniuerſale monſtratur per ambas propoſitiones vniuerſales, ſed maior eſt vniuerſalis, debet ergo per ambas monſtrari vniuerſales, ſed concluſio, quæ efficitur una propoſitionum nõ eſt uniuerſalis, ergo ambæ propoſitiones vniuerſales eſſe non poſſunt ꝙ autem concluſio in vnius propoſitionis locum cedat, ex definitione arguitur monſtrationis circularis, cum dicimus circulo monſtrationem fieri ex concluſione & altera pro- O
poſitione. Secunda vero ratio hæc eſt quaſi per eam, quã græci vocant σταςινια' αντιναςαστασι ita, non ſolum dico maiorem vniuerſalem oſtendi non poſſe, immo qđ amplius, nullam fieri complicationum vtilem aſſero, nãque vt ſupra diſcuſsimus in priori volumine ex ambabus in parte nil ſequitur ex neceſſitate ſeu ratiocinĳ ui, ſed ſi minorem conuerſam accipimus cum concluſione ambæ erunt particulares, igitur complicatio iſta vtilis eſſe nullo modo poterit. { Eam vero quæ eſt in parte. } dixerat non poſſe in particularibus complicationibus vniuerſalem monſtrari propoſitionem, nunc autem inquit, ꝙ licet ita ſit, particularis tamen oſtendi poteſt ex maiore euerſa cum concluſione præcedentis ſyllogiſmi hunc in modum, omne. a. b. aliquod. c. a. aliquod. c. b. & hoc, eſt quod voluit Philoſophus cum inquit, ſit enim monſtratum. a. de aliquo. c. per. b. puta in hũc modum, omne. b. a. aliquod. c. a. Si igitur acceptum fuerit. b. omni. a. hoc eſt ſi accipiatur maior euerſa, & concluſio maneat eadem, puta, aliquod. c. a. b. alicui. c. inerit. i. concludemus minorem P
dicentem, aliquod. c. eſſe. b. Ita enim fiet prima figura, & a. erit medius terminus.

In ſyllogiſmo particulari maior eſſe uniuerſalis mõſtrari nõ põt.

In ſyllogiſmo particulari minor ſyllogizari põt.

Si uero priuatiuus ſyllogiſmus, uniuerſalem quidem propoſitionem non eſt monſtrare ob id quod & prius dictum eſt, eã uero quæ eſt in parte, eſt ſi itidem conuerſa fuerit a b, quemadmodum & in uniuerſalibus, ut cui, a, alicui non ineſt b, alicui ineſſe, alter enim non fit ſyllogiſmus, eo quòd propoſitio quæ in parte eſt negatiua.

Si vero inquit ſyllogiſmus ratiocinium q; in parte extiterit & negatiuum, neutrã propoſitionum poterimus circulo monſtrare, maiorẽ quidem ob eã, quam ſupra recitauimus cauſam, minorem vero, quĩ ſyllogiſmus non fit ex vtriſque negatiuis, & propterea ex maiore ac concluſione cũ ambæ negatiuæ exiſtant, nulla colligetur cõcluſio, niſi eo modo propoſitiones conuertamus, quo ſu- Q
perius faciebamus, puta, cui alicui non ineſt. a. illi alicui ineſt. b. ſed. c. alicui non ineſt. a. igitur. c. alicui ineſt. b. Sed quæreret non abre quiſpiam, quid ſit in cauſa, cur in ſyllogiſmo particulari affirmatiuo non poſsimus quodam modo per huiuſcemodi conuerſionem monſtrare maiorẽ vniuerſalem, puta ſi fuerit ſyllogiſmus iſte. omne. b. a, aliquod. c. a. poſſumus hunc in modũ circulum facere, cui alicui ineſt c illi omni ineſt. a, ſed b alicui ineſt ipſum c, propterea ꝙ ſi minor dicebat, aliquod. c. b. poſſumus hanc conuertere hoc pacto, aliquod. b. c. & ita ſi cui alicui ineſt c, illi omni ineſt. a. & b. alicui ineſt c, ergo. b. omni ineſt. a. quod erat monſtrandum. ꝙ ſi neges hãc ratiocinĳ vim, itidem ergo quoq; negabo Ariſtotelicum ordinem, aut aſſignes cauſam variationis iſtius.

Dubium.

Reſpondeo hoc quidem fieri legitime poſſe, non tamen eſſe monſtrationem circularem duabus de cauſis, tũ quia non accipimus minorem rectam, ſed conuerſam, tum uero quoniam non facimus rationem ex concluſione cum altera propoſitionum, immo minorem

Solutio.

A tantum accipimus dicētes cui alicui ineſt.c.hæc enim erat minor conuerſa, vt liquidum eſt. Sed iam iam prima abſoluta figura ad ſecundam tranſeamus.

Figura ſecunda.

IN ſecunda autem figura, affirmatiuum quidē non eſt monſtrare per hunc modum priuatiuum uero eſt prædicatiuum igitur non monſtratur eo quod ambæ propoſitiones nō ſunt affirmatiuæ, concluſio autem eſt priuatiua, ſed prædicatiuum ex ambabus monſtrabatur affirmatiuis.

EXPLEVIT iam totum, quod attinebat ad primam figuram, acturus, quomodo circulo mōſtrationes, fieri poſſint in ſecunda, & ait, ꝙ in ſecunda figura priua

B tiuam propoſitionem poſſumus vtique circulo monſtrare, affirmatiuam vero minime, propterea ꝙ ambæ propoſitiones fieri non poſſunt affirmatiuæ, & ſi fierent ex vtriſque affirmatiuis in ſecunda nihil ſequitur ſyllogiſtice veluti ſupra in priori diximus uolumine. Dico igitur ambas propoſitiones fieri non poſſe affirmatiuas, quoniam concluſio eſt negatiua, quæ vnius propoſitionis locum debet obtinere in monſtratione circulari, quod ſi ita eſt non poteſt affirmatiua propoſitio circulo mōſtrari, quū prædicatiua cōcluſio ex ambabus oſtēdatur affirmatiuis.

Priuatiuum uero ſic monſtratur: inſit a omni b, nulli autem c, concluſio, b nulli. c. Si igitur acceptum fuerit. b. omni a. ineſſe neceſſe eſt. a, nulli. c. ineſſe: ſit enim ſecunda figura, medium. b.

C

Duo ſyllogiſmi. i. concluſio concluſionis. 1. inuentam 2. minorē primi ex maiore conuerſa et cōcluſione.



ſi autem a b priuatiuum acceptum fuit, alterum uero prædicatiuum, prima erit figura: c, quidem omni a, b. autem nulli. c: quare. b. nulli. a. neque igitur. b. ipſi. a. Per concluſionem igitur, & unam propoſitionem non fit ſyllogiſmus accepta autem altera erit,

D



A ſecundo incepit modo, quoniam in hoc ſecundum eandem figurā circulus efficiebatur, in primo autem non in ſecunda ſed in prima, vt planum fiet, ſi igitur ſyllogiſmus, omne. b. a. nullum. c. a. nullum. c. b. ſi maiorem accipiamus euerſam cum præcedente concluſione, minorem

E concludemus hunc in modū, omne. a. b. nullum. c. b. nullum. c. a. {Si autem. a. b. priuatiuum.} Exponit quomodo in primo modo ſecundæ poſsit fieri circulus & ait, ſi maior negatiua extiterit cum affirmatiua minore, ꝙ circulus efficietur in prima figura, vt in exemplo, ſi ſyllogiſmus fuerit, nullum. b. a. omne. c. a. nullum. c. b. fiet circulus hunc in modum, nullum. c. b. omne. a. c. nullū. a. b. & per conuerſionem in ſeipſam, nullum. b. a. quæ fuerat maior, ſi uero acciperemus maiorem cum concluſione, nō poſſemus ſyllogiſticam erigere complicationem, quoniam ex vtriſq; negatiuis non poſſumus vtilem aſtruere coniugationem in aliqua figura, & hoc eſt, quod voluit dū inquit, per concluſionem igitur & vnam ꝓpoſitionem non fit ſyllogiſmus, accepta autem altera erit.

In primo mō ſecūdæ fi. oſtēſio quō poſſit fieri circulus.

F Notatu tñ dignum ꝙ Philoponus atque Alui. Roſad. voluerunt non ſolū negatiuam, immo & affirmatiuam circulo monſtrari poſſe, cum maior eſt affirmatiua, vt ſi fuerit ſyllogiſmus omne. b. a. nullum. c. a. nullum. c. b. faciamus hunc in modū κατὰ τὴν περίληψιν quemadmodum & ſupra faciebamus, cui nulli ineſt. c. illi omni ineſt. a. ſed. b. nulli ineſt. c. igitur. Sed contra hos non iniuria inuehitur Leo Gerſonis inquiens falſum eſſe, quod viri iſti perhibent, propterea ꝙ non competit huic reflexioni, deſcriptio circularis monſtrationis, nam circulo monſtratio fiebat ex concluſione & altera conuerſa propoſitione, non autem ex concluſione conuerſa, quod tamen fit in hac retroceſsione, cum enim dico, cui nulli ineſt. c. illi omni ineſt. a. concluſionē conuerſam accipio, nullum. b. c. non autem eam rectam, vt par fuerat, nullū. c. b. Præterea ſi hoc fieri poſsit, cur Ariſt. ſupra dixiſſet affirmatiuum nō poſſe monſtrari per hunc modum? non videtur profecto, quo excuſari poſsit, non igitur aliquo pacto dicendum poſſe affirmatiuam propoſitionem monſtrari hac in figura. Sed quæreret non immerito aliquis, quæ cauſa eſt,

Philopo. et Alui. Roſa. affirmatiuā poſſe monſtrari in ſecunda figura.

Arguit leo Gerſonis ꝙ nullo modo poſsit monſtrari affirmatiua.

Dubium.

G ob quam, ſi maior extiterit negatiua cū affirmatiua minore, non valeamus minorē circulo monſtrare per propoſitionem ſecundum aſſumptionē acceptam, puta hūc in modum, nullum. b. a. omne. c. a. nullum. c. b. cui nulli ineſt. b. illi omni ineſt. a. ſed. c. nulli ineſt. b. igitur. c. omni ineſt. a. Præſertim cum hoc idem efficiatur in ſecundo primæ indemonſtrabili, & eodem modo, puta, nullum. b. a. omne. c. b. nullū. c. a. cui nulli ineſt. a. illi omni ineſt. b. ſed c. nulli ineſt. a. vt in concluſione, ergo. c. omni ineſt. a. quæ erat minor circulo monſtranda, cū itaq; hoc idem fiat in prima figura, quare & in hac fieri non poſſe dicemus? Preterea ſi affirmatiua particularis in ſyllogiſmis oſtēditur in parte, q̄ ratio eſt, ꝙ & in vniuerſalibus affirmatiua vniuerſalis nō mōſtretur? Ad hæc inquit diuus Albertus, ꝙ oſtenſio iſta fieri nequit, quoniā non poſſumus in

Rñſio Alber.

H tali conuerſione concluſionē accipere cum altera propoſitione conuerſa, quemadmodū ratio circularis monſtrationis exigebat, ſed ſolam aſſumimus concluſionē dicentes cui nulli ineſt. b. illi omni ineſt. Cæterum rñſio hæc minime ſatisfacit, quod. n. de hac dicitur figura, de prima etiam dicendū foret, nāq; eſt vnus & idē penitus oſtenſionis modus in prima ac ſecūda figuris. Alui. vero Roſ. & fortaſſe etiā Philop. videtur monſtrationem iſtā circularem concedere, ait. n. ad verbum Etiam affirmatiuam declarare poſſumus hac in figura ſecundū viam circularem, cum ipſa minor extiterit, quēadmodū ſupra fecimus ſecundū principiū præcedens negatiuam conuertētes in affirmatiuā ꝙ ſi fuerit, maior, non poteſt niſi per cōuerſionē concluſionis, at vero hoc eſt extraneum circulari monſtrationi. Et Philop. quoq; ad verbū inquit. Poſſumus tñ & maiorē licet non circulo, ſecundū aſſumptionem tamē monſtrare hunc in modum, cui. c. nulli in concluſione ineſt, huic omni. a. ſed. b. nulli. c. a. igitur omni. b. & paulo infra de alia cōplicatione inquit ad verbū, minorē vero propoſitionē poſſumus per aſſumptionē mōſtrare ſic, cui. b. nulli, huic. a. omni, ſed. b. c. nulli, igitur. a. c. omni. Hæc illi. Cæterū mea quidē ſententia neuter bene ſentit, cū ſup viderimus Ariſ. hoc manifeſtiſsimè negantē.

Cōtra rñſio nē Alberti.

Rñſio Alui. Roſ. et Philop.

Cōtra Phi.

I Dicendum itaque aliter, ꝙ monſtratio iſta in circulũ fieri nullo modo poteſt, ratio autẽ, quoniam ex vtriſq; affirmatiuis in ſecunda erigitur vtilis complicatio, & ad hæc quoniam affirmatiua concluſio non mõſtratur niſi ex vtriſq; affirmatiuis, quemadmodum & philoſophus ſupra dixit. Dicimus igitur nõ poſſe fieri circularem mõſtratio ad huiuſcemodi propoſitionẽ commoſtrandam, ob cauſas ſupra aſcripta, addimuſq; inſuper non eſſe eandem rationem aſsignandam de hac figura, quam de prima in medium afferebamus, propterea qđ non eſt regula aliqua, quæ prohibeat in prima figura ex ambabus affirmatiuis aliquid oſtẽdi poſſe, ꝙ ſi dicas, licet hoc in ſecunda figura fieri nequeat. Quid prohibet ſyllogiſmum eectum ac primarium effici in ſecunda figura, reuerſum autem ac retrocedentem in prima, quemadmodum, & in alia fiebat complicatione. Reſpondemus

Solutio ꝓpria.

Inſtantia.

Solutio.

K non eſſe æquam hic & ibi rationem, propterea ꝙ ibi ita efficiebatur ſyllogiſmus in prima, ꝙ etiam in ſecundam redire poterat, qui uero ſic efficitur per conuerſionẽ iſtam nullo pacto poteſt ad ſecundam remeare, quapropter ſi recte rem ipſam expendere voluerimus, inueniemus circulum proprium ſemper fieri in eadem figura, ꝙ ſi in diuerſis fiat, nunquam vere appellabitur circulus, niſi in eãdem redire figuram aliquo modo poſſit. Si vero de particularibus quæſieris cur hi monſtrationis modum iſtum ſuſcipiãt vniuerſales autem non poſsint. Reſpondemus hoc ideo euenire, quoniam ſi propoſitio illa affirmatiua minor ſecundum naturam talis accipiatur, poterit complicatio illa ex vtriſque affirmatiuis in ſecunda figura eſſe vtilis, aut ſi non eſt vtilis, nunquam tamen licebit inuenire terminos de omni & de nullo, quemadmodum in priori diximus volumine, vt in exemplo, omnis homo animal, aliquod albũ animal, aliquod album homo hoc autem ideo accidit, quoniam vbicunque particula-

Cur in pticularibus, poſſit, fieri ſylls ad affirmatiuam in uniuerſalibus nõ poſſit

Solutio.

L rem affirmatiuam ſecundam naturam ponimus, ibidem & negatiuam collocare in parte poſſumus, & ideo ſi ex maiore affirmatiua vniuerſali cum minore negatiua in parte argumentum faciamus, ſemper vtilis erigetur complicatio. Hac itaque de cauſa voluit Ariſtoteles in vniuerſalibus conuerſionem hoc genus fieri non poſſe, in particularibus vero etiam. Sed his iã explicitis ad reliqua propoſitum ſequentes accedamus.

Syllogiſmi Dno. 1. concludẽs concluſionẽ. 1. ſtentiã. 2. minorẽ ex maiore cõuerſa & cõcluſione.



M

Si uero non uniuerſalis ſyllogiſmus ſit, in toto quidem propoſitio non demonſtratur ob eandem cauſam, quam diximus & primus, quæ autem eſt in parte monſtratur, quando ſit uniuerſale prædicatiuum inſit enim a omni b: c. uero non omni, concluſio. b. c. ſi itaque acceptum fuerit. b. omni. a. c. autem non omni. a. alicui. c. non ineſt, medium. b.

Syllogiſmi duo. 1. concludẽs concluſionẽ. 1. inſtantiam 2. minorẽ ex aſſumptione.



Quod ſi eſt uniuerſalis priuatiua non demonſtrabitur. a. c. *propoſitio conuerſo a. b. accidit enim aut utraſque, aut alteram propoſitionem fieri negatiuam, quare non erit ſyllogiſmus, ſed conſimiliter monſtrabitur quemadmodum & in uniuerſalibus, ſi acceptum fuerit cui. b. alicui non ineſt a alicui ineſſe.* N

Poſteaquam vniuerſales explicuit coniugationes ad particulares accedens inquit, in ĳs vniuerſalem quidem propoſitionem monſtrari nunquam poſſe, particularem autem aliquando, puta cum maior affirmatiua extiterit, vt in exemplo, omne. b. a. aliquod. c. non eſt. a. aliquod. c. non eſt. b. ſi maiorem euerſam acceperimus cum concluſione, minorem oſtendemus hoc pacto, omne. a. b. aliqđ c. non eſt. b. aliquod. c. non eſt. a. & b. terminus, qui antea erat maior, nunc medius efficitur. Maiorem vero inquit Philoponus monſtrare etiam poſſumus per aſſumptionem hunc in modum, quod ineſt. c. non omni, huic b. ineſt non omni. c. igitur. a. ineſt omni. b. Sed cum bona tanti viri pace dictum ſit, neque hæc vera ſunt neque apud philoſophum accepta, rationem autem ſupra aſſeripſimus, cum de prima ageremus figura. { Quod ſi eſt vniuerſalis. } Quartam complicationem tertiæ antepoſuit, quoniam in ea aliqua propoſitio circulo monſtrabatur, hic autem nulla niſi per aſſumptionem, & hoc eſt quod voluit, dum inquuit, non demõſtrabitur. a. c. propoſitio, hoc eſt minor conuerſo. a. b. hoc eſt maiore, quoniam accidit aut vtraſq; propoſitiones negatiuas fieri, puta ſi maiorem acceperimus cum concluſione, aut alteram vt cum concluſionem cum minore aſſumimus. Eſt itaque minor propoſitio, puta. a. c. circulo per aſſumptionem oſtendenda quẽadmodũ & in vniuerſalibus ſupra factũ fuerat, vt in exẽplo, cui alicui non ineſt. b. illi alicui ineſt. a. ſed. c. alicui non ineſt. b. igitur. c. alicui ineſt. a. Atq; hæc de ſecundæ figuræ complicationum circulo dixiſſe ſatis ſit. Ad tertiam prodeamus.

Dicta Phil.

Cõtra Phil.

O

Figura tertia. P

IN tertia autem figura, quando ambæ quidem propoſitiones uniuerſaliter acceptæ fuerint, non contingit monſtrare per ſeinuicem uniuerſale namque monſtratur per uniuerſalia. Concluſio autem, quæ in hac ſemper eſt ſecundum partem. quare manifeſtum quod omnino non contingit monſtrare per hanc figuram uniuerſalem propoſitionem. Quod ſi hæc uniuerſaliter ſit illa uero in parte, aliquãdo quidem erit, quandoque autem non erit, cum igitur utræque prædicatiuæ acceptæ fuerint, & uniuerſale fiat ad minus extremum erit, cum uero ad alterum non erit inſit enim a omni c, ipſum autem b alicui, concluſio a b. Si acceptum fuerit c omni a ineſſe, a autem alicui b, c. quidem oſtenſum eſt alicui. b. ineſſe, b. uero alicui. c. non eſt monſtratum, atqui ineſſe eſt, ſi. c. alicui. b. & b. alicui, c, ineſſe, ſed non eſt idem hoc huic, & hoc huic ineſſe.

Q

Syllogiſmi duo. 1. concludens cõcluſionẽ. 1. inſtantiam. 2. non cõcludit quia nõ concludit minorẽ ſed eius cõuerſionem.

Sed

A *Sed aſſumendum ſi hoc alicui huic, & alterum alicui huic, hoc autem accepto non amplius ſit ex concluſione & altera propoſitione ſyllogiſmus.*

Syllo. ex aſſumptionē, concludens minorē.



Si uero b omni c a autem alicui c: erit demonſtrare a c: quando acceptum fuerit. c. quidem omni b, ineſſe, a autem alicui: ſi B *enim. c. omni b, a autem alicui b, neceſſe eſt. a. alicui. c. ineſſe medium. b.*

Syllogiſmi duo 1 concludens cōcluſionē. 1. tertiam. 2. maiorē primi ex concluſione & minore cōuerſa.



POST Expoſitas complicationes primæ ac ſecundæ figuræ demum confert ſe ad tertiæ cōiugationes enarrandas inquiens, ꝙ cum hac in figura quædam complicationes vtraſque habeant vniuerſales propoſitiones, quædam vero vnam tantum, in illis nihil circulo mōſtrari potcrit, in his autem aliquando quæ eſt in parte reddēs eandem rationem quam & ſupra plerunꝗ aſcripſit, quī C vniuerſalis concluſio non colligitur niſi ex vtriſꝗ vniuerſalibus. Quod ſi aliquis dubitando quæreret, quid nonne poſſemus ex aſſumptione hanc eandem propoſitionem oſtendere, quemadmodum ex negatiuis, affirmatiuam monſtrabimus? Reſpondemus veluti & de particularibus primæ dicebamus, fieri quidem illud poſſe, ſed non ſeruata circularis ſyllogiſmi lege, non enim ex concluſione cum altera propoſitione conuerſa, alteram colligimus, ſicut inſpicientibus planum eſſe pōt. { Cum igitur vtræque prædicatiuæ. } Si inquit altera vniuerſalis altera, vero in parte ſit, & maior vniuerſalis cum minore in parte, non poterimus minorem circulo monſtrare, ſin autē econuerſo, poterimus. { Inſit enim. a. omni. c. } Exemplum ponit quomodo ſi maiör vniuerſalis & minor in parte fieri nequeat circulus ad minorem oſtendendam, puta omne. c. a. aliquod. c. b. aliquod. b. a. ſi acceperimus maiorem euerſam, omne. a. c. & huic concluſionem præcedentis ſyllogiſmi addiderimus, nimirum concludemus, minorem conuerſam, ſed hoc non erat circulum facere, quemadmodū ſupra quoꝗ diſcuſſimus, neꝗ enim idem eſt dicere, aliquod. c. b. & aliquod. b. c. nam conuerſa & conuertens differunt ſecundum formam, veluti ſupra longa diſputatione monſtrauimus, & hoc eſt, quod voluit, dum ait, atqui neceſſe eſt, ſi. c. alicui. b. & b. alicui c. ineſſe, ſed non eſt idem hoc huic, & hoc huic ineſſe, quaſi per hypophoran & anthypophorā, quemadmodum rhetores dicunt, mouens & ſoluens dubitationē, ſi quis D enim diceret, quid, nonne ſi concluditur, aliquod. b. c. ſequitur etiam ex neceſſitate, aliquod. c eſſe. b? Reſpondeo inquit, hoc quidem ex neceſſitate ſequi, non tamen propterea dicendum minorem dicentem, aliquod. c. eſſe. b. circulo monſtrari, cum oſtenditur, aliquod. b. eſſe. c. quoniā licet hæc ſequantur ex ſeinuicem, non tamen idem penitus ſunt. { Sed aſſumendum. } Hoc eſt, ſed propoſitionē iſtam circulo monſtrare volumus debemus per aſſumptionem hanc arguere, puta cui alicui ineſt. a. illud alicui E ineſt. c. ſed. b. alicui ineſt. a. ergo. b. ineſt alicui. c. { Si vero b. omni. c. } Quod ſi inquit ſyllogiſmū complicemus ex maiore in parte cum minore vniuerſali poterimus vtraꝗ maiorem circulo monſtrare, veluti in exemplo, aliquod c. a. omne. c. b. aliquod. b. a. ſi concluſionem accipiamus cum minore euerſa, nimirum maiorem oſtendemus hūc in modū, aliquod. b. a. omne b. c. aliquod. c. a. & medius terminus in hoc ſecundo ſyllogiſmo eſt b.

Et quando ſit hæc quidem prædicatiua, illa uero priuatiua quæ aut prædicatiua uniuerſalis, monſtrabitur altera inſit enim b omni c ipſum uero a alicui non inſit, concluſio, quòd a alicui b non ineſt. Si igitur aſſumptum fuerit c omni b ineſſe, erat autem & a. non omni, b, neceſſe eſt, a, alicui, c, non ineſſe, medium b.

F Syllogiſmi duo. 1. concludens cōcluſionē. 1. inuentam. 2. minorē primi ex cōcluſione, et minore cōuerſa.



Quando autem priuatiua ſiat uniuerſalis, non monſtratur altera, niſi quemadmodum in prioribus, ſi acceptum fuerit, cui hoc alicui non ineſt, alterum alicui ineſſe ut ſi a quidem nulli c, ipſum uero. b. alicui, concluſio quòd, a, alicui, b, non ineſt, ſi igitur acceptum fuerit, cui, a, alicui non ineſt, c alicui ineſſe, neceſſe eſt, c, alicui eorum, quæ, b, ineſſe, aliter autem non eſt conuertentem uniuerſalem propoſitionem monſtrare alteram, nullo enim modo erit ſyllogiſmus.

G

Syllogiſmi duo. 1. cōcludens cōcluſionē 1. inuē tam, ſecundus minorē prim ex aſſumptione.



Hucuſque de prædicatiuis egit complicationibus, tractaturus abhinc de his, quæ alteram habent affirmatiuā cum altera negatiua, & primo incipit ab ea, quæ maiorē habet negatiuam in parte, cum minore vniuerſaliter affirmatiua, hoc autem facit eadem de cauſa, quæ ſupra, quoniam in hac perfectus efficitur circulus, in ſequētibus vero aut non fit, aut imperfectus, ait ergo, ſi faciamus cōplicationem, aliquod. c. non eſt. a. omne. c. b. aliquod. b. nō eſt. a. ꝙ ex concluſione cum minore euerſa poterimus maiorem concludere hunc in modum, aliquod. b. nō eſt a. omne. b. c. aliquod. c non eſt. a. Addit autem Philoponus, minorem quoꝗ exiſtentem vniuerſalem affirmatiuam poſſe circulo per aſſumptionem monſtrari, quod falſum eſſe & a ſententia Ariſto. ſatis ſuperque ex præcedentibus liquet. { Quando autem priuatiua fiat vniuerſalis. } Si vero inquit maior vniuerſaliter extiterit negatiua cum minore affirmatiua in parte, non poterit circulus fieri niſi per aſſumptionē, vniuerſalis nāꝗ maior per vtraſque in parte monſtrari minime pōt, particularis autem minor cum ſit affirmatiua ex negatiuis ambabus argui circulo nequit, & propterea per aſſumptionem faciendus ſyllogiſmus, quemadmodum & in præcedentibus, puta nullum. c. a. aliquod. c. b. aliquod. c. non eſt. a. cui alicui non ineſt. a illud alicui ineſt. c. ſed. b. alicui non ineſt ipſum. a. ergo. b. ineſt alicui. c.

I *Planum itaque quòd in prima quidem figura, mõſtratio per ſeinuicem, & per tertiam, & per primam efficitur figuram cum enim prædicatiua eſt concluſio per primam, cum autem priuatiua per ultimum, accipit enim cui hoc nulli, alteram omni ineſſe.*

Reperit quodammodo breui quadam concluſione ea, quæ ſuperius dixit inquiens, ex oſtenſis planum eſſe, ꝙ circulus primæ & per primam & per tertiam efficitur figuram. per primam quidem, cum omnes propoſitiones ſunt affirmatiuæ & concluſio itidem affirmatiua, vt omne b a omne.c.b.omne.c.a.omne.c.a.omne.b.c.omne.b. a.ſi vero concluſio negatiua extiterit, & minor in mediũ circulo monſtranda proponatur, tertia efficitur figura, puta, nullum.b.a.omne.c.b. nullum.c.a.cui nulli ineſt.a, illud omni ineſt.c.ſed.b.nulli ineſt.a.igitur . b. omni ineſt c. Sed quæreret non immerito quiſpiam quomodo ſyllogiſmus iſte in tertia ſit figura, cum potius videatur per primam effici, quod namque in maiore eſt ſubiectum, in minore efficitur prædicatum. Præterea vniuerſalis, quemadmodum manifeſtum eſt non poteſt tertiam concludi figuram, non igitur minor illa, cum vniuerſaliter affirmatiua ſit, poterit per tertiam colligi. Dicimus, veluti & moderniores inquiunt, ꝙ complicatio iſta non proprie in tertia ſit, nec tertiæ diſpoſitionem retinet, ſed ſi alquid concludit, id vi ac ratione tertiæ concludit, & hoc eſt, qđ ſupra etiam aſſerebamus, ſyllogiſmos iſtos nec proprie oſtenſiuos nec proprie ſuppoſitorios eſſe, ſed vtriuſque quodammodo naturam ſapere, ac ſecundum maiorem, propoſitionem qua ſuppoſitorĳ cenſentur, modum ac ſimilitudinem primæ retinent. cum enim dico, cui nulli ineſt a illud omni ineſt c, primam noto figuram, ꝙ videlicet.a.ineſt nulli.b & ꝙ.b.ineſt omni.c.ſecundum vero vtraſq; propoſitiones maiorem minorẽq; ad tertiæ imaginem diſponitur, idem eſt enim in vtraque ſubiectum, puta.b.nam cum dico cui nulli ineſt.a.b.ſignifico, & itẽ in altera.b.nulli ineſt.a.b.ſubiectum eſt, & propterea nõ
L eſt mirandum, ſi talis complicatio, quæ partim primæ, partim tertiæ, partim oſtenſiui, partim ſuppoſitorĳ ſyllogiſmi uim ac naturam retinet, poteſt vniuerſalem concluſionem colligere.

Dubiũ quo ſyllog. ſit ad minorẽ affirmatiuã in prima ſit in tertia.

K

Solutio q̃ ille ſyllogiſmus eſt partim in prima partim i tertia.

In media autem cum ſyllogiſmus quidem uniuerſalis ſit, & per ipſam & per primam figuram, cum uero in parte & per ipſam & per ultimam. In tertia autem per ipſam omnes. Manifeſtum autem, & quòd in tertia, & media, qui non per ipſas fiunt ſyllogiſmi, aut non ſunt ſecundum circularem monſtrationem, aut imperfecti.

Hoc eſt in ſecunda figura efficitur circulus aliquando per eandem ſecundam, vt in ſecundo modo, cum minorem negatiuam volumus monſtrare aliquando per primam, vt in primo modo, cum maiorem circulo arguere
M animus fuerit.

Hæc addit, licet l gbũ dã codicib' græcis hãat, ſuperflua tñ ẽ

Addunt nonnulli & per vltimam, ſed mea quidẽ ſententia perperam, ſupra enim monſtrauimus intentionem Ariſt. eſſe in vniuerſalibus ſecundæ complicationibus, affirmatiuam propoſitionem oſtendi nõ poſſe. { Cum vero in parte } Hoc eſt ſi ſyllogiſmi ſecundæ in parte extiterint poterit circulus fieri & per ſecundam, vt in quarto modo cum minorem oſtendimus, & per vltimam, veluti, cum per aſſumptionem arguemus. { Manifeſtum autem. } Hoc non de omnibus aut ſecundæ aut tertiæ complicationibus dicit, ſed de ĳs tantum, in quibus altera propoſitionum conuerſa concluditur, vt in primo ſecundæ ex maiore vniuerſali negatiua cum minore affirmatiua itidem vniuerſali, & in tertia in quarto modo ex maiore vniuerſali cum minore in parte, ambabus affirmatiuis, hi enim ſunt modi in quibus monſtratio fit per primam, & non concluditur altera præmiſſarum propoſitionum directa, ſed conuerſa, quod rationem circularis monſtrationis deſtruit, & propterea dixit aut non ſunt ſecundum circularem monſtrationem, cum vero addit aut imperfecti, eos notat, qui per aſſumptionem arguuntur. Sed N de circulari mõſtratione iam iam plus ſatis ediſeruimus. Primum enim quomodo apud artifices diuerſos varie, circulus efficiatur, enucleauimus, mox de logico agentes circulo declarauimus cur circularis monſtratio nuncupetur, cur mutua oſtenſio, an talis ratiocinatio fieri poſſit, an ſyllogiſmus ſit, in cuius artificis vſum veniat, quomodo in multis circulus reperiatur, cur Ariſt. dixerit, & qđ prædicatione retrouerſum ſe habet, an in circulo negatiuo ſex poſſint fieri ſyllogiſmi, quemadmodũ in affirmatiuo, quæ ſit ſecundum aſſumptionem conuerſio, quid ſit dictum de omni Albumazaris Alpharabĳ, quodque nõ differat a dicto de omni Ariſtotelico, cur in ſyllogiſmis in parte vniuerſalis propoſitio per aſſumptionem monſtrari non poſſit, an in ſecunda figura quoquomodo poſſit affirmatiua vniuerſalis oſtendi circulo, damnata ibidem Philoponi ſententia volentis in ſyllogiſmis in parte vniuerſalem propoſitionem per aſſumptionẽ mõſtrari poſſe Deinde & tertiam aggreſſi figurã enodauimus O cauſam ob quam in vniuerſalibus tertiæ neutra propoſitionum circulo queat oſtendi, addita inſuper ratione cur per aſſumptionem ſyllogiſmus in tertia figura dicatur effici, & quomodo vniuerſalem propoſitionem concludere. Sed de his ſatis, ad reliqua transeamus.

Epilogus ſcõrũ decir cularĩ mõſtratione.

De conuerſione, quæ in ſyllogiſmis.

Conuertere autem eſt tranſponentem concluſionem facere ſyllogiſmum, quòd aut ſummum medio non inerit, aut hoc, ultimo, neceſſe enim concluſione conuerſa, & altera propoſitione manente, interimi reliquam, ſi enim erit, & concluſio erit.

QVONIAM, quemadmodum & Alulidus Roſadis, & Ioannes Philoponus referunt conuerſio multifariam dicitur, namque & terminos & propoſitiones, & ſyllogiſmos conuerti appellamus. Hac de cauſa voluit Ariſtoteles acturus de ſyllogiſmorum conuerſione primum definire quid ſit cõuerſio in ſyllogiſmis, mox acturus de modo conuertendi ſingulas quaſque complicationes, ait ergo ꝙ conuertere eſt tranſponentem concluſionem facere ſyllogiſmum, ꝙ aut extremum medio nõ inerit, aut hoc vltimo. Vbi ſcias ꝙ conuerſio de qua hic agitur eſt ſimilis ei quam ſupra nuncupauimus conuerſionem cum oppoſitione, namq; & hic arguimus a deſtructo conſequente ad antecedens deſtruendum, definit autem conuertere & non conuerſionem, quoniã veluti & moderniores optime referunt, tota conuerſionis iſtius ratio in actione conſiſtit, vnde merito dixere nonnulli conuerſionem hanc non ſyllogiſmum, ſed potentiã ſyllogiſticam eſſe, ſyllogiſmus namq; in quo fit conuerſio non differt a ſyllogiſmo ſimpliciter, ſed modus arguẽdi ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis non eſt ſyllogiſmus aut ratiocinium ſed monſtrandi modus alius, licet fortaſſe nõ niſi in ſyllogiſmis veritatẽ obtineat. Dixit autem tranſponentem & non conuertentem concluſionem, quoniam permutatio cõtrarĳ in contrariorum aut contradictorĳ in contradictorium trãſpoſitio potius, quam conuerſio dici debet. { Aut extremũ medio. } Antonomaſtice extremũ vocauit maiorem extremitatem, vltimũ vero minorem, eſt autem ſenſus ob conuertere dicimus, cum ex contrario aut oppoſito concluſionis cum altera præmiſſarum propoſitionem, deſtruimus aut maiorem propoſitionem, aut minorem, & hoc eſt, quod ſubdidit, neceſſe enim concluſione, cõuerſa & altera propoſitione manente interimi reliquam. { Si enim erit. } Ratio ad quam ex oppoſito concluſionis cũ altera propoſitione manere reliqua interimitur, quoniã inquit ſi altera etiam permaneret, concluſio etiam principalis maneret, & ita duo oppoſita ſimul verificari poſſent, quod & abſurdum eſt, & fieri nullo modo poteſt.

P

Voluit Ariſt. definire cõuerſionẽ in ſyllogiſmis quia cõuerſio eſt multiplex.

Conuerſio i ſyllogiſmis eſt ſyllogiſmis conuerſioni cũ oppoſitione.

Q

Cõtradictorĳ aut contrarĳ tranſmotatio in oppoſitũ debet dici trãſpõ et nõ ꝓprie conuerſio.

Differt

A *Differt autem oppoſite aut contrarie conuertere concluſione non enim idem efficitur ſyllogiſmus, cum utroque modo conuertitur, ſed hoc per ſequentia manifeſtum erit. Dico autem opponi omni non omni, & alicui nulli, contrarię uero omni nulli, & alicui non alicui ineſſe. ſit namque monſtratum a de omni c, per medium b. ſi itaque. a. acceptum fuerit nulli. c. ineſſe: ipſi uero b omni: nulli c inerit b. & ſi. a. quidem nulli c, b. autem omni c. a. non omni. b. & non omnino nulli, nõ enim monſtrabatur uniuerſale per ultimam figuram.*



Cõuerſa cõ cluſione cõ trarię i pri mo mõ ad tollend am vtrãq; pro poſitionem

Omnino uero non eſt uniuerſaliter deſtruere per conuerſionem propoſitionem, quæ eſt ad maius extremum, ſemper enim
C *tollitur per tertiam figuram, neceſſe namque ad ultimum extremum ambas accipere propoſitiones.*

Quoniam concluſio & in contradictorium & in contrarium tranſponi poteſt, & multum intereſt, ſiue hoc, ſiue illo modo trãſponatur propterea inquit non effici eundem ſyllogiſmum ſi in contrarium conuertamus concluſionem, & ſi in contradictorium, quẽadmodum in ſequẽtibus planũ fiet. { Dico autem oppon. } Ne fortaſſe quiſpiam erraret in ſuppoſitione oppoſiti aut contrarij, exponit quid in præſentia velit per oppoſitum, quidue per contrarium, & ait. ꝙ ea, quæ ſunt contradictoria proprie opponi dicuntur, vt omni ineſſe, non omni ineſſe, alicui ineſſe & nulli ineſſe. Contraria vero nuncupantur & ea, quæ proprie contraria ſunt, & ea, quæ plerique appellant ſubcontraria, vt omni ineſſe, nulli ineſſe, alicuj ineſſe, & alicui non ineſſe, ipſe vero more ſuo in contextu dixit, alicui & non alicui ineſſe, cum tamen alioqui, non alicui idẽ ſit, quod nulli. { Sit nãq; monſtratum. } Docet quonam
D pacto in primo indemonſtrabili conuerſio facienda ſit: et ait, ſi concluſionis contrarium accipiamus cum maiore, ꝙ minoris contrariũ cõcludemus in ſecunda figura: ſi vero idem ipſum acceperimus cum minore non cõtrarium ſed contradictorium maioris in tertia concludemus, puta in exemplo, ſit concluſio: omne. c. a. concluſa per medium b. hunc in modum, omne. b. a. omne. c. b. omne. c. a. deinde accipiamus concluſionis contrarium cum maiore ad minoris contrarium colligendum ſic: omne. b. a. nullum. c. a. nullum. c. b. Poſtea eodem concluſionis contrario ſuppoſito cum minore maiorem perimus non per contrarium, ſed per cõtradictorium, ita: nullum. c. a. omne. c. b. aliquod b non eſt. a. & hoc pacto vnus ſyllogiſmus in ſecunda, alter efficitur in tertia, & propterea inquit nunquam poſſumus maiorem deſtruere per contrarium, quoniam contrarium vniuerſalis propoſitionis eſt vniuerſale, vniuerſale vero nullum concluditur in tertia.

Quid p oppoſitũ ſit itelligẽdum expõit pħs. Quid p cõtrarium.

Et ſi priuatiuus ſyllogiſmus ſit conſimiliter. ſit enim oſtenſum, a nulli eorumq; c inexiſtens per b: igitur ſi acceptum fuerit a. ineſſe omni c, ipſi uero b, nulli: b. inerit nulli eorum quæ. c. & B
ſi, a. & b. omni. c, a alicui. b. ſed nulli inerat.



Cõuerſa cõ cluſiõe cõtrarie in ſecundo mõ, tollitur vtranq; propoſitionem

F

Quod ſi oppoſite conuerſa fuerit concluſio, & ſyllogiſmi oppoſiti & non uniuerſales erunt, namque fit altera propoſitio in parte, quare & concluſio erit ſecundum partem. ſit enim prædicatiuus ſyllogiſmus, & conuertatur ſic: igitur ſi. a. non omni. c. omni autem. b. non omni. c. & ſi. a. quidem non omni. c. ipſum uero. b. omni. a. non omni. b.



G

Cõuerſa cõ cluſione oppoſitæ i primo mõ, tollitur vtranque ꝓpõnẽ

Conſimiliter autem & ſi priuatiuus ſyllogiſmus. ſi enim a alicui. c. ineſt, ipſi uero. b. nulli. b. alicui. c. non inerit, non ſimpliciter nulli: & ſi. a. alicui. c. b. uero omni, quemadmodum in principio acceptum eſt. a. alicui. b. inerit.



H

Conuerſa concluſione oppoſite in ſecũdo mõ interimitur vtraq; ꝓpõ

I Exponit quomodo illud idẽ. quod in primo indemonſtrabili efficiebatur, fieri etiam poſsit in ſecundo inquiens ponatur ſyllogiſmus, nullum.b.a.omne.c.b.nullum.c.a.ſi accipiatur maior, nullum.b.a.cum contrario concluſionis, omne.c.a.colligit in ſecunda contrarium minoris, nullum.c.b. ſi vero aſſumpſerimus idem concluſionis cõtrarium: omne.c.a.cum minore, omne.c.b.Concludemus in tertia maioris contradictorium, aliquod.b.a. & hoc eſt, quod voluit dum inquit, & ſi.a.&.b.omni.c.a.alicui.b. { Quod ſi oppoſite. } Si vero inquit non contrarium, ſed contradictorium concluſionis ſuppoſuerimus, ſyllogiſmi etiam, hoc eſt concluſiones non contrariæ erunt, ſed contradictoriæ, non enim poſſunt eſſe vniuerſales, propterea q̃ altera propoſitio ſit in parte, vniuerſalis autem concluſio non colligitur niſi ex vtriſq; vniuerſalibus, ſit itaq; primus indemonſtrabilis, omne.b.a.omne.c.b.omne.c.a.& conuertatur ſic accepta maiore, omne.b.a.cum
K contradictorio concluſionis, aliquod.c.non eſt.a.& colligimus, aliquod.c.non eſt.b.quod minori contradicit, & ſi accipiamus oppoſitum cõcluſionis, aliquod.c.non eſt a.cum minore, omne.c.b.concludimus in tertia oppoſitũ maioris, aliquod.b.non eſt.a. & in negatiuo ſyllogiſmo, qui ſecundus eſt indemonſtrabilis conſimiliter, vt in exẽplo, nullum.b.a.omne.c.b.nullum.c.a.nullũ.b.a.aliquod c.a.aliquod.c.nõ eſt.b.vel aliquod.c.a.omne.c.b.aliquod b.a { .Quemadmodum in principio. } Hoc eſt, quemadmodum antea cum contrarium concluſionis ſupponebamus, non contrarium, ſed contradictorium concluſionis concludebamus, ita & in propoſito.

Cæterum in ſyllogiſmis, qui in parte quãdo oppoſite quidem conuertatur concluſio tolluntur ambæ propoſitiones, quando autem contrariæ, neutra: non enim amplius accidit tollere quemadmodum in uniuerſalibus, deficiente concluſione ſecundum conuer-
L *ſionem, ſed neque omnino tollere. Sit enim oſtenſum a de aliquo c: igitur ſi acceptum fuerit a nulli c ineſſe: ipſum uero.b.alicui.a. alicui.b.non inerit, & ſi.a.nulli.c.omni autem.b.ipſum.b.nulli c: quare tolluntur utraque.*

Conuerſa cõcl'one oppoſite i tertio modo vtraq; propõ tollitur.



M

Poſteaquam de vniuerſalibus omnibus pertractauit, acturus de ijs, qui concluſionem in parte colligunt inquit q̃ ſi contradictorium concluſionis ſupponamus concluſionis cum altera, vtramuis perimere poterimus, ſi vero contrariæ hoc eſt ſubcontrariæ, neutram. { Non enim. } Reddit rationem eius, quod dixerat inquiens, non ita accidere in ſyllogiſmis in parte, quẽadmodum in ſyllogiſmis vniuerſalibus, ibi enim deficiente concluſione, hoc eſt nõ vniuerſaliter, ſed in parte tranſmutata poteramus vtraſq; propoſitiones deſtruere, hic autem non ſolũ non deſtruimus ſecundum partem, verum neq; omnino deſtruimus, appellat autem deficientem concluſionem, quæ in parte

Quis ſit deficiens concluſio.

conuertitur, propterea q̃ deficit a prærogatiua, quã habebat, dum erat vniuerſalis, tunc enim poterat eſſe maior, nunc autem minor tantum, & ob hoc deficere quodãmodo dicitur. { Sit enim oſtenſum. } Tertium indemonſtrabilem conuertit exponens, quomodo ex contradictorio concluſionis cum altera præmiſſarum propoſitionũ poſſimus vtrãuis perimere, puta ſit ſyllogiſmus, omne.b.a. aliquod.c.b.aliquod.c.a. accipiamus ergo conuertentes, omne.b.a.maiorem cum cõtradictorio concluſionis, nullum.c.a.ex his concludemus oppoſitum minoris in ſecunda, nullum.c.b.vel accipiamus idem oppoſitum concluſionis cum minore ad deſtruẽdam maiorem hunc in modum, nullum c.a.aliquod.c.b.aliquod.b.non eſt.a.quod maiorem tollit, ipſe autem in cõtextu prius exponit quomodo maior deſtruatur, deinde quomodo minor. N

Quod ſi contrariæ conuertantur, neutra: ſi enim a alicui c non ineſt: ipſi uero.b.omni.b.alicui c.non inerit: ſed nondum tollitur, quod a principio: contingit namque alicui ineſſe & alicui non ineſſe: ſed ipſius.a.b.uniuerſalis, nihil omnino ſit ſyllogiſmus. ſi enim a non ineſt alicui eorum, quæ c.b.uero alicui ineſt, neutra propoſitionum uniuerſalis. Conſimiliter autem & ſi priuatiuus ſyllogiſmus: ſi enim accipietur.a.omni.c.ineſſe, tollentur utræq;: ſi uero alicui, neutra: demonſtratio autem eadem. O

Si vero inquit non contradictorie, ſed cõtrariæ hoc eſt ſubcontrariæ conuertatur concluſio, id eſt particularis in particularem, neutra propoſitionum deſtrui poterit, vt in exemplo, omne.b.a.aliquod.c.b.aliquod.c.a. Conuertatur concluſio in ſuam ſubcõtrariam.aliquod.c. non eſt.a. deinde accipiatur maior, omne.b.a.concludimus in ſecunda, aliquod.c.non eſſe.b. quod minorem propoſitionem nõ demollitur dicentem: aliquod.c.b.hæc enim ſimul vera eſſe poſſunt, aliquod.c.b. & aliquod.c.non eſt.b. { Sed a.b.vniuerſalis. } Senſus eſt ipſius.a.b.propõnis exiſtentis vniuerſalis nullo modo ſit ſyllogiſmus, hoc eſt ſi ſubcontrariam concluſionis acciperemus cũ minore non poterimus maiorẽ pacto aliquo deſtruere, ſi enim accipiamus, aliquod.c.non eſt.a. & minorẽ aliquod.c.b.ambæ propõnes efficiuntur in parte, & nihil ex his colligi poteſt, q̃m ex ambabus in parte nil colligitur vi ſyllogiſtica. { Conſimiliter autem & ſi priuatiuus. } Eodẽ inquit pacto ſi fuerit quartus indemonſtrabilis concluſionem concludens negatiuam in parte, ſi enim contradictorium ſupponemus, vtraq; tolletur propõnum, ſint autẽ ſubcõtrariũ neutra, puta in exẽplo, nullũ.b.a.aliquod.c.b.aliquod c.nõ eſt.a.nullũ.b.a.oẽ.c.a.nullũ.c.b. oẽ.c.a.aliquod.c. b. aliquod.b.a.nullũ.b.a.aliquod.c.a.aliquod.c.nõ eſt.b.aliquod.c.a.aliquod.c.b.nil ſequitur, vt manifeſtũ eſt. Sed his iam explicitis & enodatis: Quærendũ deinceps cui artifici deſeruiat huiuſcemodi conuerſio, ſi enim nihil penitus vtilitatis afferret, caſſum fuiſſet tot tantaq; de hac in medium proferre. Dicimus cõuerſionẽ iſtã maximam vtilitatẽ afferre, tum omni artifici, qui ſyllogiſmo vtatẽ, tum vero p̃cipue dialectico & tentatori, hac enim cõuerſione cõſueuimus arguere ſyllogiſmũ cõſequẽtiãq; recte ſe habere, ſed piraſtico & tentatori in maximo eſt vſu ad exercitationẽ & meditationẽ, quẽadmodũ Ariſto.quoq; inquit in octauo topicorũ dicẽs ad verbũ. Ad exercitationem autẽ & meditationẽ taliũ orationũ, primũ quidẽ cõuertere aſſueſcere oportet orationes: ſic enim & ad hoc, quod dicit magis copioſe nos habebimus, nã conuertere eſt trãſumentẽ cõcluſionẽ cũ reliquis interrogationibus, interimere vnũ eorũ, quæ data ſunt, neceſſe eſt enim, ſi cõcluſio nõ eſt, vnã aliquã interimere propõnum, ſi omnibus poſitis, neceſſe erat concluſionẽ eſſe, & reliqua. Sed his exactis iam ad ſecundam tranſeamus figuram. P

Dubiũ cui artifici deſeruiat cõuerſio in ſyll'o. Solo q̃ eſt vtilis ol artifici q ſyllogiſmo vtitur, ſed p̃cipue dialectico et tentatiuo.

Q

Figura ſecunda.

SEd in ſecunda figura propoſitionem quidem, quæ ad maius extremum non eſt interimere cõtrarie, facta conuerſione utrolibet modo. nam ſemper erit cõcluſio in tertia figura: uniuerſalis autem non erat in hac ſyllogiſmus, alteram

vero

A *uero ſimiliter tollemus conuerſioni. Dico autem ſimiliter, ſi contrarie quidem conuertitur, contrarie: ſi uero oppoſite, oppoſite. Inſit enim a omni b, ipſi autem e nulli: concluſio b e. Si itaq; acceptum fuerit b omni e ineſſe: & a. b. maneat. a. omni. e. inerit: nam ſit prima figura: quòd ſi. b. omni. e. a uero nulli. c: a. non omni. b. figura ultima. Sinautem oppoſite conuerſum fuerit. b. c. a. b. quidem itidem monſtrabitur: a c uero oppoſite: ſi enim. b. alicui. c. a. autem nulli. c. a. alicui. b. non inerit. Rurſus ſi. b. alicui. c. a. uero omni. b. a. alicui. c. quare oppoſitus ſit ſyllogiſmus. Conſimiliter monſtrabitur & ſi econuerſo ſe habeant propoſitiones.*

Nō pōt maior in pria figura contrarie interimi.

POSTEAQVAM conuerſiuos ſyllogiſmos omnes, qui in prima efficiebantur figura explicuit, atque enodauit, vult in præſentia monſtrare quonam modo iidem in ſecunda fieri poſſint inquiens, maiorem propoſitionem hac in figura non poſſe cōtrarie interimi facta cōuerſione vtrolibet modo, hoc eſt ſeu contrariæ ſeu contradictoriæ, propterea ꝙ ſemper ſyllogiſmus conuerſiuus in tertia efficitur figura, quæ vt planum eſt concluſionē ſemper colligit in parte, ſed contrarium maioris quæ vniuer-

B ſalis extitit, non in parte, ſed vniuerſale eſt. { Alteram vero ſimiliter. } Hoc eſt minorem propoſitionem ita tollemus, quēadmodū cōcluſionem tranſpoſuerimus, ſi enim concluſionem in contrariam tranſpoſuerimus, minorem per cōtrariam demoliemur, ſinautem, in contradictoriā, per contradictoriā itidem. { Inſit enim. a. omni. b. } Monſtrat exemplo, quod propoſuerat adducens complicationem in ſecunda ex maiore vniuerſali affirmatiua cum minore vniuerſali negatiua, omne. b. a. nullum. c. a. nullū. c. b. ſi accipiamus maiorem, omne. b. a. cum contrario concluſionis, omne. c. b. concludimus in prima cōtrarium minoris: omne, c, a. ſinautem minorem aſſumpſerimus: nullum, c, a, cum eodem concluſionis contrario: omne, c, b,

C colligimus non contrarium maioris, ſed contradictoriū in vltima ac tertia figura. { Si autem oppoſitæ. } Hoc eſt ſi concluſio, quā appellat, b c: conuertatur non in contrarium, ſed contradictoriū, a b, quidem, hoc eſt maior propoſitio itidem & eodem pacto monſtrabitur, quēadmodum ſupra: nāq; & cum contrariæ conuertebatur concluſio maior non contrariæ, ſed contradictoriæ interimebatur. { Ac vero oppoſitæ. } Id eſt minor, quæ, a c, dicitur non amplius contrariæ tollitur, quēadmodum ſuperius, ſed oppoſitæ & contradictoriæ. { Si enim b, } quod dixerat oſtēdit quomodo, a b, maior propoſitio itidē ac ſimiliter interimatur, ſit enim ſyllogiſmus: omne, b, a, nullum c, a, nullum, c, b, deinde accipiatur contradictorium concluſionis aliquod, c, b, cum minore: nullum, c, a, & concludemus in tertia, aliquod, b, non eſt, a. { Rurſus ſi, b, alicui e. } Alterum, quod propoſuerat oſtendit, quomodo minor non contrariæ, ſed oppoſite deſtruatur: ita omne, b, a, aliquod, c, b, aliquod, c, a, ita enim fit ſyllogiſmus & concluſio oppoſita & contradictoria minori. { Conſimiliter

D monſtrabitur. } Similiter inquit monſtrabitur & ſi propoſitiones retrouerſum diſponantur, vt minor ſit affirmatiua cum negatiua maiore: ſi enim contrarium concluſionis acceperimus cum minore maiorem per contradictorium demoliemur, minorem vero per contrarium: ſinautem non contrarium, ſed contradictoriū concluſionis ſuppoſuerimus, vtranq; & maiorem & minorem tollemus per cōtradictorium, vt in exemplo: nullū, b, a, omne, c, a, nullū, c, b, omne, e, a, aliquod, c, b, aliquod, b, a, nullum, b, a, aliquod, c, b, aliquod, c, non eſt, a: vel contrariæ: oē, e, a, omne, c, b, aliquod, b, a, nullum, b, a, oē, c, b, nullum, b, a.

Quòd ſi ſyllogiſmus eſt in parte, ſi contrariæ conuertatur cōcluſio, neutra propoſitionum tollitur, quemadmodum neq; in prima figura: ſi uero oppoſitæ, utræque. ponatur enim a, b quidem nulli ineſſe: ipſi autem e alicui: concluſio b e. Si itaq; poſitum fuerit b alicui e ineſſe, & a b maneat, concluſio erit, quòd a alicui e non ineſt: ſed non eſt ſublatum, quod a principio. Contingit enim alicui ineſſe & non ineſſe. Rurſus ſi. b. alicui. c: & . a. alicui. c. nō eſt ſyllogiſmus: neutrum enim acceptorum uniuerſale: quare non tollitur a b. quòd ſi oppoſitæ cōuertatur, tolluntur ambæ: ſi enim E *b omni c, a uero nulli b: nulli c ipſum a: ſed erat alicui. Rurſus ſi b omni c: a autem alicui c: a alicui b.*



Conuerſa concl'one oppoſite, hoc modo vtraq; tollitur.

F

Eadem uero demonſtratio & ſi uniuerſale prædicatiuum.

Si vero inquit ſyllogiſmi extiterint in parte & concluſio conuertatur contrariæ: hoc eſt in ſuam ſubcōtrariam, neutra propoſitionum tolletur: ſi vero conuertatur in ſuū oppoſitum, vtræq; tolli poterunt, vt in exemplo: nullum b, a, aliquod, c, a, aliquod, c, nō eſt, b, nullum, b, a, aliquod c, b, ergo aliqđ, c, non eſt, a, ſed adhuc nō tollitur minor, quæ dicebat, aliquod, c, a, poſſunt enim ſimul eſſe veræ, aliquod, c, a, & aliquod, c, non eſt, a: ſinautē acceperimus concluſionem, aliquod, c, a, cum ſubcontrario concluſionis, aliquod, c, b, nil penitus concludemus, quoniā ex ambabus in parte nihil colligitur. { Quod ſi oppoſitæ. } Hoc eſt ſi concluſio non in ſubcontraria, ſed in contradictoriā tranſponatur: ambæ deſtruentur hunc in modum: nullum, b, a, omne, c, b, nullū, b, a, ſed minor dicebat aliquod, c, a. Rurſus, aliquod, c, a, omne, c, b, aliquod, b, a, ſed maior fuerat, nullum, b, a. { Eadem vero demonſtratio. } Hoc

G eſt eodem pacto oſtendemus quartam cōplicationem ſecundæ conuerti: omne, b, a, aliquod, c, non eſt, a, aliquod c, non eſt, b, omne, b, a, aliquod, c, b, aliquod, c, a, ſed minor erat, aliquod, c, non eſt, a, quæ per hanc non tollitur: rurſus aliquod, c, non eſt, d, & aliquod, c, b, non cōplicant ſyllogiſmum: ſi vero contradictoriæ conuertentes dicamus: omne, b, a, omne, c, b, omne, c, a, minorem tollimus & cum minore & oppoſito concluſionis maiorem, aliquod, c, non eſt, a, omne, c, b, aliquod, b, non eſt, a, ſed maior dicebat: omne, b, a. Verum hæc de ſecundæ figuræ cōuerſiuis ſyllogiſmis hactenus: Iā ad tertiam ꝓdeamus.

Figura tertia.

H

SEd in tertia figura, cum contrariæ quidem cōuertatur concluſio, neutra tollitur propoſitionum ſecūdum nullum ſyllogiſmorū, cum uero oppoſitæ ambæ, & in omnibus. Sit oſtenſum a alicui b inexiſtens: medium autem ſit acceptum c: ſinautem propoſitiones uniuerſales: igitur ſi acceptum fuerit a alicui b non ineſſe: b uero omni c: nō fit ſyllogiſmus a. & c. neq; ſi a. eorum quidem, quæ. b alicui non inſit, c autem omni: non erit b & c. ſyllogiſmus. Conſimiliter autem monſtrabitur & ſi non uniuerſales propoſitiones. aut enim ambas neceſſe eſt ſecundum partem eſſe per conuerſionē, aut uniuerſale ad minus extremum fieri, uerum ſic non erat ſyllogiſmus neque in prima figura neque in media.

DE CONVERSIONE ſyllogiſmorū tertiæ figuræ acturus inquit, ſi concluſionē in contrariā, hoc eſt ſub contrariam tranſponamus, ꝙ neutra propōnum tolli

In tertia figura ſi concluſio i ſubcōtrariam

I poterit, quoniam aut ambæ propoſitiones efficientur in
parte, aut particularis erit maior cum minore vniuerſali
in prima aut ſecunda figura, ſinautem in cõtradictoriam
verterimus & ambæ tollentur: maior inquã ac minor &
in omnibus tertiæ complicationibus ſublatio iſta fieri po
terit. { Sit enim oſtenſum. } Monſtrat exemplo, quomo
do ſi concluſio in ſubcontrariã tranſponatur, neutra pro-
poſitionum perimatur, accipiatur inquit prima tertiæ fi-
guræ cõplicatio, omne, c.a. omne.c.b. aliquod.b.a. ſi itaq;
accipiamus concluſionis ſubcontrariã, aliquod.b. non eſt
a. cum minore: omne.c.b. nihil concludemus, quoniã pri-
ma efficitur figura cum maiore in parte: hunc in modum,
aliquod.b. non eſt.a. omne.c.b. verum ex tali propoſitio-
num complicatione in prima figura nihil penitus colligi-
tur, & hoc eſt, quod voluit dum inquit: Igitur ſi acceptũ
fuerit.a. alicui.b. non ineſſe.b. vero omni.c. non fit ſyllo-
giſmus.a. & c: hoc eſt non fit ſyllogiſmus concludens op
K poſitũ maiori propoſitioni, quæ dicebat, omne.c. eſſe.a.
ſinautem hanc eandem concluſionis ſubcontrariam cum
maiore aſſumpſerimus propoſitione ita, omne c a. aliqđ
b. non eſt.a. Concludemus quidem cõcluſionem aliquã,
puta aliquod.b. non eſt.c. ſed hæc non eſt contradictoria
minoris prius ſumptæ, ſed eius conuerſæ. Item nõ deſtruet
minorem dicentẽ: omne.c.b. poſſunt enim hæ ambæ ve-
ritatem ſimul obtinere, vt omnis homo eſt animal, & ali
quod animal non eſt homo: ſi vero præpoſtere propoſi-
tiones iſtas diſpoſueris, nullus fiet ſyllogiſmus: erit enim
hoc pacto ſecũda figura cum maiore in parte, & hoc eſt,
quod ait, non erit.b. & c. ſyllogiſmus. { Conſimiliter autẽ
monſtrabitur. } Eodẽ inquit pacto monſtrare poterimus
neutram propoſitionũ perimi, cum in complicatione ex
altera tantũ vniuerſali ſuppoſito concluſionis ſubcontra
rio cum altera præmiſſarum propoſitionũ alterã demoli
ri contendamus, puta in exemplo ſit complicatio iſta ali-
L quod.c. eſt.a. omne.c.b. aliquod.b.a. dico non poſſe ex cõ
cluſionis ſubcontrariæ vtrãuis deſtrui: ſi enim hoc accepe
ris cum maiore, ſyllogiſmũ conſtrues ex ambabus in par
te: ſinautem cum minore, complicationem efficies in pri-
ma figura ex maiore in parte cũ minore vniuerſali, quæ
nullo pacto legitima eſt, lex enim fuerat & primæ & ſe-
cundæ figuræ, vt maior eſſet vniuerſalis.

*Quod ſi oppoſitæ conuertantur propoſitiones, tolluntur am-
bæ. ſi enim a, nulli b: b uero omni c: a nulli.c. Rurſus ſi.a. nulli
quidẽ.b: ipſi uero.c. omni b: nulli.c. & ſi altera non uniuerſalis
conſimiliter: ſi enim a nulli b: b uero alicui c.a. alicui.c. nõ inerit,
quòd ſi.a.b. quidem nulli: c. autem omni, nulli.c. ipſum, b. Simili-
ter uero & ſi priuatiuus ſyllogiſmus. ſit enim oſtenſum, a alicui
b non inexiſtens: ſit autem prædicatiuum quidem b c: negatiuum
M autem a c: ſic enim efficiebatur ſyllogiſmus. quando igitur con-
trarium acceptum fuerit cõcluſioni, non erit ſyllogiſmus: ſi enim
a alicui b: b uero omni.c. non erat ſyllogiſmus ipſius a, & ipſius
c: neque ſi.a. alicui, b: c uero nulli, non erat ipſius.b & ipſius c
ſyllogiſmus: quare non tolluntur propoſitiones.*

In hoc ſi cõuertatur cõcluſio contrarie nulla tollitur.



*Quando autem oppoſitum, tolluntur: ſi enim.a. omni b: & b
ipſi c: a omni.c. ſed nulli inerat. Rurſus ſi.a. omni, b: ipſi autem.c.
nulli: b. nulli.c, ſed omni inerat.*

Hucuſque monſtrauit quomodo ſubcontrario conclu N.
ſionis ſuppoſito, neutra propoſitionum interimitur, oſten-
ſurus in præſentia quonam pacto, ſuppoſito contradicto
rio vtraq; tollatur & maior & minor, vt in exemplo ſit
prima tertiæ figuræ complicatio: omne.c.a. omne.c.b. ali
quod.b.a. ſi huius contradictorium aſſumpſerimus, nullũ
b.a. cum minore: omne.c.b. Concludemus in prima figu
ra, nullum.c.a. quod maiorem deſtruit, ſi vero idem con-
tradictorium, nullum.b.a. cum maiore acceperimus, om-
ne.c.a. colligemus in ſecunda, nullum.c.b. minoris. videli-
cet contrariũ. { Et ſi altera non vniuerſalis. } Idem inquit
ſequitur in cõplicationibus particularibus, puta in exẽplo
omne.c.a. aliquod.c.b. aliquod.b.a. nullum.b.a. aliquod.c.
b. aliquod.c. nõ eſt.a. ſic enim maior deſtruitur, vel ad ma
iorem perimendam, nullum.b.a. omne.c.a. nullum.c.b.
{ Similiter vero & ſi priuatiuus ſyllogiſmus. } Eodem in
quit modo facienda erit conuerſio in ſecunda tertiæ com
plicatione. ſi enim ſubcontrarium concluſionis ſuppoſue
rimus, neutra præmiſſarum propoſitionũ interimetur, vt O
in exemplo, nullum.c.a. omne.c.b. aliquod.b. non eſt.a. ali
quod.b.a. omne.c.b. ex maiore in parte nihil concluditur
in prima figura, ſi vero maiorem acceperimus, nullum.c.
a. cum ſubcontraria cõcluſionis, aliquod.b.a. Colligemus
quidem in ſecunda figura, aliquod.b. nõ eſſe.c. ſed hoc nõ
permit minorẽ præcedentis ſyllogiſmi dicẽtem, omne.c.
b. & hoc eſt, quod voluit dum ait, non erit ſyllogiſmus
ipſius.b. & ipſius.c. non hoc dicens, q nihil penitus con-
cludatur, verum q non concludimus.b. de ipſo.c. vt mi-
norem præcedẽtis ſyllogiſmi deſtruere valeamus, ſi itaq;
ſubcontrariam concluſionis acceperimus, neutrã deſtrue
mus propoſitionum, ſinautem oppoſitum ac contradi-
ctorium, vtranq;, vt in exẽplo, omne.b.a. omne.c.b. om-
ne.c.a. ſic enim maior perimitur, & iterum minor hunc in
modum, omne.b.a. nullum.c.a. nullum c.b.

Suppoſito cõtradictorio cõcluſionis vtraq; ppõ in tertia figura ꝑ primam & ſecũdam.

*Conſimiliter autem monſtratur & ſi nõ uniuerſales ſunt pro
poſitiones. ſit enim a c & uniuerſale & priuatiuum, alterum au
tem prædicatiuum in parte: ſi igitur a omni b: b autem alicui c: P
a alicui c. contingit: ſed nulli inerat. Rurſus: ſi.a. omni.b: ipſi au-
tem.c. nulli: b: nulli.c.*



Conuerſa concl'one oppoſite tollunt v-traq; ppõne.

Q



*Sinautem, a alicui b: & b alicui c: non fit ſyllogiſmus, neque
ſi.a. alicui b: ipſi autem c. nulli, neque ſic: quare illo quidem mo-
do tolluntur: ſic autem non tolluntur propoſitiones. Planum igi-
tur per dicta, quomodo conuerſa concluſione in unaquaque figu-
ra fit ſyllogiſmus, & quando contrarius propoſitioni & quan-
do oppoſitus, & quòd in prima quidem figura, per mediam &
ultimam fiunt ſyllogiſmi, & quæ ad minus extremum ſemper
per medium tollitur, quæ uero ad maius per ultimam. In ſecun-*

A *da autem per primam & ultimam, quæ quidem ad minus extremum ſemper per primam figuram, quæ autem ad maius per ultimam. Sed in tertia per primam & per mediam, & quæ quidem ad maius ſemper per primam, quæ autem ad minus per mediam. Quid igitur ſit conuertere & quomodo in unaquaq; figura & quis ſit ſyllogiſmus manifeſtum.*

Itidẽ inquit conuerſio facienda eſt in ſyllogiſmis in parte ac negatiuis: ſi enim ſubcõtrarium ſuppoſuerimus neutram interimimus propoſitionũ, ſin autem cõtradictoriũ vtrãq;, vt in exemplo ſit cõplicatio ex maiore vniuerſaliter negatiua cũ minore affirmatiua in parte: nullũ, c, a, aliquod, c, b, aliquod, b, non eſt, a. his itaq; ſic ſe habentibus ex contradictorio cõcluſionis: oẽ, b, a, cũ minore, aliquod c, b, maiorẽ deſtruimus, aliquod, b, a, concludentes, & ex eodem oppoſito: omne, b, a, cũ maiore: nullũ, c, a, cõtradictorium minoris colligimus, nullũ, c, b. Suppoſito itaque
B contradictorio hunc in modum vtræq; propoſitionũ deſtruuntur: ſubcõtrario autem accepto, neutra: nãq; aut ex ambabus in parte conſtruitur ſyllogiſmus in prima, vt aliquod, b, a, aliquod, c, b, aut cõplicatio vtilis quidẽ erigitur ex maiore cum ſubcontrario concluſionis, ſed nihil, quod minorẽ deſtruat, colligit, vt in exemplo: nullũ, c, a, aliquod, b, a, his enim ita diſpoſitis concludimus aliquod b, eſſe c, ſed hoc nihil ad rem. Et hæc Philoſophus. Poſſemus autẽ & nos addere quõ in reliquis duobus modis, quos Ariſto. omiſit idem eueniat, ſed quoniam iſthoc per quã facile eſt, propterea breuitatis gratia derelinquendum cenſui. { Planũ igitur per dicta, } enumerat breui concluſione repetens, quæ ſuperius fuere cõmoſtrata, quõ conuertenda concluſio, dum contrarium alterutrius propoſitionum colligere eſt animus, quõ dum contradictorium: atq; in qua figura cõuerſi ſyllogiſmi ad perimendas pro
C poſitiones in prima faciendi, quõ in ſecunda, ac demum quomodo in tertia, ſed hæc vel mediocribus logicis planiſſima exiſtunt, qua de re legentibus intelligẽda relinquimus. Iam enim, quæ ad ſyllogiſmorũ conuerſionẽ attinebant, omnia tranſegimus, reddita primum ratione cur Philoſophus a principio definierit conuertere & non conuerſionem, cur tranſponentẽ dixerit & non conuertentẽ, in cuius vſum atq; vtilitatẽ modus iſte conuertendi ſyllogiſmos veniat, mox ſeriatim ſecundæ ac tertiæ cõplicationibus cũctis expoſitis & enarratis. Supereſt igitur vt ea, quæ de deductione ad impoſſibile dicuntur, enodemus.

Epilogus dictorũ de ſyllogiſmo cõuerſiuo.

De deductione ad Impoßibile.

S Yllogiſmus uero, qui per impoßibile, mõſtratur quidem quando contradictio concluſionis poſita fuerit, & aſſumpta ſit alia propoſitio: fit autem in omnibus figuris: ſimile namq; eſt conuerſioni: præterquã quod differt tantum,
D *quoniam conuertitur quidem facto ſyllogiſmo, & impoſitis ambabus propoſitionibus: deducitur uero ad impoßibile non præconfeſſo prius oppoſito, ſed manifeſto exiſtente, quoniam uerum.*

MATHEMATICORVM conſuetudinẽ, vt in aliis pleriſq; hoc in volumine obſeruauit Ariſtoteles, ſi enim elementorũ doctrinã, quæ ob id a græcis στοιχείωσις nuncupatur, bene & penſiculate animaduerterimus, profecto comperiemus eã eius eſſe geniũ, vt a poſterioribus problematibus ſemper priora præſupponantur, quarum nãq; Euclide theorema tertium ſupponit, & hoc ſecundũ & iſtud primũ, ac de reliquis eodem pacto. Ita igitur vt ad rem noſtrã veniamus fecit hoc in volumine Ariſtoteles, tractaturus nãq; de deductione ad impoſſibile primum monſtrauit, vnam cõplicationem poſſe plures concluſiones colligere, deinde quomodo ex falſis verũ concludatur, mox quomodo circulo mõnſtrationes fiant, ac demũ quomodo ſyllogiſmi conuertantur, nemo enim ex falſis propoſitionibus & verã & falſam concluſionẽ ſequi poſſe crediDiſſet, ni prius didiciſſet in vnica complica

Notãdũ ordinate proceſſeriſt Philoſophus vt ſp quod poſterius ẽ ſupponat quod prius more geometrarum.

tione plures colligi poſſe concluſiones, nemo etiam circularem monſtrationem fieri poſſe exiſtimaſſet, ſi ex falſis verum concludi non poſſe cenſuiſſet. Nemo deniq; ſyllogiſmũ conuertere auſus fuiſſet, ni prius circulũ facere edoctus eſſet, quare nec ad impoſſibile legitime aliquis vnq; deducet, qui conuertere ſyllogiſmos ignorauerit, & propterea non ab re de conuerſione prius egit, tractaturus in præſentia de deductione ad impoſſibile. Sed quoniam multum hoc monſtrationis genere vtimur, non iniuria facero, ſi prius quæpiam in medium quærenda proponam, quo facilius rem ipſam, de qua pertractamus, exacte poſſimus intelligere, ac primum quæſitu dignũ an hæc, quã deductionem vocamus ad impoſſibile et ex conſequenti an ſyllogiſmi, quos hypotheticos ac ſuppoſitorios dicimus ſyllogiſmi rationẽ, quã a principio poſuimus recte ſuſcipiant. Deinde ad quem artificẽ pertineat hoc genus monſtrationis agere. Ac demũ ratio reddenda cur cũ omne quod per impoſſibile monſtretur, poſſit & recto oſtẽ. F di ratiocinio, cur inquã non omnia problemata monſtremus per rectũ ſyllogiſmũ? Quantum ad primum ſcitu dignum, q; Albumazat Alpharabius in libro de ſyllogiſmo & Algazeles atq; alii complures eius ſententiæ extitere, vt hypotheticæ ac ſuppoſitoriæ rationes omnes ſyllogiſmi finitionem ſuſciperent, & ex cõſequenti deductio ad incõmodũ ſyllogiſmus ratiocinioq; itidem nuncuparetur, imo quod amplius, ſunt qui ſyllogiſmum ſecundũ formam diuidi aſſerant in cathegoricũ atq; hypotheticũ in demonſtratiuum vero dialecticum ac litigioſum ſecundum materiam, quoniam fortaſſe omnis probatio diſcurſuſque aut ſyllogiſmus ſit & a toto ad partem, aut inductio & a parte ad totum, aut exemplũ & a parte ad partem, quũ itaq; deductio ad impoſſibile ac hypothetici ſyl G logiſmi omnes neq; a parte arguant ad totũ, neq; a parte, ad partem, conſentaneum eſt, vt a toto ad partem ratiocinentur, & proinde ſyllogiſmi ſint. Præterea omnis deductio ad impoſſibile poteſt effici oſtenſiua ratiocinatio, quẽadmodũ ſupra in priori diſcuſſimus volumine, ſequi- I tur itaq; ad incõmodum deductionem ſyllogiſmũ eſſe, atque hæc hunc in modũ. Eſt altrinſecus Aphrodiſienſis Alexander atque alii nõnulli, qui deductionem ad impoſſibile ſyllogiſmũ eſſe negẽt dicentes huic finitionem ſyllogiſmi ratiocinationiq; minime connenire, in deductione nãq; iſta atque in ſuppoſitoriis omnibus ratiociniis, propoſitiones non poni, ſed ſupponi dicuntur, & propterea dicebamus ſupra in definitione ſyllogiſmi, poſitis quibuſdam, addi ad differentiam hypotheticarũ ratiocinationum, in quibus propoſitiones non poni ſed ſupponi dicunt. Præterea Ariſtoteles in priori volumine inquit ad verbum, quũ de hypotheticis loqueretur, omnes enim per impoſſibile concludentes falſum quidem ratiocinantur, quod autem a principio ex ſuppoſitione monſtrant, & paulo infra ait, in omnibus enim ſyllogiſmus quidem fit ad tranſumptũ, quod autem ex principio, concluditur per conceſſionem aut aliquã aliam ſuppoſitionem, quare quũ ſyllogiſmus tantũ ſit, qui ad tranſumptum ſit, procul H dubio tota ad impoſſibile deductio ſyllogiſmus nullo pacto vocitanda erit. Ad hæc in omni ſyllogiſmo ac ratiocinatione tres termini ac binæ propoſitiones tantũ ſunt, ſed in hac deductione & termini plures tribus & propoſitiones duabus aſciſcuntur, non itaque ſyllogiſmi rationẽ ſubibit. Adde quod monſtrationes omnes ſyllogiſticæ per dictũ de omni aut nullo vel conuerſionem tanquã principia ſtabiliuntur, verũ ad incõmodũ deductio non ſic ſe habetur, quũ omnis iſtius monſtratio ex primi principii de quolibet dicitur affirmatio aut negatio ratione pẽdeat non itaque ſyllogiſmus dicenda erit. Præterea quod non poteſt ſyllogiſtice reſolui, nec ſyllogiſtice etiam componi poteſt, ſed nec deductio ad impoſſibile, Imo nec ratio aliqua ſuppoſitoria ſyllogiſtice reſolui poteſt, vt in priori volumine diſputatũ fuit, igitur nec ſyllogiſticam compoſitionem habere dicenda erit. Quũ hæc itaque ſic ſe habeant, dicendum eſt ad impoſſibile deductionẽ nullo pacto ſyllogiſmum eſſe aut ſyllogiſmi rationem ſuſcipere, & ex conſequenti nullam rationem ſuppoſitoriam.

Dubiũ an deductio ad impoſſibile ſuſcipiat rõnem ſyllogiſmi.

Opinio Albumazaris Alpharabii et algazelis de ſyllogiſmo hypothetico.

Opinio quorũdã de diuiſiõe ſyllogiſmi ſecũdũ formam et materiam.

Alexander noluit deductionem ad impoſſibile eẽ ſyllogiſmum cui diffinitio competat ſyllogiſmi.

I Addendumq; inſuper falſum illud eſſe, quod nonnulli aſſerunt ſyllogiſmū diuidi tanquā ſecundum formam in prædicatiuū ac conditionalem, hoc enim neutiquā concedendum, & quū dicitur rationem omnē aut a parte ad totum, aut econuerſo, aut a parte deniq; fieri ad partē, proculdubio negandum exiſtimo, non enim de omnibus cōſequentijs atque habitudinibus neceſſarijs hoc profertur, ſed de ijs tantū, quæ ad ſyllogiſmi rōnem deduci poſſunt.

Solutio rōnū opionis oppoſitæ.

Ad ſecundum neganda eſt conſequentia atque illatio, non enim ſequitur, ſi aliquid et per oſtenſiuū ſyllogiſmū, & per deductionem monſtrari poſſit, ꝙ deductio ſyllogiſmus ſit, quēadmodum ſi vnū & idem argueretur & demonſtratiuo & dialectico ratiocinio, non ob id tamen dialecticus ſyllogiſmus demonſtrationis rationem ſuſciperet. Verum enim vero licet quintus ac ſecundus hypotheticorū non ſyllogiſmi, ſed potentiæ potius ſyllogiſticæ vocandi ſint, ſyllogiſmus tamen oſtenſiuus, qui ad tranſumptum efficitur, & vere ſyllogiſmus eſt & ſyllogiſmi rationem admittit: ꝙ ſi latius deductionem ad impoſſibile, omnes iſtos ſyllogiſmos voces, tunc faciēda erit diſtin-

K ctio ac dicendū, partem deductionis ſyllogiſmū eſſe, partem vero minime, ſin autem præſſius deductionem vocemus ad impoſſibile binas tantū ſuppoſitorias rationes illas, nullo pacto in ſyllogiſmi ratonē veniet. Sed de hoc iam plus ſatis pertractatū fuit, ſupereſt de cætero, vt exponamus quis ſit artifex ille, qui monſtrationibus vtatur ad impoſſibile. Dicimus itaq; ꝙ & demonſtrator & dialecticus & piracticus oſtenſione vtuntur ad impoſſibile, verum antequā hoc exponamus, enarrandi prius modi ſunt, quibus ad incōmodum deducimus, ſunt itaq; modi demonſtrationis ad īpoſſibile bini, vnus artificialis, alius ſine arte, & quaſi vnicuique ex natura propria ingenitus qui artificialis bifariam ſcinditur, vnus demonſtratori attinet, quū, videlicet, propoſitiones accipiuntur īmediate & poſteriora ſeu concluſio nobis vel naturæ manifeſtior ſit quā præmiſſæ propoſitiones, hoc enim differunt inter

Nota ꝙ artifices vſitur dem̄ratiōe ducente ad īpoſſibile. Duo modi ſunt ducēdi ad īpoſſibile dem̄rationis.

L ſe oſtenſiua demonſtratio & deducens ad impoſſibile, ꝙ vna incipit a prioribus, altera vero a poſterioribus, quēadmodum Albumazar Alpharabius in libro de ſyllogiſmo, & Ariſtoteles in primo poſteriorum tradidere, vnde non iniuria inquit Alulidus Roſadis in primum de cœlo, omnē demonſtrationem ad impoſſibile eſſe demonſtrationem quia, vnus itaque modus demonſtratori attinet, veluti diximus. Altero vero ad dialecticū ac tentator pertinet, cum videlicet in propoſitionibus probabilibus opinabilibuſque fiat ad incommodum deducti. Quod ſi ambigas quonam pacto fieri poſſit vt demonſtrator vtatur deductione, quū alioqui demonſtratio omnis ex veris cōſtruatur propoſitionibus, quū in prima efficiatur figura, quū in propoſitionibus æquiuertentibus. Reſpondemus demonſtrationē omnē, quæ vere & proprie demonſtratio ſit, ita ſe habere ex neceſſitate, puta eā, quā nonnulli vocant cauſæ & exiſtentiæ, non tn̄ ob id oportere hoc ſimpliciter de quacūq; proferri demonſtratione, ſiue quia fuerit, ſiue propter quid. Amplius, dicimus de-

Dñs inter dem̄rationē oſtēſiuā & ad īpoſſibile ducentē. Oīs dem̄ratio ad īpoſſibile eſt demōſtratio.

Dubiū quō dem̄ratiōe ad īpoſſibile vtatur dēmōſtrator. Solutio.

M monſtrationis ad impoſſibile propoſitiones omnes veras eſſe, ſi enim per demonſtrationē ad impoſſibile intelligimus ſuppoſitorios ſyllogiſmos, puta quintū ac ſecundum hypotheticorū, quibus ad incōmodū deductio procedit, nemini dubium, ꝙ propoſitiones omnes veræ ſunt, veritas nāq; ac falſitas hypotheticarū propoſitionum in neceſſitate exiſtit conſequentiæ. Si vero ex altera parte quiſpiam authorem præbeat Ariſto. qui in. viij. topicorū ait, diſputanti non eſſe vtendū ſyllogiſmo ad impoſſibile, & propterea perperam dici, ꝙ dialecticus vtatur deductione ad incōmodum. Reſpondemus non hoc abſolute protuliſſe Philoſophum, ſed quū inquit idem oſtenſiue & per impoſſibile ratiocinari poſſit, nō debet diſputans vti deductione, ſed potius monſtratione oſtenſiua, hæc enim euidentior ſtabiliorq; eſt. Artificioſus itaque deductionis modus talis eſt. Qui vero ſine arte profertur is eſt, quo prima principia monſtrare conſueuimus, quoq; expoſitionis quaſi ratione vtimur, quali fortaſſe in gāmma poſt naturalia vſus fuit Ariſtoteles, qualiq; iterum in priori volumine diximus monſtrari conuerſionis regulas, ſed de hac abunde ſupra diximus. Planū itaque deductionem ad impoſſibile ad omnes attinere artifices, demonſtratorem, dialecticū, ac litigioſum, ſeu tentatorem, & ex his inſuper manifeſtū, cur non omnia monſtrentur oſtenſiuo ratiocinio, quū tamen alioqui, quodcunq; oſtenſiue monſtratur, poſſit etiam deduci ad impoſſibile, quum enim in monſtratione qualibet a notioribus initiū ſumendum ſit, ſi contigerit concluſionē propoſitionibus notiorem eſſe, opus erit ad incōmodum deducere, non autem oſtenſiuo vti ratiocinio, & ob hoc inquiunt mathematici theoremata quædam eſſe, quæ ſolū per impoſſibile demonſtrari poſſunt, quēadmodum diametrum coſtæ incōmenſurabilem eſſe. Quod ſi in contrarium ſententiam afferas Ariſto. qui in priori volumine dicebat quodcunq; monſtratur per impoſſibile, poſſe & oſtēſiue monſtrari.

Dubiū quō ſit dialectico vtēdū ꝙ dictū pħi. viij. topi. Solutio.

N

Deductiōe ad īpoſſibile oēs artifices vtūtur.

Dubiū ex dicto pħi. huius. Solutio.

Reſpondeo aliud eſſe monſtrari aliud demonſtrari, ac verum eſſe, vbicunque ſit deductio ad impoſſibile ibidē etiam fieri poſſe oſtenſiuā rationem: non autem vbicūq; demonſtrationē facimus ad impoſſibile & quia: ibidem etiam fieri poſſe oſtenſiuā & propter quid, quoniam ſic eadē & notiora eſſent & ignotiora, quod abſurdiſſimū.

O

Sed his tranſactis iam demū ad contextū enarrandū veniamus. { Syllogiſmus vero qui per impoſſibile. } Enarraturus itaq; Philoſophus, quō per deductionem ad incōmodū diuerſa monſtrentur quæſita, primū deſcribit, quid ſit deductio ad impoſſibile inquiens ſyllogiſmū ad impoſſibile eſſe, cum ſuppoſita concluſionis contradictoria et altera propōne aliunde accepta deducimus ad aliquod manifeſte falſum, vbi notes, quēadmodū & Diuus refert Albertus, ꝙ ex habitu non ex actu, veluti in præcedentibus, potentiam iſtā ſyllogiſticā deſcripſit. Hoc autē ideo factū fuit, quoniam deductio ad impoſſibile ſyllogiſmi ac monſtrationis magis rationē habebat, quā ſuperiores potentiæ: illæ enim quodāmodo ad iſtam tanquā ſcopū

Quid ſit deductio ad impoſſibile ex dicto pħi. Deſſ. Albti

P dirigebantur. { Fit autem in omnibus figuris. } Poſt deſcriptionē deductionis ad impoſſibile vult edocere quonam pacto cōueniant inter ſe conuerſio ſyllogiſmorū ac deductio ad impoſſibile, & inquit, has potentias in hoc cōcordes eſſe, ꝙ ambæ in tribus efficiuntur figuris: addūt alij, ꝙ ambæ oppoſitū ſupponentes ratiocinantur. Differunt autem inter ſe, qm̄ conuertitur ſyllogiſmus iam præcedēte alia ratiocinatione, ſed deductio ad impoſſibile efficitur nullo præmiſſo, ſed tantū propoſita in mediū concluſione quærenda: quā tanquā veram in quæſtionem deducimus, veluti in exemplo, ſi animus extiterit monſtrare, nullū hominem eſſe inanimatū, non ſtatim accipimus propoſitiones ad concluſionē oſtenſiue monſtrandā, ſed cognoſcentes concluſionē manifeſte verā eſſe, vtimur deductione ad incōmodū, puta hoc pacto, ſi falſum eſt, nullum hominē eſſe inanimatum, verū ergo erit cōtradictorium, aliquis homo eſt inanimatus: cui ſi addiderimus, nullū inanimatū animal. Concludimus ſecundū quartū indemonſtrabilē, non omnis homo animal, quod & falſum eſt & abſurdū, hoc igitur modo differunt conuerſio

Quō differūt et cōueniant ſyllōrū cōuerſiuo, et deductio ad impoſſibile.

Q ac deductio ad impoſſibile. Differunt etiam quoniam in conuerſione ſupponimus tam contrarium quā contradictorium, in deductione vero contradictorium tantum. Item quia conuerſio conſequentiam tantū monſtrat ſyllogiſmi, deductio autē propoſitam concluſionē. Ad hæc quoniā quod ſupponitur in conuerſione, cōcluditur in deductione, & econuerſo quod in deductione ſupponitur, in conuerſione colligitur. Demū differunt conuerſio atq; deductio, quoniā conuerſio indifferenter ſupponit ac concludit aut verum aut falſum, deductio autem ſemper & ſupponit & concludit falſum.

Termini autem ſimiliter ſe habebunt in ambobus, & eadem amborum acceptio. ut ſi a ineſt omni b: medium autem c. Si fuerit ſuppoſitum aut nō omni, aut nulli b ineſſe c: uero omni, quod erat uerum. neceſſe eſt. c. aut nulli aut nō omni. b. ineſſe, hoc autem impoſſibile, quare falſum, quod ſuppoſitum eſt, uerum igitur eppoſitum. Conſimiliter uero & in alijs figuris: quæcunq; enim conuerſionem ſuſcipiunt, & ſyllogiſmum per impoſſibile, alia itaq;

problemata

A *problemata omnia per impoßibile monſtrantur in omnibus figuris.*

Hoc eſt:licet hanc inter ſe differentiam ac diſſidium obtineant,quantũ tamen ad reflexionem ſyllogiſmi vno & eodem modo ſe habent,veluti in exemplo, ſi concluſum fuerit,omne.b.eſſe.a.per medium c.hoc pacto,omne.c.a. omne.b.c.omne.b.a.poterimus facere & conuerſionẽ & deductionem ad impoſſibile quaſi per eoſdem terminos atq; eaſdem propoſitiones hũc in modum, ſi nõ eſt vera cõcluſio iſta , omne.b.a.ſupponamus ergo aut contrariũ aut contradictorium,nullũ.b.eſſe.a.vel non omne.b.eſſe a.deinde huic addamus maiorẽ propoſiti ſyllogiſmi, omne.c.a. & ita concludimus in ſecunda figura, nullũ.b.eſſe c.aut non omne.b.eſſe.c.hoc autem ſit & impoſſibile & manifeſte falſum,vel monſtretur alio ſyllogiſmo, & quũ ex vero non ſequatur falſum,falſum etiã erit,quod a principio fuit ſuppoſitũ,hoc eſt,non omne.b.eſſe.a. quare ſuũ oppoſitum ac cõtradictorium verum erit , omne.b.eſt.a. quod monſtrandũ fuerat per impoſſibile. Notatu autem dignum ꝙ Ariſtoteles non ſuppoſuit contrarium ac contradictorium ſimul,dicens non omni aut nulli , quia fieri hoc legitime poſſit in deductione ad incõmodũ , ſed hoc fecit , vt vnũ & idem exemplũ ambobus ſatiſfaceret & conuerſioni & deductioni ad incõmodum , vel aliter vel exempla poneret quomodo monſtrari debeat & vniuerſaliter affirmatiua,& affirmatiua etiam in parte, nõ omni enim cõtradicit omni,nulli uero alicui , quodq; hoc ita ſit intelligendum expoſuit inferius quũ ait , quare falſum quod ſuppoſitũ eſt , verum igitur oppoſitum , non enim recte poſſumus dicere,ſi vnũ contrariorum ſit falſum, ꝙ & reliquũ falſum exiſtat. {Conſimiliter vero,} iidem inquit faciendum erit in reliquis figuris:propterea ꝙ quæcunq; conuerſionẽ ſuſcipiunt & deductionem etiam admittunt ad incõmodum,& hoc eſt,quod voluit Alulidus Roſadis,quum ait,& tamen ſyllogiſmus ad impoſſibile magis re ipſa ſimilis erit ſyllogiſmo conuerſo , quoniam forma ipſius erit forma hæc per ſe. Circa hæc dubitaret fortaſſe quiſpiam,quomodo verum ſit,quæcunq; conuertuntur poſſe etiam deduci ad impoſſibile,quũ tamen alio qui inferius dicat, vniuerſalem affirmatiuã monſtrari nõ poſſe per impoſſibile in prima figura,quæ tamen conuerſione deducitur,veluti ſupra diſcuſſimus,vnde & Philoponus ait ad verbũ,quæcunq; per impoſſibile monſtrantur,per conuerſionẽ etiam oſtenduntur, quæcunque vero per conuerſionẽ,non etiam per impoſſibile, in plus enim ſe habet cõuerſio,quã deductio ad impoſſibile. Ad hoc dicimus , ꝙ dum conuertimus ſyllogiſmũ concludentem vniuerſalem affirmatiuam in prima figura,neque tunc facimus ſyllogiſmũ in eadem prima,ſed aut in ſecunda aut in tertia,verum fieri dicitur cõuerſio in prima , quoniam præcedens ſyllogiſmus primæ figuræ diſpoſitionem habebat , quod de deductione ad impoſſibile, nullo pacto proferre poſſumus. Hæc enim nõ procedit ſuppoſito alio ſyllogiſmo,quemadmodũ conuerſio,veluti iam a principio diſtinximus,& hoc eſt,quod voluit Philoponus,quũ dixit , conuerſionem ſyllogiſmi in plus ſe habere , quam D deductionem ad impoſſibile.

Nõ ꝙ ĩ deductiõe ad ĩpoſſe ñ poſſumus et cõtrariũ et cõtradictoriũ ſupponere recte huius tñ oppoſitũ vẽ pluſ prio poſſet.aſſerere vt ibi dedeximus

B

Dubiũ de cõtradictione in dictis pſñi hæc et infra.

C

Solutio.

Vniuerſale autem prædicatiuum in media quidem & tertia monſtratur,in prima uero non monſtratur.ſupponatur namque, a non omni b,aut nulli ineſſe,& accipiatur alia propoſitio utrinlibet,ſiue.c.ineſſe omni a,ſiue b omni d : ſic enim eſſe poſſet prima figura. ſi igitur ſuppoſitum eſt , a ineſſe non omni.b.non fit ſyllogiſmus utrinlibet accepta propoſitione,ſi autem nulli,quando b d,aſſumpta fuerit ſyllogiſmus quidem erit falſi, ſed propoſitum non monſtratur.ſi enim.a.nulli b , b uero omni d: a.nulli.d. hoc uero impoßibile , falſum itaque.a.ineſſe nulli.b. Sed non, ſi nulli falſum,omni uerum. Quod ſi.c a accepta fuerit,non fit ſyllogiſmus,neque quando ſuppoſitum ſit,a ineſſe non omni b : quare manifeſtum quòd omni ineſſe non monſtratur in prima figura per impoßibile,alicui uero & nulli & nõ omni monſtratur.ſupponatur enim,a nulli b ineſſe:b autem acceptum ſit omni,aut alicui c.Igitur neceſſe eſt.a.nulli aut non omni.c.ineſſe, ſed hoc impoßibile.ſit enim uerum & manifeſtum,quòd a ineſt omni c:quare ſi hoc falſum,neceſſe eſt.a.alicui.b.ineſſe. Quod ſi ad.a.ſumpta fuerit altera propoſitio non erit ſyllogiſmus, neque quando contrarium concluſioni ſuppoſitum fuerit , ut alicui non ineſſe: planum igitur quòd oppoſitum ſupponendum. E

[illegible] inquit Alexander tradit oſtenſiuis ratiocinijs:in rectis nãq; & oſtenſiuis ſyllogiſmis vniuerſalis affirmatiua in prima tantũ concludebatur figura : in his vero, qui ad impoſſibile deducũt in omnibus figuris cõcluditur vniuerſalis affirmatiua propoſitio , præterquã in prima figura, & hoc eſt, quod in præſentia monſtrare conatur Ariſtoteles : dico enim inquit ꝙ per impoſſibile oſtendi nullo modo poterit vniuerſalis affirmatiua in prima figura , puta, omne b eſſe a:nam ſiue contradictoriũ ſupponatur,non omne b a,ſiue contrarium,nullũ b a,& alia propoſitio vtrinlibet accipiatur,hoc eſt aut a parte ſuperiore , vt fiat maior,aut ab inferiore vt fiat minor, vel non erit ſyllogiſmus,vel erit quidem, non tamen propoſitum concludet:puta in exemplo ſupponatur cõtradictorium proiecti in quæſtionem propoſiti,non omne b a:deinde accipiatur altera propoſitio ad a,& fiat maior:planum ꝙ nullo modo vtilis erigetur complicatio:efficietur nãque ſyllogimus in prima figura ex maiore vniuerſaliter affirmatiua cum minore negatiua in parte hũc in modum,omne a c:non omnẽ b a:verum complicatio hæc in priori volumine monſtrata fuit inutilis,ꝙ ſi altrinſecus et ad minorem extremitatem propoſitionem acceperimus, coniugationem itidem conſtituemus inutilem ex maiore negatiua in parte cũ minore vniuerſaliter affirmatiua,vt in exemplo, non omne,b,a,omne,d,b,nihil enim ita diſpoſitis terminis ſyllogiſtice colligitur , vt liquido intueri licet:ſi itaque contradictorium ſuppoſuerimus,nullo pacto ſyllogiſmum complicabimus: ſin autem contrarium accipiamus, puta nullũ,b,a, & ad minorem extremitatẽ alteram propoſitionem aſſumamus,puta,b,d,ſyllogiſtice quidem falſum concludemus: non tamen ob id propoſitum monſtrabimus, vt in exemplo,nullũ,b,a.omne,d, b,nullum,d,a,hoc autem ſupponatur eſſe impoſſibile ac falſum:ſi itaque hoc falſum,falſum & illud ex quo ſequitur,ſed ſequitur ex contrario ſuppoſito, nullũ,b,a,falſum itaque eſt hoc: cæterum non ſi hoc falſum, propterea dicendum eſt ſuum contrarium verum eſſe, omne,b,a : nil enim prohibet bina contraria ſimul eſſe falſa. Quòd ſi,c, a: hoc eſt ad maius extremum accepta fuerit propoſitio, omne,a,c,non fit ſyllogiſmus:quẽadmodum neque quãdo contradictorium ſupponebatur,nõ omne b eſſe a, vt in exemplo,omne a c:nullũ b a, ſic enim minor prodibit negatiua in prima figura. Ex his itaq; planũ nullo pacto poſſe vniuerſaliter affirmatiuã concludi in prima. Sed ambigeret fortaſſe aliquis cur hoc ita ſit,cũ enim prima figura longe perfectior exiſtat & ſecunda & tertia,conſentaneum videtur,ſi vniuerſale in ſecunda ac tertia concluditur per impoſſibile,ꝙ & in prima colligi poſſit. Præterea omnes ſyllogiſmi ſecundæ ac tertiæ vt perficiantur ad primam reducuntur figurã : ſi igitur & hi reducentur, planum ꝙ in prima per impoſſibile concludi poterit vniuerſaliter affirmatiua. Ad hæc & cõſimilia dicimus nõ eundem ſeruari ordinem perfectionis atque imperfectionis in rectis ratiocinationibus & in deducentibus ad impoſſibile : imo quod amplius ex oppoſito penitus,ordinem diſtribui:nãque qui recti ſyllogiſmi perfectiores ſunt ij deducentes ad impoſſibile imperfectiores efficiuntur : nãque deducentes ad incõmodũ ex oppoſito ratiocinantur:perfecti vero oppoſitum imperfectius ſemper exiſtit, quẽadmodum negatiua in parte, quæ vniuerſaliter affirmatiuæ opponitur imperfectiſſima eſt omnium propoſitionum. {Alicui vero & nulli.} non monſtratur inquit per impoſſibile vniuerſaliter affirmatiua , ſed negatiuæ ambæ & affirmatiua in parte monſtrari vtique poſſunt in prima figura. {Supponatur enim,a, nulli,} exponit quomodo in prima figura per impoſſibile mõſtretur affirmatiua in parte , puta aliquod,b,a : ſi enim inquit hæc

In oĩbus figuris přter primã oñdi tur vlis affirmatiua p deductionẽ ad ĩpoſſe

F

G

Dubiũ quare in prima nõ colligat vle affirmatiuã p deductionem ad ĩpoſſibile vt ĩ alijs.

H

Solo ꝙ nõ idẽ ſeruat modus pfectionis et ĩpfectionis ĩ oĩbus figuris, imo oppoſitus.

Not. ꝙ A. ciñ. ĩ textu ſumit omne vel aliquod, c, eẽ b, et poſtea concludit vlem vel particularẽ negatiuam, ſed qm̃ de cõtrario ſi ita ſequitur,p poſitũ in oĩ materia, vt

de cõtradictorio, quã nõ neceſſe eſt ſi vnum contrariũ ſ falſũ, aliud eſſe verũ. Idcirco fecit ſolũ mõſtrationem de cõtradictorio iſte auctor I ex poſitione.

I non eſt vera, ſupponatur ſua contradictoria, nullum b a, cui addatur altera propoſitio manifeſte vera quæ accipiatur ad, b, puta aliquod, c, b, deinde ex his concludatur ſecundum quartum indemonſtrabile aliquod, c, non eſt, a, quod fieri nequit: ſupponatur enim hoc manifeſte falſum eſſe ac impoſſibile: propterea ꝙ huius contradictorium, omne, c, a, & neceſſarium eſt & manifeſte verũ: ſi itaque falſum eſt aliquod, c, nõ eſſe, a, falſum erit & illud ex quo deducitur, puta nullũ, b, a: quare ſuũ contradictorium verum erit, aliquod, b, a, quod fuerat in monſtrationem propoſitum. { Quo'd ſi ad a, } hoc eſt ſi ad maius extremũ propoſitionẽ aſſumpſerimus, ſiue cõtrarium ſiue contradictorium ſupponamus concluſionis & quæſiti, non conſtruemus vtilem cõplicationẽ, quoniã in prima figura minore exiſtẽte negatiua nõ efficitur ſyllogiſmus, vt in exẽplo, omne a c: nullũ b a: vel aliquod c non eſt a, ex huiuſcemodi terminorũ ac propoſitionum diſpoſitione nil ſe- K quitur vi ſyllogiſtica, vbi notes ꝙ latius ſubcontrarium vocauit: hoc etiam in loco nomine contrarij, quẽadmodum ſupra quoque plerunque fecerat. { Planũ igitur, } manifeſtum inquit ſi volumus ad impoſſibile ducere, ꝙ non contrarium, ſed oppoſitũ ac contradictorium ſupponendum, & addas tu, & altera propoſitio non ad maiorem, ſed ad minorem extremitatem accipienda.

Rurſus ſupponatur, a alicui b ineſſe: ceeptum autem ſit c omni a, neceſſe itaque c alicui b ineſſe: hoc autem ſit impoſſibile: quare falſum quod ſuppoſitum eſt: ſi uero ſic, uerum nulli ineſſe. Conſimiliter autem & ſi priuatiuum ſumptum fuerit c a. Sed ſi propoſitio, quæ eſt ad, b, accepta fuit, non erit ſyllogiſmus: ſin autem contrarium ſuppoſitum fuerit, ſyllogiſmus quidem erit & impoſſibile: ſed non monſtratur ſuppoſitum: ſupponatur enim, a omni b, & c, accipiatur omni, a. igitur neceſſe eſt, c, omni, b, ineſſe: hoc autem impoſſibile: quare falſum, a, ineſſe omni, b. Verum L *nondum utique neceſſarium, ſi non omni, nulli ineſſe. Conſimiliter autem & ſi ad, b, accepta fuerit altera propoſitio, ſyllogiſmus quidem erit & impoſſibile, ſed non tollitur ſuppoſitio: quare oppoſitum ſupponendum.*

Hoc eſt, ſi intentio fuerit monſtrare vniuerſaliter negatiuã in prima figura per impoſſibile, puta nullũ. b. a. ſupponamus ſuũ contradictorium, aliquod. b. a. deinde accipiamus alterã propoſitionẽ ad maiorẽ extremitatẽ, omne. a. c. ex his vt planũ eſt, cõcludemus aliquod. b. c. quod ſupponatur eſſe impoſſibile et falſum: quare & id ex quo ſequitur, falſum erit, puta aliquod. b. a. & ſi hoc falſum, ſuũ contradictorium verũ, nullũ. b. a. quod fuerat monſtrandũ. Eodẽ pacto & ſi. c. a. hoc eſt maior propoſitio accipiatur non affirmatiua, vt ſupra fecimus, ſed negatiua, hunc in modũ, nullũ. a. c. aliquod. b. aliquod. b. non eſt c. ſit enim hoc falſum & impoſſibile ac deducatur contradictorium, vt prius. { Sed ſi propoſitio, } hoc eſt, ſed ſi acceperimus alterã propoſitionẽ non ad. a. vt ſit maior, ſed ad. b. vt fiat minor, non erit pacto aliquo ſyllogiſmus quoniã cõplicatio fiet ex maiore in parte, quod alterã pri- M mæ figuræ legem abrogat. { Sinautem contrarium. } Si vero inquit non contradictorium, ſed contrarium quæſiti ſuppoſuerimus ſyllogiſmus quidẽ ac vtilem cõplicationem conſtruemus, non tamen propoſitũ concludemus, vt in exẽplo, ſupponatur omne. b. a. quod eſt contrarium vniuerſalis negatiuæ: deinde huic addatur altera ꝓpoſitio ad maiorẽ extremitatem accepta, omne. a. c. Concluditur igitur omne. b. c. quod ſupponatur falſum eſſe ac impoſſibile, falſum itaque & id, ex quo deducitur, omne. b. a. ſed non, ſi hoc falſum, propterea verũ eſt, nullũ. b. eſſe. a. poſſunt enim vtraq; contraria ſimul falſa exiſtere. { Conſimiliter autẽ & ſi ad. b. } Si inquit contrariũ ſuppoſuerimus & alterã propoſitionẽ non ad. a. vt ſupra, ſed ad. b. acceperimus, ſyllogiſmũ conſimiliter conſtruemus & impoſſibile concludemus, omne. b. a. oẽ. d. b. omne. d. a. quod ex ſuppoſitione ſit impoſſibile, quare & illud ex quo deducitur, omne. b. a. ſed non ſi hoc falſum, propterea verũ erit ſuũ contrarium, nullũ. b. a. poſſunt enim vtraq; ſimul falſa eſſe, & hoc eſt, quod voluit dum inquit, ſed nõ tollitur ſuppoſitio, ac ſi diceret, ſed non ſublata ſuppoſitione propterea concluditur propoſitũ, quoniam non ſi vnũ contrariorum eſt falſum, ob id reliquũ eſt verũ, eſt itaq; ſem- N per oppoſitum ac contradictorium ſupponendum.

Vt autem monſtremus, a ineſſe non omni b: ſupponendum omni ineſſe: ſi enim a omni b: & c omni a: c omni b: quare ſi hoc impoſſibile, falſum quod ſuppoſitum eſt. Conſimiliter autem & ſi ad b, accepta fuit altera propoſitio, & ſi priuatiuum erat c a, conſimiliter: ſic etenim ſic ſyllogiſmus. Si uero ad b ſit priuatiuũ nihil monſtratur. Quòd ſi non omni, ſed alicui ineſſe ſuppoſitum fuerit, non monſtratur quoniam non omni, ſed quoniam nulli. ſi enim a alicui b: c uero omni a, c alicui b inerit: ſi igitur hoc impoſſibile, falſum eſt, a alicui b ineſſe: quare uerum nulli: hoc autẽ monſtrato, tollitur ipſum uerum: a, enim alicui quidem b inerat: alicui autem non inerat. Amplius non accidit impoſſibile iuxta hypotheſin: eſſet enim utique falſa: ſi quidem ex ueris non eſt falſum ratiocinari: nunc autem eſt uera: ineſt namque, a alicui b: qua- O *re non ſupponendum alicui ineſſe, ſed omni. Conſimiliter uero & ſi monſtraremus, a alicui b non inexiſtens: ſi enim idem alicui non ineſſe & non omni ineſſe, eadem utrorumq; demonſtratio.*

Enarrat quomodo negatiua in parte poſſit oſtendi per impoſſibile inquiens, ſupponendũ eſſe contradictoriũ & accipiendam alterã propoſitionẽ ad maiorẽ extremitatẽ, puta in exemplo, ſi non eſt verũ, aliquod. b. non eſt. a. ſupponatur ſuũ contradictorium, omne. b. eſt. a. deinde addatur ad maiorẽ accepta propoſitio, omne. a. c. & concludatur in prima figura, omne. b. c. ſed hoc falſum. ergo & omne. b. eſſe. a. ex quo ſequebatur, igitur quæſitum verũ, aliquod. b. non eſſe. a. { Conſimiliter autem & ſi ad. b. } hoc idẽ fiet & ſi altera propoſitio non ad maiorem, ſed ad minorem accipiatur extremitatem hunc in modũ, omne. b. a. oẽ. d. b. oẽ. d. a. ſi enim hoc impoſſibile, falſum erit, oẽ. b. eſſe. a. & ex conſequenti verũ aliquod b. non eſſe a. { Et ſi priuatiuũ, } hoc eſt ſi. c. a. & maior propoſitio accepta fuerit negatiua, itidẽ propoſitũ concludere valebimus vt in exemplo, nullũ. a. c. oẽ. b. a. nullũ. b. c. quod ſi eſt impoſ- P ſibile, falſum erit & ſuppoſitũ ipſum, omne. b. eſſe. a. quare verũ contradictorium, aliquod. b. non eſſe. a. ſi vero negatiua propoſitio non ad. a. ponatur, ſed ad. b. hoc eſt nõ ad maius, ſed ad minus extremũ, nihil penitus concludetur, in prima nãque figura minor negatiua in coniugatione vtili eſſe non poterat. { Quod ſi non omni, } verũ inquit ſi in monſtratione problematis huius non contradictoriũ, ſed ſubcontrariũ ſuppoſuerimus, puta aliquod. b. eſſe. a. non monſtrabimus non omni, hoc eſt negatiuam in parte, ſed nulli & vniuerſalem negatiuã, quẽadmodũ ſupra expoſuimus, & nunc etiam declaratur in exemplo, omne. a. c. aliquod. b. a. aliquod. b. c. ſi hoc eſt impoſſibile, falſum et quod ſuppoſitũ fuit, aliquod. b. eſſe. a. quare ſuũ contradictorium verũ, nullum. b. eſſe. a. quod ſi verũ eſt, verũ & aliquod. b. non eſſe. a. nõ tamen propterea dicendum eſt ſuppoſito ſubcontrario hoc accidere, ſed per accidens quodãmodo, quoniã enim poſito ſubcõtrario quæ- Q ſiti ſequitur vniuerſaliter negatiuã eſſe veram per deductionem ad incõmodum, ex hoc etiam deriuare poterimus negatiuam in parte veritatem obtinere, et ita poſito ſubcontrario per accidens concludimus negatiuã in parte poſitione veram eſſe. Cæterum inquit Philoſophus nõ debemus propter hoc dicere, ꝙ deductio fieri poſſit ex poſitione ſubcontrarij, ſi enim hoc ita eſſet, non ſolũ poſitione particularis, ſed & natura particularis ſequeretur, ſed hoc non fit, dum enim vera eſt, nullum. b. eſſe. a. non poteſt particularis ſecundum naturam vera eſſe, puta aliquod. b. non eſſe. a. ſi enim hæc ſuopte ingenio vera eſt, vera etiam erit ſua ſubcontraria, aliquod. b. eſſe. a. quare ſi per impoſſibile ex ſuppoſitione ſubcontrarij cõcludimus vniuerſaliter negatiuam veram eſſe, accidit veram aliquã propoſitionẽ tolli ac deſtrui, puta iſtam, aliquod. b. eſt. a. quæ ſimul cum negatiua in parte verificabatur. poſitum nãq; fuerat hanc, aliquod. b. non eſt. a. particularem eſſe ſecundum naturã. { Amplius non accidit. } Præterea inquit

non

A non accidit impoſſibile hoc propter hypotheſin ac ſuppoſitionem quæ erat, aliquod.b.eſt.a.ſi enim ita foret nõ eſſet vera, ſed falſa, quod tamen aliter ſe habet, dicimus enim hanc eſſe ſecundum naturam particularem, aliquod b.non eſt.a.quod ſi ita eſt, vera erit & ſubcontraria, aliquod.b.eſt.a. quæ erat hypotheſis accepta, igitur hypotheſis erit vera.ergo totũ antecedens verũ, igitur & concluſio, quoniam vt ſupra diſputauimus ex veris propoſitionibus non poteſt falſa concluſio ſequi, quaſobres cum ſuppoſitio iſta vera ſit non poterit eſſe cauſa falſi & impoſſibilis concluſi, & ex conſequenti particularis negatiuæ, quare non ſupponendum ſubcontrarium, aliquod.b. eſt.a.ſed contradictorium, omne.b.eſt.a. { Conſimiliter vero & ſi monſtraremus.} Idem inquit fiet ſi monſtrandum accipiamus per impoſſibile.a. alicui. b. non ineſſe, quoniam enim idem eſt non omni & alicui non ineſſe: eadem nimirum & vtorumq; monſtratio efficietur.

B
Quæſtio.
Solutio.
Sed quæreret non ab re quiſpiam, an quemadmodum negatiuam in parte per accidens monſtrabamus, nõ poſſimus itidem & affirmatiuã particularẽ oſtendere? Reſpondeo fieri hoc minime poſſe, nãque, vt ſupra diſcuſſimus, vniuerſaliter affirmatiua non poteſt per impoſſibile in prima concludi figura, & propterea nec affirmatiua in parte per accidens, veluti conſideranti manifeſtum.

Planum itaque quòd non contrarium, ſed oppoſitum ſupponendum: namque ſic neceſſarium erit & dignitas probabilis: ſi enim de omni dictio, aut negatio, cum monſtratum fuerit quòd non negatio, neceſſe eſt affirmationem uerificari. Rurſus ſi non ponit affirmationem uerificari, probabile eſt exiſtimare negationem. Contrarium autem neutro modo conuenit exiſtimare. neque enim neceſſarium ſi nulli falſum, omni uerum eſſe neque probabile, ut ſi alterum falſum, quòd alterum uerũ. Planum igitur quòd in prima figura alia quidem problemata omnia monſtrãtur per impoſſibile, uniuerſale autem affirmatiuum non monſtratur.

C
Correlariũ ex dictis ꝙ nõ cõtrariũ ſed cõtradictoriũ ſupponendũ.
Ex dictis poriſma tanquã cõcluſionem infert inquiens ex ſuperioribus clarum eſſe ꝙ in deductione ad incõmodum non contrarium vel ſubcontrarium, ſed oppoſitum ac contradictorium ſupponendũ eſt, & ſubdit, rationem huius reddens. { Nãq; ſic neceſſarium erit & dignitas probabilis } hoc eſt: nãq; ita ex neceſſitate concludetur propoſitum quæſitum, & dignitas, qua vti conſueuimus in deductionibus, imo, quod amplius in ſcientijs omnibus probabilis erit, eſt autẽ dignitas iſta, de omni affirmationem aut negationẽ verã eſſe: ſi itaque iſte neget affirmationem verã eſſe, probabile eſt ac cõſentaneũ exiſtimare negationem vere proferri: ſin autem negatio falſa, vera nimirum erit affirmatio, ſed de contrarijs non poſſumus eadem dicere: neque enim ſi vnũ contrarium falſum, propterea reliquũ verum eſt: neque hoc etiam probabile. Cæterum quo poſſimus quæ in contextu dicuntur recte intelligere exponendũ à nobis eſt, quid probabile, quid dignitas ſignificent, vt horũ deſcriptionibus enarratis facilior contextus appareat.
D
Quid dignitas.
Eſt igitur dignitas ſiue proloquium, ſeu profatũ, propoſitio imediata, quã neceſſe eſt quẽcunq; habere & credere, qui artem ac ſcientiã aliquã velit addiſcere, ſic enim inquit in poſterioribus Ariſtoteles, & ita Peripatetici omnes dignitatẽ accepere, quã non nulli etiam κοινὰς ἐννοίας, hoc eſt cõmunem conceptum appellauere: hãc item græci ἀξίωμα vocant παρὰ τὸ ἀξιοῦσθαι, & ab omnibus approbari.
Opio ſtoicorũ de dignitate.
Stoici tamen ſecus accipiebant axioma & dignitatẽ, axioma nãq; vt ipſorũ verbis vtar nuncupabant ὅ ἐστιν ἀποφαντὸν ἢ καταφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. quod negabile aut affirmabile, quantum in ſeipſo eſt, hoc eſt: axioma nil aliud eſt, quã quod peripatetici enuntiationem vocant.
Quid ſit ꝓbabile.
In præſentia vero per dignitatem atq; axioma debemus intelligere propoſitionẽ imediatã ſecũdum deſcriptionẽ, quã ex ſententia Philoſophi ſupra deſignauimus, ſic enim & hæc dignitas nũcupatur, de quolibet negatio aut affirmatio vera, & hæc de dignitate. Probabile vero eſt referente in topicis Ariſto. quod videtur omnibus aut pluribus aut ſapientibus, & his aut oĩbus aut pluribus aut maxime notis, vel vt nõnulli ſcribunt, probabile eſt, quod neq; verũ neq; falſum penitus eſt, vt Deum poſſe omnia, Deũ nãq; eſſe verũ eſt, poſſe autẽ omnia falſum, quare propoſitio dicens Deũ poſſe omnia nec vera nec falſa penitus eſt. E
Dubium.
Sed ambigeret non iniuria aliquis quõ propoſitio ſupra allata ſecundũ hunc ſenſum probabilis eſſe poſſit: illa enim non dubiam, ſed conſtantiſſimã veritatẽ obtinet, quare ſecundũ deſcriptionẽ iſtã probabilis nullo modo dici poterit.
Solutio. Probabile duplex: neceſſariũ & nõ neceſſarium.
Rñdemus, quẽadmodũ in primo de differentijs topicis inquit Diuus Seuerinus, probabile duplex eſſe, neceſſariũ ac non neceſſarium, propõ probabilis ac neceſſaria dicitur, quæ præter ꝙ & vera eſt & neceſſaria videtur etiã omnibus aut pluribus aut ſapiẽtibus, vt oẽ totũ eſſe maius ſua parte, & de quolibet affirmationem aut negationẽ dici, probabile vero nõ neceſſarium, id eſt, quod dubitatæ veritatis exiſtit, vt oẽm matrem filios diligere, licet enim ita cunctis fere videatur, nõ tñ ob id neceſſarium hoc eſſe dicemus, qm̃ compertũ eſt matres aliquas proprios filios odio inſecutas, illi itaque dum probabile finiebant preſſius accipiebãt probabile, vt videlicet contra neceſſariũ diſtinguitur. Ariſtoteles vero & latius deſcripſit & cõmunius: hoc etiã in loco accepit, vt videlicet tam neceſſario ꝙ non neceſſario accõmodatur. F
Dubiũ aliud.
Sed adhuc dubitarent alij cur ita hoc in loco dixerit Philoſophus & dignitas erit probabilis, quaſi enim videtur ambigere an ſit ꝓbabilis nec ne?
Solutio.
Dicimus hoc ideo factũ fuiſſe, vt ſciremus monſtrandi modũ iſtũ maxime apud dialecticos, qui ꝓbabilibus vtuntur propõnibus in vſu eſſe, ac ſi diceret, ſi cõtradictorium ſuppoſuerimus, & de neceſſitate cõcludemus, & dignitas dicens, de quolibet affirmatio aut negatio, erit probabilis & apud oẽs acceptata, ſic enim accidet dignitatẽ illã in multo eſſe vſu & in multorũ mẽtibus ſtabiliri. { Planũ igit̃ ꝙ in prima figura, } manifeſtũ inquit ex ſupra dictis problemata & q̃ſita omnia poſſe per deductionẽ in prima mõſtrari figura, ꝑter vniuerſale affirmatiuũ, hoc enim in prima figura monſtrari nequit: in ſecunda vero ac tertia oñdetur, quod quõ fiat, enarremus ſecundã figurã iamiã explicantes, ſed prius exponamus vtilium coniugationũ numerũ, quæ hac in figura per impoſſibile cõcludũtur. G
Quod ſint vtiles cõiugationes q̃ in pria figura cõcludũtur ꝑ ipoſſe.
Sũt itaq; referente diuo Alberto vtiles cõplicationes in prima figura ad ĩpoſſibile ducẽtes octo binæ ad affirmatiuã in parte cõmonſtrandã, & totidem ad vniuerſaliter negatiuã ac demũ quatuor ad negatiuam in parte oſtendendam &c.

Figura Secunda.

IN media uero atq; ultima, & hoc monſtratur: ponatur enim, a non omni b ineſſe: acceptum autem ſit, a omni.c ineſſe: igitur ſi non omni b: c uero omni: c non omni.b, ſed hoc impoſſibile. ſit enim manifeſtum, quòd c ineſt omni b: quare falſum, quod ſupponitur: uerũ itaq; omni ineſſe. Sin autem contrarium ſuppoſitum fuerit, ſyllogiſmus quidem erit & impoſſibile, non tamen monſtratur propoſitum. ſi enim a nulli b: ipſi uero c omni: c nulli b: ſed hoc impoſſibile: quare falſum nulli ineſſe: cæterum non ſi hoc falſum, omni uerum: quando autem: a ineſt alicui.b ſupponatur.a nulli.b ineſſe: c autem omni inſit: neceſſe igitur, c nulli b: quare ſi hoc impoſſibile, neceſſe eſt. a alicui.b ineſſe, quòd ſi fuerit ſuppoſitum alicui non ineſſe, eadem erunt, quæ & in prima figura. H

PLANVM ex his, q̃ ſupra relata ſunt nõ poſſe vniuerſaliter affirmatiuã per impoſſibile monſtrari in prima figura, cũ inquit Philoſophus ita ſit: nil tñ prohibet in ſecunda ac tertia vniuerſalem affirmatiuã deductione monſtrari, vt in ſecunda ſit, puta oſtẽdendum, oẽ.b.a.per impoſſibile, faciemus hunc in modũ, ſi non eſt verũ, quod propoſuimus, ſupponatur cõtradictoriũ: non omne.b.a. cui addatẽ extrinſecus vniuerſalis ꝓpõ affirmatiua maniſeſte vera, omne.c.a. & ita fiat cõplicatio, omne.c.a.non oẽ.b.a.negatiuã in parte concludens in quarto ſecundæ:

M

I non omne,b,c, quæ cum ex ſuppoſito ſit impoſsibilis ac manifeſte falſa,arguet & id,quod ſuppoſitũ fuerat manifeſte falſum eſſe:non omne,b,eſſe,a, quare ſi hoc falſum verum erit ſuum contradictorium : omne,b,eſſe,a,quod monſtrandũ fuerat. Scias tamẽ inquit Philoponus ꝙ nec imediate nec primo oſtenditur vniuerſaliter affirmatiua, aut in ſecunda,aut in tertia figura,ſed aliarum ſublatione propoſitionũ,& quodãmodo per accidens:ſublato enim ac perempto poſito introducitur quæſitũ. { Sin autem cõtrarium. } Si inquit non ſuppoſuerimus contradictorium, veluti ſupra,ſed contrarium, nempe ad incõmodum atq; impoſsibile ratio deducetur:non tamen propterea quæſitum monſtrabitur,quoniã non ſi vnũ contrarium falſum ſit, propterea ex neceſsitate alterũ veritatem obtinet : nil enim vetat vtraque ſimul falſa eſſe, veluti etiam ſupra diximus:ratio autem,qua per contrarium fiat ad impoſsibile deductio fit in altero ſecundæ figuræ modo , puta in exemplo , omne,c,a,nullum,b,a,nullũ,b,c,hoc enim ſit
K & falſum & impoſsibile:non tamen ob hoc ſequetur verum eſſe contrarium poſiti,omne,b,eſſe,a. { Quãdo autem,a,alicui,b. } Si vero inquit affirmatiuã in parte voluerimus deductione monſtrare in ſecunda figuræ, puta aliquod,b,eſſe,a,ſupponemus contradictorium: nullum b,eſſe,a,cui altrinſecus addita uniuerſaliter affirmatiua cõcludemus in altero ſecũdæ modo , nullum,b,eſſe,c,vel in primo eiuſdem,nullum,c,eſſe,b,vel in tertio eiuſdem aliquod,c,non eſſe,b,quæ quoniam & falſa ſunt & impoſsibilia arguunt ſuppoſitum etiam falſum eſſe,nullũ,b,eſſe a,ꝙ ſi hoc falſum,verũ erit ſuũ contradictorium,aliquod b,eſſe,a, quod fuerat monſtrandũ. { Quòd ſi fuerit ſuppoſitum alicui non ineſſe: } hoc eſt ſi non contradictoriũ vt ſupra fecimus, ſed ſubcontrarium ſuppoſuerimus,eadẽ accident,quæ & in prima figura,id eſt aut non concludetur propoſitum,aut non fiet ſyllogiſmus:ſi enim altrinſecus vniuerſalem addiderimus propoſitionẽ , impoſsibile quidem deducemus:non tamen propoſitum monſtrabi-
L mus:ſi vero particularẽ nullo pacto ex ambabus in parte vtilem conſtruemus complicationem.

Rurſus ſubijciatur a alicui b ineſſe:ipſi uero c nulli inſit: neceſſe itaque, c alicui b non ineſſe , ſed omni inerat: quare falſum quod eſt ſuppoſitum. a igitur nulli.b inerit. Quoniam autem a non omni.b ſupponatur omni ineſſe:ipſi uero.c.nulli: neceſſe igitur.c nulli.b ineſſe:hoc autem impoßibile: quare uerum non omni ineſſe. Planum igitur , quòd omnes ſyllogiſmi fiunt per mediam figuram.

Si voluerimus inquit mõſtrare vniuerſaliter negatiuã, puta nullũ.b.eſſe.a.ſubijciamus ſuũ contradictorium:aliquod.b.eſſe.a.deinde altrinſecus addatur vniuerſaliter negatiua,nullũ.c.a.& ex his,nullũ.c.a.aliquod.b.a. Concludatur in tertio ſecũdæ,aliquod.b.nõ eſſe.a.quod ſi falſum eſt & impoſsibile,falſum erit & ſuppoſitũ , aliquod.b.a. quare ſuũ contradictoriũ verũ,nullũ.b.a.quod monſtran-
M dum fuerat. { Quando autem.a.non omni.b. } Hoc eſt ſi animus extiterit per impoſsibile monſtrare negatiuam in parte,ſupponemus eidẽ contradictoriũ, omne.b.a.cui addemus aliunde vniuerſaliter negatiuã vel negatiuã etiam in parte,nullũ.c.a.aut aliquod.c.non eſt.a.& ex his vel in primo vel in altero vel in quarto ſecũdæ modo,cõcludemus,nullũ.b.c.aut nullũ.c.b.aut aliquod.c.non eſt.b.quæ quũ falſa ſint ac impoſsibilia arguitur & ſuppoſiti contradictoriũ impoſsibile eſſe , oẽ.b.a.quare verũ, aliquod b.nõ eſt.a.quæſitũ,videlicet monſtrandũ. Sed quærunt

Dubium

nõnulli cur eſt ꝙ Ariſtoteles in monſtratione negatiuorũ problematũ nõ ita ſuppoſuit cõtrariũ,vt quod ex ipſo ſequeretur,ſciremus, quẽadmodũ in ſuperioribus fecerat cõplicationibus. Rñdent ijdem hoc ideo factũ fuiſſe : qm̃ idẽ oſtenſionis modus fuerat in vtriſq; : vtrobiq; nãq; ſi contrarium ſupponamus falſum quidẽ fortaſſe ſequetur, ac impoſsibile,non tñ monſtrabitur quæſitũ. Vel aliter & melius dicimus hoc ideo feciſſe Philoſophum, qm̃ longiore ſermone opus fuiſſet ad hoc declarandũ: ſi enim accurate intueri velimus,videbimus ſuppoſito ẽt ſubcõtra-

Solo quorundam.

Alia ſolo.

N rio in mõſtratione particularis negatiuæ per accidẽs quodãmodo propoſitũ mõſtrari: & qm̃ hæc fuere diligenter pertractata in prima figura & longiuſcula rationũ ſerie, ob id operæprecium duxit in præſentia ab hoc ſuperſedere negocio:quũ iſta iam ex ijs,quæ in prima figura dicta ſunt,planiſſima facta ſint. Sed ambigeret non immerito quiſpiam cur non etiã ita fecerit,dum affirmatiuã mõſtrabat in parte:ibi enim non ſolũ contradictoriũ,ſed ſubcontrarium etiam ſuppoſuit:quũ tñ alioqui per accidens quodãmodo ſubcõtrario ſuppoſito monſtreẽ affirmatiua in parte: ſi enim ex ſuppoſitione huius propõnis, aliquod.b. non eſt.a.monſtramus , oẽ.b.eſſe.a.nimirum ſi hæc vera eſt,vera etiã erit, aliquod.b.eſſe.a. Dicimus Ariſtotelẽ hoc feciſſe,qm̃ hoc non fuerat declaratũ in prima figura, ibi enim nõ cõcludebatur vniuerſaliter affirmatiua,& ꝓpterea neq; affirmatiua quoq; in parte per accidens cõcludi poterat, & propterea hoc quodãmodo innuẽs dixerat
O ſuperius,eadẽ erũt,quæ & in prima figura,quaſi inquiẽs, ꝙ eædẽ rationes,quas in prima figura cõſtruxeramus demonſtratione per accidens,poſſunt & hoc in loco afferri. { Planũ igitur. } Manifeſtum eſt ait ex ſupra allatis,ꝙ ſyllogiſmi ac problemata omnia concludi poſſunt in hac ſecunda per impoſsibile,quod fieri in prima nullo modo poterat.Planũ etiã,ꝙ octo in ſecunda fiunt ad impoſsibile coniugationes vtiles , vna ad vniuerſalem affirmatiuã cõmonſtrandã,tres ad particularem affirmatiuã : vna ad vniuerſaliter negatiuã, atque item tres ad negatiuã in parte,ſed iam his expoſitis,ad tertiam tranſeamus.

Dubiũ aliud

Solutio.

Oĩa ꝓblemata in ſecũda figura cõcludi poſſunt ꝑ impoſsibile.

Octo ſunt vtiles cõiugationes ꝑ ipoſſe in ſecũda figura

Figura tertia.

Conſimiliter autem & per ultimam. Ponatur enim,a alicui b non ineſſe:ipſum uero c omni:a igitur alicui c non ineſt: ſi igitur hoc impoßibile,falſum alicui non ineſſe:quare uerum omni. Si uero ſuppoſitum fuerit nulli ineſſe , ſyllogiſmus quidem erit & impoßibile: non autem
P *monſtratur propoſitum. nam ſi contrarium ſuppoſitum fuerit , eadem erunt,quæ & in prioribus : ſed ad alicui ineſſe,accipienda eſt hæc ſuppoſitio:ſi enim a nulli b:c uero alicui b. a non omni c.ſi igitur hoc falſum,uerum,a alicui b ineſſe.*

EODEM inquit modo,quo per ſecundã figurã problematũ genera monſtrabantur, oſtenduntur etiã per tertiam,ſuppoſito,videlicet,concluſionis contradictorio & altera altrinſecus accepta propoſitione, puta in monſtratione vniuerſalis affirmatiuæ , omne.b.eſt.a. ſupponatur aliquod.b.non eſſe.a.deinde altrinſecus accipiatur, omne b.c.& ex his concludatur , aliquod.c.non eſſe.a. ꝙ ſi falſum eſt , ac impoſsibile, falſum & aliquod.b.non eſſe.a. quare verum omne.b.eſſe a.quod fuerat in mõſtrationẽ propoſitum : ſi vero non contradictorium,ſed contrariũ ſuppoſuerimus,eadẽ accidẽt: quæ & in prioribus figuris ac coniugationibus, hoc eſt falſum quidẽ & impoſsibile
Q deducetur,nõ tñ oſtendetur propoſitũ. { Sed ad alicui ineſſe. } Hoc eſt ſuppoſitio iſta,nullum.b.a.non eſt apta ad monſtrandã vniuerſaliter affirmatiuam per impoſsibile, ſed huius ſuppoſitione vti debemus ad oſtendendã affirmatiuam in parte,puta , ſi non eſt verũ aliquod.b.eſſe.a. ſupponatur,nullũ.b.eſſe.a.cui extrinſecus addentes, aliqđ b.c.cõcludimus in ſexto tertiæ , aliquod.c.nõ eſſe.a.quod ſi falſum falſa erit & ſuppoſitio, nullũ.b.a.quare verũ aliquod.b.eſſe.a.quod fuerat monſtrandũ,poſſumus ad hãc eandem propoſitionẽ oſtendendã non particularem , ſed vniuerſalem propoſitionem extrinſecus aſciſcere , vt cõplicatio in ſecundo tertiæ modo extruatur hoc pacto, nullum.b.a.omne.b.c.aliquod.c.non eſt.a.

Quando autem a ineſt nulli b.ſupponatur alicui ineſſe : accipiatur autem & c omni b inexiſtens : igitur neceſſe eſt ipſum.a. ineſſe alicui.c.ſed nulli inerat:quare falſum,a ineſſe alicui b.Si uero ſuppoſitum fuerit,a inexiſtens omni.b.non monſtratur propoſitum : ſed ad non omni ineſſe , hæc accipienda eſt ſuppoſitio : ſi

enim

A *enim a omni b: & c alicui b: a ineſt alicui.c. ſed hoc non erat: quare falſum omni ineſſe: ſi autem ita, uerum non omni: quòd ſi fuerit ſuppoſitum alicui ineſſe, eadem erunt, quæ & in prædictis. Manifeſtum igitur quòd in omnibus ſyllogiſmis per impoßibile oppoſitum ſupponendum: planum & quòd in media figura monſtratur quodammodo affirmatiuum, & in ultima uniuerſale.*

Si vero inquit animus fuerit concludere, nullum.b.eſſe a. ſupponemus ſuum contradictorium, aliquod.b.a. deinde extrinſecus accipientes, omne.b.c. concludemus aliquod.c. eſſe.a. quod quũ falſum ſit ac impoſſibile arguit ſuppoſiti etiam falſitatem, quod fuerat aliquod.b.eſſe.a. & propterea contradictorium verum erit, nullum.b.a. quod monſtrandum propoſueramus, poſſumus & aliter idem hoc quaſitum oſtendere, puta addẽtes extrinſecus, omne.b.c. ſed non in minoris, ſed in maioris locum propoſitionis ita, vt ſyllogiſmus ſit, omne.b.c, aliquod.b.a. aliquod.a.c. vel item aliter addentes aliunde negatiuã vniuerſaliter, nullum.b.c, aliquod.b.a. aliquod.a. nõ eſt.c. Philoſophus vero non expoſuit hos deductionum modos, tùm quia faciles erant, & vnuſquiſque ſuapte ingenio poterat hos coniectare, tum vero quoniam ſatis fore duxit illum modum explicuiſſe, cui oſtenſiuus in prima compoſitus figura correſponderet. { Si vero ſuppoſitum fuerit.a. inexiſtens omni.b. } ſi vero inquit non contradictorium vniuerſalis negatiuæ ſuppoſuerimus, ſed contrariũ, puta omne.b.eſſe.a. non monſtrabitur propoſitum: verũ ſuppoſitio hæc apta erit ad negatiuam in parte oſtendendam, puta omne.b.a. aliquod.b.c. aliquod.c.a. ſi hoc falſum, falſa eſt & ſuppoſitio, omne.b.a. quare verum non omne.b.a. eſſe, quod erat propoſitum, hæc Philoſophus, poſſumus autem & aliter deductionem facere, puta extrinſecus addentes, omne.b.c. vel aliquod.b.c. non in minoris locum propoſitionis, vt in ſuperiori exemplo, ſed in maioris, poſſumus item in eiuſdem locũ aſciſcere, omnẽ.b.c. vel aliquod.b. non eſſe.c. vel nullum.b.eſſe.c. & deinceps concludere, aliquod.c.a. vt ſupra, aut aliquod.a.c. aut aliquod.a. non eſſe.c quæ omnia & falſa & impoſſibilia, ſed ipſe vnico exemplo contentus fuit ijs de cauſis, quas paulo antea recenſuimus. { Quod ſi fuerit. } Si vero inquit non contradictorium, ſed ſubcontrarium ſuppoſuerimus eadem accident, quæ & in prima & in ſecunda figura dicta ſunt, hoc eſt aut propoſitum non deduci, aut ſi concluditur non imediate ſed per accidens colligi, poteramus hæc & in deductione vniuerſaliter affirmatiue dicere, ſed abſurdum penitus, eadem toties repetere: quum alioqui plana ſint ac facilia. { Manifeſtum igitur. } Quaſi ad confirmationem eorum, quæ dicta ſunt, inquit de ſuperioribus planum eſſe in deductione ad incõmodum ſemper contradictorium ſupponendum eſſe, & non aliquando contradictorium: & aliquando contrarium, vt in conuerſione ſyllogiſmorum efficiebatur. Manifeſtũ etiam inquit eſt, ꝙ deductione ad impoſſibile quodãmodo in ſecunda monſtratur affirmatiuum & in tertia vniuerſale, quodãmodo dixit, vt ſignificaret monſtrationem iſtam non eſſe rectam, ſed ſi vniuerſale & affirmatiuũ concludebantur per accidens & obliquẽ colligebantur & aliorum ſublatione, vti ſupra etiam monſtrauimus, & hæc hunc in modum. Scitu vero dignũ ꝙ in hac figura duodecim fiunt complicationes vtiles ad incõmodum deducentes, vna ad vniuerſaliter affirmatiuam cõmonſtrandam, binæ ad affirmatiuam in parte, tres ad vniuerſalem negatiuam, ac ſex demum ad negatiuam in parte. Animaduertendum præterea, ꝙ ſi volumus in prima figura facere impoſſibile, propoſitio extrinſecus accipienda, nõ nunquã ſupra ſubiectum quæſiti accipitur aliquando infra, & hoc, quia medius terminus in vna propoſitionum ſubijcitur & in altera prædicatur ſecundum primæ figuræ diſpoſitionem: in ſecunda vero ſemper ſub prædicato accipitur, & in tertia ſub ſubiecto, ita enim figurarum natura exigit, & de his hactenus, abhinc pertractemus differentiam monſtrationis oſtenſiuæ & ad incommodum deducentes.

In deductione ad ĩpoſſe ſemp cõtradictorium ſupponẽdũ In deductione ad ĩpoſſe in ſecunda oſtẽdĩ affirmatiuũ, in tertia vl'e problema.

D

In tertia figura. xij. fiunt cõbinatiões vtiles ĩ ĩpoſſibile. Nota diuerſimode accipiẽdã eſſe ppõnẽ extrinſecus aſſumptã, ſecũdũ diuerſitatẽ iſtarum figurarum.

Differentia inter oſtenſiuam monſtrationem & deducentem ad impoßibile.

E

Differt autem demonſtratio ad impoßibile ab oſtenſiua eo quòd ponit, quod uult tollere deducens ad confeſſum falſum, oſtenſiua uero incipit ex confeßis poſitionibus. Accipiunt itaque ambæ duas propoſitiones confeſſas, ſed illa quidem, ex quibus eſt ſyllogiſmus, hæc uero unam quidem harum, unam autem contradictionem concluſionis: et illic quidẽ non neceſſe concluſionẽ notã eſſe, neq; præaccipere, quod eſt aut non: hic uero neceſſe quod eſt differt autẽ nihil dictionem aut negationem eſſe concluſionẽ, ſed ſimiliter ſe habet de utriſq;.

SVPERIVS a principio tradita atq; aſſignata fuit differentia inter conuerſionẽ ſyllogiſmi ac deductionem ad impoſſibile, nunc autẽ expoſiturus eſt, quo differant, quoue cõueniant oſtenſiua ratiocinatio & ad incõmodũ deducens inquiens, duplicem harũ differentiã eſſe, vnam ex parte propoſitionũ, alterã ex parte concluſionis: & ex parte quidem propoſitionũ, quoniã deducens ad impoſſibile vnam tantũ propoſitionẽ verã accipit, oſtenſiua vero ambas veras retinet & cõceſſas. Præterea licet conueniant ambæ, propterea ꝙ binas accipiunt cõceſſas propoſitiones, differũt tamen, quoniã oſtenſiua binas habet cõceſſas confeſſasq;, ex quibus ſyllogiſmus cõſtruitur, deducẽs ad incõmodum nõ ambas accipit, quæ in ſyllogiſmo conſtituantur, ſed vnã tantũ, alteram vero habet contradictionem concluſionis & falſam propoſitionẽ. Ex parte vero concluſionũ differunt, quoniam in oſtenſiuo ratiocinio non oportet præconfiteri concluſionẽ, aut veram, aut falſam eſſe, in deductione autẽ oportet præconcedere, ꝙ eſt falſa, aut ꝙ ſuppoſitio vera ſit, ſed quo ad affirmatiuũ aut negatiuum nulla a ſeinuicem differẽtia diſſident, ſunt itaq; in ſumma differentiæ tres inter oſtenſiuam ratiocinationem & ducentẽ ad impoſſibile, binæ ex parte propoſitionũ & vna ex parte concluſionis, cõmercia vero ac cõcordiæ duæ, vna in propoſitionibus, altera in cõcluſione.

F

Duplex differentia inter demõſtrationẽ oſtenſiuã et ad impoſſibile ducẽtẽ

G

Sed quæreret non iniuria quiſpiã, cur ita dixerit philoſophus, deductionẽ ponere alteram propoſitionũ, oſtenſiuam vero ratiocinationẽ incipere ex confeſſis poſitionibus, & mox quaſi contrariũ protulerit inquiens ambas accipere propoſitiones confeſſas. Præterea quõ verum ex ambabus ꝓpoſitionibus in oſtenſiua fieri ſyllogiſmũ, in deductione autẽ ex altera tantũ, cum tamen alioqui ſuperius monſtrauerimus ex falſis propoſitionibus poſſe ſyllogiſticã erigi complicationẽ. Reſpondemus Ariſto. in præſentia nõ enumeraſſe differentias, quibus oſtenſiuũ ratiocinium ſimpliciter differt a deductione ſimpliciter accepta, ſed eas protuliſſe, quibus demonſtratio oſtenſiua a demonſtratione deducẽte ad impoſſibile ſeiungitur, licet enim & illa ſimpliciter accepta differant a ſeinuicẽ, dilucidior tñ eorũ differentia in demonſtrationibus apparet, cũ tamen & omne horũ diſſidium ad demonſtrationes ſpectare videatur, quod ita eſſe innuit in poſterioribus Ariſ. eaſdẽ ferme differentias repetens, cum tamẽ alioqui nõ de ſyllogiſmo, ſed demonſtratione ſermonem haberet. Et propterea hoc idẽ ſupra innuẽs dixerat. Differt aũt demõſtratio, & non dixit monſtratio, vt in alijs pleriſq; cõſueuerat: maximam namque differentiam ſemper facit inter ἀπόδειξιν et δεῖξιν, hoc eſt monſtrationem ac demonſtrationem, vt de contextu planũ fieri poteſt. Hæc ſic exponimus. Illorũ vero opinionẽ nunquã approbauerim, qui aſſerunt ſermonẽ eſſe in præſentia de oſtẽſiuo ſyllogiſmo ac oſtenſiuũ ſyllogiſmũ eum tantũ vocari, qui ambas habeat propoſitiones & veras: & notiores cõcluſione: hoc enim proculdubio falſum exiſtimo, plures enim ſunt, & oſtenſiui, & dialectici ſyllogiſmi, qui ambas habent propoſitiones falſas, probabiles tamẽ, ac in probabilitate notiores concluſione: quod ſatis eſt ad rationẽ oſtenſiui ſyllogiſmi conſtruendam, ſed de his hactenus, iam enim mõſtrauimus, quomodo quod oſtenſiue monſtratur, poſſit & ad incõmodum atq; impoſſibile deduci.

Dubiũ i dictis phi quæ vĩr ſibi inuicẽ cõtraria.

Dubiũ aliud

Solutio ꝙ Ariſ. ñ põit hĩ differẽtias inter ſyllm ſimpliciter oſtẽſiuũ, & ducentem ad impoſſibile ſed demonſtratiouẽ.

H

Demõſtratio & mõſtratio differũt vt ἀπόδειξις & δεῖξις

Cõtra opinionẽ eorũ qui putãt Ariſ. de ſyllogiſmo ſimpl'r locutũ fuiſſe.

I *Quod omne per impoßibile monſtratum & oſtenſiue monſtrari poteſt, & econuerſo.*

OMne uero quod oſtenſiue concluditur & per impoßibile monſtrabitur, & quod per impoſſibile, oſtenſiue, per eoſdem terminos, quando igitur ſyllogiſmus in prima efficiatur figura: uerum erit in media aut ultima: priuatiuū quidem in media, prædicatiuum autem in ultima. Cum uero in media ſyllogiſmus, quod uerum in prima, & in omnibus problematibus, quando autem in ultima ſyllogiſmus, quod uerum in prima & media. affirmatiua quidem in prima, priuatiua uero in media.

Ol q p deductionē ad īpoſſe cōcludit̄ et p ſyllogiſmū oſtēſiuū concludi poteſt.

POSTEAQVAM poſuit differētias inter oſtenſiuam ratiocinationem & deducentem ad impoſſibile, ex conſequenti vult quod in priori volumine ſimpliciter enūtiauerat, dearticulatiuus enarrare: quonā videlicet pacto omne, quod oſtenditur per impoſſibile, & oſtenſiuo K ratiocinio monſtrari queat, ait itaque, ſi deductio in prima extiterit figura, ꝙ verum hoc eſt vera ratiocinatio ac veram colligens cōcluſionem erit in ſecunda aut tertia figura: ſi enim priuatiua ac negatiua extiterit, in ſecunda cōcludetur, ſin autē prædicatiua & affirmatiua in tertia atq; vltima. Quod ſi deductio ad incōmodum in media ac ſecunda figura ſit, tunc oſtenſiua ratiocinatio veram cōcludens concluſionem in prima efficietur figura ſecundum omne genus problematis ac quæſiti. Cum uero deductio in tertia conſtruitur figura, ſyllogiſmus ad veritatem concludendam in prima erit figura, ſiquidem affirmatiua fuerit concluſio, ſin autem negatiua in ſecunda.

Dubiū Alexan. et phi dictum.

Sed dubitat referente Philopono hoc in loco Alexā. quomodo verum ſit, quod inquit Ariſto. omne per impoſſibile monſtratum poſſe et oſtenſiuo oſtendi ratiocinio, cum tamen quartus mediæ figuræ modus, ac quintus vltimæ per impoſſibile monſtrentur, non autem oſtenſiue.

Solutio.

Reſpondeo non eſſe philoſophi ſententiam, ſi in aliqua figura aut L modo aliquo fiat deductio ad impoſſibile, ꝙ in eadem figura atq; eodem modo, fiat etiam rectus ac veritatē concludens ſyllogiſmus, hoc enim fieri nequit, imo quod amplius non poteſt deductio ad impoſſibile & rectus ſyllogiſmus in eadem vnquā figura ſi termini ijdem māſerint complicari, quod & ſupra philoſophus pro parte innuit, & infra exquiſitius declarabit.

Aliud dubiū

Sed vlterior quæſtio eſt cur ſupra dixerit philoſophus, ſi deductio ad impoſſibile in prima extiterit figura, ꝙ I negatiuis ſyllogiſmus rectus fiat in ſecūda, in affirmatiuis autem in vltima, cum tamē non ſolum in affirmatiuis, ſed etiam in negatiuis recto ratiocinio quæſitum in tertia poſſimus concludere, puta ſi particulare fuerit & negatiuū. Conſimilis quæſtio erit de ijs, quæ ſuper ſecunda figura protulit, neque enim omnia per primam tantum figuram problemata concluduntur, ſed vniuerſalia quidem per primam tantum, particularia M vero & per primam & per tertiam. Itidem quærendum erit & de tertia, non enim ſolum negatiua per mediam ac ſecundam concluduntur figuram, ſed etiam per primā.

Solutio.

Reſpondemus ad hæc vera quidem eſſe, quæ nos diximus, Ariſto. tamen ita de ſingulis enunciaſſe figuris, quoniam eo modo cōmodius fieri poterat ꝙ̄ aliter, vnde in memoriā reuocanda, quæ in priori diximus volumine primam figuram aptiorem eſſe ad vniuerſaliter affirmatiuū concludendum, ſecunda ad vniuerſaliter negatiuū, tertia vero ad particulares omnes, vnde cum dixit de prima figura loquens, priuatiuum quidem in media intelligendū eſt vniuerſale, vel aliter et melius, ſit ſenſus, priuatiuū quidem in media, hoc eſt, ſi concluſio aliqua in media cōcluditur, illa erit negatiua, prædicatiuum autem in vltima, id eſt quia affirmatiua nulla in ſecunda cōcludi poteſt, ſi cōcluſio aliqua affirmatiua fuerit illa cōcludetur recte in tertia, quoniam in ſecunda non poteſt, ſi enim hoc fieri poſſet eſſet vtique melius, vnde & de ſecunda inquiens ait. Cum vero in media ſyllogiſmus, quod verum in prima & in omnibus problematibus, nō ꝙ in tertia etiam figura aliquod per impoſſibile monſtratū recto nequeat oſtēdi ratiocinio, ſed ꝙ cōmodius eſt ac dignius in prima cōcludi ꝙ̄ in ſecunda, cum fieri hoc legitime poſſit. N Quod autem de vltima figura protulit ita audiendum eſt, vt cōmodius affirmatiuas in prima, negatiuas vero in ſecunda concludi dicamus, namque in tertia figura ex oppoſito concluſionis cum minore fit prima figura, cū maiore autem ſecunda, & propterea quia maior plus valet in ſyllogiſmo, negatiuæ cōcluſiones per impoſſibile deductæ in tertia dignius concluduntur in ſecunda ꝙ̄ in prima, & ita de reliquis dicendum. in prima namq; ex oppoſito cū maiore cauſatur ſecūda, cum minore tertia, & in ſecunda cū minore tertia, cum maiore vero prima, atq; hæc proculdubio eſt indubitatiſſima dictorum ratio. Sed de his explicitius iam ad reliqua tranſeamus.

Figura prima.

SIT enim oſtenſum, a nulli, aut non omni b per primam figuram: igitur ſuppoſitio quidem erat, a ineſſe alicui b: c uero accipiebatur a quidem omni ineſſe, b autem nulli: nam ſic efficiebatur ſyllogiſmus & impoßibile, hæc autem medio figura: ſi c, a quidem omni: b uero nulli ineſt: & manifeſtum ex bis, quòd nulli b ineſt a. O



Hic mōſtratur vl'is negatiua ī prima p īpoſſe in ſcdā vero oſtēſiue. P

Conſimiliter autem & ſi non omni monſtratū eſt inexiſtens, ſuppoſitio namque eſt omni ineſſe: c uero accipiebatur a. quidem omni: b uero non omni, & ſi priuatiuum acciperetur c. a conſimiliter, ſic enim efficitur media figura.



Q

Particularis negatiua p īpoſſe monſtratur in prima in ſecūda autē oſtenſiue.

Rurſus

A *Rurſus monſtratum ſit, a inexiſtens alicui b: ſuppoſitio igitur nulli īneſſe: b uero accipiebatur omni c ineſſe, & .a. aut omni, aut alicui. c. ſic enim erit impoſsibile, hæc autẽ ultima figura. ſi a & b omni c. & manifeſtum ex his, quòd neceſſe eſt, a alicui b ineſſe. Conſimiliter autem & ſi b. aut. a. acceptum fuerit inexiſtens alicui. c.*

Particularis affirmatiua, in pria oſtenſa per impoſſibile mõſtramur oſtẽſiue in tertia.



B

INCIPIT hanc ſigillatim per vnãquãq; figuram monſtrare, quomodo oſtenſa per impoſsibile, & recto ſyllogiſmo oſtendi queant, & primũ a prima exorditur, & in hac ab vniuerſaliter negatiua, quoniam enim vt ſupra plerũq; retulimus vniuerſale maiorẽ vim obtinet ad ſyllogiſmũ complicandũ q̃ affirmatiuũ, non iniuria vniuerſaliter negatiuam affirmatiuæ in parte in præſentia anteposuit, ſi enim vniuerſaliter affirmatiua concludi poſſet per impoſsibile in prima figura, proculdubio de ea primum mentio facienda fuerat, ſed quoniam id fieri nõ poterat, conſentaneũ fuit ab vniuerſaliter negatiua principiũ ſumere, ait itaque ſi in prima figura concluſum fuerit per impoſsibile, nullum. b. eſſe. a. ſuppoſito concluſionis oppoſito hunc in modũ, omne. a. eſt. c. aliquod. b. a. aliquod b. c. quod per impoſsibile, ſi inquã ſyllogiſmus nulli concludens in prima ſic fuerit cõſtructus: nimirũ recta ratiocinatio fiet in ſecunda hoc pacto, omne. a. c. nullum. b. c. nullum. b. a. {Conſimiliter autem & ſi non omni.} Conſentaneum fuerat ſecundum dignitatis ordinem, poſt vniuerſalem negatiuam agere de affirmatiua in parte, hæc enim potior digniorq; eſt negatiua itidem in parte, ſed quoniam negatiua particularis conformior eſt vniuerſaliter negatiuæ quã affirmatiua, propterea ſtatim poſt expoſitionem vniuerſaliter negatiuæ de particulari itidem negatiua pertractat inquiens eodem modo fieri oſtenſiuum ratiocinium in ſecunda figura, ſi per impoſsibile in prima monſtrauerimus negatiuam in parte, vt in exemplo, omne. a. c. omne. b. a. omne igitur. b. c. ſed hoc impoſsibile, quare & ſuppoſitũ, erit itaque ſyllogiſmus rectus in quarto ſecundæ hunc in modum, omne. a. c. non omne. b. c. non omne. b. a. vel ſi. c. a. hoc eſt maior propoſitio accepta fuerit negatiua ita, nullum. a. c. omne. b. a. nullũ. b. c. quod falſum & impoſsibile, ratiocinium rectum extruitur in tertio ſecundæ hunc in modũ, nullum. a. c. aliquod vel non omne. b. c. non omne itaque. b. a. & hoc eſt, quod voluit dum inquit, & ſi priuatiuũ acciperetur. c. a. Conſimiliter, ſic enim efficeretur media figura. {Rurſus monſtratum ſit. a. inexiſtens alicui. b.} Supereſt vt de particulari & affirmatiuo ꝓblemate iam pertractemus, ait itaq; ſi affirmatiua concluſio in parte deducta fuerit in prima per impoſsibile, ꝙ rectum ratiocinium ad hunc cõmonſtrandũ in tertia efficietur, puta, nullũ. b. a. omne. c. b. nullũ. c. a. quod falſum eſt & impoſsibile, rectum vero ratiocinium in tertia tale fiet: omne vel aliquod. c. a. omne c. b. aliquod. b. a. & hoc eſt quod voluit dum inquit, ſi. a. & . b. omni. c. {Conſimiliter autem.} Hoc idem eueniet quo ad ſyllogiſmi figuram, ſiue maiorem acceperimus affirmatiuã in parte, aliquod. c. a. omne. c. b. ſiue etiam minorem, omne. c. a. aliquod. c. b. ſic enim vtroq; modo concluditur, aliquod. b. a. in tertia figura. Atque hæc de prima figura, ad ſecundam tranſeamus.

Quare ab vli negatiua pſa incepit.

C

Si vlis negatiua p impoſſibile in pria cõcludatur oſtẽſiue cõcludetur in ſcḋa.

Particularis negatiua p ipoſſibile in pria oſtenſiue in ſecunda.

D

Particularis affirmatiua in pria p ipoſſibile in tertia oſtẽſiue.

Figura ſecunda.

E

RVrſus in media figura ſit oſtenſum, a omni b inexiſtens: igitur ſuppoſitio erat, a ineſſe non omni b: eſt autem acceptum, a omni c: & c omni. b. ſic enim erit impoſsibile, hæc uero prima figura ſi a omni c, & c omni b. Conſimiliter autem et ſi alicui oſtenſum eſt inexiſtens, ſuppoſitio namque erat. a. ineſſe nulli. b. ſed acceptum fuit. a. omni. c. & . c. alicui. b.



F

Particularis affirmatiua in ſcḋa p ipoſſibile monſtratur & in prima oſtenſiue.



Quod ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, ſuppoſitio quidem a alicui b: acceptum uero eſt, a nulli eorum, quæ c: & c omni b: quare ſit prima figura. & ſi non uniuerſalis ſyllogiſmus, ſed a alicui b monſtratũ eſt nõ ineſſe conſimiliter. nam ſuppoſitio, a ineſſe oĩ b. acceptũ uero eſt, a nulli c, et. c. alicui: b, ſic enim prima figura. G



Particularis negatiua, ĩ ſcḋa p impoſſibile monſtratur et in prima oſtenſiue.

H

MONSTRAVIT ſuperius quo q per impoſsibile monſtrabantur in prima figura, oſtenſiuo arguebantur ratiocinio in ſecunda ac tertia, expoſiturus in præſentia qſo quæ per impoſsibile monſtrantur in ſecũda ad rectos primæ ſyllogiſmo reducantur, & primũ agit de vniuerſali affirmatiua, quæ in ſecunda ſic oſtenditur, oẽ. c. a. non oẽ. b. a. non omne. b. c. ſed hoc falſum et impoſsibile, rectum vero & oſtenſiuũ ratiocinium tale erit, omne. c. a. omne. b. c. omne. b. a. ſed hæc prima figura eſt, vt planũ ex ſuperioribus. {Cõſimiliter autẽ & ſi alicui oſtẽſum eſt.} Ordinem dignitatis ac doctrinæ merito nunc ſecutus eſt, quoniam in ſecunda figura vniuerſaliter etiam affirmatiua per impoſsibile monſtrabatur cũ qua cõmercium habebat affirmatiua in parte & ob id, poſteaq̃ de vniuerſali pertractauit ex conſequenti agit etiam de particulari inquiens ſi deductio ad incõmodũ in ſecunda figura extiterit, omne. c. a. nullum. b. a. ꝙ oſtenſiuus ac rectus ſyllogiſ-

Vlis affirmatiua q p impoſſibile cõcluditur in ſecunda oſtenſiue in prima concluditur.

Particularis affirmatiua p ipoſſibile ĩ ſcḋa oſtenſiue in prima.

A Peripateticos, quid apud Stoicos, quid probabile, cur dignitas probabilis, quodq; probabile biſariam dicatur, cur deductione ad impoſſibile negatiuorum quæſitorū in ſecunda, non ſupponatur contrarium quēadmodū in affirmatiuis. Cur philoſophus deductionū modos omnes nō explicuerit. Ea poſitis deinde complicationū omnium vtilium ad impoſſibile ducentium in quacūq; figura numerus, ac qūo eatrinſecus aſciſcenda propoſitio, ſoluta deinceps quæſtione ſuper differentia deductionis ac oſtenſiui ratiocinij, ſolutaq; item quæſtione altera ſuper ijs, quæ protulit philoſophus de reductione deductionū ad ſyllogiſmos rectos. Ac demum allata ratione cur philoſophus ad ſignandam concluſionē non fuerit ijſdem vſus elementis, quæ antea præacceperat. Atq; ita cum diuino auxilio primum libri huius ſectum expleuimus. Sunt enim nō nulli, qui volumen hoc ſecundū in ſecta diuidunt ad prioris voluminis imaginem ſimilitudinemq;, ac primum ſectum ad hunc vſq; locum deducunt. Nobis autem præter id, quod apud alium neminē diuiſionē iſtam inuenimus,
B modus etiam diuiſionis nō placet. Si enim volumen hoc in ſecta diſtinguendū eſſet, nimirū tria in partes ſecandū foret, ſecundū ꝙ tria a principio diximus hoc in volumine pertractari, ita, vt in primo agatur de potentijs ſyllogiſticis, in ſecundo de impotentijs, in tertio demū de annexis verum ſi diuiſionē iſtam fecerimus, non terminabitur ad hunc locū ſectum primū, ſed poſt tractatum de ſyllogiſmo ex oppoſitis, ſyllogiſmus nāq; ex oppoſitis & ipſe, quēadmodū mox videbimus inter potentias ſyllogiſticas cōnumerandus eſt. Sed iam rem ipſam aggrediamur.

Sūt q lib. ij. prior. in ſecta diuidāt et primū ſectū ad hunc locū perducant.

De eo, quod eſt ex oppoſitis ratiocinari.

C *IN quali autem figura eſt ex oppoſitis propoſitionibus ratiocinari, & in quali non eſt, ita erit manifeſtum. Dico autem oppoſitas eſſe propoſitiones ſecundum dictionem quidem quatuor. ut omni ei, quod eſt nulli, & omni ei, quod eſt non omni, & alicui, ei, quod eſt nulli, & alicui ei, quod eſt non alicui: ſecundum autem ueritatem tres: alicui enim ei, quod eſt non alicui ſecundum dictionem ſolum opponitur. Harum uero contrarias quidem, quæ uniuerſaliter, omni ei, quod eſt nulli, ineſſe: ut omnem ſcientiam eſſe ſtudioſam ei, quod eſt nullam eſſe ſtudioſam, alias autem oppoſitas.*

De ſyllogiſmo ex oppoſitis.

An ſyllogiſmus ex oppoſitis ſit ſyllogiſm'.

QVONIAM ratiocinatio omnis ex oppoſitis falſum atq; impoſſibile cōcludit, non immerito voluit Ariſt. prius de impoſſibili pertractare, vt huius ratiōe cognita facilius, quæ de oppoſitis dicebantur poſſemus intelligere, acturus itaq; de ſyllogiſmo ex oppoſitis, quærendum
D primo eſt, an ratiocinij modus iſte finitionē ratiocinationis ſuſcipit, quā a principio poſuimus, an vero potentia ſolum ſyllogiſtica ſit, ſyllogiſmus vero minime. Deinceps quærendū etiam erit ad quem pertineat artificē hoc monſtrationis genere vti. Mox dandus deſcribenduſque modus, quo ſyllogiſmū ex oppoſitis cōſtruere poſſimus quoq; huius differentiæ exponendū. Dicimus itaq; vt primæ quæſtioni faciamus ſatis ſyllogiſmū ex oppoſitis potentiam tantum ſyllogiſticā eſſe ſyllogiſmū vero minime, quēadmodū & de præcedentibus aſſerebamus, nāq; concluſio non ſequitur eo, ꝙ hæc ſint, aut quia diſpoſitæ propoſitiones fuerint in figura quapiam legitime aut modo aliquo, ſi enim ita eſſet non poſſet in ſecunda ea maiore in parte vel in tertia ex minore negatiua fieri vtilis complicatio, quod tamen infra fieri monſtrabimus.

Solutio q ſyllogiſmus ex oppoſitis eſt potētia ſyllogiſtica, ſed nō ſyllogiſm'.

Præterea. ſyllogiſmus omnis, qui vere ſyllogiſmus eſt ꝓpoſitiones binas habere debet, ac terminos tres, veluti in priori didicimus volumine, ſed in hac ratione bini tantū termini explicantur, non igitur eſt vere ſyllogiſmus, ꝙ ſi dicas binos eſſe ſecundum rem, tres vero ſecundum rationem, & hoc ſufficere ad ſyllogiſmū extruendum. Con- B
tra. in ſyllogiſmo non ſolum ratione, ſed & ſecundū rem modo aliquo oportet terminos diſtingui, vt in priori declarauimus volumine, & nunc etiam pro parte monſtrabimus, nāque ſi maior extremitas ratione tantū differens acciperetur a minore, ſequeretur idem ſuipſius monſtrationem facere, & propterea notius eſſe & ignotius, cum enim in concluſione duo ſint, quæſitū ac conceſſum, ſeu ſubiectum ac prædicatū, & ſubiectum ſemper tanquā notum ſupponatur, quæſitum vero vt ignotum ac quærendum, nimirum ſi idem fuerint ſubiectum ac prædicatum, idem vt notum & ignotū accipietur. Præterea. ſi in aliquo vero ratiocinio termini ſecundū rationem tantū diſtinguuntur, aut illud erit demōſtratio aut dialecticus ſyllogiſmus, ſed non demonſtratio, quoniam in demonſtratione termini ſemper ſecundū rem ac prolationem diſtinguuntur, ſubiectū enim medium ſeu definitio & propria paſſio, non ratione tantum, ſed re quoque ac prolatione
F a ſeinuicem ſeiunguntur, verum nec dialecticus etiā ſyllogiſmus, ibi enim ſubiectum ſemper eſt ſpecies, prædicata vero aut genus aut definitio, aut proprium, aut accidens, ſed hæc a ſeinuicem re atq; enunciandi modo diſiunguntur, non igitur ratione tantū differunt. Quod ſi dicas neq; dialecticū neque demonſtratiuum ſyllogiſmū talem eſſe, ſed ſophiſticum, proculdubio falſo iſtud dicitur: ſyllogiſmus nāque ſophiſticus omnis, vt aliquando monſtrabimus ratiocinij veram rationem ſubterfugit, & formæ ſyllogiſticæ penitus eſt expers. Adde ꝙ ſi vere ſyllogiſmus eſſet per principia quoque ſyllogiſtica ſtabiliretur, dictū inquā de omni vel de nullo, aut conuerſionem, ſed neque per dictum de omni vel de nullo, quoniam ſyllogiſmus ea oppoſitis nullus in prima conſtruetur figura, vt mox videbimus, neque etiam per conuerſionē vt planum eſt, cum nullus ex oppoſitis ſyllogiſmus ad primam reducatur figuram. Ad hæc. ſi conſequentia hæc vere eſt ſyllo- G
giſmus, ſequitur artem de medio inueniendo non eſſe perfectam, nullus enim locus per antecedentia repugnantia aut conſequentia rationi huic poterit accōmodari. Dicendum itaque ſyllogiſmū ax oppoſitis conſequentiam quidem eſſe & ex neceſſitate concludere, non tamen vere ſyllogiſmū, ſed hoc totum fortaſſe, ſyllogiſmū ex oppoſitis, quēadmodum & ſyllogiſmū ſophiſticū conſueuimus dicere, qui tamen vere ſyllogiſmus non eſt. Ad quem vero artificem pertineat varij varia protulere, ſunt enim qui dicant hunc attinere ad demonſtratorem eſſeq; paralogiſmum diſciplinæ, alij vt Philoponus vtilem eſſe dicunt rationem iſtiuſmodi ad ſophiſticas diſturbationes nonnulli vero & ad demonſtratorem & dialecticum, ad demonſtratorem quidem vt arguit contra cauillatores, ad dialecticū autem vt ex minori abſurdo ad maius poteſt deducere. Ego vero demonſtratoris nullo pacto eſſe ſyllogiſmo ex oppoſitis arguere, nec dialectici etiam nec item ſophiſtæ, ſed eius artificis, qui piraſticus ſeu tentatiuus dicitur, quique lato nomine dialecticus nuncupatur. Demōſtrator vero ſemper ex veris ac neceſſarijs ſyllogiſmū cōmunis, dialecticus autem ex ijs quæ pluribus aut omnibus aut ſapientibus videntur, & vera etiā ſunt, H
ſophiſta vero nunquā ex neceſſitate concludit, cū itaque ſyllogiſmus ex oppoſitis & neque ex veris neq; ex probabilibus, ex neceſſitate tamen concludat, ſequitur ꝙ ad alium ſpectet artificem. Erit itaq; artifex iſte tentator, qui falſas accipit propoſitiones, acceptas tamen ac cōceſſas, ſi non apud omnes, apud tamen reſpondentē, quēadmodum in octauo topicorū diligentiſſime pertractauit philoſophus. Sed hæc planiora fient ſi prius modos expoſuerimus, quibus huiuſcemodi cōſequētias ratiūculaſq; poſſimus conſtruere. Dico igitur ꝙ ſyllogiſmus ex oppoſitis ſeu oppoſita cōcludēs duplex eſt, vnus oppoſita actu accipiens in maiore propōne, de quo ad calcē capituli dicendum erit, alter concludens oppoſita in potentia, & ex his inferius idē a ſeipſo negari, de quo ad principium tractat Ariſto. neq; enim ſis eius inſcius, vt exiſtimes oppoſita actu in ſyllogiſmo accipi. Hoc enim dānat Leo Gerſonis inquiens, nō fieri ſyllogiſmū naturalem ex duobus actu oppoſitis.

Syllꝰ ex oppoſitis ē cōſequētia nō tñ ſyllꝰ.

Dictū tamē hoc ē maturius cōſiderandum, Ad quē artificem ſpectet ſyllogiſmare ex oppoſitis.

Syllogiſmū ex oppoſitis non ſpectare ad demōſtratorē nec dialecticū ſed piraſticum.

Syllogiſm' ex oppoſitis dupl'x ē.

Inquit Leo Gerſonis ſ fieri ſyllm naturalē ex duobus actu oppoſitis.

I oppoſitis, nemo enim eſt, qui ſimul cõcedat bina actu oppoſita, puta omnem diſciplinam ſtudioſam eſſe, & nullã ſtudioſam eſſe, ꝙ ſi dicas hoc ſortaſſe admitti apud eos q bina cõcedebant cõtradictoria, de quibus philoſophus in gãma poſt naturalia, hoc tamen prӕterquã ꝙ in vſu pauco erit, inutile etiam exiſtimabitur, cũ enim ratio omnis in concluſionem tanquã in quod quӕritur ordinetur, quis eſt quӕſo tam craſſi ingenij, qui in medium quӕrendum proponat, an nulla diſciplina, diſciplina ſit? Eſt itaq; modus iſte ratiocinandi tanquã conſequentia quӕdã collecta ex duobus ſyllogiſmis, qui bina aut contraria aut contradictoria in potentia concluſerint, quẽadmodũ ſiquis vno ſyllogiſmo concluſiſſet omne animal paucӕ cholerӕ longӕuũ eſſe, & rurſus, nullum equũ alio ſyllogiſmo, eſſe longӕuum, is bina cõtradictoria conceſſit, quoniã equus eſt aliquod animal paucӕ cholerӕ. Iterum ſi quis admitteret omnẽ hominem eſſe album, & nullũ riſibile eſſe album: is etiam duo contraria concederet in potentia, quoniam omnis homo eſt riſibile, neq; hoc multum abſurdũ eſt, ſi

Non ſyllogiſmum ex oppoſitis eſſe conſequẽtiã quãdã ex duobus ſyllogiſmis potẽtia oppoſita concludẽtibus collectam.

K in vſum cadit, ſunt enim pleriq; veluti infra videbimus, qui aliqua vniuerſaliter cognoſcant, in parte autem ignorent, ſunt item alij qui de vno prӕdicatum vnũ affirment ſub vno nomine, idem ſub alio nomine ab eodem negantes, ꝙ fortaſſe ignorent multiuoca illa eſſe, & propterea accidit eos per quã facile ad oppoſita deduci, imo ꝙ abſurdiſſimum ad negationẽ vnius a ſeipſo. ex his itaq; manifeſtum, quõ tentator atq; pirаſticus ſyllogiſmo vtatur ex oppoſitis, vt periculum faciat an qui ſcientiam aliquã profitetur, recte eam calleat, quẽadmodũ & Plato in omnibus ferme ſuis voluminibus ac dialogis facit. Sed circa hӕc dubitaret non immerito quiſpiã, ſi hac vtitur conſequentia tentator ſolus. Cur Ariſtoteles non pertractauit de ea in octauo topi. dimittens quod hoc in loco ad propoſitum nõ fuerat. Reſpondeo factũ hoc fuiſſe duplici

Dubium.

Solutio.

L de cauſa, tum quia intentio erat connumerare potentias oẽs ſyllogiſticas, inter quas ponebatur & cõſequentia ex oppoſitis, tum etiam quia habitũ tentatiuũ induunt omnes ferme artifices, nãq; & demõſtrator ſepoſitis plerũq; demõſtrationibus habitum aſſumit tentatoris, vt quӕ in ſcientia ſua demonſtrari non poſſunt faciat aliquo modo plana, veluti & Ariſto. in libris poſt naturalia aliquando fecit. Sed his iam explicitis ad contextum declarandũ tranſeamus. { In quali autem figura. } Intentionem proponit eorum quӕ dicturus eſt inquiens intentionem ſuã eſſe pertractare in qua figura poſſimus ſyllogiſmum ex oppoſitis complicare, & quoniam hoc ſciri non poterat, niſi prius cognouiſſemus quot & quӕ eſſent oppoſita, propterea ſubdit dicens, oppoſitas propoſitiones ſecundum vocem ac proferendi modum quadrifariam diſtingui, aut enim ſunt contrariӕ vt omne nullum, aut cõtradictoriӕ, vt omne non omne, aliquod nullum, aut ſubcõtrariӕ, vt aliquod, aliquod non ipſo vero in cõtextu de more dixit

Oppoſitӕ ppõnes ſecũdũ vocẽ quadrifariã diſt.

M non alicui pro eo quod eſt, alicui non. Hӕ igitur ſecundum vocem diſtinguuntur, ſecundum autem veritatem tres tantum ſunt oppoſitiones, aliquod enim & aliquod non ſecundum vocem tantum opponuntur, propterea ꝙ oppoſita ſimul vera eſſe nequeunt. Hӕc autem in materia contingente ſimul verificantur, vt aliquis homo eſt albus, aliquis homo non eſt albus. { Alias autem oppoſitas. } Hoc eſt contradictorias, licet enim omnes oppoſitӕ dici poſſint, qui tamen contradictoria in quacũq; materia verum ac falſum diuidunt, non immerito hanc nominis prӕrogatiua κατ' ἀντονομασίαν fuere ſortita.

Cõtradictoriӕ p antonomaſiã dicuntur oppoſita.

Figura prima.

N prima igitur figura non eſt ex oppoſitis propoſitionibus ſyllogiſmus, neque affirmatiuus, neque negatiuus. affirmatiuus quidem, quoniam ambas oportet affirmatiuas eſſe propõnes, oppoſitӕ uero dictio & negatio. Priuatiuus autem, quoniam oppoſitӕ quidem idem de eodem prӕdicant & negant, medium uero, quod in prima, non dicitur de ambobus, ſed ab illo aliud quidem negatur, ipſum autem de alio prӕdicatur, uerum hӕ non opponuntur. N

INQVIT ꝙ ex oppoſitis ſyllogiſmus in prima figura fieri nullo modo poteſt, ſi enim fieret aut affirmatiuus eſſet, aut negatiuus, affirmatiuus quidẽ eſſe nequit, quoniam ſi concluſio affirmatiua foret, oporteret ambas propoſitiones affirmatiuas eſſe, negatiuus autem, quoniã propoſitiones oppoſitas & ſubiectũ & prӕdicatum eadem habere oportet, ſed in prima figura hoc fieri non poteſt, quod enim ſubijcitur in maiore prӕdicatur in minore. Quod ſi aliquis dicat contra hoc, quoniam a prima figura omnes aliӕ deriuantur ac rurſus per conuerſionem in eandem redeunt, & propterea ſi quӕſitũ aliquod monſtratur in ſecunda ac tertia, poſſe illud idem oſtendi in prima. Dicimus non eſſe hoc neceſſariũ: ſyllogiſmus nãq; ex oppoſitis non vi figurӕ aut alicuius principij ſyllogiſtici vim ſuam arguendi ac monſtrandi retinet, ſed ratione oppoſitionis, veluti iam ſupra diximus, & propterea non ſeruat eaſdem leges, quas ſupra de alijs recitauimus ratiocinijs. Atque hӕc de prima figura.

Nõ poſſe i pria figura fieri ſyllm ex oppoſitis.

Inſtantia.

O

Solo ſylls ex oppoſitis tenet ſo. lũ rõne oppõnis nõ ui ſyllogiſtica

Figura ſecunda.

SEd in media figura & ex oppoſitis & ex contrarijs contingit fieri ſyllogiſmum. Sit enim bonum quidem in quo a: ſcientia uero, in quo b: & c. ſi itaque ſcientiam omnem ſtudioſam accepit & nullã, a b omni ineſt: & c nulli quare. b nulli. c. nulla igitur ſcientia ſcientia eſt. P

QVONIAM in prima figura non efficitur ex oppoſitis ſyllogiſmus vult in prӕſentia Philoſophus monſtrare, quomodo fieri poſſit in ſecunda, & inquit, in ſecũda figura, quӕ media nuncupatur ſyllogiſmum effici ex oppoſitis, cum videlicet altera propoſitio vniuerſalis extiterit, & altera in parte, & ex contrarijs etiam cum ambӕ vniuerſales fuerint, puta ponamus loco. a. et medij termini bonum, loco. b. & c. hoc eſt extremitatum ſciẽtiam, & ita ex contrarijs complicemus rationem, omnis ſcientia eſt ſtudioſa, nulla ſcientia eſt ſtudioſa, nulla igitur ſcientia eſt ſcientia. Sed dubitaret non iniuria quiſpiam quo modo ſuperius dixerimus non debere vtraque oppoſita actu accipi, ſed potentia, cũ tamen in hoc exemplo actu ſint accepta, omnis ſcientia ſtudioſa, & nulla ſcientia ſtudioſa. Prӕterea quӕrendum cur Ariſto. in expoſitione terminorum poſuerit pro medio termino bonum, deinde in complicatione rationis ſtudioſum. Dicimus, quemadmodum & Philoponus videtur innuere, ꝙ Philoſophus non curauit hoc in loco occultationem, de qua in topicis exactius pertractat, vt facilius intelligeremus quomodo ratio ex oppoſitis conſtruatur, propoſitiones autem poſuit quas nemo concederet, ſed inferius & de celatione in exemplis ſequentibus curam habebit, & propterea reſpondemus, ꝙ ſi propoſitiones actu accepit, non eas poſuit tanquã ab aliquo concedendas, ſed vt exemplũ ſyllogiſmi ex oppoſitis dilucidius intelligeretur. Hӕc fortaſſe ille reſponderet. Nos autem aliter & melius dicimus alteri etiam quӕſito facientes ſatis, ꝙ Ariſtoteles optime conſtruxit rationem ex oppoſitis in potentia, nam quẽadmodum & Leo Gerſonis inquit, compluribus modis efficiuntur oppoſita in potentia, puta quoniam ſubiectũ propõnis vnius ponitur, ſub ſubiecto alterius, vel prӕdicatum ſub prӕdicato, aut ex vno ſequitur reliquum, puta accipiamus omnẽ ſcientiam & nullam medicinam, ſi fumum eſſe & ignẽ nõ eſſe, fiunt item oppoſita, in potẽtia, cum termini multiuoci ſeu polyonymi accipiuntur, vt omnem enſem & nullam ſpatham. Dico itaque ad propoſitum ꝙ Philoſophus tales in prӕſentia terminos, accepit, nam bonum moris & ſtudioſum termini ſunt, & multiuoci & idem penitus ſignificantes, vnde ſcias, quẽadmodum

Dubiũ quõ ponũt actu oppoſita in ſyllo ab Ariſto. in iſta.

Solũ Philoponi ꝙ pſs nõ curauit occultationẽ vt fecit l. viij. topi.

Q

Alia ſolo ꝙ Ariſt. cõſtruxit ſyllogiſmũ ex oppoſitis i potentia.

Inquit Leo Gerſo. multis modis effici oppoſita i potẽtia

A admodum apud noſtros a virtute non fit virtuoſus, ſed ſtudioſus, ita & apud græcos, ἀντιστρέφει, ἀναστρέφει, ἀλληλοῦσιν, quemadmodum pro parte & in prædicamentis declaratur, ſtudioſum itaq́ʒ, & bonum pro eodē penitus accipiens Philoſophus hunc in modum latenter conſtruxit ſyllogiſmum, omnis ſcientia eſt bonum, nulla ſcientia eſt ſtudioſum, nulla igitur ſcientia ſcientia, propoſitiones autem illæ, quæ tamen præcedentiū ſyllogiſmorum cōcluſiones etiam ſunt, fortaſſe ab aliquo ita ſimul admittentur, qui ignorauerit bonum, & ſtudioſum idem penitus ſignificare. Sed dubitat ad hæc Diuus Albertus, quum idem in ratione iſta abijciatur, & idē etiam prædicetur quomodo poterimus cognoſcere conſequentiam hanc in ſecunda aut tertia figura eſſe. Dicimus inſpiciendum eſſe quæſitum ac concluſionem, & ſi terminus quæſiti ſubijciatur in propoſitionibus, ſecunda erit figura, quoniam in ſecunda extremitates ſubijciuntur, & medius prædicatur, ſi uero terminus concluſionis prædicetur in propoſitionibus, tertiam reddet figuram, quoniam in tertia ambæ extremitates prædicantur.

Dubiū alb.

Solutio.

B

Conſimiliter autem, & ſi omnem accipiens medicinam non ſtudioſam accepit namque ipſum a omni b: ipſi uero c nulli, quare quædam ſcientia non erit ſcientia, & ipſum a c quidem omni, b autem nulli: eſt uero.b.quidem ſcientia: c autem medicina: ſed.a.ſuſpitio, cum enim acceperit nullam ſcientiam ſuſpitionem, accepit aliquam ſcientiam eſſe ſuſpitionem. Differt autem ab eo, qui pridem, eo quòd terminus conuertitur, prius enim ad b, nunc autem ad c affirmatiuum: & ſi altera propoſitio non ſit uniuerſaliter, conſimiliter: ſemper enim medium c, quod ab altero quidem negatiue dicitur, de altero autem affirmatiue, quare contingit oppoſita concludi, præterquam quòd non ſemper neque omnino: ſed ſi ita ſe habeant, quæ ſub medio, ut aut eadem ſint, aut totum ad partem: aliter autem impoßibile, neque enim erūt ullo modo propoſitiones, aut contrariæ, aut oppoſitæ.

C Vult hoc Philoponus exemplum eſſe alterius modi ſecundæ figuræ ex maiore vniuerſaliter affirmatiua cū minore in parte. Ego verò aliter dico exemplū prius extitiſſe ad oſtendendum quomodo contraria concludantur, hoc autem quomodo contradictoria. Concluduntur igitur inquit Ariſt. contradictoria, cum acceperimus omnem ſcientiam ſtudioſam eſſe, & nullam medicinam ſtudioſam, cum enim medicina ſit aliqua ſcientia, ſequitur aliquam ſcientiam non eſſe ſtudioſam, cum enim medicina ſit aliqua ſcientia, ſequitur aliquam ſcientiam nō eſſe ſtudioſam, & omnem ſcientiā eſſe ſtudioſam, quæ ſunt contradictoria, & ex conſequenti quædam ſcientia non erit ſcientia. { Et ipſum.a. } Hinc Ariſto. ponit exemplum quomodo contradictoria concludantur ex maiore negatiua cum minore affirmatiua, & eſt conuerſus modus cū præcedente, accipit autem loco.b. maioris extremi ſcientiam, loco.c. minoris medicinam loco. a. medij ſuſpitio-

D nem ſeu exiſtimationem ſeu opinionem, non enim verbum reperi latinum, quo rectè effingerem, quod græci ὑπόληψιν dicunt, namq́ʒ non rectè opinionem dicere poſſemus, cum non ſint idem δόξα καὶ ὑπόληψις, quocunq́ʒ dicamus nos in præſentia ſuſpitionem, ſi itaque aliquis diceret, nulla ſcientia ſuſpitio, omnis medicina ſuſpitio, concluderemus aliquam ſcientiam, ſcientiam non eſſe, cum medicina ſit aliqua ſciētia. { Et ſi altera propoſitionū. } Hoc eſt, concludere etiam poterimus non contraria, ſed contradictoria, ſi vnam vniuerſalem, alteram ſumpſerimus in parte, puta, ſi non omnem aut nullam medicinā, ſed aliquam. { Semper enim medium eſt. } Occurrit tacitæ quæſtioni, poſſet enim aliquis dubitare quinam ſit medius terminus in propōnibus, ait ergo ꝙ in hac terminorum ac propoſitionum diſpoſitione, ille erit medius terminus, qui de vna extremitatum affirmatiuæ dicetur, de altera negatiue, vnde enim pro autem accipiendum eſt, vt in pleriſq́ʒ alijs locis. { Præterquā ꝙ non ſemper. } Si inquit vna propoſitionū extiterit affirmatiua & altera

Dubitat an rectè iſte q̄uo verbum latine dici poſſit, cum ſit exiſtimatio a ptiſte me dicatur.

ra negatiua fiet ex oppoſitis ſyllogiſmus, ſed nō ſemper, hoc eſt in quacunque materia & terminis quibuſque, neque omnino. i. non ſecundum omnem diſpoſitionem, ſed quandoque ſub medio ſunt, hoc, eſt extrema aut eadem ſint, vt multiuoca, aut ſi non eadem, ita tamen ſe habeāt vt vnum ſit notum, alterum pars, vel maior extremitas totum & minor pars, aut econuerſo. { Aliter autem impoſsibile. } Non hoc dicit, ꝙ aliter modo quocunq́ʒ diſpoſitis terminis non poſsint oppoſita concludi, ſed hoc vult, quod ex huiuſcemodi ſitu propoſitionum non poſſint oppoſita ex neceſsitate concludi, propterea ꝙ propoſitiones nullo modo ſiunt aut contrariæ aut oppoſitæ & contradictoriæ. Atque hæc ita de ſecunda figura. Ad tertiam tranſeamus. B

Figura tertia.

SEd in tertia figura affirmatiuus quidem ſyllogiſmus nunquam erit ex oppoſitis propoſitionibus ob dictam cauſam & in prima figura, negatiuus uero erit & uniuerſaliter, & nō uniuerſaliter terminis exiſtentibus. Sit enim ſcientia in quo b, & c medicina autem in quo a: Si itaque acceperint omnem medicinam ſcientiam, & nullam medicinam ſcientiam, ipſum c accepit omni a, & ipſum b nulli, quare erit aliqua ſcientia non ſcientia. Conſimiliter autem & ſi nō uniuerſaliter accepta fuerit c a propoſitio, ſi enim eſt aliqua medicina ſcientia, & rurſus nulla medicina ſcientia, accidit ſcientiam aliquam non eſſe ſcientiam. Sunt autem quum termini uniuerſaliter accipiuntur propoſitiones contrariæ, quum uero alter in parte, oppoſitæ. F

SVPERIVS dixerat in prima figura non fieri affirmatiuum ſylloſticum ex oppoſitis, propterea ꝙ ad affirmatiuam concluſionem colligendum oporteret ambas propoſitiones affirmatiuas eſſe, quæ nullo pacto oppoſitæ eſſe poſſunt. Ob eandem cauſam dicit in tertia, quoque non poſſe ſyllogiſmum ex oppoſitis affirmatiuum fieri negatiuus vero efficitur ambobus terminis ac propoſitionibus exiſtentibus vniuerſalibus, & non exiſtentibus vtriſq́ʒ vniuerſalibus, ſed altera vniuerſali & altera in parte. Dubitat contra hæc Leo Gerſonis, quomodo & in tertia ex ambabus affirmatiuis non fiat ſyllogiſmus ex oppoſitis, ſi enim ita dicam, omnis homo eſt niger, omnis homo eſt albus. Nimirum ex oppoſitis cōcludam, aliquis homo non eſt homo. Reſpondet idem Philoſophum non intellexiſſe de oppoſitis ſecundū materiam, ſed de oppoſitis ſecundum affirmationem & negationem, & propterea inſtantia nihil facit ad rem. Aliter poſſemus quēadmodum pro parte & in priori diſcuſſimus volumine, ꝙ licet propoſitiones illæ ſint affirmatiuæ ſecundum vocem, reducuntur tamen ad oppoſitas, quarum vna eſt affirmatiua, & alia negatiua, idem eſt enim dicere, omnis homo eſt niger, ac ſi diceremus, nullus homo eſt albus, & propterea conſtruetur ſyllogiſmus ex vna affirmatiua & altera negatiua. { Sit enim ſcientia in quo.b.&.c. } Terminos & exponit, & loco b.&.c. hoc eſt maioris ac minoris extremi ponit ſcientiā, loco autem.a. medij termini, medicinam, & ita cōſtruit rationem, nulla medicina ſcientia, hæc enim eſt maior omnis medicina ſcientia. & concluditur in tertia, aliqua ſcientia non eſt ſcientia. { Conſimiliter autem, & ſi non uniuerſaliter. } Eodem inquit modo conſtruetur ſyllogiſmus ex oppoſitis concluſionem colligens in parte, ſi acceperimus c.a. hoc eſt minorem propoſitionem nō vniuerſalem, ſed particularem hunc in modum, nulla medicina ſcientia, aliqua medicina ſcientia, aliqua igitur ſciētia non eſt ſcientia. { Sunt autē cū termini. } Hoc eſt ſi propoſitiones vtreque vniuerſales extiterint, contrariæ ſibi inuicem erunt, ſi vero vna vniuerſalis altera in parte, oppoſitæ ac contradictoriæ. G H.

Dubiū Leonis Gerſo.

Sol. eiuſdē.

I *Oportet autem exiſtimare, quòd contingit quidem ſic oppoſita accipere, quemadmodum diximus, omnem ſcientiam ſtudioſam eſſe, & rurſus nullam aut aliquam non ſtudioſam, quod nox conſueuit latere. Eſt autem per alias interrogationes ratiocinari alterum, aut quemadmodum in top c'is dictū eſt, accipere.*

Inſtantia a pſo in litera.

Occurrit tacitæ quæſtioni, quam nos ſupra, & mouimus & ſoluimus, poſſet enim aliquis dicere non oportere propoſitiones ita actu oppoſitas accipere, quoniā nemo eas concedet, & propterea talis ratio nihil penitus afferret vtilitatis.

Solutio eiuſdem ꝙ poſſunt oppoſita in actu quandoque accipi.

Reſpondet Philoſophus ꝙ poſſemus hoc facere, quādo eſſet aliquis tam fatuus, qui bina aut contraria aut cōtradictoria concederet, quemadmodū nonnulli Philoſophorum, quorum ſententiam damnat Ariſtoteles in libris poſtnaturalia, ſed tamen hoc genus argumenti ita prolatum non conſueuit latere, nec per hoc vtilitatē aliquam aſſequimur. K Poſſumus autem inquit & p alias interrogationes ac propoſitiones alterum, hoc eſt terminum diuerſum ſecundum nomen, re tamen idem ratiocinari, variatis enim nominibus magis latemus, vt in exēplo, nulla voluptas bonum, omnis lætitia bonum. Concludimus ꝙ nulla lætitia eſt voluptas, & ex conſequenti ꝙ nulla voluptas eſt voluptas, nam lætitia, & voluptas idem ſignificant. Notandum autem ꝙ propoſitiones vocauit interrogationes, innuens, quod iā a principio diximus modum iſtum monſtrandi pertinere ad tentatorem, qui propoſitiones ſuas omnes interrogat.

Ex terminis multiuocis poſſe fieri ſyllogiſmum ex oppoſitis.

{ Aut quemadmodū in topicis. } Hoc eſt, aut aliter poterimus latentiam ac cœlationem facere ac concludēda oppoſita, quemadmodū diximus in octauo topicorum ad principium, vbi cœlandi modos omnes diligenter explicuimus. Ex hoc autem nonnulli voluere librum topicorum ſtatim poſt prædicamenta ſecundum ordinem ſequi & antecedere librum iſtum priorum, & propter hoc vocabant librum prædicamentorum ante topica. L Nobis tamen & Alulidus Roſad. in editione ſua magna in librum poſteriorum atque aliis multis viris clariſsimis placuit topica poſt poſteriora analytica collocari, rationes vero ex vtraque parte non ſunt in præſentia afferendæ in medium, ne præter intentionem inutiliter euagemus.

Opio quorundā qui voluerit librum top. precedere librum prior. & pūtū vocare eum ante topica. Opinatus ē Alulid. roſa quod liber top. ſequatur librum poſter. inſtantia.

Solutio.

Si vero quiſpiam quæreret cur dixerit Philoſophus, quemadmodum in topicis dictum eſt, cum tamen poſt librum priorum, topica ediderit. Dico hoc fieri ſecundum cōponentium authorum conſuetudinē, aliquando enim quæ poſteriora ſunt ſecundum ordinem, prius in lucem emittunt, & aliquando etiam nondum perfecere aliquod opus, & adducunt huius teſtimonium in medium. Ita enim fecit & in libro de interpretatione, cum ait, dictum eſt autem de his in topicis, & rurſus ſecto primo ad finem inquit, quæcunque determinamus contra ſophiſticas diſturbationes, cum tamen ſecundum omnium M ſententiam elenchorum ſophiſticorum liber, vltimus ſecundum ordinem ſit logicorum librorum. Quid plura? ſtatim ad principium eiuſdem libri ait, de his quidem dictum eſt in iis, quæ dicta ſunt de anima, nec tamen ſequitur propter hoc, quod liber de anima antecedat ſecundū ordinem librum de interpretatione, poteſt addi & alius locus ex libro de interpretatione, dum inquit. Hæc autē quemadmodum in reſolutoriis dictum eſt ſic ſunt diſpoſita, cum tamen manifeſtum ſit librum priorum nō præcedere librū de interpretatione.

Quoniam uero affirmationum oppoſitiones tres, ſex modis contingit oppoſita accipere, aut omni & nulli, aut omni, & nō omni, aut alicui & nulli, & hoc conuertere in terminis, ut. a. omni. b. ipſi uero. c. nulli. aut. c. omni. b. autem nulli aut huic quidem oī illi uero non omni, & rurſus hoc conuertere ſecundū terminos. Conſimiliter autem & in tertia figura, quare manifeſtum & quot modis & in qualibus figuris contingit per oppoſitas propoſitiones fieri ſyllogiſmum.

Quoniam oppoſitiones, quæ fiunt ſecundum affirmationem, & negationem ſunt tres, quæ commutatæ duplicantur, accidet inquit Philoſophus complicationes in ſecunda ſex fieri, namque aut ambæ propoſitiones vniuerſales erunt, aut ambæ in parte, aut vna vniuerſalis & altera in parte, ſi ambæ vniuerſales aut affirmatiuæ aut negatiuæ, & ſic nulla conſtruitur complicatio vtilis ex oppoſitis, aut ex vtriſque affirmatiuis aut ex vtriſq; negatiuis, ſi uero vna ſit affirmatiua & altera negatiua ſic fiunt vtiles duæ, nam aut maior eſt affirmatiua cum minore negatiua, aut econuerſo maior negatiua cum minore affirmatiua, ſin autem vtræq; particulares extiterint non fit vtilis coniugatio, quoniā ratio extruetur ex oppoſitis ſecundum vocem tantum & non ſecundū rē, aut ex nullo modo oppoſitis, ſi vero vna fuerit vniuerſalis & altera in parte, quatuor fiunt vtiles complicationes, prima ex maiore vniuerſali affirmatiua cū minore negatiua in parte, ſecunda ex maiore vniuerſaliter negatiua cum minore in parte affirmatiua, tertia et quarta ex pro O poſitionibus ac terminis trāſpoſitis ac conuerſis, ut quæ maior erat efficiatur minor, & quæ minor maior, puta tertia ex maiore negatiua in parte cū minore vniuerſaliter affirmatiua, quarta vero ex maiore particulari affirmatiua cū minore vniuerſaliter negatiua, ex ambabus autem vel affirmatiuis vel negatiuis fieri non poteſt ratio ex oppoſitis, vt ſupra etiam declarauimus, ſunt itaq; in ſumma ſecundæ figuræ coniugationes vtiles ex oppoſitis ſex & totidem in tertia, ita, vt omnes duodecim efficiantur. Sed circa prædicta dubitaret aliquis, cur ita dixerit Ariſt. oppoſitiones affirmationum, & non enuntiationum aut propoſitionum, non enim in ſolis affirmationibus oppoſitio conſiſtit, ſed etiam in negationibus. Reſpondemus hoc ideo feciſſe Philoſophum, vt ſignificaret oppoſitiones in propoſitionibus, accipiendas eſſe ſecundū affirmationem negationemq;, non autem quocunque modo, propoſitiones enim & aliter opponūtur P quā ſecundū affirmationem ac negationem, vt hæ, quæ ex contrariis conſtituuntur ſecundum materiam. Sed vlterius dubitaret quiſpiā quomodo duodecim ſint cōplicationes vtiles? namque ſi maior in parte extiterit in ſecūda figura & minor negatiua in tertia, non fiet vtilis cōiugatio veluti in priori concluſimus volumine. Reſpondet diuus Albertus duodecim quidem eſſe coniugationes vniuerſas ex oppoſitis, nōn tamen omnes vtiles, ſed nouem tantū, quatuor in ſecunda, ac tres in tertia, & hoc videtur Philoponus etiā ſenſiſſe. Alulidus tamen roſadis, multo & diligentius & ingenioſius cum Ariſt. duodecim eſſe ſyllogiſmos vtiles ex oppoſitis, neq; eſſe curandū, an in figura tertia minor ſit affirmatiua vel negatiua, quoniam ſi ſupra in priori volumine dicebamus non poſſe minorem in tertia negatiuam eſſe nec in ſecunda maiorē in parte, hoc dicebamus in relatione ad quæſitū determinatum, ſed in ſyllogiſmo ex oppoſitis nō reſpicimus quæſitum determinatū, non enim curamus ſiue concluſerimus nullum. c. eſſe b. vel conuertens, nullū b. c. & propterea non ſunt neceſſariæ obſeruationes ac leges illæ in huiuſcemodi rationibus. Addo ego & ratio Q nem aliam, quā ſupra etiā innuimus, ꝙ ſyllogiſmi iſti ex oppoſitis non vi figuræ aut diſpoſitionis alicuius ex neceſſitate concludunt, ſed vi oppoſitionis. Quod autem ſex ſint complicationes vtiles monſtrat manifeſtiſsime Philoſophus in contextu, & nos etiam aliam addimus rationem, quoniā ſi tā vtiles quam inutiles coniugationes enumerare voluerimus, non ſolū ſex, ſed multo plures erunt nam & ex ambabus affirmatiuis & negatiuis vtriſque & particularibus etiam non erigitur vtilis ex oppoſitis coniugatio. Præterea ſi terminos ipſos afferamus, videbimus ita ſemper rē ſe habere: ꝙ ex maiore in parte in prima & minore negatiua in tertia ſecundum oppoſitas propoſitiones fiunt vtiles coniugationes.

Duodecim ſunt coniugationes ex oppoſitis vtiles.

Dubium.

Solutio.

Dubiū aliū

Sol. Alberti

Solu. Alo. Nō repugnat regulis in prima traditis poſſe fieri ſyllogiſmū ex oppoſitis in ſecunda ex maiore particulari, & in tertia ex maiore negatiua.

Sed & manifeſtum quod ex falſis quidem eſt uerum ratiocinari, quemadmodum dictum eſt prius, ex oppoſitis autem non eſt. ſemper enim ſyllogiſmus ſit contrarius rei, ut ſi eſt bonum

non

A *non eſſe bonum, aut ſi animal non animal, eo quòd ex contradictione eſt ſyllogiſmus, & termini ſubiecti, aut iidem ſunt aut hic totum, ille pars. Planum autem & quod in obratiocinationibus, nil prohibet fieri ſuppoſitionis contradictionem, ut ſi eſt impar non eſſe impar, ex oppoſitis namq; propoſitionibus contrarius erat ſyllogiſmus. Si itaq; tales acceperit. erit ſuppoſitionis contradictio.*

Dffa inter ſyllogiſmũ ex falſis, & ex oppoſitis.

Ponit differentiam inter ſyllogiſmum ex falſis & ſyllogiſmum ex oppoſitis inquiens differre iſtos inter ſe, propterea q in ſyllogiſmo ex falſis, aliquando veram colligimus concluſionem, in ſyllogiſmo autem ex oppoſitis nũquam { Semper enim ſyllogiſmus fit contrarius rei. } Hoc eſt concluſio ſemper concludit, quod & re ipſa fieri nullo modo poteſt, ſyllogiſmus namque plerunq; apud Ariſt. ſignificat concluſionem. Aliter & melius, ſyllogiſmus fit contrarius rei, hoc eſt, prædicatum eſt contrariorum ſubiecto, vnde per ſyllogiſmum intellexit quæſitum, ideſt prædicatum concluſionis, partem vero ſubiectum, quemadmodum & in ſophyſticis elenchis, cum inquit, ſecundum accidens, quidem paralogiſmi ſunt, quã do ſimiliter quidlibet aſsignatum fuerit rei, & accidenti ineſſe. q autem expoſitio iſta vera ſit expoſuit, cum ſubdidit, vt ſi eſt bonum non eſſe bonum, aut ſi eſt animal non animal, hoc enim fit propterea q ſyllogiſmus, & concluſio eſt ex contradictione, hoc eſt terminis ſibijnuicem ſecundum affirmationẽ & negationem repugnantibus. { Et termini ſubiecti. } Ideſt & termini ad ſyllogiſmum ordinati aut ſunt ijdem maior & minor extremitas, hoc eſt polyonymi & multiuoci, ut enſis ſpatha, aut ijdem nec re nec uerbo diſſoni, puta ſi rationem ex actu oppoſitis conſtruxerimus. { Aut hic totum, ille pars. } Hoc eſt vnus alium continebit, veluti ſcientia medicinã. { Planum autem & q in obratiocinationibus. } Supra monſtrauit quomodo apud dialecticos ſeu piraſticos, & tentatiuos vtamur ſyllogiſmo ex oppoſitis. Nũc autem oſtendit quomodo idem hoc fieri poſſit apud ſophiſtas, qui ob ratiocinantibus ac paralogiſmis vtuntur, namq; & apud hos nil prohibet aliquando fieri ac concludi ſuppoſitionis hoc eſt ſubiecti aut ſuppoſitionis.i.concluſionis prius concluſæ quæ & vera eſt & iam accepta cõtradictionem, vt in exemplo ſi per vnum ſyllogiſmum cõcluſum fuerit ternarium eſſe, imparem, concludamus per alium eundem ternarium non eſſe imparem, puta, omnis numerus qui diuidi non poteſt in æqualia eſt impar, ſed ternarius eſt eius naturæ, namque ſecatur in duo atque vnum, quæ proculdubio ſunt inæqualia, eſt itaq; impar. Ex altera parte, omnis numerus, qui diuiditur in æqualia eſt par, ſed ternarius diuiditur in æqualia, quia in tres vnitates æquales, eſt itaque par, quare & impar & non impar, quod oppoſita claudit, hoc autem concluſum fuit quoniam propoſitiones contrariæ acceptæ ſunt.

Per ſyllogiſmũ intelligit philoſophus quæſitũ & prædicatum concluſionis.

B

Qũo apud ſophiſtas fit ſyllogiſmus ex oppoſitis.

C

D *Oportet autem exiſtimare, quod ita quidem non erit contraria concludere ex uno ſyllogiſmo, ut ſit concluſio, non exiſtens bonum, bonum, aut aliud quid tale, niſi ſtatim propoſitio talis accepta fuerit, ut animal album eſſe, & non album, hominem uero animal, ſed aut contradictionem oportet aſſumere, ut quòd omnis ſcientia ſuſpicatio & non ſuſpitio poſtea accipere quod medicina ſcientia quidem eſt, nulla autem ſuſpitio, quemadmodum elẽchi fiunt, aut ex duobus ſyllogiſmis, ut autem quæ accepta ſunt contraria ſint ſecundum ueritatem non eſt alio modo, quam hoc, ueluti prius dictum fuit.*

Ponit hoc philoſoph. aliũ modũ concludẽdi oppoſita eodem ſyllogiſmo.

Nunc Philoſophus vult alium modum ratiocinandi oppoſita exponere inquiens, q rationes quæ vnico ſyllogiſmo oppoſita concludunt non fiunt eo modo, quo ſuperiores, namque vt monſtrauimus non ex vno, ſed ex binis pendebant ſyllogiſmis, oportet autem ſi vnico ſyllogiſmo volumus contraria, hoc eſt aliquo modo oppoſita concludere, q propoſitio quædam talis accipiatur, quæ bina contineat oppoſita, vt omne animal eſt album & non album, homo eſt animal, ergo album et nõ album, ita enim duo oppoſita poterimus vnico ſyllogiſmo colligere. Sed dubitaret quiſpiam quomodo fieri poſſit, vt tales propoſitiones apud aliquem admittantur nemo enim eſt tam fatuus, qui concedat omne animal, et album eſſe & non album. Reſpondet Alulidus Roſad. fieri hoc poſſe, vt aliquis concedat animal eſſe album ſecundum vnum reſpectum & ſecundum alium non albũ. Quemadmodum, & Philoponus inquit in poſteriora analytica cõcedimus, animam mortalem eſſe et immortalem, immortalem quidem ſecundum ſubſtantiam, mortalem vero ſecundum operationes, conſimiliter elementa genita eſſe & ingenita, & cœlum moueri & nõ moueri, genita quidem ac moueri ſecũdum partes, ingenita vero ac non moueri ſecundum totum. Et propter hoc inquit ibidem Ariſt. ſecundum nonnullorum ſententiam. q plerunque affirmationem concludere cogimur in quibuſdã quæſitis & deſtructionem negationis, vt oſtendamus negationem nullum in hoc locum habere, veluti ſi de deo concluderemus q eſſet immortalis, ne videretur ita immortalis, quemadmodum & anima, vt negatio de ipſo ſecundum aliquid verificari poſſet, proponimus q immortalis eſt deus, & non immortalis, & modum conſtruendi huiuſcemodi demonſtrationes ſecundum quoſdam docet in poſterioribus Ariſto. { Sed aut contradictionem. } Non eſt hoc referendum ad id, quod immediate anteceſsit, quomodo videlicet vno ſyllogiſmo poſſimus bina concludere oppoſita, hoc enim iam declaratum fuit, ſed ad ſyllogiſmum ex oppoſitis, de quo in toto hoc capitulo pertractatum fuit, ita vt ſenſus ſit, ſi volumus oppoſita concludere per vnicum ſyllogiſmũ ita faciẽdum eſt, quemadmodum diximus, ſed ſi velimus ſyllogiſmũ ex oppoſitis erigere, de quo nunc propoſuimus aut contradictio eſt accipienda in duabus propoſitionibus, quæ per nullum alium ſyllogiſmum concluſæ fuerint, puta, omnis ſcientia eſt ſuſpitio, & exiſtimatio, & aliqua ſcientia non eſt exiſtimatio, eo modo quo elẽchi ac redargutionea fiunt, redargutio enim fit, veluti infra declarabimus, cum aduerſarium ad contradictoria concedenda deducimus, aut igitur hoc modo faciendũ, aut propoſitiones acceptæ debent eſſe concluſiones præcedentium ſyllogiſmorum. Sed ſi volumus vere contraria ac oppoſita concludere vere & non ſecundũ quid, quemadmodum ſupra dicebamus animam eſſe mortalem & immortalem, non poſſumus alio modo facere, q̃ hoc nuper dicto, velut ſupra quoq; declarauimus. Sed quæritur circa dicta, cur dixerit Ariſt. ſed aut contradictionẽ oportet aſſumere, cum tamen ſyllogiſmus ex oppoſitis non ex ſolis contradictorijs extruatur, ſed etiam contrarijs, neque enim dicendum, quod contradictionem late acceperit pro oppoſitione quemadmodum ſupra, cum ait, non erit contraria concludere. Reſpondeo q contradictionem dixit, quũ ſi volemus propoſitiones oppoſitas accipere non poſſumus ſtatim ipſas capere, & propterea neq; contrarias, ſi enim contrariæ eſſent accipiendæ, ſtatim aſſumi deberent, puta, omnis medicina ſcientia, nulla medicina ſcientia ſed has nemo concederet, & ideo propter hoc quemadmodum ait & Alulidus roſad. interrogamus de affirmatione prædicati de ſubiecto, & conceditur nobis, deinde interrogamus de negatione illius prædicati a genere illius ſubiecti aut a ſpecie, aut a differentia, aut a proprio, vt concedatur nobis, & propterea vt plurimum altera propoſitionum oppoſitarum eſt in parte, quod Philoſophus optime in exẽplo declarauit, accepit enim omnem ſcientiam ſuſpitionem eſſe, poſtea q omnis medicina eſt ſcientia, & q nulla medicina eſt ſuſpicio, ex hoc enim concludimus aſſumpta fuiſſe duo contradictoria, omnem ſcientiã ſuſpicionẽ eſſe, & aliquã ſcientiam non eſſe ſuſpitionem. Sed hæc iam de ratione ex oppoſitis & per conſequens de potentijs omnibus ſyllogiſticis in medium allata ſufficiant, non enim amplius de potentijs, ſed de impotentijs ac defectibus peragendum erit, de petitione inquam principij atque alijs nonnullis. Quæ vero de ſyllogiſmo ex oppoſitis

E

Dubiũ quõ eodẽ ſyllogiſmo poſſint concludi oppoſita

Sol. Alu. ro. & & Phil. et Theñ i poſterioribus ſequẽtur.

F

G

Dubium.

Solutio.

H

Nõ ex alu. roſ. quõ ſint interrogandæ propõnes pro ſyllogiſmo ex oppoſitis.

I diximus, in ſumma hæc ſunt, an ſyllogiſmus ex oppoſitis vere ſyllogiſmus ratiocinatioq; dicendus. Ad quem pertineat artificem ſyllogiſmo vti ex oppoſitis, quot & qualibus modis ex oppoſitis rationes extruantur. Cur Ariſto. non pertractauit de hoc argumēti genere in octauo topicorum. An in prima figura fiat ex oppoſitis ſyllogiſmus, Solutæ deinceps dubitationes, quædam circa terminorum poſitionem, in ſecunda figura, declaratum quot modis fiant oppoſita in potentia ex opinione Leonis Gerſonis, quomodo dignoſcenda ſit ſecunda figura a tertia. Damnata Philoponi expoſitio circa exemplum Ariſtotelicum, quodque ὑπόληψις, recte non poſſit latino effingi vocabulo enarratum. Soluta deinde inſtantia quo modo ex ambabus affirmatiuis in tertia figura non valeat ſyllogiſmus, quæſitum an topicorum liber antecedat

Epilogus dictorum de ſyllogiſmo ex oppoſitis.

K priora analytica. Poſtea enodatum cur dixerit in contextu Philoſophus oppoſitiones affirmationum, an coniugationes omnes ex oppoſitis vtiles ſint duodecim. Quo modo concedi poſſit animam mortalem & non mortalem eſſe. Curque Ariſtoteles in contextu dixerit contradictionem & non oppoſitionem. His itaque expoſitis ad ea, quæ de petitione principij dicuntur declaranda veniamus.

De eo, quod eſt peti in principio.

Quod autem in principio, peti & accipere, eſt quidem ut in genere, accipiam in eo, quod eſt, non demonſtrare propoſitum, hoc autem accidit multifariam, namque & ſi non ratiocinatur, & ſi per ignotiora aut ſimiliter ignota, & ſi per poſteriora prius. demonſtratio nā

L *que & ex credibilioribus & prioribus eſt, horum autem nihil eſt peti, quod in principio, ſed quoniam nonnulla quidem per ſeipſa apta nata ſunt cognoſci, quædam uero per alia. principia enim per ſeipſa, quæ autem ſub principiis per alia, quando non per ſeipſum cognoſcibile conetur aliquis per ſeipſum monſtrare, tunc petit quod ex principio.*

Secundum ſectum ſecūdi priorum reſolutoriorum quod de impotentijs ſyllogiſticis.

DICEBAMVS a principio de tribus intentionem eſſe Ariſtotelicam hoc in volumine, de potētijs ſyllogiſticis, de impotentijs, ac demum de annexis. Poſtea igitur quam hucuſque de potentijs pertractauit, ſupereſt vt ex conſequenti agat de impotentijs, ac primo de petitione eius quod in principio. Hæc enim magis videtur accedere ad ſyllogiſmi rationem, & ſic contra ſyllogiſmum peccat, contra priores particulas

M definitionis ſyllogiſticæ peccabit quā ſequentis fallaciæ. Sed antequam ad contextum, accedamus quærendum prius an poſſit petitio eius, quod in principio ſyllogiſmus ratiociniumque eſſe, ſimulque diſtinguendi modi impotentiæ huius, ac demum diſputandum ad quem pertinent artificem hoc genus captiūculas & deliquia conſiderare. Primum itaque dicimus petitionem aliquā poſſe ratiocinationem ac uere ſyllogiſmum eſſe, aliquā vero nullo pacto, ſed ab omni ſyllogiſmi natura penitus ſeiunctam, verum vt hæc planiora fiant afferenda diſtinctio de petitione eius, quod in principio, quam, & hic ponit Ariſtoteles, & alij etiam nonnulli expoſuere, verū & latius & fortaſſe etiā dearticulatius erit a nobis in medium proponenda, cum itaque communi conceptu vt ait Philoſophus, petitio nil aliud ſit quam aliquid monſtrationem propoſitum non monſtrare, ita hæc a nobis erit diſtinguenda, aut enim cum quæſitum monſtrare cōtendimus eadem accipimus propoſitiones concluſioni, aut diuerſas, & eaſdem aut nomine & re, aut re tantum, & diuerſas etiam totidem modis, ſi eaſdem nullo pacto erit ſyllogiſmus, quoniam ſyllogiſmus erat ratio, in qua

An petitio principii ſit ſyllogiſmus.

Diuiſio modorum petitionis principii.

ſequebatur alterum a concluſione, ſi diuerſas, aut ignotiores, aut æque ignotas aut poſteriores concluſione, & N
hoc bifariam aut ſecundum veritatem aut ſecundū opinionem, hoc igitur pacto ratio conſtructa ſemper ratiocinationis ac ſyllogiſmi finitionem ſuſcipiet, neq; enim arctatur ad hoc ſyllogiſmus, vt ſemper ex notioribus ac prioribus conſtruatur, & ex iſto palam fit quærentibus cur ita hic Philoſophus de petitione pertractet, cum de hac agere potius pertineat ad ſophiſticam, quam reſolutoriorum artificem.

Dicimus igitur, vt & reliquo propoſito faciamus ſatis q; de huiuſcemodi petitione pluribus in locis agendū fuit & ex conſequenti ad plures attinet artifices, namque hic de ea agitur vt petitionem ſyllogiſticam ac non ſyllogiſticam comprehēndit, ſecundum veritatem ac ſecundum opinionem, in octauo autem topicorum de petitione ſecundum opinionem tantum pertractatur, quod & ipſe voluit dum inquit, quod in principio autem & con O
traria quomodo petit interrogans, ſecundum veritatem quidem in reſolutorijs dictum eſt, ſecundum opinionem autem nunc dicendum, ſed in ſophiſticis elenchis de petitione tantum non ſyllogiſtica ſermo fit, omnes enim fallaciæ tam in dictione, quam extra contra ſyllogiſmi rationem peccant, vt aliquando declarabimus. Sed quæreret aliquis quemadmodum de petitione ſecundum opinionem tantum in topicis agitur, cur de petitione ſecundum veritatem tantum non agatur etiam in poſterioribus. Dicimus, quæ ad petitionem ſecūdum veritatem attinebant fuiſſe ſatis declarata hoc in loco, & propterea non fuiſſe opus de hac amplius pertractare, quod de petitione ſecundum opinionem factū non fuerat. Vel aliter & melius, quod de petitione ſecundum veritatem, pertractatur etiam in poſterioribus, totus enim locus ille vbi de circulari agit demonſtratione, & vbi demonſtrat oportere demonſtrationem ex notioribus ac prioribus cōſtare totus inquam locus ille petitioni ſecundum veri- P
tatem aſſcribi poterit. Quid autem ſit petitio ſecundum veritatem, quidue ſecundum opinionem, quid petitio ſtatim, quid non ſtatim inferius inter exponendum, elucidāda erunt, nunc autem ad contextum enarrandum accedamus. { Quod autem in principio. } Senſus eſt, ſi volumus late & ſecundum genus deſcribere petitionem eius, qđ in principio, dicemus, quod petitio nil aliud eſt, quā non demonſtrare propoſitum ac proiectum problema. Appellatur autem petitio eius, quod in principio ſecundum nonnullorum ſententiam, quoniam principia hoc eſt propoſitiones petimus, id eſt tanquam confeſſas accipimus & indemonſtrabiles, cum tamen non ſint tales. Aliter Philoponus cui & Alulidus Roſadis aſtipulari videtur, petitio eius, quod in principio hoc eſt quæſitum ac concluſionem tanquam confeſſam accipere, quæſitum enim eſt, quod a principio in monſtrationē proponitur, & ob hoc appellant iſtam arabes poſitionem quæſiti, & hi quidem hunc in modum, melior tamen mihi videtur præcedens expoſitio. { Non demonſtrare. } Nō hoc vult q; non demonſtrare ſit genus petitionis, nullum enim ne- Q
gatiuū prædicatur in eo, quod quid, ſed inquit, non demōſtrare in plus ſe habere quā petitionē, qm̄ & de hac prædicatur & de alijs etiam compluribus. { Hoc autem accidit. } Hoc dicunt nonnulli, id eſt, hæc petitio principij quadrifariā fit, aut cum nullo pacto facimus ſyllogiſmū aut ſi per ignotiora velimus quæſitum monſtrare, aut æque ignota, aut poſteriora.

Plures artifices de petitione petitionis principii pertractant.

Dubium.

Sol. prima.

Alia ſolu.

Quare ſit appellata petitio eius q; in prin.

Primus modus ſecundus modus a Philo. & Alu. Roſa.

Alij vero aliter, hoc inquiunt non demonſtrare quadrifariam dicitur, nā cum nullo pacto ſyllogiſmū cōſtruimus vel nihil penitus concludentes, & complicationem inutilem erigentes, vel concludentes quidem, non tamen quæſitum determinatū, dicimur non demonſtrare. Item cum ignotiora accipiamus, aut æque ignota, aut etiam poſteriora, & ea, quæ potius per concluſionē monſtrari poſſent, quam ipſa concluſionem oſtēdere, quod autem non demonſtrare tot modis dicatur, planum quoniā & demonſtrare itidem diſtinguitur, cum itaque demōſtrare, ſeu etiam petere, id quod in principio late, non autem

Non demōſtrare quatuor modis dicit.

A proprie ita ſecundum quatuor dicatur modos, dicimus quod nullum horum proprie eſt petere id, quod in principio, ſed quoniam inquit ex propoſitionibus aliæ ſunt eius naturæ vt ex ſe cognoſci poſsint, aliæ autem nō ex ſe, ſed per alia, nam prima principia per ſe cognoſcuntur, quæ vero ſub primis continentur principijs, per alia, cum igitur aliquis quæ ſub primis principiis ſunt, quæque per alia cognoſcuntur vt principia vel per ſe cognoſcibilia acceperit, tunc proprie dicitur petere id, qđ in principio. { Principia enim per ſeipſa. } Principia dicuntur vt in poſterioribus ait, propoſitiones immediatæ, quæ nullius indigent demonſtrationis, ſunt autem hæc, dignitates, ſuppoſitiones, definitiones, ac petitiones, hæc enim per ſolū intellectum, quem græci νοῦν, vocant, immediate cognoſcuntur, vnde & in poſterioribus inquit ad uerbum Philoſophus. Nos autem dicimus neque omnem ſcientiam demonſtratiuam eſſe, ſed ſcientiam immediatorum indemonſtrabilem, & hoc quod neceſſarium ſit, manifeſtum eſt, ſi enim neceſſe eſt quidem ſcire priora, & ex quibus eſt demonſtratio, ſtant autem quandoque immediata, hæc indemonſtrabilia neceſſe eſt eſſe, hoc igitur ſic dicimus, & non ſolum ſcientiam, ſed & principium ſcientiæ eſſe quoddam dicimus, quo terminos cognoſcimus, & non ſolum demonſtrationem eſſe dicimus, ſed neque in infinitum ire res, ſed eſſe quaſdam, & principium demōſtrationis, quo terminos cognoſcimus, quando elucidationem, quæ illinc eſt, aſſecuti fuerimus. Ex his itaque planum ꝙ prima principia per ſe ac nullus alterius adiumento cognoſcuntur, ſed ex ſolo intellectus ſplendore, quo etiam conſueuimus terminos, id eſt definitiones cognoſcere, namque & hæ nulla ſyllogiſmi aut ratiocinij vi ſtabiliuntur. ſed a ſolo intellectu ſine aliquo medio percipiuntur, vnde manifeſtum perperā illos facere, qui primis principijs ac dignitatibus fidem nullam adhibent, quemadmodum in libro de cœlo refert Alulidus roſadis. ſed & peius multo illi machinantur, qui de primis principijs demonſtrationes afferre contendunt quemadmodū C referente Proclo faciebat Apollonius, qui demonſtrari poſſe credebat proſatum mathematicum, quæ eidē ſunt æqualia inter ſe ſunt æqualia. Fit itaque vere ac proprie petitio eius, quod in principio, quando aliquod demonſtrabile in numerum primorum principiorum retulerimus tanquam per ſe notum ac veluti per hoc alia ꝓblemata monſtraturi, quemadmodum ex authoritate Gemini Philoſophi refert Proclus feciſſe megarenſem Euclidem, qui quartam, ac quintam petitiones tanquam indemonſtrabiles poſuit, quum tamen alioqui demonſtrari poſsint ſi enim theoremata iſtis ex altera parte correſpondentia demonſtrari poſsunt. Cur & hæc demonſtrari non poſſe dicendum eſt, nam petitio quarta dicens, omnes rectos angulos ſibijnuicem eſſe æquales, & quinta. Si linea recta ſuper duas rectas ceciderit, duoq; anguli intrinſeci & in eādem partem duobus rectis angulis minores, facti fuerint, iſtas duas lineas in infinitum protractas ꝓculdubio coincidere inter ſe in eas partes, in quas ſunt duobus rectis minores anguli, iſtæ inquam petitiones duo ſibi ἀντίστροφα problemata habent, quorum D vtrunque inferius demonſtratur, illa decimum ſeptimū, hæc ſeptimum atque viceſimum, quare cum hæc ita ſint non commode fecit Euclides eas in petitionem numerum reijciens.

No. de principiis qui ſint & qui habiti ſeu potētiæ cognoſcens illa ex principio poſteriorum.

Pria principia ex ſolo intellectus ſplendore cognoſcunt

Erraūit Euclid. q quartam & qui ntā petitiões tanquam indemonſtrabiles poſuit

Hoc autem eſt quidem ſic facere, ut ſtatim cenſeat quod propoſitum eſt: contingit uero & in alia tranſeuntes apta nata per illud monſtrari, per hæc demonſtrare, quod ex principio. ueluti ſi a monſtraretur per b: b autem per c: c autem natum eſſet monſtrari per a: accidit enim ita ratiocinantes ipſum a, per ipſum monſtrare, quod faciunt, quæ coalternas putant ſcribere: latent enim ipſi ſeipſos talia accipientes, quæ non eſt poßibile monſtrare non exiſtentibus coalternis: quare accidit ita ratiocinantibus, unumquodque eſſe dicere, ſi eſt unumquodque, ſed ita omne erit per ſeipſum cognoſcibile, quod impoßibile.

E Poſteaquam expoſuit, quæ ſit vera petitio eius, quod in principio, nunc enarrat quot modis efficiatur huiuſce modi petitio. & inquit bifariam hoc fieri poſſe, aut ſtatim aut non ſtatim, ſtatim cum illud idem, quod quærendum proponitur tanquam conceſſum in alterius propoſitionis accipitur locum, quemadmodum in polynymis ac multiuocis euenit, veluti ſi monſtrandum eſſet, iuſtū eſſe quempiam interimere, & ita commentaremur, omne quod iuſte fit, iuſtum eſt, ſed cedes ac interemptio iuſte fit, interemptio itaque iuſta eſt, hic enim quæſitum alterius propoſitionis locum fuit ſortitum. Non ſtatim vero efficitur, quemadmodum & Alulidus refert, cum quæſitum vnum ac concluſio per ſyllogiſmum compoſitum ex multis propoſitionibus monſtrandum proponitur, tranſeuntes itaque nos in propoſitiones illas monſtrare conamur propoſitum quæſitum, quæ tamen potius naturalem habent aptitudinem, vt demonſtrētur per illud, quam econuerſo per eas illud, veluti in exemplo, ſi a, monſtraretur per, b, &, b, per, c, & rurſus, c, natum eſſet monſtrari per, a, nil aliud eſſet, quam a, per ipſum, a, monſtrari. { Quod faciunt qui coalternas. } Exemplum ponit Philoſophus mathematicum ad id monſtrandum, F quod paulo ante dixerat, ac terminis ignotis explicuerat verum quo facilius exemplum propoſitum intelligere poſsimus, nonnulla prænotanda, quæ dictorum ſenſum adaperiant. Scitu igitur dignum quod παράλληλοι ſeu æquidiſtantes vel coalternæ nūcupantur, referente Euclide in primo elementorum, lineæ rectæ, quæ in eadem ſuperficie collocatæ, atque in vtranque partem protractæ non conueniunt, etiam ſi in infinitum protrahantur, vel ut Poſsidonius, coalternæ ſunt, quæ neque conuiunt neq; abeuunt in eodem plano, ſed æquales habent perpendiculares ab alterius punctis in reliquam protractas. Vel aliter vt Geminus Philoſophus, coalternæ ſunt lineæ rectæ æquo diſtantes interuallo, quæ nunquam in eodem plano interſtitium ſuum comminuunt. Hoc autem dixit propter nonnullas rectas, quæ nunquam in eodem plano coincidunt nec tamen coalternæ ſunt, quoniam ſemper interſtitium ſuum diminuunt, ſed hæc ſufficiant quan G tum ad definitionem coalternarum, quod vero ad exemplum Ariſtotelicum attinet multi multifariam exponūt.

Quæ ſit petitio principii ſtatim facta.

Quæ petitio principii non ſtatim.

Nota quæ ſint lineæ παράλληλοι, hoc ē paralleiæ. i. æque diſtātes uel coalternæ.

Philoponus namque hoc refert ad aſtronomicū quæſitum. Alij vero & melius hoc ad geometram referunt, ſi enim inquiunt quiſpiam vellet monſtrare lineas aliquas coalternas eſſe, eo, ꝙ linea ſuper ipſas cadens faceret angulos intrinſecos & in eaſdē partes duobus rectis æquales, is proculdubio principium peteret, quoniam ſi poſtea vellemus monſtrare, lineam illam deſuper cadētem facere angulos duobus rectis æquales, argueremus hoc eo, quod lineæ illæ coalternæ fuerant, veluti in primo Elementorum oſtenditur nono ac viceſimo theoremate, hic itaque ponunt quod in principio, quoniā lineas monſtrant coalternas eſſe, qm̄ ſunt coalternæ.

Expō Philoponi ad exemplum Phil.

Aliter & melius adhuc Alulidus Roſadis, ſi inquit aliquis deducens ad incommodum vellet per ſecundum ac triceſimum primi theorema demonſtrare lineas quaſpiā H coalternas eſſe, is proculdubio peteret, quod in principio triangulum enim habere tres angulos æquales duobus rectis per coalternas lineas demonſtramus, quare accidet coalternas oſtendi per coalternas, quod & circulus eſt & petitio eius, quod in principio, deductio aūt, quā Alulidus facit talis eſt, ſi recta ſupra rectam cadens angulos ex eadem parte æquales fecerit, illæ lineæ erunt æquidiſtantes & coalternæ, quia ſi non, concurrent igitur, dum protrahuntur in rectum, & propterea cauſabitur in eo concurſu triangulus cuius anguli æquiualebunt pluribus duobus rectis, quod abſurdum, ac fieri nequit. ſed ſi iterum vellemus monſtrare hoc eſſe impoſsibile, per coalternas vtique oſtendendum foret, & ita coalternæ per coalternas monſtrarentur, quod eſt petere ac circulum facere, & propterea dixit Philoſophus in contextu, latēt enim ipſi ſeipſos talia accipientes, quæ non eſt poſsibile monſtrare non exiſtentibus coalternis, neque enim mōſtrare vnquam poterimus angulos trianguli æquos eſſe

Expō Alu. Roſ. de eodem exemplo.

I binis rectis, niſi conceſſerimus lineas prius effici coalternas. { Quare accidit. } Quare inquit Ariſtoteles ſi talem erexerimus demonſtrationem nil amplius monſtrabimus, quemadmodum & in poſterioribus dicitur, quam ſi eſt hoc quod eſt hoc, ſed hoc modo, & omnia facile monſtrabuntur, & vnumquodque etiam per ſe erit cognoſcibile ac primum principium, namque cum concluſio & propoſitiones in vnum veniant, non poterit aliquid quæſitum eſſe, quod propoſitio ac principium etiã eſſe non poſſit, quare cum principium omne ſit per ſe cognoſcibile, ſequitur omnia fore per ſe cognoſcibilia, quod abſurdiſſimum.

Dixerunt nonnulli petitionẽ principii modũ hũc idẽ eſſe cũ circulari mõſtratione.

Ex hoc dicunt nonnulli planum eſſe petitionem eius quod in principio, idem eſſe circulari monſtrationi, differre tamen propterea quod in circulari monſtratione omnia per ſeinuicem oſtenduntur, in petitione vero vnum tantum, & iterum quoniam in circulo planum eſt terminos omnes æquiuertibiles eſſe, in petitione vero minime. Ego autem hæc multis & alijs differentijs differre arbitror, namque hic ſyllogiſmi ratio deſtruitur, ibi ſeruatur, hic quædam problemata peti poſſunt, quæ ibi minime, ſed hæc ſufficiant in propoſito.

K

Si igitur obſcuro exiſtente, quòd a ineſt ipſi c, ſimiliter autẽ & quòd ipſi b, peteretur a ineſſe ipſi b nondum clarũ, ſi quod in principio petitur: ſed planum, quod non demonſtrat, nõ enim eſt principium demonſtrationis, quod ſimiliter obſcurum, ſi tamen b ad c ita ſe habet, ut idem ſint, aut uidelicet conuertuntur, aut inſit alterum alteri, petitur quod in principio, monſtrare enim poſſet per illa, quòd a ineſt ipſi b ſi conuertuntur, nunc autem hoc prohibet: ſed non modus: ſi uero hoc faceret, quod dictum eſt, faceret, utique & conuerteret per tria.

Hinc vult monſtrare, quomodo in vnaquaque figura

L fiat petitio eius, quod in principio, & ante alias in prima, & inquit, ſi quæſitum, omne, c, a, ignotum extiterit, & maior inſuper propoſitio, omne, b, a, conſimiliter ignota fuerit, & accipiamus, a b, propoſitionem ſimiliter ignotam conſtruentes ſyllogiſmum in prima hunc in modũ, omne, b, a, omne, c, b, omne, c, a, non eſt planum an fiat petitio eius, quod in principio, quoniam dubitamus an, a b, propoſitio poſſit circulari monſtratione oſtendi per a, c, concluſionem cum minore, eſt enim ambiguum an b, &, c, conuertantur, quod ſi manifeſtum fiet, planum & erit petitionem effici, ſed nunc tantum clarum eſt, monſtrationem nullam fieri, quoniam, a, b, propoſitio, quæ ſimiliter eſt obſcura concluſioni, non poteſt eſſe principium ac propoſitio in demonſtratione iſta. Hoc eſt ergo quod voluit dum ait. Si igitur obſcuro exiſtente quod, a ineſt ipſi, c, ſimiliter autem & quod ipſi, b, peteretur, a, ineſſe ipſi, b, nondum clarum, ſi quod in principio petitur, ſed planum ꝙ non demonſtrat, non enim eſt princi-

M pium demonſtrationis, quod ſimiliter obſcurum. { Si tamen. } Si vero inquit cognouerimus, a, &, b, ſibijnuicẽ aut eadem eſſe, aut conuerti, aut alterum ineſſe alteri, tũc petitur, quod in principio ſed hic contextus a varijs diuerſimode exponitur. Philoponus namque vult, ꝙ dũ inquit, aut videlicet conuertuntur, aut ineſt alterum alteri, exponat id, quod ſupra dixerat, ſi, b, &, d, c, ita ſe habet vt idem ſint, vt ſenſus ſit, dum, b, &, c, eadem fuerint, hoc eſt aut conuertuntur, veluti homo, & riſibile, aut ineſt alterum alteri, quemadmodum gaudium & lætitia, ita n. intelligi volo eadem eſſe. Alij vero aliter, vt eadẽ ſint, hoc eſt nomine & re, vt bonum boni eſt cauſa, & iterũ bonum boni eſt cauſa, aut conuertuntur, hoc eſt eadem ſunt re, non autem nomine, veluti enſis & ſphata, ſunt enim hæc polynyma, aut ineſt alterum alteri, hoc eſt conuertuntur ſecundum conſequentiam, non autem ſecundũ ſignificatum, vt homo & riſibile, ſic enim ſi maior propoſitio itidem ignota fuerit, quemadmodum & concluſio & minor conuertatur vniuerſaliter poterimus per cõcluſionem cum minore maiorem eodem pacto mon-

Expõ Phil. ſuper hu ꝯ bis aut cõuertuntur, aut ineſt alterũ alteri.

Expõ aliorum.

ſtrare quodammodo per circulum, verum quia ignotũ eſt b, & c, conuerti aut eadem eſſe, ideo talem circulum non poſſumus facere, hoc ergo eſt, quod vetat petitionẽ eius, quod in principio, non autem modus ſyllogiſticus, namque & ſecundum modos tales ſyllogiſmorum poteſt petitio fieri, quare ſi hoc faceret quiſpiam & minorẽ conſtrueret ex terminis conuertentibus faceret vtique, quod dictum eſt, hoc eſt peteret quod in principio, & cõuerteret per tria, id eſt, triplicem faceret circulum, primo ex, a, & b concludens, c, ſecundo, ex, c, &, b, colligens, a, tertio, ex, c, &, a, inferens, b, vel per tria potius, hoc eſt per tres terminos. N

Sed quæreret aliquis quomodo ſi termini fuerint æquiuertibiles, ſequatur fieri petitionem eius, quod in principio, ſi enim hoc eſſet, ſequeretur demonſtrationem omnem petitionem facere, quod perabſurdum. Reſpõdeo quemadmodum & Philoponus innuit, ꝙ petitio nõ fit eo, ꝙ ratio hæc ex conuertibilibus conſtet ſed qm̃ maior propoſitio ac concluſio ſunt æque ignotæ, & propterea aliquando petitio fit iuxta maiorẽ, aliquando iuxta minorem, quemadmodum ſtatim in ſequenti exemplo videbimus. ſed prius exemplum notum ponamus præcedentis complicationes, omnis voluptas bonum, omnia lætitia voluptas, omnis lætitia bonum, quia enim lætitia & voluptas ſunt idem & conuertuntur fit manifeſta petitio iuxta maiorem.

Dubiũ quo ꝑ terminos conuertibiles fiat ſꝑ petitio principii.

O

Sol. ꝙ ſuperio nõ ꝑ cõuertibilitatẽ, ſed qa ſunt æque ignotæ ppõnes et concluſio.

Conſimiliter autem & ſi acciperet, b ipſi c. ineſſe itidem obſcurum exiſtens, & ſi a ipſi c, nondum quod a principio, ſed non demonſtrat. Si uero idem ſint, a & b aut eo, quòd conuertitur, aut eo, quòd ex b. ſequitur a, quod a principio ob eandẽ cauſam quid enim poteſt, quod ex principio dictum nobis eſt, quod per ſeipſum monſtrare, quod non per ſeipſum manifeſtum, ſi igitur eſt in principio peti per ſeipſum monſtrare, quod non per ſeipſum manifeſtum, hoc autem eſt non monſtrare, quando cum ſimiliter obſcura ſint id, quod monſtratur, & id, per quod mõſtrat P *aut eo, quòd eadem eidem, aut eo, quòd idem eiſdem ineſt, accipiat. In media quidem figura, & tertia utroque modo contingere poſſet peti, quod in principio, in prædicatiuo autem ſyllogiſmo & in tertia & prima: quando autem negatiuè, cũ eadem ab eodem & non ſimiliter ambæ propoſitiones. Conſimiliter uero & in media propterea, quòd termini non conuertuntur ſecundum negatiuos ſyllogiſmos.*

Nunc exponit quomodo iuxta minorem poſſit etiã peti quod in principio inquiens; ſi b c minor & a c concluſio eodem modo fuerint obſcuræ, & ignotum extiterit, an a & b, conuertantur nondum petimus q̃d a principio ſed planum quod demonſtratio non fit ſin autẽ manifeſtum extiterit a & b conuerti inter ſe vel ſeinuicẽ conſequi iam clariſſima fiet petitio ob eandem cauſam, quã & ſupra retulimus puta in exemplo omne honeſtũ vtile omnis temperantia honeſtum omnis temperantia vtile efficitur autem in hoc petitio iuxta minorem, & non iuxta maiorem namque æque ignotum eſt, omnẽ temperantiam eſſe honeſtum, & omnem temperantiam eſſe vtile. ſi concedetur honeſtum, & vtile idem ſignificare aut ſibijnuicem conuerti. { Si igitur eſt in principio. } Poſteaquam ſuperius lateliter monſtrauit, quomodo petitio fiat in prima figura, oſtenſurus quomodo etiam efficiatur & in ſecunda & in tertia, ea repetit, quæ ſuperius fuere declarata inquiens, ſi igitur peti eſt monſtrare aliquod quæſitum per aliquid non per ſe manifeſtum, qm̃ & quæſitum & altera propoſitionum ſimiliter ignota ſunt, eo quod eadem, hoc eſt & maior & medius termini jdem exiſtentes in maiore propoſitione inſunt eidẽ minori extremitati, medius in minore, maior in concluſione, aut idem hoc eſt maior extremitas, cum minor & medius conuertantur ineſt eiſdem hoc eſt medio in maiore in propoſitione, & minori in concluſione, ſi inquã petitio talis eſt in media ac ſecũda figura, & tertia vtroque modo,

Q

I

A Nō ſoluit in terminis, dubia... (margin: Nō1.dñi in ter tcdm & terriã figu rã in ſcnda petitiõe pſl ergit.)

modo, & cum eadem inſunt eidem, & cum idem eiſdem peti poſſet, quod in principio, ſubaudias tu, quemadmodum in prima figura efficiebatur. Sed in hoc tantum eſt differentia, quod in prædicatiuo atque affirmatiuo ſyllogiſmo petitio fit in prima ac tertia figuris tantum, ſecunda enim non concludit affirmatiuum quæſitum, & eſt iterum differentia in negatiuis primæ ſecundæ ac tertiæ figuræ, quoniam in prima ac ſecunda poteſt & maior, & minor accipi ignota, hoc eſt poteſt, & ſecundum maiorem & ſecundum minorem fieri petitio in tertia vero, cum eadem ab eodem, hoc eſt ſecundum minorẽ ignotam non fit petitio, ſed cum idem ab eiſdem, id eſt ſecundum maiorem tantum, & non ſimiliter ſecundũ ambas propoſitiones, & hoc quoniam non conuertuntur negatiuæ concluſiones tertiæ figuræ, cum ſint negatiuæ in parte, vt ex his cum altera propoſitione poſſimus alteram concludere.

B No locum hũc diff ci lẽ, aliter a græcis exponi, aliter ab Auer.

Quod autem dicitur, conſimiliter vero & in media referendum eſt, inquit Philoponus ad ſuperiora, vt ſit ſenſus, quemadmodum negatiuæ petuntur in prima conſimiliter & in media, hoc eſt & maior & minor, quoniã in his concluſio poteſt eſſe vniuerſaliter negatiua, quæ vtique conuerti poteſt, ſed in tertia nulla concluditur vniuerſalis, vt planum eſt & propterea non poteſt vtraque propoſitionũ peti, aliter poſſemus & hoc referre ad ea, quæ conſequenter dicuntur, vt ſenſus ſit. Conſimiliter uero & in media, hoc eſt itidem fiet etiam in ſecunda figura, quando ſubaudias tu, concluſio extiterit negatiua in parte, tunc etenim neque in ijs fieri poterit petitio per cõcluſionis conuerſionem, verum ſimpliciter in prima ac ſecunda figura, vtraque propoſitionum petitur, quoniã vniuerſales in his concludi poſſunt, quæ omnes conuertuntur, & hunc quidem locum difficillimum ita expoſuere græci enarratores.

C Expõ Alu. Roſa.

Secius vero Alulidus Roſadis atq; alij nonnulli volẽtes, in affirmatiuis ſyllogiſmis vtranque propoſitionem eſſe ignotam, in negatiuis autem alteram tantum, puta negatiuam, propterea ꝙ negatiua nunquam poteſt conſtrui ex terminis conuertibilibus, cum termini conuertibiles ſemper ita ſe habeant, vt vnus de altero ſemper prædicetur affirmatiue. Sed pace iſtorum, ſuperior enarratio, magis mihi placet, ac magis contextui videtur conuenire. Cæterum quo facilius obſcuriſsima verba hæc contextus poſsimus intelligere exponamus, quomodo in quacunque figura ſecundum quouſque modos fiat petitio eius, quod in principio, ſic enim erunt omnia plana.

Quõ fit petitio in vniuerſali affirmatiua concludẽda in primo mõ primæ figuræ.

Primum itaque a prima exordiamur, ſequentes doctrinã Ioannis Philoponi, ſi igitur æque ignotum ſit omne, c, eſſe, b, quemadmodum & omne, c, eſſe, a, & a b fuerint termini conuertibile fit petitio ſecundum minorem in primo modo, ſic omne b a omne c b omne c a ſi enim quiſpiam non concederet concluſionem, nec minorem etiã concederet, cum ſint æque ignoræ ex ſuppoſito, accepit igitur in ratione hac eadem puta medium ac maiorẽ extremitatem, quæ eadem ſunt de eadem minore extremitate, medium de minore in minore propoſitione, maiorẽ vero de eadem in concluſione. Rurſus accipiamus idem

D de eiſdem facientes petitionem iuxta maiorem propoſitionẽ, ſint itaque a b & c a æque ignota, & b c conuertãtur, tunc ratio, omne, b, a, omne, c, b, omne, c, a, petet maiorem, qui enim non concedit a ineſſe ipſi, c, neque a concedet ineſſe ipſi, b, cum b & c ſint eadem aut conuertibilia ex ſuppoſito. Et de vniuerſaliter quidem affirmatiua hunc in modum. Sed de negatiua quoque idem monſtremus accipientes prius idem ab eiſdem & facientes minorem conuertibilem ac maiorem petentes hunc in modum, nullum, b, a, omne c b nullum c a qui enim non cõcedit, a, ineſſe nulli, c, nec idem hoc etiam concedet ineſſe nulli, b, cum, b & c, conuertantur in minore, fit itaque petitio iuxta maiorem, ſed iterum accipiamus eadem ab eodem, vt minor petatur, & ſit maior ex terminis cõuertibilibus, omne, b, a, deinde addatur minor, nullum, c, b, ſed dicet aliquis complicationem eſſe inutilem. Reſpõdeo quod ita eſt, ſed ſi minorẽ ac maiorem terminis conuerterimus, fiet vtique vtilis, puta nullum, b, c, omne, a, b poteſt enim hoc fieri, cum a & b ijdem aut conuertibiles ſint, concludimus igitur nullum a c quare & nullum, c, a, & ita petitio facta fuit iuxta, b, c, qui enim non concedit a ineſſe nulli, c, nec c concedit ineſſe nulli, b, quare ex conuerſione monſtrata fuit petitio hoc in loco, Atque hæc de ſecundo modo.

E

Sed & in tertio fit petitio ad affirmatiuam in parte concludendam puta accipiẽdo eadem de eodem, ex maiore cõuertibili cum minore æque ignota, omne, b, a, aliquod c b aliquod c a fit enim petitio iuxta minorem qui enim non concedit, a, ineſſe ipſi c nec b etiam concedet ineſſe eidẽ, c. Si uero acceperimus idem de eiſdem petentes maiorem & minorem aſſumentes conuertibilem accidet maiorem propoſitionẽ in prima figura fieri ſecundum partem, & ita complicationẽ inutilem ſi enim b c eadem ſint, minor erit vniuerſalis cũ maiore in parte aliquod b a omne c b ſed vtriſque termi nis in ſeipſas conuerſis iam fiet vtilis coniugatio, omne b c aliquod a b aliquod a c quare & aliquod c a fit itaq; petitio iuxta b a maiorem, qui enim non concedit a ineſſe alicui, c, neque b cõcedit ineſſe alicui, a, ſed & hic mõſtrata fuit petitio per conuerſionem, & in tertia quidem primæ complicatione hunc in modum.

De particulari affirmatiua in tertio.

F

Non fit ſyllogiſmus in quarto mõ primæ de particulari negatiua.

Sin autem in quarta velimus aliquam propoſitionẽ petere nihil prorſus faciemus, aut enim idem ab eiſdem, & minorem accipiemus conuertibilem, & propterea vniuerſalem affirmatiuã cum maiore negatiua in parte, aliquod b non a omne c b aut eadem ab eodem vt maior ſit vniuerſaliter affirmatiua cum minore negatiua in parte omne b a aliquod c non eſt b. Verum nec ſic nec illo modo, vtilis fit coniugatio in prima, ſed neque per conuerſionem concludere aliquid poterimus cum negatiua in parte nullo modo conuertatur quemadmodum in priori volumine diſputatum fuit. Ac de prima quidem figura hæc & tot.

Quõ fit petitio in ſecũda figura in mõ uniuerſali.

Monſtremus autem idem hoc fieri poſſe in ſecunda, ac primo in primo modo concludentes vniuerſaliter negatiuam. Si igitur accipiamus eadem

G ab eodem facientes minorem conuertibilem & petentes maiorem, nullum b a omne c a nullum c b qui enim non concedit c ineſſe nulli b non concedet etiam a ineſſe nulli b cum c & a ſint eadem in minore. Si vero aſſumamus idem ab eiſdem arguentes ex maiore conuertibili cũ petitione minoris omne b a nullũ c a nullum c b nondum manifeſtum eſt factã fuiſſe petitionẽ niſi per conuerſionem ſi enim a nulli c & c nulli a quare qui non concedit c nulli b neque c nulli a concederet, cum b & a ſint idem. Sed ſit & negatiua in parte in monſtrationem propoſita, & ſit a b maior propoſitio ex conuertibilibus a c vero minor æque ignota concluſioni tunc ita facientes omne b a aliquod c non eſt a aliquod. c. non eſt b minorem petemus, qui enim non concedit, b non ineſſe alicui, c neque a concedet non ineſſe alicui c cum a & b ex præſuppoſito ſint eadem fit autem petitio iuxta minorem, ſi uero minor a c ſit ex conuertibilibus & maior. a. b. æque ignota non fiet petitio quoniam in ſecunda figura non poteſt maior eſſe in parte, & iterum quõ particularis negatiua non conuertitur, puta in exemplo, aliquod b non eſt a omne c a nihil ſequitur ex maiore in parte in ſecunda figura.

H

Quõ fit petitio in tertia figura.

Rurſus in tertiæ primo modo ſi eadem de eodem accipiamus hoc eſt maiorem ex conuertibilibus cum minore æque ignota, petemus minorẽ, omne c a omne c b aliquod b a qui enim non cõcedit a alicui b neque b concedet omni c ineſſe quoniam c & a ſunt eadẽ ex ſuppoſito ſi enim conuertatur omne b b fiet aliquod b c. Similiter ſi accipiatur idẽ de eiſdem, hoc eſt maior æque ignota cũ minore ex cõuertibilibus, omne, c a omne c b aliquod b a idẽ oſtendetur maiore conuerſa qui enim non concedit a ineſſe alicui b non concedet etiã. c. ineſſe alicui, a cũ. c. &. b. conuertantur in minore. Quod ſi animus extiterit monſtrare negatiuã in parte, ſi accipiatur idem ab eiſdẽ, hoc eſt maior æque ignota cũ minore ex conuertibilibus, peti poterit maior. Aliter vero nullo pacto propterea ꝙ negatiua in parte non conuertitur. Si uero aliquis pro negatiua in parte vniuer-

I ſaliter negatiuam acciperet, non peteret in principio ſed ſupra principium, vt planum eſt vniuerſalis enim particularem continet. Ex his, ita longa digreſsione enarratis iam dilucidum eſt, quomodo contextus exponendus ſit, ait enim q in ſecunda ac tertia figura ſubaudias tu in negatiuis complicationibus poteſt petitio fieri tam ſecũdum maiorem quã ſecundum minorem, quemadmodũ & in prima faciebamus, ſed differunt inter ſe, quoniam ſecunda nullas concludit affirmatiuas, ſed ſi in affirmatiuis fit petitio aut in prima efficitur aut in tertia, ſi uero ſyllogiſmi extiterint negatiui, non fiet in tertia vtroq; modo petitio, hoc eſt tam ſecundum maiorem quam ſecundum minorem, nam cum eadem accipiuntur ab eodem id eſt maior conſtiterit ex conuertibilibus, non fiet minoris petitio, & ob id vtræque non ſimiliter peti poſſunt in tertia, & fortaſſe etiam in ſecunda idem fiet ſi ſyllogiſmi particulares extiterit eo, q termini ac propoſitiones negatiuæ in parte conuerti non poſſunt, vt declara-

K tum eſt.

Eſt autem in demonſtrationibus quidem ſecundum ueritatẽ ſic ſe habentia, in dialecticis uero ſecundum opinionem.

Quoniam petitio eius, quod in principio non ſolum variatur ſecundum figuras ac modos, immo & ſecundũ ſubiecta, poſteaquam ſuperius poſuit quomodo ſecundum figuras varietur exponit impræſentia quomodo etiam diſtinguatur ſecundum materias inquiens, aliam eſſe ſecundum veritatem, aliam ſecundum opinionẽ, ac ſecundum veritatem quidem inquit Simplicius in Theta naturalis auditus trifariam, primum ac manifeſte, cũ ſtatim propoſitum accipimus, vt ſi vellemus monſtrare falſum eſſe aliquod bonum non facere homines bonos, & ſubno diceremus, omne bonum, bonos facit, peteremus principium ſecundum veritatem. Secundo petitur eius, quod in principio non ita plane, ſed ſecedẽdo in alia quæſita, quæ per propoſitum monſtrantur, veluti ſi vel-

Tribus modis fit petitio pricipii ſcdm veritatẽ ex Simplicio octauo phyſi.

L lemus monſtrare, triangulum habere tres æquales duobus rectis, & acciperemus tanquam notum, quadrangũli angulos æqualere quatuor rectis. Tertio fit petitio, cũ duobus exiſtentibus, quæ conuertãtur & æque ſint ignota, vnum accipiamus in monſtrationem alterius, puta ſi quæramus in Diameter ſit coſtæ commenſurabilis, & accipiamus coſtam Diametro, petimus, quod in principio, & ſecundum veritatem quidem hunc in modum. Secundum vero opinionem vt Ariſtoteles in octauo topicorum, quinqe modis, vbi ſcias q nonnulla & ſecundum veritatem, & ſecundum opinionem peti poſſunt, vnde & quidam modi petitionibus vtriſque deſeruiũt, petimus igitur primo id, quod in principio ſecundũ opinionem accipientes idem, quod monſtrari oportet, aut eius polynymum ac multiuocum. Secundo, ſi quod particulariter, vniuerſaliter accipiamus. Tertio ſi retrouerſum, quod vniuerſaliter particulariter. Quarto, ſi quod coniuncte, diuiſim ac ſeorſum. Quinto ſi conſequentium

Petitio pricipii ſcdm opinionẽ fit quinque modis octauo topi.

M ſeinuicem ex neceſſitate, alterum. Tot modis autem & contraria peti dicuntur, quemadmodum ibidem narrat Philoſophus. Scitu vero dignum veluti & Alu. Roſa. inquit, q nonnulli artifices fugiunt petitionẽ eius, quod in principio, aliqui vero admittunt. Demonſtrator enim veram reijcit petitionem omnem, non autem omnẽ ſecundum opinionem. Dialecticus vero vtraſque refugit. Sed litigioſus & fortaſſe etiam orator ac rhetor vtranq; admitut & ſecundum veritatem & ſecundum opinionẽ. Verum de his iam plus ſatis.

Dcm̃ Alo. Roſ. notandum.

Poſſemus & numerum petitionum ponere ſecũdum vnãquamq; figuram, ſed hoc ex ſupra annotatis ſã perquam facile factum eſt, namque in prima ſunt ſex. In ſecunda totidem. In tertia vero nouem, ſupereſt autem vt breui enumeratione concludamus, quæ in hoc pertractata ſunt capitulo. Primum itaque intentionẽ eſſe diximus de impotentijs ſyllogiſticis pertractare, cumq; primũ de petitione agere cauſam aſſcripſimus, deinde monſtrauimus an petitio ſit ratiocinatio, ad quem artificem pertineat de petitione conſideratio, an de petitione alicubi in poſterioribus agatur, quare ita nuncupetur petitio eius, N quod in principio, quæ ſint prima principia, quomodo cognoſcantur, quodque nonnulli ea negent, quoq; etiã alij ea demonſtrare conantur, q male. Euclides nonnulla aſciuerit theoremata in petitionum locum, quæ ſint coalternæ ſecundum Euclidem, quæ ſecundum Poſsidonium quæ ſecundum Geminum Philoſophum, quomodo intelligendum exemplum Ariſtotelicũ de coalternis quodque petitio differat a circulari monſtratione. Soluta deinceps dubitatio cur demonſtratio non petat. Poſtea expoſitum quomodo in vnaquaque figura ſecundum modũ vnum quemque fiat petitio eius, quod in principio, quot modis ſecundum veritatem, quot ſecundum opinionem ac etiam quot petantur contraria, qui petitiones reijciant quiue ipſis vtantur, ac demum in ſumma quot petitionũ modi. Sed his expoſitis iam ad ſecundam impotentiam enarrandam accedamus.

Nome. cõiugationũ petitiõe pricipij ſingula figura.

Epilogus dictorũ de petitione principij.

O

Petitionum in Principio in Tribus Figuris explicatio.

PRIMA FIGVRA.



1. Modus. per primos terminos petitur in minori aſſumẽdo eadẽ de eiſdẽ, per. 2° uero in maiori per uniuerſali affirmatiua.

P



2. Modus. Ad vl'em negatiuã idẽ ab eiſdẽ petiẽ iuxta maiorẽ per eadẽ ab eodẽ nihil oſtẽditur.

Q



3. Modus. Ad particularem affirmatiuã per eadem de eiſdẽ petitiõ i minori, p quã de eiſdẽ nihil oſtẽditur.

A

Quartus modus, & hac non petitur in principio.



B

Ad mõſtrã dũ peculare negatiuã idẽ ab eiſdẽ aſſumẽdo petitur in maiori:p ea dẽ ab eodẽ nihil oſtenditur.



B

Primus modus, & ſecundus.
Ad vlēme gatiuã aſsũmẽdo idem ab eiſdẽ petitur i maiori, aſſumẽdo in ſecondo eadẽ ab eodẽ, in minori petiũ.

SECVNDA FIGVRA.

C

Tertius et quartus modus.
Ad particularẽ negatiuã in tertio mõp idẽ ab eiſdẽ petit in maiori, p eadẽ ab eiſdẽ non. In quarto p eadẽ ab eadẽ petitur i minori.



D

TERTIA FIGVRA.

Ad oſtẽdendũ particulare affirmatiuã per eadẽ de eodẽ: petitur i minori: per idẽ de eiſdẽ facta cõuerſione, ſimiliter.



De eo, quod eſt non penes hoc.

NOn penes hoc autem accidere falſum, quod plerunque in rationibus conſueuimus dicere. Primum quidem eſt in ſyllogiſmis ad impoſſibile, quando ad contradictionem ſit huius, quod monſtrabatur ea, quæ eſt ad impoßibile.

CONSENTANEVM fuit impotentias, quæ contra priores definitionis ſyllogiſmi particulas peccabant anteponere ijs, quæ contra poſteriores, & propterea non immerito Philoſophus prius egit de petitione eius, quod in principio, mox tractaturus de eo, quod eſt non penes hoc, de impotentia igitur iſta ſermonem impræſentia habituri prius de more noſtro nonnulla quærenda in medium proponemus, ac primum an impotentia hæc ſyllogiſmi rationem ſuſcipiat ſubinde vero ad quem artificem pertineat, de ea pertractare quiue ſit ipſius vſus, ac demum an idem ſint an vero inter ſe diſſideant nõ cauſa, & cã & nõ penes hoc. Non penes hoc igitur, quod græci μη παρα τουτο appellant, nullo pacto ſyllogiſmi definitionem admittere dicendum eſt, namq; non penes hoc fit in ſyllogiſmis ad incommodum deducentibus, quos ſuperius ſyllogiſmi definitionem ſuſcipere negauimus, quare neque impotentia iſta pacto aliquo in ſyllogiſmi ratione cenſebitur. Præterea ſi rationem, in qua fit non penes hoc, ſyllogiſmum dicamus, ſequetur non penes hoc non eſſe non penes hoc, quod abſurdiſſimum, ſi enim ex præmiſsis propoſitionibus neceſſario, ſequitur talis concluſio & eo, q; tales propoſitiones ſunt, non fiet non penes hoc, quoniam non penes hoc eam ſyllogiſtice rationis particulam deſtruit, qua dicebamus concluſinem ſequi, eo quod hæc ſint, quemadmodum de non cauſa vt cauſa dicebat Ariſtoteles in Elenchis ſophiſticis. Et propterea cum impotentia hæc rationem deſtruat ſyllogiſticam addimus, duobus in locis fuiſſe pertractandum de eo, quod eſt non penes hoc, & hæc in prioribus reſolutorijs, & in ſophiſticis etiam Elenchis, & in prioribus quidem reſolutorijs latius, vt contra ſimpliciter ſyllogiſmum peccat, preſsius vero in Elenchis ſophiſticis, vt dialectico ratiocinio aduerſatur, quapropter diuerſis etiam nominibus fuit impotentia hæc nuncupata hic & ibi., quoniam ſub diuerſis conſiderationibus conſiderabatur, hic etiam non penes hoc eſſe dicimus ſiue ratio ipſa probabilis appareat, ſiue etiam ſit manifeſte non concludens, ibi vero tantum non cauſa vt cauſa eſſe dicitur, cum ratio aliquam probabilem euidentiam habuerit, & ob hæc differre hæc inter ſe dicimus ſub his rationibus conſiderata, ſi vero eodem modo vt aque accipiantur, ſiue ambo latius, ſeu preſsius vt aque, proculdubio eadem penitus cenſenda ſunt, non penes hoc & non cauſa vt cauſa, quod & arabes optime ſignificarunt impotentiam iſtam non cauſam vt cauſam vocitantes, quam Philoſophus appellat non penes hoc.

F

Non penes hoc: nõ recipit definitionem ſyll.

G

No. cũm q̃. te hæc & in elenchis fuerit ptractatũ de nõ penes hoc: ecnõ cã ut cauſa.

H

Si vero quiſpiam de vtilitate impotentiæ huius quæreret, reſpondemus quemadmodum & Leo Gerſonis ac nonnulli alij inquiunt, vtilem hanc eſſe contra ſophiſticas diſturbationes, ne fortaſſe aliquando credamus ex veris propoſitionibus falſam concluſionem colligi poſſe, aut ſi concluſio quæpiam per impoſsi-

No. q̃ ſit utilitas huius I potẽtię ſyllogiſt. cæ nõ penes hoc.

I bile deducatur, ignoremus iuxta quā hypotheſin cōcludatur concluſio illa, & tandē vtilis eſt ſpeculatio hæc ad paſsiones ꝓprietateſque ſyllogiſticas dignoſcēdas, ſed iā ad contextū enarrandum accedamus, ait itaque, accidere non penes hoc, quod pleruīque conſueuimus dicere in rationibus ac diſputationibus, primū ac proprie & vere eſt in ſyllogiſmis ad impoſſibile, quando ſit ad cōtradictionem illius, quod monſtrabatur deductione ad impoſſibile: puta in exēplo, dico omnē coruū eſſe nigrū: ſi enim hoc non eſt verū, ſit ergo ſuum oppoſitum, aliquis coruus non eſt niger, omne volatile eſt album, omnis coruus volatile: omnis igitur coruus album, ſed hoc eſt impoſſibile, quare & ſuppoſitum, aliquem videlicet coruū non eſſe nigrum, dicet itaque ſimul diſputās, falſum quidem eſſe, omnem coruum eſſe album: non tamen hoc ſequi penes ſuppoſitionem dicentem aliquem coruum non eſſe nigrum: eſt ergo non penes hoc penes contradictio-

K nem illius, quod monſtrabatur per deductionem ad incommodum.

Neque enim qui non cōtradixit, dicet quod eſt non penes hoc, ſed quòd falſum aliquid poſitum fuit eorum, quæ prius neque in ea quæ monſtrat: non enim ponit, quod contradicit. Amplius autē quando ſublatum fuerit aliquid oſtenſiue per a b c, non eſt dicere, quod non penes poſitum factus eſt ſyllogiſmus: namque non penes hoc fieri. tunc dicimus, quando ſublato hoc, nihil minus cōcludatur ſyllogiſmus, quod non eſt in oſtenſiuis: ſublata enim poſitione neque ad hanc erit ſyllogiſmus. Manifeſtum igitur quòd in iiſ, quæ ad impoßibile dicitur non penes hoc, & quando ita ſe habeat ad impoßibile, ſuppoſitio, quæ a principio, ut & exiſtente & non exiſtente hac nihil minus accidat, a impoßibile.

L Redditur rationem quare non penes hoc ſemper ſit in deducentibus ad impoſſibile, quoniam inquit ibi tantum poſſumus dicere non penes hoc, vbi facta fuerit contradictio aliqua, quemadmodum fieri conſueuit in deductionibus, in quibus ſemper oppoſitum quæſiti ſupponimus, ſi igitur nulla facta fuerit cōtradictio, non dicemus concluſionem ſequi non penes hoc, ſed potius concluſionem eſſe falſam, quoniā præmiſſarum propoſitionū aliqua falſa extiterit, & propterea neque in oſtenſiuo etiā ratiocinio fiet non penes hoc, quoniam in oſtenſiuis monſtrationibus, nūquā aliquis ponit ac ſupponit, & tanquā conceſſum accipit id, quo contradicit quæſito in monſtratione propoſito. { Amplius autem. } Alia ratio, qua monſtrat in oſtenſiuo ratiocinio fieri non poſſe non penes hoc, quoniā non penes hoc fieri dicimus, quādo nihil minus talis ſequatur concluſio, quā propoſuimus in mōſtratione, cū fuerit ſuppoſitio ſublata, quam quando poſita ſit, ſi itaque in oſtenſiuis ratiocinationibus hoc fieri nequit, planum quod neque in his fiet non penes hoc, cū namque ſuſtulerimus poſitionē ſeu admiſſam aliquā propoſitionē, neque ad hanc concluſionē concludendā fiet ſyllogiſmus, quod rationē perimit eius quod ē nō penes hoc, quare manifeſtum ꝙ in ſolis deductionibus efficitur

M non penes hoc, & cū ſuppoſitio, quæ accipitur ad impoſſibile concludendum iam a principio, eiuſmodi ſit, vt ſiue hæc ponatur, ſiue perimatur, nihil minus ſequatur impoſſibile determinatum.

Nota quare non penes hoc fiat in deductionibus ad impoſſ.

Qui igitur manifeſtißimus eſt eius, quod eſt non penes poſitionem eſſe falſum, quando a ſuppoſitione inconiunctus ſit a medijs ad impoßibile ſyllogiſmus, quod dictum eſt & in topicis: nō cauſam enim ut cauſam ponere, hoc eſt, ut ſi uolens monſtrare quòd Diameter eſt incommenſurabilis, argueret Zenonis rationem, ꝗ non eſt moueri, & in hoc deduceret impoßibile: nullo namq; modo nullibi continuū eſt falſum dictioni quæ a principio.

Secundū binos inquit modos efficitur non penes hoc, quorum vnus manifeſtiſſimus eſt, quando ſyllogiſmus & concluſio, quæ per impoſſibile monſtratur ſit inconiuncta a medijs & propoſitionibus a ſuppoſitione, hoc eſt quando ſuppoſitio iā conceſſa & media, id eſt propoſitiones concludentes talem concluſionē ad impoſſibile deducendo ſint inconiunctæ, neque terminum aliquem communem retinentes. Manifeſtiſſimum autē inquit Alulidus Roſadis modū iſtū nuncupauit, quoniā nemo ferme aut pauci reperiuntur, qui ab huiuſcemodi obratiocinijs decipiantur, vel aliter manifeſtiſſimū, quia vnuſquiſque facile poteſt cognoſcere concluſionē non ſequi penes ſuppoſitionē admiſſam. { Quod dictum eſt & in topicis. } Topica vocat ſophiſticos Elenchos nec immerito. ibi enim traduntur obratiocinationū loci, quēadmodum & in antecedentibus voluminibus Dialecticorum ſyllogiſmorum, eſt autem τόπος ſeu locus referente Alexandro ex authoritate Theophraſti Philoſophi, principiū vel Elementū, inſcriptione determinatū, ſingularibus vero indeterminatum, quoniā igitur & ſophiſticatū fallaciatum loci quidā tales ſunt, non iniuria & ſophiſtici Elenchi topica nuncupantur. Adde quod quēadmodū priora ac poſteriora in vnū rediguntur librū, & ambo analytica ſeu reſolutoria nuncupātur ita & topica & ſophiſtici elenchi, & vtraque topica vocari poſſunt, veluti ad calcem libelli de elenchis ſophiſticis innuit Ariſtoteles.

Nota primū modū quoſſi non penes hoc

N & ē quā ſuppō eſt in cōiūcta ad medium ex quibus concl° deducitur.

Topica. l. ſophiſtici elenchi, & quare ſic appellati.

O Si vero quiſpiā quæreret cur in topicis octo voluminibus non pertractauerit de eo, quod eſt non penes hoc, quemadmodum de petitione eius, quod in principio.

Dubiū quare nō pertractauit in topicis de hac falſa ſeu impetē ita ſyllogiſtica.

Reſpondemus factū hoc ideo fuiſſe, quoniā omnes impotentiæ, quæ fiunt non penes hoc rationē ſyllogiſticam deſtruunt, quod petitio non facit. Quod ſi obijcias Philoſophum dicentē in elenchis de non cauſa vt cauſa, ergo irratiocinantes quidē ſimpliciter non ſunt huiuſmodi rationes, ad propoſitum autē irratiocinatæ. Reſpondemus ſi rationes iſtæ veluti ſupra etiā diximus accipiantur, vt ſyllogiſmū conſtruunt non appellantur non penes hoc neque non cauſa vt cauſa, quoniā hoc nomine tantū cenſentur, cum non arguunt eo quod hæc ſint, quod de ratione fuerat ſyllogiſtica. Aut in topicis iſtud aſſeruit, hoc eſt in octauo topicorū, vbi de falſa ratione, de petitiōe eius, in principio, & de eo, quod eſt non penes hoc non nulla

Solutio. Inſtantia. Solutio.

P ſummatim pertractat. { Vt ſi volens monſtrare. } Exēplum ponit eius, quod eſt nō propter hoc, cū termini ſunt inconiuncti, quēadmodū inquit, ſi quis deductione ad incommodū monſtrare vellet, Diametrū coſtæ incommenſurabilē eſſe & ita faceret, ſi non eſt vera concluſio hæc, ſit ergo oppoſitū, igitur Diameter eſt commenſurabilis, quod ſi ita eſt, ſequitur motū dari, quod fieri nequit, nāque ſi Diameter eſt cōmenſurabilis, & quodcūque mouetur prius mouetur ſuper dimidiū ſpatij quam ſupra totū, & prius ſupra dimidium dimidij, & ita in infinitū, ſi aliquid mouebitur, continget infinita pertranſire, falſum eſt igitur motū dari, ergo & ſuppoſitū falſum erit, Diametrum videlicet commenſurabilē eſſe, factū eſt igitur non penes hoc in terminis inconiunctis, vt planū eſt. Appellat aut rationē hanc de motu, rationē Zenonis, quoniā Zeno Eleates Philoſophus, qui ob diſputādi acrimoniā, ἀμφοτερόγλωσσος etiā nūcupatus ē. Vnde de eo Timō Phliaſius ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν Ζήνωνος.

No. exēplū.

Zeno Eleates de motu.

Q quatuor præcipue rationibus atque argumentis motum non eſſe monſtrare credidit, quemadmodum in Zeta naturalis auditus narrat Ariſtoteles, inter quas & ea connumeratur, quam vocauerat Achillem.

Alius autem modus ſi continuum ſit impoßibile ſuppoſitioni, non tamen propter illam accidat: hoc enim contingit fieri & ſurſum & deorſum accipienti continuum, ut ſi. a. ponatur ipſi. b. ineſſe. b autem ipſi. c uero ipſi, d, hoc autem ſit falſum, b ineſſe ipſi. d: namque ſi ablato, a, nihil minus ineſſet. b, ipſi, c, & . c ipſi. d, non eſſet utique falſum propter ſuppoſitionem, quæ a principio. Aut rurſus ſi quiſpiam ſurſum acciperet continuum, ut ſi. a ipſi. b. e. uero ipſi. a & . f ipſi, e falſum eſſe poſſet, f ineſſe ipſi a. namq; & ſic nihil minus eſſe poſſet impoßibile, ſublata ſuppoſitione, quæ a principio.

Duos

A Duos ſuperius eſſe diximus modos eius, quod eſt nō penes hoc. Alter hucuſque fuit expoſitus, cū termini nullam inter ſe cohærentiam retinent. Secundus in præſentia enarrabitur, cum termini continui ſunt, qui ſuppoſitionem copulant impoſsibili concluſio. ait ergo bifariā fieri poſſe nō penes hoc in terminis cōtinuis, & ſurſum & deorſum accipiēdo terminos, veluti ſi accipiatur, omne b a, omne c b, omne d c, & concludamus omne, d eſſe b, quod falſum ſit ac impoſſibile, & propterea falſum eſſe dicamus, omne, b eſſe a, quod tanquam ſuppoſitum acceptum fuerat, fieri non penes hoc, namque ablato a, nihilominus remanerent reliquæ propoſitiones illud idē impoſſibile concludentes, omne c b, omne d c, omne d b veluti in exemplo, ſit monſtrandum per impoſsibile, aliquod animal non eſſe animatum, & dicamus, ſi hoc non eſt verum, ſit igitur ſuum oppoſitum, omne animal animatum, deinde addamus, omne album animal, omnis ceruſa album, omnis ceruſa igitur animal, ſed hoc im

Secūdus modus cū termini ſunt cōtinui, vt ſurſum vel deorſum.

B poſsibile quare & ſuppoſitum, omne animal eſſe animatum. fit igitur non penes hoc, eo ꝙ ablata etiam hac propoſitione illud idem ſequitur incommodum, eſt ergo ſic non penes hoc in terminis continuis deorſum accipiēdo. Fit autem & idem hoc a parte prædicati & ſurſum, veluti ſi acciperemus, omne, b a, omne a e, omne e f, & concluderemus, omne a eſſe f, quod falſum & impoſſibile, namque ſiue omne b eſſet a ſiue etiam non eſſet, omnino ſequeretur impoſsibile illud, quemadmodū in exemplo, omne animal animatum, omne animatum coruus, omnis coruus nigrum, omne animatum nigrum, quod eſt abſurdum, ſiue enim ponatur, omne animal eſſe animatum, ſiue non, omnino ſequitur illud impoſsibile, quare fit nō penes hoc accipiēdo terminos ad partē ꝑdicati,

Sed oportet ad terminos, qui a principio coaptare impoſſibile: ſic enim erit propter ſuppoſitionem, ut deorſum accipienti
C *continuum ad prædicatum terminorum, nam ſi impoſſibile, a ipſi d ineſſe, ablato a, non amplius erit falſum. Surſum uero de quo prædicatur, ſi enim non accidit f ineſſe ipſi b ablato b non amplius erit impoſſibile. Conſimiliter autem & priuatiuis exiſtentibus ſyllogiſmis. Planum igitur quòd impoſſibili non exiſtenti ad terminos, qui a principio, non accidit falſum penes poſitionem.*

Oportet inquit ſi volumus impoſsibile concludere propter ſuppoſitionem coaptare & coniungere impoſsibile concluſum terminis ſuppoſitionis a principio aſſumptæ, puta in exemplo propoſito, ſi concluderemus, non omne, d eſſe, b, ſed omne, d eſſe, a fieret vtique falſum et impoſsibile propter, a neque amplius poſſemus dicere, ꝙ non accidit abſurdum penes, a & ꝙ ipſo ablato non ſequatur falſum. Conſimiliter & in alio exemplo, ſi concludas non omne, a eſſe, i ſed omne, b, eſſe, f non amplius poterimus dicere, ꝙ falſum non accidat penes, b, & ꝙ
D ipſo ſublato nihilominus ſequatur impoſſibile. {Conſimiliter autem.} Eodem inquit modo fieri & in negatiuis ſuppoſitionibus, puta ſi quiſpiam monſtraturus, nullum hominem eſſe lapidem dicat, ſi non eſt verum, ſit ergo oppoſitum, aliquis homo lapis, deinde addat, omne nigrū lapis, omnis æthiops niger, omnis igitur æthiops lapis, quod eſt impoſsibile, & ita in reliquis omnibus et modis & figuris faciendum eſt, namque veluti & Alul. Roſad. inquit conſtructio talium complicationū in omnibus figuris eſt valde ſibi propinqua ac ſimilis. {Planum igitur.} Manifeſtum inquit, niſi coaptauerimus impoſſibile concluſum terminis a principio in ſuppoſitione acceptis, non accidet falſum penes poſitionem, & bene inquiunt nonnulli dixit accidit, quoniam neq; ita ſemper ſit impoſsibile penes poſitionem, quod & ipſe declarans ait.

Aut neque ita ſemper propter ſuppoſitionem erit falſum: namque & ſi poſitum fuerit, a ineſſe non ipſi b, ſed ipſi k: k uero ipſi c & hoc ipſi d, & ſic manet impoſſibile. Conſimiliter autem & ſurſum accipienti terminos. Quare quoniam & exiſtenti & non exiſtenti hoc accidit impoſſibile, non eſſet utique penes poſitionem. E

Verum inquit nec ſic coaptantes terminos ſemper penes poſitionem concludemus falſum. Vt in exemplo ſit, a, animal, b, inanimatum, ita ꝙ ſuppoſitio ſit omne inanimatum animal, deinde ſit, k, corpus, c, lapis, d. gagates & ita faciamus complicationē omne inanimatum animal, omne corpus animal, omnis lapis corpus, omnis gagates lapis, omnis igitur gagates animal, quod impoſsibile, in hoc itaque exemplo impoſsibile concluſum, omnis gagates animal coaptatur ſuppoſitioni omne inanimatū animal, & tamen non eſt dicendum abſurdū hoc accidere penes poſitionem, qm̄ & hac ſuppoſitione appoſita, & ablata etiam omnino idem ſequitur impoſſibile. Scitu vero dignum, ꝙ coniunctio illa aut apud græcos & Ariſtotelem diuerſis in locis diuerſa ſignificat nonnunquam enim diſiungit, aliquando exponēdi gratia additur, alias interrogandi, nonnunquam dubitandi vel ſoluendi, quemadmodū fortaſſe in præſentia.

F Nota cōiunctionē aut apud Ariſto. diuerſa ſignificare.

Aut hoc, quod eſt, non exiſtenti hoc, nihil minus fieri falſum, non it accipiendum ut cum aliud ponitur, accidat falſum, ſed quando ablato hoc per reliquas propoſitiones idem concludatur impoſſibile, quoniam idem utique falſum per plures ſuppoſitiones accidere, nihil fortaſſe inconueniens, ueluti coalternas coincidere, & ſi maior ſit extrinſecus intrinſeco, & ſi triangulus haberet plures rectos duobus.

G Quaſi ſeipſum corrigit, dixerat enim non ſemper propter ſuppoſitionem concludi impoſsibile, cum cōcluſio coaptatur ſuppoſitioni, quoniam plerunq; variatur ſuppoſitionis ſubiectum, vel etiam prædicatum in reliquis propoſitionibus aſſumptis, nunc autem dicit quaſi dubitationem occurrentem ſoluens, aut neque ſic dicendum eſt per concluſionem coaptari ſuppoſitioni, cum varientur ſuppoſitionis termini in propoſitionibus acceptis, & propterea non eſt intelligendum non penes hoc fieri, cū alio poſito nihil minus accidat falſum. Sed tunc efficitur non penes hoc propriè, quando ablata ſuppoſitione, ex qua dicimus ſequi impoſsibile, nihil minus concluditur idem abſurdū, nil etenim prohibet eandem falſam concluſionem per plures concludi ſyllogiſmos, & propterea alio poſito idem deduci impoſsibile, quemadmodū in exemplo, poſſet quiſpiam monſtrare coalternas, & æquidiſtantes lineas coincidere, & ſi argueret, extrinſecum angulū cauſatum a recta ſupra coalternas cadente maiorem eſſe intrinſeco, & ſi iterum oſtenderet triangulum habere tres angulos æquiualentes pluribus rectis ꝙ duobus, ex his enim vtriſque ſequitur coalternas coincidere, quemadmodum ex ipſorum oppoſitis eas æquidiſtantes eſſe, vt ex octauo ac viceſimo & ſecundo ac triceſimo primi elementorū theorematibus colligi poteſt.
H Sed faciamus & expoſitorias monſtrationes, ac primo ſupponamus, quod nonnulli tanquam petitionem admittunt, rectas, ſupra quas recta cadēs angulos intrinſecos in eandem partē minoris duobus rectis facit, protractas coincidere, deinde deſcriptionem faciamus hunc in modum ſint rectæ æquidiſtantes ſeu coalternæ, a b c d, ſupra quas recta cadens, e f, ipſas ſecet in punctis, g, h dico ſi angulus, e g b, extrinſecus maior extiterit angulo, g h d, intrinſeco, ꝙ lineæ, a b c d, quas coalternas ſuppoſuimus coincident, addatur itaque angulis ſupradictis angulus communis, b g h, tunc, ſi e g b, extrinſecus eſt maior, g h d, intrinſeco, cum angulus, e g b, ſimul cum angulo cōmuni addito, b g h, ſint æquales duobus rectis, quia cauſati a recta ſupra rectam, & illi ambo ſimul ſint maiores. b. g. h. & . g. h. d. intrinſecis, ſi enim minoribus æqualia addātur, quæ remanēt ſunt minora, ſequitur, b g h, & , g, h, d, minores eſſe duobus rectis, ergo ex cōceſſo lineæ coincident, qm̄ recta ſupra rectas cadens angulos intrin-

Nota quādo propria dicendū eſt accidere falſum nō penes hoc.

Expō euclidis de lineis coalternis.

I ſecos in eandem partem minores facit duobus rectis. Ite rum monſtretur idem hoc altero modo, ſit triangulus, a

Idē oſtēditur



b c, habēs angulos æquales pluribus rectis quā duobus, deinde eijciatur b c, linea vſque ad, d, quoniam igitur, a c b, & a c d, anguli ſunt æquales duobus rectis, manifeſtū φ minores erunt tribus angulis, a b c, triāguli, quoniam
K ij equales erant pluribus rectis quam duobus, ergo &, a c d, angulus extrinſecus minor erit duobus intrinſecis op poſitis, ſi enim minoribus æqualia demantur, quæ rema nent ſunt minora, ſecetur igitur, a c d, angulus in duos æquales angulos per c e, lineam coalternam lineæ, b a. Planum itaque φ duo noui anguli ex ſectione iſta cauſa ti minores erunt, a b c, & b a c, angulis, & ita angulus, e c a, minor erit angulo, b a c, ſuo coalterno ac viciſsim commutato, ergo, b a, & c e, lineæ coalternæ & æquidi ſtantes concurrent, quod fuerat mōnſtrandum, ſic igitur ex duabus falſis ſuppoſitionibus eadem concluſio falſa
Epilogus colligitur, quod fuerat à principio propoſitum. Atque hæc de eo, quod eſt non penes hoc dicta ſufficiant, ſatis namque fuit ordinis ratione aſcripta quæſiuiſſe an im potentia hæc ſyllogiſmus ratiociniumque eſſet, quare in duobus locis de ea pertractauerit, an non penes hoc, & non cauſa vt cauſa ſint idem penitus, an vero aliquo in
L ter ſe pacto differant, quis impotentiæ iſtius vſus atque vtilitas, deinde enarraſſe quomodo elenchi ſophiſtici to picorum nomine veniant, cur in topicis octo volumini bus non fuerit de eo, quod eſt non penes hoc pertracta tum, φ Zeno Eleates, quatuor rationibus motum de ſtruxerit, quodque varia ſignificet coniunctio aut, & quonam modo bifariam concludere poſsimus coalter nas atque æquidiſtantes coincidere. His itaque expoſitis & enarratis iam ad reliqua tranſeamus.

De Falſa Ratione.

S Ed falſa ratio efficitur penes primum falſum aut enim ex duabus propoſitiōibus, aut ex plu ribus omnis eſt ſyllogiſmus. Si igitur ex dua bus, harum alteram uel, & ambas neceſſe eſt falſas eſſe, ex ueris enim non erat falſus ſyllo giſmus quòd ſi ex pluribus, ut c, per a b: hæc per, d e f b, ex his aliquid ſuperiorum falſum erit, & ratio pe
M *nes hoc: namque a, &, b, per illa concluduntur, quare penes illo rum aliquid accidit concluſio & falſum.*

Falſa ē hęc rō pp propōnem.



Nō interſit hic uhuius e. a diuerſis doctrinodi expoſi.

CIRCA contextum hunc varij varia protulere, nō nulli enim quæ hic dicuntur, ſuperioribus annectunt vo lentes eundem ordinem ac ſenſum in his omnibus ſerua ri, alij vero intentionem eſſe dicunt docere, quonā modo N quibuſue obſeruationibus reſpondens præcauere poſsit quod eſt non penes hoc. Alij autem occurrere aiunt Philoſophum latenti decipulo, ne fortaſſe aliquis ex falſo verum ſequi crederet. Nos autem dicimus intentionem Ariſtotelicam eſſe, de reliquis impotentijs ſyllogiſticis ſermonem habere, φ enim vi ſyllogiſtica falſum conclu di poſſit impotentia quædam eſſe videtur, & propterea addimus, φ poſteaquam Philoſophus monſtrauit ratio nes aliquas fieri, quæ naturam ac formam ſimplicis de ſtruunt ſyllogiſmi, impræſentia ea enarraturus eſt, quæ quodammodo monſtranti ac oſtenſiuo ratiocinio dero gant. Cæterum antequam contextum aggrediamur diſtinguamus primum quot modis ratio aliqua falſa di ci poſsit quemadmodum facit Ariſtoteles in octauo to picorum & in ſophiſticis etiam elenchis. Falſa igitur ra tio quadrifariam dicitur, vno quidem modo ſi non con O cluditur, & videatur concludi, aut qui non eſt ſyllogiſ mus videtur eſſe ſyllogiſmus. Alio autem quando cōclu ditur quidem ſed non ad propoſitum, quod maxime acci dit in deducentibus ad impoſsibile. Tertio ſi concluditur & propoſitum etiam concluditur, non tamen ex ꝓprijs ſcientiæ illius principijs. Quarto ſi propoſitiones falſæ fuerint veram vel falſam colligentes concluſionem. Cū itaque tot modis ratio falſa eſſe dicatur, Ariſtoteles de ea nunc ſecundum quartum modum ſolummodo per tra ctat, nec ſecundum etiam totū: namq; quomodo ex fal ſis propoſitionibus verā cōcludi poſsit iā ſupra a princi pio enarrauit: dū potentias exponeret ſyllogiſticas: agit igitur impræſentia de falſa ratione, quæ ex falſo antecē dente, conſequens etiam falſum concludit. De primo au tem modo in ſophiſticis elenchis ſermo habetur: in his P enim de litigioſis atq; apparentibus agitur ratiocinationi bus. Sed de ſecundo iam ſupra in proximo capitulo per tractatum fuit: hoc enim eſt non penes hoc. De tertio ve ro in poſterioribus agitur de ſolis itaq; duobus rationū falſarum modis differendum fuit hoc in volumine, quo niam ſecundum hos potentiæ atq; impotentiæ elucida bantur ſyllogiſticæ. Reliqui vero alijs artificibus dereli cti demonſtratori inquam, dialectico ac ſophiſtæ, quoniā ij circa materias magis ſyllogiſmorum verſabantur. Nō eſt autem impræſentia quærendum an ratio falſa ſecun dum modum iſtum definitionem ſuſcipiat ſyllogiſmi pro pterea φ nemini dubium, quemadmodum ſupra etiam monſtrauimus, ex falſis propoſitionibus verum ſyllogiſ mum conſtrui poſſe, ſed quoniam ſyllogiſmi naturam conſequitur aliquid oſtendere, & ratio hæc falſa vt pluri mum nihil oſtendit: non iniuria ad impotentias ſyllogi ſticas relecta, eſt verum ad contextum enarrandum iam pedem feramus. ¶ Sed falſa ratio. ¶ Falſum inquit argu mentum falſam colligens concluſionem efficitur penes primum falſum, hoc eſt falſum, quod eſt in propoſitioni bus, nunquam enim falſa ſequeretur cōcluſio, niſi aliqua propoſitionum falſa eſſet: namq; ſyllogiſmus omnis aut Q ſimplex ex binis eſt propoſitionibus, aut compoſitus ex pluribus, ſi ex duabus falſa colligitur concluſio, ex neceſ ſitate aut altera aut ambæ propoſitiones ſunt falſæ: pro pterea φ vt ex ſuperioribus liquet, ex veris falſum con cludi nequit. Cōſimiliter ſi ex pluribus, vt, c, concludatur per, à b propoſitiones, & hæ per, d e, f h: a, per, d e, & b p, f h, ſi inquam ita ſit, & his propoſitionibus aliqua falſa erit, aut ex immediate concludentibus c, aut ex præratio cinātibus, a b, & ratio ipſa falſa nuncupabitur penes pro poſitionem illam falſam. Hæc igitur de ordine, intentio ne, ac modis falſæ rationis perſtricta ſufficiant.

Quot modis dī rō falſa & de ea diuerſi artifices cō ſiderans.

Nō falſa nō eſt ſyll's ſed impotentia ſyllogiſtica.

Nunq̄ ſeq̄ pōt falſa cō cluſio niſi ſit propōnum falſa.

De eo, quod eſt non ratiocinari.

A D hoc autem quòd non fiat ratiocinium, obſer uandum quando ſine concluſionibus rationem interrogat, ne bis in propoſitionibus idem di tur, quoniam ſcimus q, ſine medio non effici tur ſyllogiſmus: medium uero eſt, quod plu ries dicitur, qualiter autem oportet ad unam quamq; concluſionē mediū obſeruare, manifeſtū ex eo, q, ſcimus,

quale

A *quale in unaquaque figura monſtratur. Hoc autem nos non latebit eo, quòd ſcimus, quomodo præſtantes rationem.*

Quæ Ariſt. intentio in hoc cap.

INQVIVNT nonnulli poſteaquam in ſuperioribus docuit Philoſophus ferre inſtantiam contra eos, qui oppoſitum concludere feſtinabant per impoſsibile, & rurſus expoſuit falſam concluſionem ſequi, ꝙ propoſitionum aliqua falſa eſſet, ꝙ impræſentia docet quomodo præcauendæ ſunt rectæ rationes, quæ nos ad cõtradictionem ducunt, & illi quidem iſta hunc in modum. Nos autem neque iſta penitus reijcientes, neque etiam approbãtes, ordinis noſtri ſeriem ac propoſitum ſecuti, dicimus Ariſtotelis intentionem eſſe reliquas ſyllogiſticas impotentias exequi, & quoniam cœlatio ſeu latentia, quam κρύψιν vocant, quodammodo ratiocinandi vim diruit ac labefactat, propterea docet prius euitare cœlationem, mox etiam ipſam perficere, hoc autem ideo facit vt artifex quiſque ex vniuerſali iſto volumine aliquid vtilitatis reportaret. Qua de re ſi quiſpiam ſectaretur cur de cœlatione iſta nunc pertractet Ariſt. cum tamen alioqui magis hæc ad tentatorem attineat octauo topicorũ,

Cœlatio à græci κρύψις uocant diruit uim ſyllogiſticã de qua nunc pertractat Ariſt.

B

Dubium. Solutio.

Dicimus hoc ideo factum fuiſſe, quoniam non ſolus piraſticus, ſed & demonſtrator cœlatione aliquando vtitur, ſi enim immediatas ac primas propoſitiones aſſumpſeris volens longinquam concluſionem aliquam concludere, nimirum cœlatione ac latentia vti diceris. Prius itaque hoc in capitulo Philoſophus docet quomodo cœlationem poſſimus effugere ac vim ſyllogiſticã inquiens. { Ad hoc autem quod non fiat ratiocinium. } Hoc eſt, ſi volumus euitare, ne quiſpiam contra nos cœlando aliquid concludat vi ratiocinij ac ſyllogiſmi, obſeruandum ac præcauendum eſt, ne idem terminus bis detur & concedatur in propoſitionibus, quando interrogat rationem ſine concluſionibus, hoc eſt quando cœlationem facit: eſt .n. præceptum vnum in octauo topicorum traditum, vt lateamus reſpondentem quod ſolas propoſitiones omiſſis concluſionibus proponamus, & propterea cum hoc ſit, fugiendũ eſt ne bis idem terminus concedatur in propoſitionibus, quoniam ſcimus ex ſupra determinatis in priori volumine, quod ſine medio termino non fit ſyllogiſmus ac ratiocinium, & ideo ſi idem bis non cõcedemus in propoſitionibus, non erit mediũ ad ſyllogiſmũ conſtruendum, quoniam medium eſt. quod pluries dicitur ante concluſionem, & hoc eſt ꝙ vniuerſali ratione atque obſeruatione præcauendum eſt. Preſſius autem & ad vnã quãque concluſionẽ mediũ obſeruabimus, ſi noſtram ſuppoſitionem intuebimur ac cognoſcemus, planũ enim quod oppoſitum iſtius volet aduerſarius, concludere, namque ſi contigerit ſuppoſitionẽ noſtrã eſſe affirmatiuam in parte, nimirũ vniuerſaliter concludere volet, & ideo maxime obſeruabimus ne medium demus in ſecunda figura, quoniam in hac maxime concluditur, & conſimiliter de reliquis dicendum erit, affirmatiua enim vniuerſalis in prima concluditur particulares vero & affirmatiua & negatiua in tertia, & propterea inquit Philoſophus. { Hoc autem nos non latebit eo ꝙ ſcimus, quomodo præſtamus rationem. } Ac ſi diceret, hoc autem facere ſciemus, quoniã non ignorabimus quomodo ſuſtinemus poſitionem ac diſputationem noſtram, & ideo ſi præſtamus vt ita dicam, negatiuam in parte, non debemus ea concedere, quæ faciunt ad vniuerſaliter affirmatiuam concludendam.

Præceptum ad præcauendum ne fiat nobis ſyllogiſmus.

C

Præceptum aliud ad præcauendũ ne cõcludatur determinatã cõcluſio.

D

Oportet autem quod à reſpondentibus cauendum enuntiamus, ipſos arguẽtes conari latere. Hoc autem erit primum quidem ſi concluſiones non præratiocinentur, ſed acceptis neceſſarijs ſint obſcuræ. Amplius uero ſi propinqua non interrogat, ſed quam maxime immediata, ut ſit opus concludere a de, media b c d e: oportet itaque interrogare, ſi a ipſi b, & rurſus non ſi b ipſi c, ſed ſi d ipſi e: & poſtea ſi b, ipſi c, & ſic reliqua. Ac ſi per unum medium fiat ſyllogiſmus, a medio incipere. maxime enim ſic latere poſſet reſpondentem.

Vtile. Bonũ. Deſider. Eligibile. Scd͂m nãm. Voluptas. E
A. B. C. D. E. F.



Hoc pacto lcelatio fieri debet.

Docet Pħs hic quõ fiat cœlatio.

F

Hucuſque docuit quomodo euitanda cœlatio ſit, abhinc expoſiturus quomodo eadem fieri commode poſſit, & ait. oportere arguentem ipſum conari latere in ijs omnibus, quæ a reſpondente præcauenda eſſe diximus, hoc autem appoſitiſsime fieri, primum ſi concluſiones nõ præratiocinetur, ſed propoſitiones tantum accipiens concluſiones ipſas obſcuras & latentes dimittat. { Amplius vero ſi propinqua. } Præterea inquit latebit arguens, ſi non interrogabit propinquas propoſitiones hoc eſt eas, quæ ſtatim concluſionem inferunt, ſed quã maxime immediatas & longinquas, ideſt eas quæ maxime diſtant a propoſita concluſione, immediata namque vt in poſterioribus dicetur propoſitio eſt, qua non eſt altera prior. { Vt ſit opus concludere. } Exemplo declarat quod dixerat, ſimul & aliud cœlationis præceptum addens, de quo in octauo topicorum etiam cõmeminit, vbi inquit oportere propoſitiones non ſeriatim, ſed ordine permutato proponi ſint igitur termini ad ſyllogiſmum compoſitũ extruendum. a. b. c. d. e. f. vtile, bonum, deſiderabile, eligibile ſecundum naturam, voluptas & ſic concludendum a de f G hoc eſt omnem voluptatẽ eſſe vtile. Tunc media ad concluſionem iſtam erunt. b. c. d. e. bonum, deſiderabile, eligibile, ſecundum naturam, debemus itaque primum interrogare, an. a. vtile inſit ipſi. b. bono, deinde non ſtatim ſi b. bonum inſit ipſi. c. deſiderabili, quod conſequens fuerat, ſed ſi. d. eligibile inest ipſi. e. ſecundum naturam, & poſtea permutatim ſi. b. bonum ineſt ipſi. c. deſiderabili, & ita ſi plures etiam interrogandæ, vel accipiẽde fuerint. Sed quæreret non iniuria aliquis cur ita dixerit interrogãdas eſſe propoſitiones, non autem accipiendas, cum tamen alioqui ſupra dixerimus, cœlationem aliquando ẽt locum quendam habere apud demonſtratorem. Reſpõdemus, quod hoc ideo factum fuit, quoniam cœlatio maxime ad piraſticum & tentatorem attinebat, per accidẽs vero & vix ad demõſtratorem etiam. { Ac ſi per vnũ. } Poſteaquam ſupra monſtrauit quõ cœlatio & latẽtia fiat in ſyllogiſmo compoſito, vbi per plura media concluſio colligitur, nunc exponit, quomodo eadẽ effici poſsit in H ſimplici ratiocinio inquiens, ſi per vnicum mediũ fiat ſyllogiſmus a medio incipiendum eſſe, quoniam ita maxime latere poterimus. Sed dubitaret non ab re quiſpiam quomodo ita incipiendum ſit a medio, namque in ſecunda figura a medio; nunquam poſſumus incipere, cũ medium in vtriſque prædicetur, in tertia vero ſemper a medio incipimus, cum in ambabus ſubijciatur, ſin autem in prima a medio exordiamur, maiorem propoſitionem vtique præponemus, quod & ſine cœlatione ac latentia fieri conſueuit? Reſpondemus Philoſophum de prima figura tantum intellexiſſe, voluiſſeque a maiore incipiendum eſſe, quemadmodum, & Alulidus Roſadis inquit, quoniam cum maior vniuerſalis valde ſit, indifferens redditur ad plures concluſiones colligendas, & propterea non ita eam negat reſpondens, quemadmodum fortaſſe negaret minorem, quæ manifeſtæ in propoſitam tendit concluſionem. Ioannes vero Philoponus a medio incipere exponit, hoc eſt a minore, quoniam fortaſſe in ea, medium cum ſit prædicatum maiorem habet prærogatiuam, ſed pace tanti viri, melior eſt Alulidi expoſitio, quod uero dicitur conſueuiſſe nos ſemper a maiore exor-

Dubium.

Ab ĩl dubiũ.

Solutio.

Expõ phĩ.

I dium ſumere, proculdubio falſum exiſtimo, immo totum contrarium ſit, quandoquidem ſemper ferme principium capimus a maiore, veluti plerunque ſupra declaratum eſt.

Tria igitur referente etiam Alulido de cœlatione hoc in volumine præcepta tradita fuere, hoc in volumine dico, quoniam in topicis multo plura exponuntur. primũ interrogandas eſſe ſine concluſionibus propoſitiones. ſecundum valde remotas ac longinquas a propoſito quæſito. tertium variandum eſſe ordinem ac ſeriem propoſitionum. Verum de his hactenus de intentione primũ, mox cur de cœlatione hoc in volumine pertractetur, cur interrogari propoſitiones dixerit & non accipi, quomodo a medio ſumatur initium, quot & quæ ſint cœlationis præcepta hic enumerata. Ad ſequentia igitur his explicitis tranſeamus.

Tria cœlationis præcepta i hoc volumine tradita ſunt.

K

De redargutione.

Voniam autem habemus quando & quomodo ſe habentibus terminis fit ſyllogiſmus, manifeſtum, & quando erit, & quando non erit redargutio, cum enim omnes reſponſiones cõceduntur, aut uiciſsim ponũtur, ut hæc quidem negatiua, illa uero affirmatiua, accidit fieri redargutionem: erat enim ſyllogiſmus & ita & illo modo ſe habentibus terminis, quare ſi quod ponitur contrarium concluſioni, neceſſe fieri redargutionem. Redargutio namque contradictionis ſyllogiſmus. quòd ſi nihil concederetur, impoſsibile fieri redargutionem, non enim erat ſyllogiſmus omnibus, terminis priuatiuis exiſtentibus, quare neque redargutio, ſi enim redargutio neceſſe ſyllogiſmum eſſe ſyllogiſmo autem exiſtente, non neceſſe redargutionem. Conſimiliter uero, & ſi nihil poneretur ſecundum reſponſionem in toto, eadem namque erit determinatio redargutionis.

L

Concludere contradictoria ẽ impotentia ſyllogiſtica.

QVEMADMODVM ſupra dicebamus impotentiam eſſe ſyllogiſticam poſſe falſam concludere cõcluſionem eodem modo dicimus in præſentia ſyllogiſticam eſſe impotentiam contradictoria concludere, qm̃ igitur redargutio ſeu elenchus hoc facit, non iniuria & hunc inter ſyllogiſticas impotentias connumerabimus. Acturi igitur de redargutione, quæ græce ἔλεγχος dicitur, primum diſtinguemus, quot modis vox hæc apud græcos accipiatur, deinde docebimus de quo ſignificato ſit impræſentia ſermo, mox ad quem maxime pertineat artificem explicabimus. Scitu itaque dignum, ꝙ vox iſta elẽchus apud græcos in multiplici ſignificato accipitur, plerunq; enim elenchus idem eſt, quod argumentũ ac ſumma quædam dicendorum, quo nomine & fabularum argumenta vocare conſueuimus. Eſt & apud rhetores elenchus ſignum atque indicium, per quod in rei cognitionem deuenimus, vnde & λιγχον απαι τισις. De quo & Ariſtoteles in altera ſua rhetorica inquit. Elẽchus eſt, quod non poteſt aliter ſe habere, ſed ita vt nos dicimus, quemadmodum viuentes ciborum indigere, puerulum non poſſe tm̃ argenti põdus ſubterfurari, & conſimilia, & Demoſthenes in oratione contra Androtionẽ. Elenchus inquit & redargutio eſt, cum aliquis dicunt, & verum ſimul oſtendat. Sumitur vero & aliter elenchus, vt idem eſt, quod redargutio, quem definiens in ſophiſticis inquit Ariſtoteles. Elenchus eſt cum contradictione ſyllogiſmus, vel aliter, elenchus eſt cum contradictio eiuſdem & vnius non nominis, ſed rei, & nominis non ſynonymi, ſed eiuſdem ex ijs, quæ data ſunt ex neceſsitate non connumerato, quod erat in principio ſecundũ idẽ & ad idem, & ſimiliter & in eodem tempore. Qui vero nõ ſunt tales, ſed videntur eſſe, non elenchi, ſed παρέλεγχοι proprie vel ſophiſtici elenchi nuncupantur.

Elenchus multis modis accipitẽ apud græcos.

M

Quid ſi elẽchus apud rhetores.

Definitio elenchi proprie dicti.

De hoc itaque nunc pertractat Ariſtoteles ſub ratione iſta, qua ſyllogiſmo monſtranti derogat & impotentia quædam eſt ſyllogiſtica eſt autem fortaſſe idẽ elẽchus in hac ſignificatione, quod ἀπόρημα, de quo in octauo topicorum Ariſto. Pertinet autem ratiocinandi modus iſte tentatori maxime ac piraſtico artifici, mox & dialectico, vt reſpondentem ad contradictoria deducit, quomodo autem & ad locum iſtum attineat iam ſupra diximus. Demonſtrator vero elencho aut redargutione minime vtitur, niſi fortaſſe tentatoris habitũ aliquando induat, veluti Philoſophus plerunque facit in libris poſt naturalia, ſed iam ad contextum veniamus, ait ergo, cum elenchus omnis ac redargutio per ſyllogiſmos fiat ac ratiocinia, ſi bene ſuperius intellexerimus in qua figura & qua complicatione fiunt ſyllogiſmi, planum etiam erit quando erit redargutio, ſi enim ambas propoſitiones affirmatiuas, aut alteram ſaltem poſuerimus, poterit vtiq; fieri redargutio, quoniam ſupra docuimus vtroq; modo ſyllogiſmum quoque fieri poſſe, & ex vtriſq; affirmatiuis & ex altera tantum, quare ſi qđ verũ ſupponimus contrarium aut oppoſitum extiterit concluſioni inductæ nimirũ erit redargutio, redargutio namque ſeu elenchus eſt ſyllogiſmus contradictoriam concludens iam conceſſo. Sed quæreret aliquis, ſi elenchus eſt ſyllogiſmus cõtradictionis, cur dixit ſuperius, ſi quod ponitur contrarium concluſioni, neceſſe fieri redargutionem. Reſpondeo verum quidem eſſe & per contraria poſſe quempiã redargui, ſed Ariſtoteles dixit ſyllogiſmum contradictionis, quoniam qui contraria concedit, contradictoria etiã fatetur, vt palam eſt, contrarium vero ſupra latius accepit vt conſueuit. { Quod ſi nihil concederetur. } Iam ex poſuit quomodo fieri poſsit redargutio, nunc enarrat, quomodo vetari, & inquit, ſi nihil concedatur & ambæ propoſitiones negatiuæ fuerint, ꝙ nullo pacto fiet redargutio, quoniam ex ambabus negatiuis ſyllogiſmus etiã non conſtruebatur, omnis enim redargutio ſyllogiſmus, non autẽ econuerſo. Conſimiliter & ſi nihil concedatur in toto & vniuerſaliter, non fiet redargutio, qm̃ neq; ſyllogiſmus ſine vniuerſali fieri poterat, eadem nãq; determinatio ac definitio vel pertractatio eſt de ſyllogiſmo ac redargutione, & leges omnes, quæ ſyllogiſmo aſſeribuntur, redargutioni etiam cohærebunt. Cæterum de redargutione, quot modis accipiatur elenchus apud græcos, quomodo in præſentia, ad quem pertineat artificem, qui parelenchi, quid aporema, quõo ex contrarijs fiat, iã hæc pertractata ſufficiant. Ad reliqua tranſeamus.

N

Elẽchus idẽ qđ ἀπόρημα in octauo topicorum.

Qui artifices uta ntur elencho.

O

Dubiũ quõ elenchus ſit ſyll's cõtradictionis, cũ & ꝑ cõtraria fiat redargutio.

P

De deceptione, quæ ſecundum ſuſpitionem.

Ccidit autem aliquando, quemadmodum in terminorum poſitione decipimur, & ſecundum ſuſpitionem fieri deceptionem. quemadmodum ſi contingit idẽ pluribus primis ineſſe, & hoc quidem latere quempiam, & exiſtimare nulli ineſſe, illud autem noſſe, ſit a inexiſtens, b & c per ſeipſa, & hæc omni d conſimiliter, ſi igitur exiſtimat a omni quidem b ineſſe, & hoc ipſi d, a uero nulli c, & hoc omni, d. eiuſdem ſecundum idem habebit ſcientiam & ignorantiam.

Folio fluere.



Q

His ſyllogiſmis oſtẽditur deceptionem ſecundum vtrunque mediũ coordinationis.

INSCRIBITVR

A INSCRIBITVR hoc capitulum περὶ τῆς κατ᾽ ὑπόληψιν ἀπάτης. quod idem eſt ac ſi diceret, de deceptione, quæ fit ſecundum exiſtimationem aut ſuſpicationem noſtram, quid autem intendat per iſtud hoc in loco philoſophus multi multa dicunt, nonnulli enim intentionem eiſe dicunt pertractare de tertio peccato contra ſyllogiſmum ex oppoſitis, alij etiam aliter. Nos vero dicimus Philoſophum hic impotentiam aliam ſyllogiſticā in medium afferre, quomodo videlicet accidat quoſdam contraria ſecundum exiſtimationem eo acipere. Vel melius, poſteaquam ſuperius pertractauit, Ariſtoteles de elēcho, ac redargutione, qui fit iuxta terminorum ac propoſitionum poſitionem, in præſentia acturus eſt de redargutione, quæ efficitur ſecundum exiſtimationem, quare de ſuperioribus planum erit huiuſcemodi deceptionem ſyllogiſmo vel ſyllogiſmis potius ac ratiocinijs abſolui. Per B tinere autem & dialectico & demonſtratori etiam, quēadmodum inquit Leo Gerſonis in hoc capitulo agi de errore, qui accidit circa ſcientiam, veluti & in principio poſteriorum ſignificauit Ariſtoteles eadem ferme ad verbum ponens, quæ hic quoque recitantur, Ait itaq;. { Accidit autem aliquando. } Ac ſi diceret quemadmodum ſupra dicebamus elenchum ac redargutionem fieri iuxta terminorum poſitionem, itidem hoc in loco aſſerimus deceptionem fieri poſſe ſecundum ſuſpitionem atq; exiſtimationem. { Quemadmodum ſi contingit. } Exemplum ponit, quonam pacto fieri poſsit huiuſcemodi deceptio inquiens, ſi eſſe aliquod vniuerſale, puta. a. animal inexiſtens duobus. b. &. c. bipedi & mortali, & hæc ambo omni. d. homini, & aliquis exiſtimaret. a. animal, ineſſe omni. b. bipedi, hoc autem ſcilicet bipes ineſſe ipſi. d. homini, & rurſum. a. animal ineſſe nulli. c. mortali, & hoc mortale ineſſe omni. d. homini, eiuſdem ſecundum idem habebit ſcientiam & ignorantiā, ex cōceſsis enim C concludi poterit, omnem hominem animal eſſe, & nullum hominē eſſe animal, hunc in modum, omne bipes animal, omnis homo bipes, omnis homo animal, & rurſus, nullum mortale animal, omnis homo mortale, omnis igitur homo animal.

Quo ſit intentio Ariſ. in hoc cap.

Deceptio ſecundū exiſtimationē pertinet dialectico & demōſtratori, ut inquit Leo Gerſonis.

Exēplum quō fiat deceptio per media non ſub ſeinuicē poſita.

Rurſus, ſi quis deciperetur circa ea, quæ ex eadem coordinatione. ut a ineſt ipſi b: hoc autem ipſi c, & c ipſi d: ſuſpicaretur uero, a omni b ineſſe, & rurſus nulli. c. ſimul enim, & noſcet & non ſuſpicabitur ineſſe, igitur nil aliud cenſebit ex his quam quod ſcit, hoc non ſuſpicari: ſcit enim quodammodo, quòd a ineſt ipſi c aeluti uniuerſali, quod ſecundum partem. quare quod quodammodo ſcit, hoc penitus cenſet non ſuſpicari, quod impoßibile.

D

In his oſtēditur deceptio ſcdm terminos ſiue ſcdē coordinationis.

Superius monſtrauit, quomodo fiat deceptio, cū media ſunt diuerſa, neque ſub ſeinuicem poſita, nunc oſtendit, quomodo idem accidat, cum media ex eadem coordinatione, & ſubalterna accipiuntur, puta in exemplo E inſit. a. ſubſtantia omni. b. corpori, &. b. corpus omni. c. animato, &. c. animatum omni. d. animali, ſi quis igitur exiſtimaret. a. ſubſtantiam ineſſe omni. b. corpori, & iterum exiſtimaret idem. a. ineſſe nulli. c. animato, accidet fieri deceptionem & elenchum ſecundum exiſtimationē, ſimul enim noſcet, omne animatum eſſe ſubſtantiam, & tamen non ſuſpicabitur & exiſtimabit, ſubſtantiam ineſſe animato, nihil enim aliud exiſtimabit ſecundum hæc, quam non exiſtimare illud, ꝙ ſcit, ſcit enim quodāmodo. a. ſubſtantiam ineſſe. c. animato, quēadmodum ſcire conſueuimus ſcientia vniuerſali, illud quod eſt ſecundum ſcire conſueuimus ſcientia vniuerſali, illud quod eſt ſecundum partem. Quare qui ita exiſtimat, arbitratur illud, quod ſcit quodammodo & in vniuerſali, arbitratur inquam ſe penitus non exiſtimare, quod fieri non pōt.

Exēplū ex medijs ſubalternis.

F *Sed in prius dicto, ſi non medium ex eadem coordinatione, ſecundum utrunque mediorum ambas propoſitiones non accidit ſuſpicari ut a, b quidem omni: c uero nulli, hæc autem utraque omni d. Accidit enim aut ſimpliciter, aut ad aliquid contrariam accipi propoſitionem primam. ſi enim cui omni ineſt b, exiſtimat ipſum. a ineſſe: b uero ipſi d nouit: & quod ipſi d, a nouit quare ſi iterum cui. c. nulli exiſtimat a. ineſſe. Cui b. alicui ineſt, huic non exiſtimat. a. ineſſe. Quod autem omni exiſtimatur cui. b. rurſus alicui non exiſtimare cui. b. aut ſimpliciter, aut ad aliquid, contrarium eſt. ſic igitur non contingit ſuſpicari. Secundum utrunque uero unam, aut ſecundum alterum ambas, nihil prohibet, ut a omni b, & b ipſi d, & rurſus a nulli c.*

G

Per quas propōnes cōtingat, et per quā nō cōtingat fieri deceptionem his ſyllogiſmis declaratur.

H

Poſtea inquit Philoponus quam dixit, quot ſunt deceptiones, vult in præſentia declarare, ſecundum quas propoſitiones maxime fieri conſueuit, & ait ꝙ in exemplo prius dicto, quum medium accipitur non ex eadē coordinatione, & non ſubalternum, non accidit ambas propoſitiones exiſtimari poſſe ſecundum vtrunq; mediorum, veluti in exemplo, a. ſubſtantiam ineſſe omni. b. bipedi & nulli. c. mortali & tamen hæc vtraque bipes, & mortale ineſſe; omni. d. homini. Sic enim accidit primam propoſitionem acceptā contrariam capi aut ſimpliciter, ſi vniuerſalis concluſa fuerit, aut ad aliquid ſi particularis, vel aliter, aut ſimpliciter ſi actu concluſæ fuerint, aut ad aliquid ſi potentia, veluti in exemplo, omne. d. b. omne. d. c. Concluditur in tertia figura, aliquod. b. c. ſi igitur nullum. c. a. aliquod. b. c. ſequitur aliquod. b. non eſſe. a. quum tamen ſuperius diceremus, omne. b eſſe. a. omnis homo, bipes omnis homo mortale, aliquod bipes mortale. Iterum, nullū mortale animal, aliquod bipes mortale, aliquod igitur bipes non eſt alal, cū ſupra tamē con-

I ceſſum fuerit, omne bipes eſſe animal. Hoc eſt igitur, qd' voluit, dum inquit, ſi enim cui omni ineſt.b.exiſtimus ipſum a ineſſe, puta, omne b a b vero ipſi d nouit omne.d.b.& ꝙ ipſi.d a.nouit, omne.d.a. Quare ſi iterum cui.c. nulli exiſtimat a ineſſe, ſequitur ꝙ cui.b.alicui ineſt, huic non exiſtimat.a.ineſſe, hoc eſt aliquod.b. non eſſe.a.deductio autem hæc facienda eſt, quemadmodum ſupra diximus per tertiam ac primam figuras, quare ſequitur ꝙ exiſtimet illud alicui.b. non ineſſe, quod opinatur omni b ineſſe, quod aut ſimpliciter cōtrarium eſt ſi ambo vniuerſalia concludantur, aut ad aliquid ſi vtraque colligantur in parte. Hoc igitur modo non poteſt quiſpiam exiſtimare, ſecundum vtrunque medium ambas propoſitiones, elenchus enim ac redargutio in promptu erit. Fieri tamen poteſt vt quiſpiam exiſtimet vnam propoſitionem non eandem tamen ſecundum vtrunque mediū, vt concludi poſſint oppoſita, puta, omne bipes eſſe animal, & nullum hominem eſſe animal, quum enim hic bina ſint media bipes & mortale, ſecundum vtrunq; vnā exiſtimauit propoſitionem, ſecūdum bipes, omne bipes

K eſſe animal, ſecundum mortale nullum hominem eſſe animal. Aut fieri etiam poteſt vt idem exiſtimet vtraſque propoſitiones ſecundum alterum tantum mediorū, ſecundum vero reliquum vnam, vt omne. b. eſſe.a. & omne.d.b.& rurſus nullum.e.eſſe.a.omne bipes eſſe animal, & omnem hominem eſſe bipes, & rurſus nullū hominem eſſe mortale, ſic enim fieri poſſet occulta redargutio. In quibuſdam vero codicibus textus ita ſe habet, ſecundum vtrunque uero vnam aut ſecundū vtrunque ambas nihil prohibet, ꝙ ſi ita eſt, hunc in modū exponemus, fieri nequit vt quiſpiam eandem propoſitionem cenſeat ſecundum vtrunque medium, puta ꝙ omnis homo ſit animal, & nullus vel aliquis non ſit animal ſed vnam propoſitionem exiſtimare poteſt ſecundum vtrunque, vt omne bipes eſſe animal, & nullum mortale eſſe animal, aut etiam ābas ſecundum vtrunque, puta omne bipes animal, omnis homo bipes, & nullum mortale animal, & omnis homo animal, nihil enim prohi-

L bet propoſitiones apud nos cognitas eſſe, quum tamen concluſio ſit ignota, accidit enim concluſionē in potentia notam eſſe, propoſitionibus notis exiſtētibus in actu quemadmodum particulare ſub vniuerſali, & ita videtur legere Aluid. Roſ. antiquior mihi tamen videt̄ prior expoſitio, quam & Philoponus approbat, vt ſenſus ſit, ſecundum vtrunq; medium non poſſe ambas exiſtimari propoſitiones, ſecundum vero vtrunque alteram, aut alterum vtraſq; vtiq; poſſe, hoc autem ideo ſit, quoniam illo modo facilis nimirum redargutio atque perſpicua, hoc autem & difficilis et obſcura, & propterea fieri hoc poſſe dicit, illud minime.

Pōt aliquis exiſtimare, unā propō. nem ſecundum utrunque mediū.

Alius modus exiſtimationis.

Textus hic nō eſt i cod. manuſcriptis nec impreſſis.

Similis enim talis deceptio, & quemadmodum decipimur circa eas, quæ in parte. veluti ſi a ineſt omni b: b uero omni c: a omni c inerit, ſi itaque quiſpiam nouit, quod a ineſt omni cui b, nouit & quod cui c: ſed nil prohibet ignorare c, quòd eſt ut ſi a,

M *duo recti, in quo autem b, triangulus, in quo uero c, ſenſibilis triangulus ſuſpicari nanque poſſet aliquis non eſſe c, ſciēs quod omnis triangulus haberet duos rectos, quare ſimul noſſet, & ignorabit idem. noſſe enim omnem triangulum, quod duobus rectis, non ſimplex eſt, ſed hoc quidem uniuerſalem habet ſcientiam, illud autem ſingularem. ſic igitur ut uniuerſali nouit c, quòd duo recti, ut autem ſingulari non nouit, quare non habebit contrarias.*

Hoc eſt, deceptio iſta, qua decipimur cognoſcēdo propoſitiones ex quibus oppoſita concludi poſſunt, ſimilis eſt deceptione, qua decipimur circa particularia, quæ ſunt ſub aliquibus vniuerſalibus, puta in exemplo, ſcio omne.b.a.eſſe, & omne.c.b.& item omne. c.a. omnem numerum in paria diuiſum æqualem eſſe, & omnem binarium eſſe numerum in æqua diuiſum, & item omnem binarium eſſe parem, & tamen fortaſſe ignorabo.a.binarium eſſe parem quoniam me præterit an.a. ſit.bina- N

rius, quare ſi quiſpiam nouerit.a.ineſſe.b.& omnem numerum in æqualia diuiſum eſſe parem, cognoſcet etiam in potentia.a. binarium eſſe parem, quoniam cognoſcit, omnem binarium eſſe parem, ſed nihil prohibet ipſum ignorare.a.binarium eſſe in rerum natura. ⦃ Vt ſi.a.duo recti. ⦄ Exemplum ponit geometricum deductum ex triceſimo ac ſecundo elementorum theoremate, ibi enim demonſtratur omnem triangulum habere tres angulos æquales binis rectis. Pro cuius expoſitione ſupponamus tertiumdecimum eiuſdem theorema, quod recta ſupra rectam cadēs cauſet aut angulos rectos, aut æquales duobus rectis, & iterū ꝙ angulos trianguli extrinſecus æqui-

Expō concluſiōis poſitæ in theoremate trigeſimoſecūdo primi elementorū.

Duo recti.

A.

O

B C. Singularis. d.

Triangulus. Triangulus.

ualeat binis intrinſecis ſibi oppoſitis, tunc erigatur triangulus cuius baſis protrahatur vſque ad.d. dico quod tres anguli intrinſeci.a b.c.ſunt æquales duobus rectis, quod ita demonſtratur, ſi enim angulus extrinſecus.c.æquiualet duobus oppoſitis intrinſecis a &.b.&.c. extrinſecus cum.c.intrinſeco valent duos rectos, ſequitur. ꝙ tres anguli.a.b.c. Intrinſeci, valebunt etiam duos rectos, quoniam quæ vni & eidem ſunt æqualia inter ſe ſunt æqualia, aſt ergo vt ad propoſitum redeamus, quod aliquis ſcire ſeu noſſe poterit idem & ignorare etiam, puta ſi.a. ponatur duo recti.b.triangulus, &.c. aliquis particularis ac ſenſibilis triangulus, tunc ex hoc ratiocinio, omne.b. P

a.omne.c.b.omne.c.a. ſciet ꝙ omnis triangulus & ex eō ſequenti.c.ſenſibilis triangulus habebit tres æquales binis rectis, ſed fortaſſe cum hoc exiſtimare poterit.c.triangulum non eſſe, quare ſimul noſſet & ignorabit idem. ⦃ Noſſe enim omnem triangulū. ⦄ Namque inquit cū dicimus non cognoſcere omnem triangulū habere tres, duo dicimus, aut ꝙ vniuerſali ſcientia cognoſcimus, aut quod ſingulari, nouit igitur ꝙ.c.triangulus habet tres vniuerſali ſcientia, ſingula autem non nouit, quare non habet contrarias opiniones, contraria enim accipi debēt ſecundum idem.

Similiter uero & ratio, quæ in Menone, quod diſciplina recordatio. nullibi namque accidit præſcire quod ſingulare eſt, ſed ſimul cum inductione accipere ſcientiam, quæ ſecundum partem, tanquam recognoſcentes: quædam enim ſubito nouimus, quemadmodum quod duobus rectis, ſi nouerimus, quod triangulus. Q

Conſimiliter autem & in alijs. uniuerſali igitur ſpeculamur, quæ in parte, propria uero non nouimus, quare accidit & decipi circa ipſa, præterquam quod non contraria, ſed habere quidem uniuerſalem, decipi uero ea, quæ ſecundum partem. Conſimiliter igitur & in prædictis, neque enim contraria deceptio, quæ ſecundū medium ſcientiæ quæ ſecundū ſyllogiſmum, quæ ſecundum utrunque mediorum ſuſpitio. nihil autem prohibet ſciētem & quod.a.toti.b.ineſt, & rurſus hoc ipſi.c.exiſtimare.a. non ineſſe.c. ut quod omnis mula ſterilis, & ipſa mula, exiſtimare prægnantem hanc eſſe. non enim ſcit, quod.a.ipſi.c non ſimul ſpeculans aſſumptum, quod ſecundum utrunque. Quare planum quod & ſi hoc quidem nouit, illud uero non nouit, decipietur, quod habent uniuerſales ad ſcientias, quæ ſecundum partem, nullum enim ſenſibilium extra ſenſum exiſtens nouimus, neq; ſi ſentientes ſcimus, niſi ut uniuerſale & eo, quod eſt habere propriam ſcientiam, ſed non ut agere.

Similis

A Similis inquit Philoſophus ratio etiam eſt, quã poſuit in Menone, Plato, ex ea enim cõcludit, quod ſcitur quodãmodo ignorari & ꝙ addiſcitur præſciri, ibi enim iubente Socrate virtutis definitionem afferri, cum Menon non poſſet hoc facere, & diceret Socrates, ſi omnino q̃rimus inueniemus: dubitat Menon & ait ꝙ nulla penitus eſt inuentio, nam quod quæritur neceſſe eſt aut præcognitum eſſe, aut non, ſi non ſit præcognitum, cum ipſum inuenire mus non cognoſcemus, ſin autem præcognitũ fuerit, nihil opus erit inquiſitione. Ad hæc igitur Socrates Menonis ſeruum acceſſiri iubet, facitque ipſum theorema quoddã ſibi antea incognitũ inuenire, puta ꝙ quadratũ deſcriptũ a diametro quadrati duplam habet proportionẽ ad quadratũ, cuius eſt diameter, & ita ex hoc concludit, ſcire noſtrum, recordari quoddam eſſe, vt itaque exemplum hoc ꝓpoſito accõmodemus, inquit Philoſophus, ꝙ nullibi in B Menone concludere poſſumus præſciri, quod ſingulare eſt, hoc eſt ſcientia ſingulari, ſed ſcientiam, quæ eſt ſingularis ac ſecundum partem ſimul accipi cum inductione ac ſenſibili perceptione tanquam recognoſcendo ac in memoriam reuocando. Alexander vero aliter hoc intelligit, ſed melior eſt expoſitio, quã poſuimus, ſunt enim quædã talia, quæ ſtatim ſine aliqua ratiocinatione cognoſcimus, quemadmodũ. a. triangulũ ſignatum habere tres angulos æquales binis rectis, hoc enim ſubito cognoſcimus, poſteaquam nouerimus ipſum eſſe triangulum, & quẽadmodum in hoc exemplo dicitur, ita & in aliĳs conſimilibus dicendum eſt, vniuerſali enim conſideratione cognoſcimus: quæ propria ſciẽtia nõ nouimus. { Speculamur. }

Expõ rõne Menonis q̃ cõcludebat qd addiſcit̃ præſciri.

Dixit quoniam cognitio circa vniuerſalia proprie ſpeculatio nuncupatur, græce θεωρία { Quare accidit. } Cum inquit poſſimus aliquid vniuerſali ſcientia cognoſcere, & C idem particulari cognitione ignoramus, accidit plerunq; circa talia deceptiones fieri, ſed hæ nullo pacto contrariæ cenſendæ ſunt, quoniam non eodẽ modo accipiuntur, ſed habere quidem vniuerſalem ſcientiam dicimur, decipi vero atq; ignorare ea, quæ ſecundũ partem, quẽadmodum & in poſterioribus dicitur ad principium, vbi eadem ferme ad verbum exponuntur. { Conſimiliter igitur & in prædictis. } Dixerat ſuperius quomodo decipimur circa eas, quæ ſunt ſecundum partem, nunc ad propoſitum rediens inquit, ꝙ eodem modo & in prædictis a principio accidit deceptionẽ fieri, ſed nõ contrariam, quoniam quẽadmodum ſupra non erant cõtraria vniuerſalis cognitio & particularis ignorantia, ita & in propoſito non ſunt contraria cognitio ſecundũ medium ac propoſitiones, & ignorantia ſecundum ſyllogiſmũ ac concluſionem, Imo quod amplius, cognitio ſecundũ vnũ medium non eſt cõtraria ignorãtiæ ſecundũ aliud. { Nihil autem prohibet. } Exemplũ ponit quomodo ſcientia propoſitionũ non eſt contraria ignorantiæ concluſionis, nãque inquit, nihil vetat aliquem ſcire, omne. b. eſſe. a. & iterum omne. c. eſſe. b. D & tamen ignorare, omne. c. eſſe. a. non applicans maiorẽ propoſitionem minori, puta, ſciet quiſpiam omnem mulam eſſe ſterilem, & rurſus ꝙ hæc mula, puta. a. eſt mula, & tamen ignorabit ꝙ. a. mula ſit ſterilis, Imo fortaſſe oppoſitum arbitrabitur, puta, ꝙ. a. mula ſit prægnãs, ſi forte contigerit ipſam præ nimio cibo tumidũ ventrem geſtare, & propterea ignorabit. a. ineſſe ipſi. c. quoniam fortaſſe nõ ſpeculabitur ſimul vtraſq; propoſitiones. { Quare planũ. } Quare inquit ſi hoc & has propoſitiones nouit, illud vero & illam concluſionem nõ nouit: fiet vtiq; deceptio, quẽadmodũ etiam fieri cõſueuit in ſcientĳs vniuerſalibus reſpectu earum, quæ ſunt in parte, nullũ enim ſingulare ac ſenſibile, cum a ſenſu remotũ fuerit ſcimus, et ſi ſcimus non ſcimus niſi vt vniuerſale & eo, quod eſt habere propriam ſcientiam, hoc eſt nullam habemus de huiuſcemodi ſingularibus extra ſenſum exiſtentibus cognitionem niſi vniuerſalem, & particularẽ etiam vt ſub vniuerſali continetur, propriam enim ſcientiam vocat eam, quæ eſt in parte. { Sed nõ vt agere. } Hoc eſt licet in vniuerſali cognoſcamus & ſecundũ partem etiã, vt ſub vniuerſali continetur non tamen cognoſcimus vt agere, id eſt applicando minorem propoſitionem maiori.

Cognitio circa vlia ſpeculatio dicitur.

Scire namque triſariam dicitur, uel ut uniuerſali, uel ut propria, uel ut agere, quare & decipi tot modis. nihil igitur prohibet & noſſe & deceptum eſſe circa idem, præterquam quòd non contrariæ, quod accidit & ſecundum utranque cognoſcenti propoſitionem, & nõ conſideranti prius, ſuſpicans enim mulam prægnantem eſſe, non habet ſcientiam ſecundum agere, neque iterum ob ſuſpitionem contrariam deceptionem ſcientiæ: ſyllogiſmus enim contraria deceptio uniuerſali. E

Scire inquit tripliciter dicitur vel vt in vniuerſali, vel vt in particulari, vel ſecundũ applicationem propoſitionum inter ſe, quare & decipi totidẽ dicetur modis. Sed quæritur cur cum Ariſtoteles tres tantum ſcientiæ ſpecies poſuerit cur inquam Aluidus Roſadis quatuor explicuerit. At enim ſcire quadrifariã dici, cõmuniter, proprie, in potentia, & in actu? Reſpondemus ideo hoc factũ fuiſſe, quoniam ſcire in vniuerſali & ſcire in potentia idem ferme ſunt ac ſeinuicem cõſequuntur, vbicunq; enim ſcimus aliquid in potentia, ibidem illud cognoſcimus in vniuerſali, & ecõuerſo, vbi in vniuerſali, ibidem in potentia, nãq; cum ſcimus propoſitiones concluſionem in potentia cognoſcimus, quoniam in vniuerſali, ſemper enim propoſitiones magis vniuerſalis ſunt quã concluſio. Sed ambigeret non immerito quiſpiam, ſi ſcire in vniuerſali & in potentia ſunt idem: cur etiam ſcire in actu & ſecũdum partẽ non erunt eadem? Dicimus hoc ideo eſſe, quoniã modi iſti duo, non ita ſeinuicem conſequuntur, quẽadmodũ alĳ bini, propterea ꝙ nihil prohibet ſciri aliquid ſecundũ partem & propria ſcientia, & tamen ignorari illud ſecundum agere, quoniam fortaſſe nullum factum fuerit ratiocinium. { Nihil igitur prohibet. } Nihil inquit ipſe vetat quẽpiam poſſe idem cognoſcere & ignorare, non tamen contrariæ & eodẽ modo, puta vniuerſali ſcientia cognoſcere & vniuerſali idẽ ignorantia ignorare, ſed ſi hoc fit, ſecundum diuerſos cognoſcendi modos fit, puta ſciet aliquis vniuerſali cognitione, & ignorabit ſecundũ propriã ſcientiam. { Quod accidit. } Quod inquit accidit etiam in ſupradicto exemplo, aliquis enim vtrãq; fortaſſe propoſitionem cognoſcet, & tamen non cõſiderabit prius, hoc eſt non applicabit ſibĳnuicem propoſitiones ſecundum agere. { Suſpicans enim mulam. } Hoc eſt, qui ſcit propoſitiones iſtas, omnis mula eſt ſterilis, & iſta eſt mula, & tamen ſuſpicatur & credit, iſtam mulam prægnantem eſſe, non habet ſcientiam ſecundum agere, quoniam non applicat minorem propoſitionem maiori, neque iterum deceptionem contrariam ſcientiæ, quam retinet ob ſuſpitionem, qua ſuſpicatur ipſam mulam prægnantem eſſe, propterea quòd ſyllogiſmus eſt contraria deceptio vniuerſali, hæc eſt concluſio, ſcitur in vniuerſali, & ignoratur ſecundum agere, & ideo non fit contraria deceptio, quoniam ſcientia & ignorantia non accipiuntur eodem modo, verum ſi deberet contraria fieri deceptio oporteret eandem concluſionem in vniuerſali & ſciri & ignorari, quod non fit in propoſito.

Scire tribus modis.

Dubiũ ex quibuſdã dictis Alu. ro.

Solutio. F

Aliũ dubiũ

Solutio.

G

Qui uero ſuſpicatur bono eſſe malo eſſe, idem ſuſpicabitur bono eſſe & malo. ſit nanque bono eſſe, in quo a: malo autem eſſe, in quo b. Rurſus uero, bono eſſe, in quo c. Quoniam igitur idem ſuſpicabitur b, & c & eſſe. c. b. ſuſpicabitur, & rurſus. b. a. eſſe conſimiliter: quare & c & a. quemadmodum enim ſi erat uerũ, de quo c, b: & de quo b, a: & ſi de c, a uerum erat, ita & in ipſo ſuſpicari: ſimiliter autem & in ipſo eſſe. cum enim idem ſint, c & b, & rurſus. b. & . a. & . c. ipſi. a. idem erat, quare & in ipſo opinari conſimiliter. ergo hoc quidem neceſſarium, ſi quis dabit primum, ſed fortaſſe illud falſum ſuſpicari quendam malo eſſe, bono eſſe, niſi ſecundum accidens, conſiderandum uero hoc melius. H

Dicunt nonnulli intentionem Ariſtotelicam eſſe hoc in loco monſtrare, quomodo fiat deceptio circa incomplexa, poſteaquam oſtẽdit ſuperius, quonam pacto eadem effici poſſit circa complexa. Nos autem aliter dicimus, & fortaſſe nõ renuente Philopono, ꝙ Ariſtoteles in præ-

I ſentia vult exponere quomodo ſecundum extraneas opiniones accidat fieri deceptionẽ, & ait ꝙ ſi quiſpiam exiſtimaret definitionem atque eſſentiam boni eandem eſſe, quæ & definitio mali, accidet ipſum decipi & exiſtimare idem eſſe bonũ & malũ. Hoc autem dicit propter Heraclitum Philoſophum, qui quẽadmodum in pleriſq; locis narrat Ariſtoteles & in alpha naturalis auditus exiſtimabat definitionẽ boni ac mali eandem eſſe. Ait ergo, vt ad propoſitũ reuertamur, ſi quis exiſtimet bono eſſe, malo eſſe, id eſt eſſentiam boni, mali eſſentiam, accidet illum arbitrari bonũ & malũ ac deinceps contraria eadem quoniam quorũ finitiones ſunt eadẽ & illa ſunt eadem, quẽadmodum econtrario, quorũ definitiones ſunt diuerſæ & illa ſunt diuerſa, vnde & Megarica deceptio oſtenſam cepit. {Sit nãq; bono eſſe in quo.a.} Diſponantur inquit termini diſpoſitione ſyllogiſtica, & loco.a.maioris extremi ponamus eſſentiam ac definitionẽ boni: loco.b.medij

Heraclitus exiſtimauit definitionẽ boni & mali eandem.

K definitionẽ mali, loco autem.c.minoris ponamus bonũ ipſum. ſi igitur idem aliquis exiſtimet.b. &.c. hoc eſt definitionẽ mali & bonũ vel definitionẽ boni eſſe idem, ſuſpicatur etiam ipſum.c.eſſe.b et definitionẽ mali de bono prædicari, & rurſus in maiore propoſitione arbitrabatur b.&.a.eadem eſſe, hoc eſt definitiones boni et mali, ergo & in concluſione.c.bonũ eſſe.a.definitionẽ boni. ſi enim ſit ſyllogiſmus, omne.b.a.omne.c.b.omne.c.a. accidit cõtrarias fieri opiniones in propoſitionibus ac cõcluſione. {Quẽadmodum enim.} Monſtrat, quod dixerat, nãque inquit, ſi vere & ſyllogiſtice concludere poſſumus, verũ eſt, omne.b.eſſe.a. & omne.c.b. verum igitur & omne.c.a. ita & ſecundũ opinionem eueniet, & in ipſo eſſe etiam conſimiliter & in ipſo quoq; opinari, fieri enim poterit in his omnibus conſimilis ſyllogiſmus atque deceptio, ex

L hoc autem loco planum fit non eſſe idem: [illegible] & [illegible] quemadmodũ & in ſuperioribus [illegible], ſed iſta magis ad librũ attinent poſteriorum. Ergo hoc quidem.} Neceſſario inquit ſequitur, quod dictũ eſt, ſi quis dabit, & concedet primum, hoc eſt definitionem boni eſſe definitionem mali, ſed fortaſſe inquit falſum eſt, quẽpiam ſuſpicari & exiſtimare definitionem boni eſſe definitionem mali, niſi ſecundũ accidens, quoniam per accidens bona aliquando malorũ naturam retinent vt fortitudo malũ per accidens nuncupari poteſt, quia vulnerũ ac mortis aliquando eſt cauſa. {Conſiderandũ vero hoc melius.} Oportet inquit de hoc maiorem conſiderationem facere, quoniam neque ſic contingit boni definitionẽ eſſe mali definitionẽ, vel inquit Philoponus dictum hoc fuit, quia termini ſuperius non fuere recte expoſiti, ſed magis placet expoſitio prior, neq; enĩ ſi accidit aliquando malũ denominari bonũ aut econuerſo, propterea aſſerendum definitionem boni eſſe definitionem mali, cum definitio de definitione non niſi per ſe & de omni prædicetur. Cæterum de deceptione iam ſatis

Not. diuerſum eẽ [illegible] et [illegible] & [illegible]. Bõ a.g. accidens aliqñ retinẽt naturã mali, vt fortitudo.

M pertractauimus, expoſita primũ Philoſophi intentione, deinde quomodo ſecundum vtrunque medium & quomodo ſecundũ alterũ deceptione fiat enarrauimus, quonam pacto demonſtretur triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis, quæ ſit ratio, quæ in Menone, qd ſpeculatio ſeu [illegible], quomodo ſcire triſariã dicatur, quomodo quadrifariam, quodque Ariſtoteles monſtret quomodo ſecũdum extraneas opiniones accidat ſuſpicationis atq; exiſtimationis fieri elenchũ, quomodo bona ſint per accidens aliquando mala. Sed iam his expoſitis atq; enarratis ad ea, quæ de conuerſione dicuntur, ſermonem flectamus.

De Conuerſione Terminorum.

Q Vando autem extrema conuertuntur, neceſſe eſt & medium conuerti ad utraque. ſi enim a de c per b ineſt, ſi conuertuntur, & ipſum c ineſt omni, cui a: & b cum a conuertitur, & ineſt b omni, cui a, per medium c: & c cum b conuertitur per medium a. & in non ineſſe conſimiliter: ueluti ſi b, ipſi c ineſt: a uero ipſi.b.non ineſt, neq;.a.ipſi c.inerit: ſi igitur a.conuertitur cum.b. & .c.conuertitur cum.a. ſit enim.b.nõ inexiſtens ipſi.a: neq; igitur c, nã b.inerat omni.c. N

Tertium ſectum ſecundi Priorum Reſolutoriorum, de annexis ſyllogiſmo.

POSTEAQVAM duas iam propoſiti partes hucuſque abſoluit Ariſtoteles, ac de potentijs atque impotentijs pertractauit ſyllogiſticis, ſupereſt vt de tertia quoq; in præſentia incipiat ſermonẽ facere. Quod itaq; tertium propoſueramus exequitur nunc Philoſophus, hoc eſt de annexis ac conſequentibus ſyllogiſmi naturam tractatũ exorditur, ac primo de rationibus atq; argumentis a conuerſione, & antea alia tale explicat theorema, ſi inquit in prima figura extrema conuertantur, neceſſe eſt & mediũ cum vtroque conuerti. Vbi quærendum an modus iſte arguendi idem ſit cum ſyllogiſmo circulari, an alius, & ſi alius, quomodo differant inter ſe & ſimul explicandum erit, an in omni figura in elligendum ſit quod profertur. O

Theorema qđ iſt exponit phs đ rationibus atq; argumentis a cõuerſiõe et ꝗ ſi extrema i pria ſigura cõuertũtur, neceſſe eſt, et mediũ ad vtraq; cõuerti.

Dicimus igitur vt breuibus agamus, quẽadmodũ & Leo Gerſonis inquit, modum iſtum non eſſe circularem monſtrationem, propterea ꝙ abſurdum valde foret eadẽ toties ſine vtilitate repetere. Præterea, circularis monſtratio in omnibus problematibus fieri poteſt. Hæc autem in vniuerſalibus tantum, in particularibus minime, namque differunt inter ſe circulares monſtratio & argumentum a cõuerſione, quoniam ibi ſupponuntur propoſitiones conuerti, hic autem ex concluſione conuertibili oſtenduntur propoſitiones conuertibiles, & propterea circularis monſtratio in omni figura fieri poterat, quoniam in omni figura, ſi propoſitiones ſunt conuertibiles, & cõcluſio erit conuertibilis, hic autem rationis modus in ſola prima perficitur, quia in ſola hac, ſequitur ſi concluſio cõuertibilis, ꝙ & propoſitiones ſint conuertibiles, vnde non iniuria nonnulli capitulũ hoc inſcripſere, de conuerſionibus, quæ in prima efficiuntur figura, quaſi innuentes ꝙ in alijs fieri nequeunt. Hoc etiam quodãmodo ſignificauit in expoſitione ſua media Alulidus Roſadis. Poſſemus de hoc et rationem quandam geometricam aſſignare, quum enim velut ſupra quoque vidimus diſpoſitiones iſtæ ſyllogiſticæ ad geometrarum ſimilitudinem figuræ nũcupatæ ſint, non abſurdum erit de geometricis geometricam quoque rationem afferre, quoniam igitur in prima figura medius terminus æqualiter diſtat ab extremis, cum & natura & poſitione medius ſit, ſi primam figuram deſcribere voluerimus triangulo æquilatero deſcribemus, ſic enim fiet, quod dictum eſt, ſed quotieſcunque tria latera alicuius

Legi argumentũ a conuerſiõe extremorũ a circulari monſtratione. P

Rõ geometrica ad idẽ

Q

trianguli ſunt æqualia, & anguli quoque ab illis contenti lateribus æquales erunt, ergo quãcunq; menſuram aſſignabimus duobus angulis, erit etiam tribus aſcripta, vnde ſi anguli ſupra baſim ſunt acuti, angulus etiam cuſpidis acutus erit, ſi minores rectis & ille itidem, ac retrouerſum conſimiliter, ſi angulus cuſpidis cum altero baſis angulo acuti extiterint & reliquus acutus erit. Qua de re vt ad propoſitum veniamus, ſi in prima figura extremitates conuertentur in concluſione, propoſitiones etiã æquiuertibiles erunt, & ſi propoſitiones conuertuntur, concluſio etiam conuertetur. Sed in ſecunda ac tertia figuris hoc fieri non poteſt, propterea ꝙ in his non eſt æqualis diſtantia medij ab extremis, ſed in altera eſt maiori proximius, in altera vero minori, quare ſi figuris geometricis

In ſeda ac tertia figura nõ valet argumentũ a cõuerſiõe ꝑꝑ inæqualẽ diſtantiam medij.

A iſtas ſignare voluerimus, triangulo ſcaleno ſeu gradato annotabimus hunc in modum. Hæc eſt enim ſecundæ ſiguræ diſpoſitio, in qua medias extra quidem extremitates ponitur, ꝓpinquior tamen maiori. In tertia vero econuerſo, medius minori proximior, magis a maiore diſtans hunc in modum. Et quoniam in gradato triangulo neque latera ſunt æqualia neq; anguli etiam, ob id de hoc non poſſumus eadem ratiocinari, quæ de æquilatero, itidem & in propo



B



ſito non poſſumus eadem de ſecunda ac tertia figura enũtiare, quæ de prima proferebamus. Verum ſint hæc curioſius in mediũ allata, ad propoſitũ redeamus. Cum inquit in prima figura extrema maius minuſq; in cõcluſione cõuertuntur, neceſſe eſt et mediũ in propõnibus conuerti ad vtraq;, ſi enim.a.maior extremitas ineſt.c. minori per.b.

C medium, oẽ.b.a.oẽ.c.b.oẽ.c.a.&.a.&.c.conuertantur, & quẽadmodũ.a.prædicatur de omni.c.&.c.prædicetur de omni.a.oẽ.c.a.& oẽ.a.c.dico ꝙ.b.medius conuertetur cũ a.in maiore propõne, et poterimus per mediũ.c.concludere.b.vniuerſaliter ꝑdicari de.a.hunc in modũ, oẽ.c.b.oẽ.a.c.oẽ.a.b.& conſimiliter.c.minor cũ.b.medio conuertetur in minore propõne, per mediũ.a.ſic, oẽ.a.c.oẽ.b.a.omnę b.c.& ita omnia interualla & oẽs termini æquales erunt.

Dubium. Sed quæritur qũo hoc ſit ita ſimpliciter verũ ? ſi enim dicamus, omnis equus riſibile, omnis homo equus, igitur

Solutio. omnis hõ riſibile, planũ ꝙ extrema conuertuntur, & tñ medius non cõuertitur cũ vtriſq;. Rñdeo ꝙ in hoc cõuertendi modo ſupponendũ eſt propõnes vtraſque veras eſſe, fatuũ enim eſſet ſi prædicatũ ſubiecto nõ ineſt, velle mõſtrare cõuertibiliter ineſſe, & ꝓpterea oportet propõnes veras eſſe, ſi cõuerſio valere debet. { Et in nõ ineſſe. }

D Eodẽ inquit modo conuerſionẽ faciemus in nõ eſſe ac negatiuis, quẽadmodũ faciebamus in affirmatiuis ſyllogiſmis, faciamus itaq; in prima figura ſecundũ indemonſtrabilẽ, nullũ.b.a.oẽ.c.b.nullũ.c.a.ſi.a.conuertitur cũ.b.nullũ a.b.&.c.cõuertetur cũ.a.hoc eſt cõcludemus in cõcluſione.nullũ.a.c.hunc in modũ, oẽ c.b.nullũ.a.b.nullũ.a.c.& hoc eſt, quod voluit, dum ait, ſic enim.b.nõ inexiſtens ipſi.a.neq; igiẽ.c.nã.b.oĩ inerat.c.quaſi dicat, ſi accipiamus cõuertẽtẽ maiorẽ, nullũ.a.b.addita illi minore in maioris locũ, oẽ.c.b.cõcludemus cõuertentẽ cõcluſionẽ, nullũ.a.c.

Eodem mõ fit argumẽtũ a cõuerſiõe i ſyllis negatiuis.

Et ſi c conuertitur cum b, & b cõuertitur cum a.de quo enim b omni & .c.& ſi.c.ad.a. conuertitur, & b conuertitur: nam cui b.x.Cui uero.a.c.non ineſt: & ſolum hoc a concluſione incipit: alia autem non ſimiliter & in prædicatiuo ſyllogiſmo.



Per hãc rõ nõ aſtruitur maior conuerſa ex minore et cõcluſione cõuerſis.

Monſtrauit ſuperius quomodo ex conuertente maiorem cum minore concluditur conuertens concluſionem, nunc autem oſtendit quomodo ex cõuertente concluſionem cum conuertente minorem, colligitur cõuertens maiorem hunc in modum, omne.b.c.nullum.a.c.nullũ.a.b. & hoc eſt, quod voluit dum inquit: & ſi.c.conuertitur cũ b.&.b.cõuertitur cum.a.hoc eſt, ſi conuertens minorẽ accipiatur, concludetur conuertens maiorem propoſitionẽ: de quo enim.b.oĩ. &.c.hoc eſt minor conuertitur, omne b.c. & ſi.c.ad.a.conuertitur id eſt concluſio, nullũ.a.c.& b.conuertitur ſubaudi ad.a.hoc eſt maior, nullũ.a.b.nam cui.b.c.id eſt nullũ.b.c.cui vero.a c.non ineſt. hoc eſt, nullum.a.c.& propterea ſubintelligas tu concluditur maior conuerſa, nullũ.a.b. { Et ſolũ hoc a concluſione incipit. } E

Occurrit quodãmodo tacitæ quæſtioni, poſſet enim quiſpiam non immerito dubitare, quomodo cum ſuperius dixerit ſupponendum eſſe extrema inter ſe conuerti, poſtea inceperit a cõuerſione medij cum maiori extremo? Quaſi igitur ſoluens ambiguitatem iſtam inquit, ſolum hoc a concluſione incipit, quaſi dicat ſola hæc proprie cõuerſio nuncupari debet, reliqua vero ſuperius facta nõ vere nec ſimiliter conuerſio dicitur, quẽadmodum in prædicatiuo & affirmatiuo ſyllogiſmo, ibi enim omnes conuerſiones a cõcluſione incipiebant. Quomodo autem minor cõuerſa concludatur non expoſuit Philoſophus, propterea quia nullo pacto concludi poterat, cum ex vtriſq; negatiuis nihil ſyllogiſtice colligatur, et maior & cõcluſio vtræque negatiuæ ſint, qui igitur hac conuerſione, monſtrare contendunt quique alios conuertendi modos in negatiuis ſyllogiſmis machinantur laterẽ procuidubio lauant.

Inſtãtia poſt in litera.
F
Solutio.

Quare minor cõuerſa ſyllogizari nequeat.

Iam enim quæ de conuerſione dicta ſunt ſufficiunt. primũ enim adaperta capituli huius intentione, quæſiuimus an conuerſio iſta idem ſit cum circulari ratiocinio, an vero differat, & ſi differt, quomodo differat, an in quacũq; figura efficiatur conuerſiones iſtæ, allata in medium ratione geometrica, ſoluta deinceps occulta dubitatione circa contextum, atq; aſcripta & aſſignata cauſa, qũo minor in ſecundo indemõſtrabili conuerſione monſtrari nequeat. Sed his explicitis ad ſequentia deſcendamus. G

De commutatis conuerſionibus.

Rurſus, ſi a & b conuertuntur, & c & d conſimiliter. nec eſſe autem, a uel c omni neceſſe: & b & d ſic ſe habebit, ut omni alterum inſit. quoniam cui a b, & cui c d: omni autem a uel c, & non ſimul: planum quod & .b.uel.d.omni & non ſimul: ut ſi ingenitum incorruptibile, & incorruptibile ingenitum, neceſſe quod ſit corruptibile & corruptibile factum eſſe, duo enim ſyllogiſmi fiunt.

H

ALIVD inquiunt nonnulli exponit Ariſto. theorema, quod ſexto ac decimo elementorũ Theoremati perquã ſimile eſt, ſi fuerint quatuor magnitudines proportionales, permutatim quoq; proportionales erunt. Cæterum vt iſta exactius poſſimus intelligere, quæ ad principium quinti elementorum protulit Megarenſis Euclides de nõnullis ratiocinandi modis a proportione deductis, non abſurdum erit in medium adducere exponẽtes, quid conuerſa, quid permutata, quid diſiuncta, quid cõiuncta, quid euerſa, quid æqua proportio. Hæc enim præterquam ꝙ ratiocinãdi modi quidam ſunt, vtilia etiam propoſito erunt, nãq; & capitulum hoc ad illorum fortaſſe ſimilitudinem π ἐι ἐναλλὰξ ſeu de cõmutata vel coalterna cõuerſione inſcribitur. Cõuerſa igitur proportio, ſeu proportionalitas, quando in quatuor proportionabilibus, ſicut ſe habet antecedens vnius ad ſuum conſequens, itidem ſe habet antecedens alterius proportionis ad cõſequens eiuſdem, & inſuper, ſicut ſe habet conſequens prioris ad ſuũ antecedens, ita ſe habeat conſequens ſecundæ ad ſuum antecedens. puta in exemplo, ſicut ſe habet a ad b, ita ſe habet c ad d. ergo ſicut ſe habet.b.ad.a. ita ſe habet d . ad.c. vt in numeris, ſicut ſe habent duo ad quatuor : ita octo

Theorema de cõmutata cõuerſione.

Quid ſit cõuerſa proportio.

I ad ſexdecim igitur ſicut ſe habent quatuor ad duo: ita ſex
decim ad quatuor, & hæc de conuerſa proportionalitate.

Quid permutata.

Permutata vero cum concludimus, ſicut ſe habet ante
cedens ad antecedentem, ita conſequens ad conſequentē,
vt in exemplo, ſicut ſe habet.a.ad.b.ita.c.ad.d. ergo ſicut
ſe habet.a.ad.c.ita.b.ad.d.ſicut duo ad quatuor, ita octo
ad ſexdecim, igitur ſicut duo ad octo, ita quatuor ad ſex-
decim.

Quid coniuncta.

Coniuncta autem nuncupatur, cum ſicut ante-
cedens cum conſequente ſe habet ad conſequens, ita ante
cedens cum conſequente ad conſequens alterius propor-
tionis ita ſe habere concludimus, vt in exemplo, ſicut ſe
habet.a.ad.b.ita.c.ad.d. ergo ſicut ſe habet totum.a.b.ad
b.ita ſe habet totum.c.d.ad.d.ſicut ſe habent duo, & qua
tuor ad quatuor, ita ſe habent octo & ſexdecim ad ſexde
cim.

Quid disiuncta.

Diſiuncta vero ecōuerſo dicitur, ſicut ſe habet an
tecedens cum conſequente ad conſequens, ita ſe habet an
K tecedens cum conſequente ad cōſequens, ergo ſicut ſe ha-
bet antecedens ad conſequens: ita & alterius proportio-
nis ad conſequens antecedens, ſicut ſe habent.a.b.ad.b.ita
c.ad.d.igitur ſicut ſe habent duo & quatuor ad quatuor:
ita octo & ſexdecim ad ſexdecim: ergo ſicut ſe habent
duo ad quatuor, ita octo ad ſexdecim.

Quid euerſa.

Euerſa vero ſi-
cut antecedens cum conſequente ad conſequens, ita ante
cedens cum conſequente ad conſequens.ergo ſicut antece
dens cum conſequente ad antecedens, ita antecedens cum
conſequente ad antecedens alterius proportionis, ſicut.a.
b.ad.b.ita.c.d. ad.d ergo ſicut.a.b.ad.a. ita.c.d.ad.c. ſicut
duo & quatuor, ita octo & ſexdecim ad ſexdecim, ergo
ſicut duo & quatuor ad duo, ita octo et ſexdecī ad octo

Quid æqua proportionalitas.

Aequa autem proportionalitas eſt proportionum ſimi-
litudo plurium quantitatum ſummarū propoſitarum ad
alias ſecundū eundem numerum aliqua proportione ap-
plicitarum mediorū æquali numero remoto, vt in exem
L plo, ſint quantitates habentes vnam proportionē.a.b.c.
duo, quatuor, octo, & iterū aliæ aliam habentes propor-
tionem.d.e.ſ.tria, ſex, duodecim: tūc ita fiat, ſicut ſe habet
a.ad.b.ita.d.ad.e.& ſicut.b.ad.c.ita.e.ad.ſ.ergo ſicut ſe ha
bet.a.ad.c.ita.d.ad.ſ.ſicut duo ad quatuor, ita tria ad ſex,
& ſicut quatuor ad octo, ita ſex ad duodecim, ergo ſicut
duo ad octo: ita tria ad duodecim. Hi igitur ſunt propor-
tionalitatū modi, quibus poſſumus in proportionibus ra
tiones facere, quæ pleriſque in locis vſu veniunt, & pro-

Cōuerſio de qua hic agitur propriē nō proprie cōmutata ſed cōiuncta potius dici debet.

poſito etiam noſtro non multū ſeiunguntur, licet ergo nō
nulli inſcribant hoc capitulum περὶ τ. ἀλλο. ξ ἀντιστροφῆς.
ſeu de cōmutata conuerſione, non tamen proprie cōmu-
tata, ſed potius coniuncta dicenda eſt, fit enim conuerſio
iſta ad ſimilitudinem coniunctæ proportionalitatis, quaſi
enim dicit, ſicut ſe habet.a.ad.b.ita.c.ad.d.ergo ſicut ſe ha
bent.a.c.ad aliquod tertium, ita.b.d.ad idem, ſapit tamen
& quiddam permutati ratiocinij. Eſt igitur Theorema

Nota deductionē propoſiti theorematis p duos ſyllogiſmos oſtenſiuos.

propoſitum, ſi.a.&.b.cōuertuntur, &.c.&.d.ſimiliter cō-
uertuntur, ꝙ ſi.a.&.c.omni inſunt, ꝙ &.b.&.d.omni in-
erunt, quod monſtratur duobus ſyllogiſmis, cuicunq; in-
eſt.a.illi omni ineſt.b.& cuicunq; ineſt.c. illi omni ineſt.d.
ſed omni enti ineſt.a. vel.c.ergo omni enti ineſt.b. vel.d.
M & prior quidem ſyllogiſmus hunc in modum. Secundus
ita cōſtruetur, cuicunq; ineſt.a.illi omni ineſt.b.& cuicūq;
ineſt.c.illi omni ineſt.d. ſed nulli eidem ineſt.a. &.c. ergo
nulli eidem ineſt.b.&.d. nonnulli igitur hunc in modū bi
nos complicant ſyllogiſmos. Alij vero non oſtenſiuos
eos faciunt: ſed ad impoſſibile ducentes, & vnū quidem
ſic: ſi nō eſt verum, quod aſſerimus.d.ineſſe omni illi, cui
nō ineſt.b.ſit ergo ita, ꝙ aliquod.d.ſit.b.tunc ſic aliquod
d.b.omne.b.a.aliquod.d.a.tunc vlterius, aliquod.d.a.om
ne.d.c.aliquod.c.a.quod eſt impoſſibile, ſuppoſitum nāq;

Deductio eiuſdē theorematis per ſyllm ad impoſſibile.

fuerat.a.c.eſſe contradictoria. Rurſus eodem pacto, &
per eandem deductionem, poſſum alium ſyllogiſmū ad
incōmodum deducentem conſtruere monſtrantem, non
valere.b.&.d.eidem ineſſe. Verum deductio ac ſyllogiſ-
mus iſte non differret a ſupra allato. Satius igitur eſt, vt
dicamus binos ſyllogiſmos factos eſſe non deducētes ad
impoſſibile, ſed ad tranſumptum, vnum in prima figura,
omne.b.a.aliquod.d.b.aliquod.d.a.alterum in tertia, ali-
quod.d.a.omne.d.c.aliquod.c.a.puta in exemplo, pona-
tur.a.ingenitum.b.incorruptibile.c.genitum.d. corruptibi N
le: tunc dico, ſi ingenitum & incorruptibile cōuertuntur,
& ſimiliter genitum & corruptibile, & ens, aut genitum
eſt, aut ingenitum, ꝙ omne itidem aut corruptibile erit,
aut incorruptibile, & non ſimul, quia ſi non, ſit ergo ali-
quid, corruptibile ſimul & incorruptibile, tunc ita ratioci
nabimur, aliquod corruptibile incorruptibile, omne in-
corruptibile ingenitum, aliquod igitur corruptibile inge-
nitum. Rurſus omne corruptibile genitum, aliquod igi-
tur genitum & ingenitum, ꝙ eſt abſurdum.

*Rurſus, ſi omni a aut b, & c aut d: ſimul uero non inſunt: ſi
conuertuntur a & c & b d conuertentur: ſi enim b non ineſt
alicui, cui d planum quòd a ineſt: ſi uero a & c: Conuertuntur
enim: quare ſimul.c.&.d.hoc autem impoßibile. Cum uero a to-
ti b, & c inſit, & de nullo alio prædicetur: inſit autem & b om-
ni c: neceſſe eſt a & b conuerti. quoniam enim a de ſolis b c dici-
tur: prædicatur autem b & ipſum de ipſo, & de c: Planum quod* O
*de quibus a &.d. dicetur omnibus, præterquam de ipſo a. Rur-
ſus quando a & b toti ineſt c: Conuertitur autem.c.cum.b.neceſ-
ſe.a.omni.b.ineſſe, quoniā enim.a.omni c, c uero ipſi b, eo quòd
conuertitur, & .a.omni.b.inerit.*

Vere Theorema iſtud poteſt dici a cōmutata conuer-
ſione, ferme enim idē eſt, quod proportionalitas permu-
tata ſicut ſe habet.a.ad.b.ita.c.ad.d.ergo ſicut ſe habet.a.
ad.c.ita.b.ad.d. An igitur ſi.a.&.b.ſint contradictoria aut
contradictorijs æquiualentia, & conſimiliter.c.&.d.puta
in exemplo propoſito, corruptibile, incorruptibile, geni-
tum, ingenitum, ſi igitur ita ſe habuerint, ꝙ.a.&.c.cōuer-
tantur.b.etiam &.d.conuertentur, quod monſtratur per
impoſſibile, quemadmodū & ſuperius, ſi enim.b.non in-
eſt alicui cui.d.hoc eſt ſi.b.&.d.non conuertuntur, planū
ꝙ.a.inerit: ſuppoſitum enim fuerat.a.et. b.eſſe cōtradicto
ria: ſi vero.a.&.c.quoniam ex ſuppoſito conueniebantur

Theorema a cōmutata cōuerſione qd fit in cōtradictorijs.

inter ſe, hoc autem fieri nequit. Poſſemus & ex altera par P
te monſtrare, ꝙ.a.&.c.conuerterentur, ſuppoſito: ꝙ.b.&
d.eſſent æquiuertibilia. Theorema igitur hoc hunc in mo
dum fit, quemadmodū & in primo de cœlo quodāmo-
do facit Ariſtoteles. Sunt tamen qui hoc non ſolū in cō
tradictorijs fieri poſſe dicāt, ſed etiam in correlatiuis, quæ
primo & per ſe ſunt relatiuā, vnde inquiunt, ſi.a.et.b.cor
relatiua fuerint, &.c.&.d.conſimiliter, &.a.et.c.idem ex-
titerint ꝙ.b.&.d.idem erunt, atque hi quidem hūc in mo
dum, nec fortaſſe iniuria, ſi quidem abſurdum eſt, aliquid
primo & per ſe ad plura referri, quoniam ex hoc ſequere
tur, vnum & idem habere plures eſſentias ac definitio-
nes, quod fieri nequit. Sed de his alias. { Cum vero.a.to-
ti.b.&.c. } Aliud Theorema tradit valde pulchrum atq;

Theorema prius dictū pōt et fieri in correlatiuis primo, vt aſſerunt aliqui.

Nota hoc theorema qd pōt hac figu. & his terminis declarari.

Animal.

a

Sensibile b c rõnale & irrõnale. Q

admirandum, inquit Philoponus, & ait, ſi.a.prædicetur
de omni.b.&.c.ſolis, ita ꝙ de nullo alio prædicetur, &.b.
etiam inſit omni.c.tanquam ſubiecto, neceſſe eſt.a.&.b.
conuerti inter ſe, quod ita monſtratur, nam.a.de ſolis.b.c.
prædicatur, &.b.etiam cōſimiliter, ergo conuertuntur in-
ter ſe, ſi enim.b.de ipſomet.b.prædicatur & inſuper de.c.
igitur de omnibus prædicatur, de quibus.a.dicitur, præter
quā ꝙ fortaſſe non dicetur de ipſo.a. Sed dubitaret nō

Dubium

immerito quiſpiam, ſi.a.&.b.conuertuntur, quid prohibet,
ꝙ.b.de ipſo quoq;.a.prædicetur, neq; enim abſurdum cō
uertibile prædicari de cōuertibili. Reſpondeo quidē eſſe

Solutio.

b.de ipſo.a prædicari, non tamen hoc ſupponi in exēplo,
quæ enim ſupponūtur in mōſtratione iſta hæc tantū ſunt

a.prædicari

A a.prædicari de ſolis.b.c.&c. b.de.c.etiã dici. Alexander tamen dubitat de hoc dicto, & quaſi mendũ in cõtexu eſſe aſſerit inquiens melius eſſe, ſi ita ſe haberet, &c.b.dicetur omnibus & de ipſo.a. { Rurſus quando.a.&c.b. } Aliud theorema, & eſt quaſi præcedens cõuerſum ſi.a.&c.b.ter-

Aliud theorema cõuerſum præcedẽtis & ſit in tertia hoc modo.



B

mini inſunt omni.c.&c.c.&c.b.conuertuntur, neceſſe eſt.a. ineſſe omni.b.fit enim primum ſyllogiſmus in tertia figura: mox in prima, in tertia ſic, omne.c.a.omne.c.b.omne b.a.in prima, minore vniuerſaliter conuerſa: hoc enim fieri poteſt in terminis conuertibilibus, & hoc eſt, quod voluit Philoſophus, dum inquit.c.vero ipſi.b.eo ꝙ conuertitur. Atque hæc de cõmutata conuerſione pertractata ſufficiant: ſatis enim fuit modos omnes ratiocinãdi a proportione expoſuiſſe, atque inſuper rationem aſſcripſiſſe, cur cõmutata conuerſio nuncupetur, declaraſſeque etiam quomodo bini ſyllogiſmi in monſtratione primi efficiantur Theorematis, quodq́ ſecũdum Theorema non in ſolis cõtradictorijs exerceri poſſit, ſed etiam in correlatiuis, atq; inſuper ſoluta dubitatione contra tertiũ Theorema. Sed his explicitis ad reliqua tranſeamus.

Epilogus eorũ quæ dicta ſunt de cõmutata conuerſione.

C

De mutua oppoſitorum conuerſione, Eligendorum & fugiendorum.

QVando autem duobus exiſtentibus, ut.a.eligibilius ſit quàm b, cum ſit oppoſita: & d quàm c. Conſimiliter: ſi eligibiliora a c, quàm b d: a eligibilius quàm.d. Similiter enim ſequendum a, & fugiendum b: oppoſita namq;: & c ipſi d, nam & hæc opponuntur. ſi igitur a ipſi d ſimiliter eligendum, & b ipſi c fugiendum: utrunque enim utriq; ſimiliter fugiendum ſequendo: quare & ambo, a c ipſis b d quoniam autem magis non poſſunt, ſimiliter: namque b d ſimiliter erant: ſi uero d quàm a eligibilius, & b quàm c minus fugiendũ: nam minus minori opponitur: eligibilius autem maius bonum, & minus malum quam minus bonum, & maius malum: & totum ergo.b d eligibilius quam a c. ſed nunc non eſt: a igitur eligibilius quã d, & c itaque quàm.b minus fugiendum. ſi ergo eligeret omnis amans ſecundum amorem, a ſic ſe habere ut gratificetur, & non gratificari in quo c, aut gratificari in quo d: & non talem eſſe ut gratificetur in quo b: planum quòd a talem eſſe eligibilius eſt, quam gratificari. Amari igitur coitu eligibilius ſecundum amorem: amor igitur magis eſt amicitiæ quã ipſius coitus. quòd ſi magis huius & finis hoc: coire igitur aut non eſt penitus, aut eius, quod eſt amari gratia: namque & alij affectus & artes ſic. Quomodo igitur ſe habent termini ſecundum conuerſiones, & eo quòd magis fugiendum uel eligibiliores ſint, manifeſtum.

D

INSCRIBITVR capitulum hoc a nõnullis de mutua oppoſitorũ conuerſione: propterea ꝙ fortaſſe traditur quomodo oppoſita ſeinuicem cõuerſim vel potius mutuo conſequantur, docet enim Ariſtoteles Theorema quoddã, quod naturã quodãmõ coniunctæ ſapit proportionalitatis inquiens, ſi quatuor extiterint.a.b.c.d.duo eligẽda, & totidem fugienda, &c.a.eligendum ſanitas.b.fugiendum ægritudo, et iterum.d.eligendũ, diuitiæ, &c.c.fugiendum pauperies: ſi inquã quatuor hæc ſic ſe habeant et a.c. ſimul eligibiliora fuerint quã b d.a.quoq; per ſe ſumptũ eligibilius erit quã.d.puta in exemplo: ſi ſanitas & pauperies magis eligenda quã diuitiæ & ægritudo, planum, ꝙ ſanitas diuitijs eligibilior. { Similiter enim ſequendum.a. } Monſtrat quod propoſuerat: nãq; inquit ſi.a.ita ſequendum, quemadmodũ.b.fugiendum, quia ſunt oppoſita, &c.c.ſimiliter fugiendum, veluti d.ſequendum, cum & hæc opponantur: ſi.a.nõ eſt magis eligendum quã.b.ſed ſimiliter, &c.b.etiam ſimiliter fugiendum, quemadmodũ.c.nãq; vtrunq; fugiendum dicitur ad ſimilitudinem & imaginem ſequendi: quare ſequetur, ambo.a.c.ſimiliter eligenda eſſe, ſicut.b d.quod ex ſuppoſito falſum, ergo ſi.a c.eligibilius quã.b.d.a.eligibilius erit quã d. { Si vero.d.quã.a.eligibilius. } Quæſitum monſtrandum, erat, ſi.a c.eligibiliora eſſent, quã.b d. ꝙ.a.eligibilius foret, quã d.hoc autem hunc in modum oſtẽdebatur, quaſi per impoſſibile, ſi enim.a.nõ eſt eligibilius: ſit ergo aut æque eligibile, aut minus, ꝙ igitur æque eligibile eſſe nõ poſſit iam fuit demonſtratũ: nunc autem ad alteram partem oſtendit, ꝙ videlicet.a.non ſit minus eligibile quã.d. & inquit, ſi.d.eſſet eligibilius quã.a.ſequeretur ꝙ.b.eſſet minus fugiendum quã.c.cum enim.a. &c.b.opponantur, &c.a.ſit minus eligendum ſequitur, ꝙ.b.erit minus fugiendum, propterea ꝙ minus fugiendũ opponitur minus eligendo, ſed magis bonum & minus malũ eligibilius, quã minus bonum & magis malum, ergo totum.b d.eligibilius erit quã totum.a c.quod eſt contra ſuppoſitum, cum igitur.a.neq; æque eligendum neq; minus ſit quã.b.ſequitur ꝙ magis erit eligendum, & ex alia parte.c.erit minus fugiendum quã.b. quoniam minus eligẽdo minus fugiendum opponitur. Sed dubitatur, an magis eligendo magis fugiendum opponatur & minus fugiendũ minus eligendo: hoc enim falſum eſſe videtur: nãque bene viuere magis eligendum, quã viuere, & tamen non bene viuere non eſt magis fugiendum quã non viuere. Rurſus perfecte bonum eſt magis eligendum quã bonum, & tamen non perfecte bonum non eſt magis fugiendũ quã non bonũ. Præterea.inquit in octauo topicorũ Ariſtoteles. Euexia eſt magis eligendum quã ſanitas, & tamen cachexia ſeu mala habitudo non eſt magis fugiendum quã ægritudo. Reſpondemus, quemadmodũ inquit Diuus Albertus, illa eſſe intelligenda vbi vnũ non ſit aut pars aut ſpecies alterius, vel melius vt in topicis ait Ariſtoteles, vbi vnum non conferat alteri, & ex hoc facillime ſoluuntur omnes inſtantiæ. { Si ergo eligeret omnis amans. } Rem maximam inquit Philoponus ex propoſito Theoremate monſtrat Ariſtoteles, quæ contra opinionem eſt ferme omnium: pauci enim ſunt, qui his temporibus non arbitrentur amorem eſſe propter coitum, ipſe vero totum oppoſitum monſtrat quatuor accipiens oppoſita, duo ſecũdum prælectionẽ, velle, nolle, & totidem ſecundũ actionem, poſſe & non poſſe, vnde quoniam in amore eligibilius eſt velle amantibus morem gerere & non poſſe quã poſſe & nolle: igitur & minus fugiendum, non poſſe & velle quã nolle & poſſe, quare & velle ſimpliciter eligibilius quã poſſe: ergo amicitia ac beneuolẽtia eligibilior quã coitus. Hoc autem pendet ex Platonis conuiuio, vbi eos dãnat, qui finem amoris concubitum eſſe arbitrantur, ſit ergo.a. velle morem gerere.b.nolle.d.morem gerere.c.non gerere morẽ. In amore igitur eligibilius amatũ,

Theorema de mutua oppoſitorũ cõuerſione

E



F

G

Dubiũ contra regulã ab Ariſto. traditam.

H

Solutio.

Nota pulchrã rẽ quã ex prædicta regula Ariſto.elicit de eligendis.

Ex Platonis ſnia concubitũ nõ eſſe amoris ſnẽ

I velle morem gerere & tamen non gerere, ꝙ morem gerere & nolle, ergo velle morem gerere eſt in amore eligibilius quā morem gerere, a videlicet quā d. quare amor magis eſt amicitiæ gratia, quā coeundi, & propterea coi-

Velle gratificari. a — Nolle gratificari. b



d Poſſe gratificari. — c Nō poſſe gratificari.

Exēplū ex conuiuio Platonis.

K

tus non eſt amoris finis, ſed amicitia potius ac beniuolentia: ſic enim & in aliꝭ affectibus omnibus atque artibus dicere conſueuimus illū eſſe finem cuius gratia alia fiunt, veluti in domo ædificanda non eſt finis lapides congerere & congregare, ſed domo extructa ab imbribus atque æſtibus defendi quare coitus aut omnino ad amorem nō pertinet, aut ſi pertinet, amicitiæ ac beneuolentiæ gratia fit. Sed dubitant hoc in loco nōnulli cur cum plures aliꝭ loci ſint ab eligendo & fugiendo deducti, velut in topicis traditur, cur inquā de hoc tantū in præſentia ſermo factus ſit. Reſpondemus, quemadmodū & Aluli. Roſa. inquit, ꝙ de hoc loco magis facta fuit mentio hoc in volumine quā de aliꝭ, quoniam magis attinebat ad naturam ſimplicis ſyllogiſmi, de quo hoc in lib. pertractatur. { Quomodo igitur ſe habet terminis. } Breuibus ea concludit, quæ de cōmutata conuerſione, quæque de mutua oppoſitorum conuerſione ſuperius fuere determinata.

Dubium

L

Quoniam autem non ſolum dialectici & demonſtratiui ſyllogiſmi per prædictas efficiuntur figuras, ſed & rhetorici & ſimpliciter quæcunque fides, & ſecundum quamcunque methodum nunc utique dicendum eſſet: omnia enim credimus aut per ſyllogiſmum aut ex inductione.

Tranſitionem facit ad ea, quæ dicturus eſt, & inquit, poſteaquam pertractauimus de dialecticis ac demonſtratiuis ratiociniꝭ quomodo formam habeant ſyllogiſticā: deinceps videndum erit, quonam pacto rhetoricæ quoq; rationes & ſimpliciter ſecundum vnāquāq; artem ac methodum conſtrui poſſint argumenta, quæ quoniam naturam quodammodo ſapiunt ſyllogiſmi, propterea de his etiam in præſentia ſermo faciendus eſt: nāque ſi alicui fidem adhibemus, aut hoc propter ſyllogiſmū facimus, aut propter inductionem. De inductione igitur atque aliꝭ arguēdi modis tractaturi breui prius ea repetemus, quæ de mutua oppoſitorum conuerſione dicta ſunt. Primum igitur rationem aſcripſimus cur mutua oppoſitorum cōuerſio nuncupetur: mox & contextus enarrantes inſtantias ſoluimus de magis eligendi, magiſq; fugiendi oppoſitionibus: aſſeruimuſq; ex Platonis ſententia coitum nō eſſe amoris finem, ac demum cauſam aſsignauimus, cur de hoc tantū loco ab eligendo & fugiendo ſermonem hoc in volumine fecerit Ariſtoteles. His expeditis ad ea, quæ de inductione dicuntur tranſeamus.

M

De Inductione.

INductio igitur eſt & ex inductione ſyllogiſmus, alterum extremum medio ratiocinari per alterum. Veluti ſi ipſorum a c medium ſit b, per c monſtrare a inexiſtens ipſi b: ſic enim facimus inductiones. ut ſit a longæuum: in quo autem b, bilem non habens: in quo uero c ſingulare longæuum, ſicut homo, & equus, & mulus: a igitur ineſt toti c: omne enim c longæuum: ſed & b, bilem non habens, ineſt omni c. Si igitur conuertitur c cum b, & non excedit medium, neceſſe eſt a, ineſſe ipſi, b: monſtratum namque fuit prius: ſi duo quædam eidem inſint, & ad alterum ipſorū conuertatur extremum, quòd conuertenti & alterum prædicatorum inerit.

N

ANNECTVNTVR etiam ſyllogiſmo ac eiuſdem naturam conſequuntur inductio atq; exemplum, & propterea de his iam pertractare incipit Ariſtoteles: primum autem de inductione ſermonem facit, cum hæc ad logicum attinet, illud vero ad oratorem. Duo nāq; ſunt logici inſtrumenta, ſyllogiſmus atq; inductio. De ſyllogiſmo igitur hucuſq; ſatis diſputatū fuit: abhinc vero de inductione peragendum erit, ac de inductione non ſimpliciter, ſed vt naturam aſſequitur ſyllogiſticam, & ad ſyllogiſmū quodāmodo reducitur: ſic enim ad hoc attinet volumen: alter enim & demonſtrator & dialecticus de iſta ſermonē faciunt. Eſt itaq; inductio, vt in topicis inquit Ariſtoteles & Diuus quoq; Seuerinus aſtipulatur, a particularibus ad vniuerſalia progreſsio. Vel vt ait Albumazar Alpharabius ſextodecimo capite libri de ſyllogiſmo, inductio eſt inquiſitio ex particularibus ſub aliquo contentis vniuerſali ad declarandū iudicium, quo ſuper re illa iudicemus in affirmatione aut negatione. Hæc ille, vbi ſimul & definiuit & diſtinxit inductionē in affirmatiuam, & negatiuam. Sunt tamen & aliꝭ quidam, quēadmodum Alulidus Roſadis qui hanc diſtinguunt, in demōſtratiuam, dialecticā, ac ſophiſticam. Nos vero addimus, ꝙ omnes diſtinctiones, quæ ſyllogiſmo aſcriptæ fuerunt, poſſunt & inductione aſsignari, vnde dicimus inductionum alias cathegoricas ſeu prædicatiuas eſſe, alias hypotheticas vel ſuppoſitorias, & prædicatiuarū, alias demonſtratiuas, alias dialecticas, ſophiſticas aliās: atque iterum iſtarū omnium, alias affirmatiuas, alias negatiuas. Inductio igitur cathegorica eſt cum nulla præmiſſa ſuppoſitione a particularibus ad vniuerſalia monſtranda procedimus. Hæc autem in facienda, vt primū ab vniuerſalioribus exordium ſumatur, deinde ad particulariora fiat deſcenſus, veluti in exemplo ſi per inductionē monſtrandū ſit oppoſitorū eandem eſſe diſciplinam: primo arguamus hunc in modū, contrariorū eſt eadem diſciplina, & contradictoriorū, & ad aliquid, & priuatiuorū: igitur omniū contrariorum eſt eadem diſciplina. Deinde deſcendendū ad particularia contraria, & itidem in reliquis oppoſitionum generibus, & ita quidem prædicatiua efficitur inductio. Suppoſitoria vero fit, cum ex aliqua ſuppoſitione inducimus, puta in exemplo, ſuppono ſi anima hominis ſit īmortalis ꝙ omnis anima ſit īmortalis: deinde arguamus animā hominis īmortalem eſſe, quo monſtrato ſtatim concedet aduerſarius omnē animam īmortalem eſſe, & ſuppoſitoria quidem inductio hūc in modum. Demonſtratiua vero, cum ſit eſſentialis habitudo prædicati ad ſubiectū, & eſt ea, qua conſueuimus monſtrare pacto aliquo primas ꝓpoſitiones, & in hac inquit Alulidus Roſadis non eſt neceſſarium, vt diſcurramus per omnia particularia, quoniā iudicium vniuerſale non acquiritur niſi poſt maximā conſiderationē de pluribus indiuiduis: Ego autem dico tunc maxime demōſtratiuā fieri inductionē, cum & prædicatum eſſentialē habeat habitudinē ad ſubiectum, & omnia etiam particularia connumerantur ſic enim & maiorem habet neceſsitatem, & demonſtrationem etiam maiorē. Niſi fortaſſe ſequi vellemus opinionē Albumazaris Alpharabiꝭ qui in libro ſuo dialectices poſt diuiſionem inductionis in dialecticā & ſpeculatiuā. Dialectica inquit eſt quæ adducitur ad monſtrandā ac verificandam propoſitionē vniuerſalem, a et ipſius probabilitatem. Demonſtratiua vero eſt quæ adducit nos ad intelligendā propoſitionē vniuerſalē, non autem verificādam aut monſtrandā, quoniā veritas propoſitionis demōſtratiuæ non eſt ex inductione, ſed ex eo quod in anima conſiſtit, & hoc fortaſſe eſt quod voluit Aluli. Roſa. Dialectica vero inductio, fit cum nō eſt prædicati ad ſubiectū eſſentialis habitudo, neq; omnia etiam ſecundū veritatē

Duo sūt logici inſtrū. ſyllo. & inductio primo topicorum.

Quid ſit inductio.

O

Alu. Roſ. diſtinguit inductionē in dialecticam & demōſtratiuā. Inductio alia cathegorica alia hypothetica,

Inductio cathegorica.

P

Inductio ſuppoſitoria.

Inductio demōſtratiua.

Q

particularia

A particularia connumerantur, ſed ſecundũ opinionẽ. Sophiſtica autem dicitur, cum non vera, ſed apparentia particularia cõnumerantur. Sed quæreret non ĩmerito quiſpiam, cum ſingularia ſint infinita, qui fieri poſſit, vt omnia connumerentur? Reſpondent nõnulli, cum ad ſingularia deuenimus non amplius fieri poſſe demõſtratiuam inductionem, in qua inducunt omnia ſecundũ veritatem ſed dialecticam: in qua cenſentur ſecundũ opinionem.

Inductio ſophiſtica.
Dubiũ qũo ĩ inductiõe oĩa ſingularia enumerẽt, cũ ſint infinita.
Solutio q̃ ĩ dialectica ſola ſumuntur infinita nõ ĩ demõſtratiua.

Reſpondent alij negantes indiuidua ſecundũ numerum infinita eſſe: ſi enim hoc foret, non poſſent aliquibus alijs additis pacto aliquo augeri, quod tamen confeſſo eſt falſum, & cum dicitur indiuidua infinita eſſe, id volunt intelligi, indiuidua ſecundũ numerum eſſe indeterminata: propterea q̃ per continuã generationẽ & corruptionẽ augẽ ac minuitur indiuiduorũ numerus. Alij aliter etiã dicunt non oportere ſigillatim vnũquodq; nominari indiuiduũ vel ſpeciem quãcũq;, ſed quibuſdã nominatim explicitis, turmatim reliqua poſtea cõnumeranda eſſe, veluti in exẽplo omnis equus inferiorẽ mouet maxillã, & omnis homo & omnis bos & omnis mulus, & ſic de ſingulis, vel ſic de alijs: igitur omne animal inferiorẽ mouet maxillã.

Alia ſolo, quo poſſit intelligi indiuidua eẽ infinita.
B
Alia ſolo q̃ nõ explicãtur ſigillatĩ omnia indiuidua.

Sed contra hoc dicunt nonnulli non eſſe monſtrationis genus hoc ſanũ ac legitimũ, ſed fieri potius petitionẽ eius quod in principio, cũ enim in monſtratione quacunq; antecedens notius ſit, vel ſaltem eſſe debeat ipſo cõſequẽte, ſequitur inductionis modum illum nihil penitus arguere, æque enim ignotum q̃ alijs animalibus verũ ſit prædicatum illud ineſſe, quemadmodũ & omnibus. Ad hoc reſpondemus falſum eſſe, quod aſſerunt: licet enim fortaſſe particula illa ſit æque ignota, non tñ propterea totũ antecedens, & ex hoc non ſequitur fieri petitionẽ eius, quod in principio. Sed adhuc ſciſtaretur non ĩmerito quiſpiam, de qua inductione ſit in præſentia apud Ariſtotelẽ ſermo.

Cõtra vltimã ſolonẽ inſtãtia q̃ inductio petat pñcipiũ.
Solo q̃ inductio pñte qñ non eſt ignotũ totũ añs.
Dubium.
C
Solutio.

Ad hoc dicimus, de inductione hoc in loco pertractari vt a demonſtratiua & dialectica abſtrahit, quẽadmodũ de ſyllogiſmo ſuperius etiam egimus, vel potius dicendũ de inductione hic orationem fieri, non vt inductio eſt, & alius a ſyllogiſmo arguendi modus, ſed magis de inductiuo ſyllogiſmo, atq; vt inductio ad ratiocinij regulam ac formã reducetur. Verũ his peractis ad contextus expoſitionem iam veniamus, ait igitur q̃ inductio, vel potius inductiuus ſyllogiſmus eſt, cum ratiocinamur vnã extremitatem de medio termino per alterã extremitatẽ, veluti in exemplo ſit maior extremitas. a. minor. c. medius. b. ſi mõſtraremus. a. ineſſe. c. per. b. medium: ſyllogiſmũ vtiq; legitime cõſtrueremus, ſi autem. a. de. b. argueremus per c. inductionẽ magis aut inductiuũ ſyllogiſmũ facere diceremur, vt in exemplo, ſit. a. maior extremitas longæuum b. bilem non habens. c. ſingularia longæua, puta, homo, equus & mulus: omnis hõ equus, & mulus eſt longæuũ, & omnis hõ, & equus & mulus eſt bilẽ non habens: igitur oẽ bilẽ non habens eſt longæuũ. Fit igitur ſyllogiſmus inductiuus in tertia figura vniuerſalẽ affirmatiuã colligẽs concluſionẽ, quod fieri legitime poteſt, cum termini ſunt æquiuertibiles: nãq; et ſuperius dicebamus, qñ. a. & . b. inerant omni. c. & . c. cũ. b. conuerteretur, q̃ & . a. omni. b. ex neceſſitate inerat, quod planius ẽt fiet, ſi minor vniuerſaliter cõuertatẽ: ſic. n. fiet ſyllogiſmus in primo indemrãbili.

Quõ fiat ſyllis inductiuus.
D
Pli. xj. nat. hiſto. ca. 37.

Oportet autem intelligere. c. ex omnibus ſingularibus compoſitum: inductio enim per omnia.

Longæuũ. Bilẽ nõ hñs. Hõ. Equus. Mulus.
A. B. C.



Fit prim ſyllogiſmus ĩ prĩa figura ipſius A. de C. p B. poſita iductio ſiue iductiuus ſyllis in tertia ipſius B. d A. p C. Demũ ĩ prima figu. minor ĩ terminis conuertibilib'.

Eſt autem talis ſyllogiſmus primæ & immediatæ propoſitionis: quorum namque eſt medium per medium ſyllogiſmus: quorum uero non eſt, per inductionem, & quodammodo opponitur inductio ſyllogiſmo: hic enim per medium extremum tertio monſtrat: illa autem per tertium extremũ medio: natura igitur prior & notior per medium ſyllogiſmus: nobis uero notior qui per inductionem. E

Oportet inquit, vt. c. medium inductiui ſyllogiſmi intelligamus compoſitũ eſſe ex omnibus ſingularibus aut ſpeciebus, qñ inductio fit per omnia particularia enumerata aut ſecundũ veritatem aut ſecundũ opinionẽ. Sed quærunt hoc in loco nõnulli an ſingularia hæc enumerãda ſint diſiunctiue an copulatiue. Et tandem aſſerunt q̃ diſiunctiue: propterea q̃ taliter ſub medio continentur: ego autẽ ſecus dico, & copulatiue recenſenda eſſe & copulatiue etiã ſub medio contineri: non enim plura particularia vniuerſale cõſtituunt, niſi ſimul iuncta. Præterea ipſi quoq; Ariſto. ea copulatiue enumerat inquiens, homo & equus & mulus. { Eſt autẽ talis ſyllogiſmus. } Vult differentiã ponere inter inductionẽ ſiue inductiuũ ſyllogiſmũ & ſyllogiſmũ ſimpliciter rectũ, & ait, q̃ ſyllogiſmo inductiuo monſtrantur primæ atq; ĩmediatæ propoſitiones, recto autẽ ratiocinio mediate. Sed quæreret aliquis, ſi propoſitiones ĩmediatæ ſunt per ſe notæ, vt in poſterioribus dicitur: cur ergo aſſerit Ariſto. eas argui per inductionem. Dicimus propõnes quidẽ ĩmediatas non habere mediũ per quod poſſint demonſtratione aut ſyllogiſmo cõprobari, aliqñ tamen ita ſe habere, vt modicula quadã egeant declaratione, & tunc inductione coarguũtur: vel etiã diuiſione, & hoc eſt, quod in primũ de cœlo dixerat Alulidus Roſa. diuiſione atq; inductione vtendũ eſſe ad declarandũ ea, quæ ſunt latentiora primis cognitionibus, & apertiora primis qõnibus. { Et quodãmodo opponitur. } Secunda differentia, qua differt inductiuus ſyllogiſmus a ſyllogiſmo ſimpliciter recto: nãq; inquit ĩductiuus ſyllogiſmus opponitur quodãmodo ſyllogiſmo vere argũti, propterea q̃ hic per verũ mediũ & notius & prius natura monſtrat maius extremũ de minori: ille autẽ p id, quod ſecundũ naturã deberet eſſe minor extremitas, oſtẽdit maiorem ineſſe medio: extremũ enim κατ' ἐξοχὴν vocat maiorẽ extremitatẽ. { Natura igiẽ prior. } Tertia differentia inter inductiuũ ſyllogiſmũ ac ſimpliciter rectum, qñ hic prior ac notior ſecundũ naturã eſt, cũ ab vniuerſalibus notioribus ſecundũ naturã tendat ad particularia: ille autem nobis notior, quia a ſingularibus nobis notioribus argumenti principiũ ſumit, et hoc eſt quod in topicis ẽt dixit Ariſto. eſt autem inductio veriſimilior & palã & ſecundũ ſenſum notior & pluribus cõis: ſyllogiſmis autẽ violentior; vel & ad cõtradicendũ efficacior, & ꝓpterea in octauo quoq; topicorũ ait idem. Vtendũ eſſe in diſputãdo ſyllogiſmo quidẽ ad dialecticos magis q̃ ad plures. Inductione autem econtrario ad plures magis. Atq; hæc de inductione ſeu inductiuo ſyllogiſmo. Cæterum præ oĩbus notandũ q̃ plerũq; maxime fiũt deceptiones, quæ ex inductione originẽ atq; cauſam habent, & ꝓſertim circa negatiua inductionẽ, vt in exẽplo, prima gutta nõ cauat lapidẽ nec ſecũda nec tertia nec quarta, & ſic de alijs oĩbus. ergo nulla cauat, & ꝓpterea non fuit concauitas iſta lapidis a guttis facta, quod eſt falſum: has autẽ obratiocinatiões vocabãt antiqui. Referẽte Simplicio in Theta naturalis auditus Sorites, quaſi ſermones coaceruatorios. Sed his explicitis iã breuibus cõcludamus, quæ de inductiuo diſputauimus ſyllogiſmo. Primũ igiẽ ratio aſſignata fuit, primũ de inductione quã de exẽplo pertractauerit, deinceps declaratũ fuit, quot inductionis ſpecies, ſoluta inſuper dubitatione qũo indiuidua omnia cõnumerari poſſint, qũo antecedens in inductione ſit notius conſequente, de qua inductione ſit ſermo. Hoc in volumine, an copulatiue, an vero diſiũctiue particularia in inductione cõnumerãda ſint, qũo prima principia ac propoſitiones ĩmediatæ per inductionem mõſtrentur, ac demũ quonã pacto deceptiones ac Sorite fiant ſecundum inductiones. Sed his in medium allatis iam de exemplo agamus.

Dubium
Solutio.
F
Dña inter ſyllm inductiuũ & ſyllogiſmũ ſimpliciter.
Dubium.
Solutio.
Immediatæ ꝓpões qñq; p inductionẽ aut diuiſionẽ declarant. prio cœli et 2. phyſico.
Scda dña.
G
Extremum uocatur maior extremitas p excellentiam.
H
Not. deceptiones q̃ ſunt circa negatiuã inductionem.

I

De Exemplo.

Sed exemplum eſt, quando extremum medio in exiſtens monſtratum fuerit per ſimile, tertio. oportet autem medium tertio, & primum ſimili notius eſſe inexiſtens. Vt ſit a malum: b contra confines bellum inferre: in quo c, Athenienſes contra Thebanos: in quo autem d, Thebanos contra Phocenſes. Si itaque uelimus monſtrare, quòd bellum gerere cum Thebanos eſt malum, accipiendum, quòd contra confines bellum gerere eſt malum. huius autem fides ex ſimilibus, ut quoniam Thebanis, quod contra Phocenſes. Quia igitur malū eſt, quod contra confines: quod uero contra Thebanos contra confines eſt: planum quòd contra Thebanos bellum gerere malum.

K *manifeſtum itaque quòd b ipſi c, & ipſi d ineſt: ambo enim ſunt contra confines bellum inferre: & quòd a ipſi d, Thebanis enim non contulit bellum contra Phocenſes. quòd autem a ipſi b ineſt per d, monſtrabitur. Eodem autem modo ſi per plura ſimilia fides fiat medij ad extremum.*

Malū. Cōtra cōfines bellū inferre. Athenieſes cō tra Thebanos Thebāi cōtra Phocenſes.

Probat A de C per B quod cōſtima tur exēplo ipſius D. A vero probatur de B p idem D.

L



Thebani contra Phocenſes.

NON Iniuria Zeno ſtoicus logicam pugno, rhetoricen vero palmæ dilatatæ aſſimilare conſueuerat, quoniā logica quaſi oratoriæ principium ac fundamentū exiſtit, quare & Ariſtoteles in principio ſuæ rhetoricæ, hāc appellat ἀντίστροφον & παραφυῆ, quoddam dialecticæ, quod cū ita ſit in hoc quoq; volumine Philoſophus poſteaq̃ demōſtrationibus omnibus logicis diſſeruit, vult impræſentia & oratorias argumentationes in mediū exponendas proponere, hoc eſt de enthymemate atque exēplo, cōſentaneū autem fuerat prius de enthymemate, poſtea de exēplo ſermonem facere, ſed quoniam vt inquit alibi Philoſophus, enthymema eſt rhetoricus ſyllogiſmus, & exēplum inductio rhetorica, cum paulo antea de inductione

Nota differētiā inter dialecticā & rhetoricā ex Zenōe ſtoico.

M pertractatum fuerit, nō ab re exiſtit exemplū inductioni annectere, vt ex ſuperioribus quæ de exemplo dicerentur planiora eſſent. Cæterum vt quid exemplū, quoq; exempli ſpecies ſint ex actius poſſimus intelligere, non ab re fuerit orationē aliquantiſper protrahere, complura ex diuerſis locis antiquorum in medium afferentem. Exemplum itaq; referente Albumazare Alpharabio: eſt trāſlatio iudicij a particulari ad particulare ſimile ipſi in tempore, in quo eſt inuentio in vno, ipſorū nota. Vel vt inquit Diuus Seuerinus. Exemplū eſt quod per particularē propoſitum particulare quoddā contendit oſtendere. Vel aliter, vt inquit Ariſtoteles in rhetorica ſua ſecundū antiquorum præcepta. Exemplū eſt actiones ſimiles aut cōtrariæ ijs, quæ nunc a nobis dicuntur. Sunt autem eodem referente exemplorū ſpecies duæ, vna ſecundū quā res anteactas dicimus, altera ſecundū quā ipſi fingimus, & hæc diuiditur εἰς παραβολὴν καὶ λόγον. hoc eſt collationem ac fabulam. Exempli vero ſpecies prior talis eſt, puta, non ſunt concedendæ cuſtodiæ Dionyſio, quoniā & Piſiſtratus his acceptis tyrannidem occupauit. Collatio autem hunc in modū ſit, quēadmodū agricolæ cum maximo labore & agros excolunt & ſemina in terrā proijciunt, fructus vero non ſine magna letitia ac voluptate colligunt, eodem pacto & doctrinā ſequentes cū labore maximo gloriam, quæ inde venit, conātur adipiſci. Exēplum autem per fabulā tale eſt, cum enim milites eligere decreuiſſent Phalarin Imereorū Imperatorem Steſichorus in hunc ſermonem poſt multa prorupit inquiens, cū equus olim optimū pratum depaſceretur, accedēs ceruus totū ferme paſcuum curſuando diſſipauit, quod videns equus & ægre ferens conſuluit hominē an ipſius auxilio poſſet de ceruo vindictam ſumere, quod aſſerente homine, ſi frenū ac ſellam ſuſcepiſſet, cum de ceruo vlciſci properat ipſe in ſeruitutem redactus eſt. Qua de re & vos milites cauere ne dum vindictam ſumere de alijs vultis Imperatore electo, ipſi in ſeruitutem redigamini. Eſt & altera exemplorū diſtinctio, quā idem Ariſtoteles in altera rhetorica facit dicens, aliquod eſſe ſecundū rationē, quod ad ſuadendū facit, aliud ſine ratione, quod diſſuaſionem operatur, & hæc quidem atq; alia complura de exemplo Ariſtoteles. Sunt tamen qui inter exemplū ac collationem ſeu παραβολὴν non paruam eſſe velint differentiam, quēadmodū Hapſines rhetor. Differt inquit collatio ab exemplo, quoniā collatio ab inanimatis vel animalibus irrationabilibus accipitur, exēpla vero a rebus geſtis vel perſonis aſſumuntur, & addit q̧ exemplorum loci ſunt, a contrario, a maiori & a minori. Minutianus vero aliter horū differentias deſcribit inquiens ad verbum. Differunt collationes ab exemplis, quoniā exempla ex hiſtoria accipiuntur, collationes autem ſine hiſtoria & indeterminatæ ex rebus geſtis: εἰκὼν vero ait ſeu imago, idem quidē eſt collationi, euidentiorem autem orationem facit, hæc ille. Sunt tamen qui εἰκόνα ad metaphoran potius accedere dicant q̃ ad exemplū, quēadmodum Ariſtoteles rhetorica ſua. Sunt & alij qui alias inter exemplū ac collationē differentias ponant dicentes collationem accipi ab ijs, quæ ſæpe fiunt, exemplū ab ijs, quæ ſemel, aut quoniam hoc per perſonā, illa per actionem introducitur. Cæterū hæc magis ad oratorem ſeu rhetorem attinent, noſtra vero intereſt in præſentia monſtrare quomodo exemplū naturā ſapiat ſyllogiſticā, & quomodo, vt ita dicam, exemplarius conſtruatur ſyllogiſmus, vel potius ſyllogiſmi: nāq; vt inquit Albumazar Alpharabius exemplū potentiam habet duorū ſyllogiſmorū in figura prima. Eſt igitur exemplū, ſeu exemplarius ſyllogiſmus inquit Ariſtoteles quando maiorem extremitatē monſtramus de medio nō amplius per tertium ac minus extremum, ſed per aliud aliquid tertio ſimile: oportet autem notius eſſe medium ineſſe minori extremo, quā ſubaudias maius medio, & rurſus primū hoc eſt maiorem extremitatem ineſſe ſimili tertio, quā ſupple, mediū minori, vt in exēplo ſi vellemus cōſtruere ſimpliciter rectū ſyllogiſmū, ſit a. maior extremitas malum. b. contra confines bellū inferre, mediū. c. Athenienſes cōtra Thebanos, minor. d. Thebanos cōtra Phocenſes ſimile minori, eſt igitur notius, q̧ Athenienſes inferre bellum contra Thebanos ſit contra confines inferre bellū, q̃ q̧ Athenienſes contra Thebanos inferre bellum ſit malū, & adhuc ex hiſtoria notius eſt q̧ Thebanos cōtra Phocenſes bellū intuliſſe fuit malum. Si igitur animus ſit monſtrare, q̧ malū eſt Athenienſes ſuſcipere bellū contra Thebanos, prius faciemus rectum ſyllogiſmū hunc in modū. Contra confines bellum gerere eſt malum, ſed Athenienſes bellum gerere contra Thebanos eſt contra confines bellum gerere. Athenienſes igitur Thebanos bellum gerere eſt malū: deinde monſtremus maiorem huius rationis, quæ & ſyllogiſmus & vere ſyllogiſmus eſt per ſimile minori extremo hunc in modū. Thebanos contra Phocenſes bellum intuliſſe fuit malū, ſed hoc fuit contra confines inferre bellū. ergo contra confines inferre bellū fuit malū. Scias autem q̧ licet rationes iſtæ ambæ tandem reducantur ad primam figurā: prior tamen actu fit in prima, ſecunda vero primo in tertia, deinde minore cōuerſa in primam reuocantur, & licet ratio hæc videatur ſyllogiſtica & in figura diſpoſita ſecundum legitimam complicationem, non tamen ita eſt: nāque ſecunda ratio,

quæ

Quid ſit exemplū vt Albumazar Alpharabi'

Quid exēplū ab Ariſto. i rheto.

Spēs exēpli

N

Altera diuiſio exemplorum.

O

Dīa inter exēplū & collationē.

Exemplorum loci.

εἰκὼν quid ſit

P

Exēplū hēt potētiā duorū ſyllorū i prīa figura. Quid ſit exemplū vel exēplarius ſylls ſcdm Ariſto.

Q

Nota ſyllō exemplari qō ſit i prima & i tertia.

A quæ proprie exemplum eſt non habet ſyllogiſticas conditiones, cum ſit ex vtriſq; particularibus, præterea non poterit in tertia vniuerſaliter affirmatiua concludi, niſi minor & vniuerſalis ſit & vniuerſaliter etiam conuertatur ſecundum terminos æquiuertibiles, quemadmodū ex ſuperioribus planum eſt. { Manifeſtū itaque. } Hoc eſt, quod ſuperius dixerat & nos expoſuimus, oportet autem medium tertio & primū ſimili notius eſſe inexiſtens. { Eodē autem modo. } Non ſolum inquit exemplū conſtituere poſſumus per vnicum ſimile tertio, ſed per plura etiam, & monſtrare maiorem extremitatē de medio per plura, dico non per omnia, quoniam ſi omnia acciperentur non amplius exemplum, ſed inductio vocaretur.

Planum igitur quòd exemplum eſt, neque ut pars ad totum, neque ut totum ad partem, ſed ut pars ad partem, quando ambo ſub eodem ſint: notum uero alterum. Et differt ab inductione, quoniam hæc ex omnibus indiuiduis, extremum monſtrabat ineſſe medio, & ad extremum non coaptabat ſyllogiſmum, illud autem & coaptat & non ex omnibus monſtrat. B

Nunc quaſi monſtratiuas rationes diuidit exemplū ſimul definiens, atque ipſum a ſyllogiſmo atque inductione diſtinguens, ait itaque omnē rationē arguentē eſſe aut a toto & vniuerſali ad partē, vt ſyllogiſmus eſt, aut a parte ad totū, vt inductio, aut a parte ad partē, vt exemplū: tunc enim fit exemplū quando duo particularia ſub aliquo vniuerſali extiterint, puta.c.&.d.ſub.b. ſed alterū ipſorū notius fit, vt q.a.inſit,d.quā ipſi.c. { Et differt ab inductione. } Poſuit ſupra vnā differentiā inter inductionē & exemplū, quoniam inductio eſt de parte ad totū: exēplum vero de parte ad partē: nunc alteram explicat: nāq; inductio inquit ex omnibus conſtituitur indiuiduis ac particularibus: exemplū vero ex vno aut aliquibus, & rurſus tertia differentia, quoniam inductio non coaptat ſyllogiſmū ſeu concluſionē ex minore extremitatem ad extremum & maiorē: ibi enim vnicus tantū ſyllogiſmus fiebat concludens maiorē de medio termino per minorē, hic autem binæ fiunt rationes, vna concludens maiorē de medio per ſimile minori, altera maiorē de minori colligens per mediū, & ita per hanc coaptatur extremū extremo, quod non fiebat in inductione. Ex ijs, quæ dicta ſunt planū eſt inquiunt nonnulli, q ex pluribus exemplis inductio cōſtruitur: ſi enim tot exēpla acciperemus vt omnia abſumerent particularia, proculdubio nuncuparetur inductio. Sed de exēplo iam hæc hactenus dicta ſufficiāt. Primū enim declarauimus logicam rhetoricæ fundamentum eſſe, deinde cur prius de exēplo q̄ enthymemate tractauerit Ariſtoteles, quid exemplū ſecundū Albumazarē quid ſecundū Seuerinū, quid ſecundū Ariſtotelem in rhetoricis, quot exemplorū ſpecies, quodq; mulū exemplū a collatione diſtinguat, an imago exēpli ſpecies nuncupanda, quomodo & in qua figura binæ in exemplo rationes conſtruantur, quonā pacto exemplum coaptet extrema inter ſe, ac demum q ex pluribus exemplis inductio conſtruatur. Sed his explicitis ad reliqua tranſeamus. D

Diuiſio ois argumentationis.

Dña inter inductionē & exēplū.

Ex pl'ibus exēplis fit inductio.

C

De abductione.

Abductio uero eſt, cum primum medio inexiſtens manifeſtum ſit, ultimo autem medium, obſcurum quidem, ſed ſimiliter credibile, aut magis quam concluſio. Amplius ſi pauca ſint media ultimi & medij: omnino enim propinquius ſcientiæ accidit eſſe, ut ſit a docibile, in quo b ſcientia, c, iuſtitia: quòd igitur ſcientia docibilis, planum: ſi autem uirtus ſcientia obſcurum: ſi igitur b c ſimiliter, aut magis credibile quàm, a c, abductio eſt: eſt enim proximius ipſi ſcire, eo quòd aſſumpſimus, a c, ſcientiam prius non habentes.

DEBVERAT Ariſtoteles poſt ea, quæ de exēplo dicta ſunt, agere de enthymemate: hæc enim duo ad oratorem attinent tanquā inſtrumenta, ſed quoniam nōnulla adhuc ſupererant, quæ ſyllogiſmi naturā conſequuntur, quæq; indifferenter ad logicū pertinent atq; oratorē: propterea hæc intermiſcuit tractatui de oratorijs argumentationibus, vt ſimul oratori ad demonſtratori iſta vſu venire intelligeremus, prius itaq; de abductione, poſtea de inſtantia pertractat, quoniā abductio inſtantiam præcedit, quemadmodū & ſyllogiſmus eandē inſtantiā, prius enim ſyllogiſmū conſtruimus vel ſaltem cōſtruere intendimus, quā aduerſarius inſtantiā præparet. Eſt autē abductio: referente Proclo in primum elementorū tranſitio ab alio problemate vel theoremate in aliud, quo cognito aut ſuperinducto & propoſitū eſt manifeſtū, veluti cum duplicatio cubi quæreretur tranſtulerunt quæſtionē ad aliud, ex quo hoc ſequitur, hoc eſt inuentionē duarū mediarū, & de cætero q̄rebāt, quomodo duabus datis rectis, binæ mediæ ad proportionē inuenirentur, & mathematici qui dem hunc in modū. Platonici etiam ſeu Academici ita abductionē faciunt. Abductio eſt ratio per quādā vera, ſimile ipſi verū proprie inferens, additq; binas huius ſpecies eſſe, vnā q̄ ex cōtrario, alterā quæ ex cōſequenti fine, & ex contrario quidem cum interroganti circa omnē reſponſionē contraria infertur, vt in exemplo, pater meus aut alius eſt quā pater tuus aut idē, ſi igitur alius eſt pater meus quā pater tuus, cum ſit alius quā pater, non erit pater, ſi idē eſt, qui pater meus, idē exiſtens, qui pater meus, meus erit pater. Quæ vero ex conſequenti diſtinguitur: nāq; altera id quod in parte quærit per id quod eſt in parte monſtrat, & hæc ad oratores attinet, puta ſi quæratur an iſte occiderit, & argumentū eſſe dicamus, q repertus eo tempore fuit cede cruentus. Altera vero quod vniuerſaliter per id, quod eſt in parte probat veluti ſi quæratur an anima ſit īmortalis, & an ex mortuis viuentes fiunt, & monſtremus ex hoc, quoniā ex contrarijs fiant contraria, hoc autem per particularia monſtretur, quoniā ſomnus ex vigilia, albū ex nigro, & eodē pacto de reliquis, & hæc quidē Platonici de abductione & fortaſſe latius accipientes abductionē, quā faciat Ariſtoteles. Albumazar vero Alpharabius in libro quod cōpendium logicæ artis inſcripſit abductionē iſtam vocat tranſlationem, & eſt inquit tranſlatio cum ſcimus aliquid per ſenſum alicui ineſſe, & trāsfert hoc intellectus ab illo ad aliud ſibi ſimile, ſuper quo iudicium promit, veluti ſi quiſpiam per ſenſum cognoſceret aliqua corpora, puta animalia aut plantas eſſe genita, & transferret intellectus hoc ad cœlos ob aliquā ſimilitudinem ac cōformitatē, quæ eſt inter cœlos atque animalia, puta quoniam vtraq; ſunt continua, planum nāque eſt animalia ac plantas continua eſſe, planū quoq; cœlos eſſe continuos, non tamen perſpicuū omne continuum eſſe genitum, monſtratur itaq; hoc quaſi per inductionē, animalia & plantæ & reliqua id genus ſunt continua, & hæc omnia ſunt genita: igitur omne continuum genitū, deinde cœli continui, cœli itaque geniti, & hæc ille de abductione ſeu trāslatione. Addit inſuper trāſlationis binos eſſe modos, vnū per compoſitionē, alterū per reſolutionē, ac reſolutionē quidem incipere ab occulto. Compoſitionē autē a manifeſto, ſed plura etiam atque ampliora per longam ſeriem prodit de conſtituenda trāſlatione, quæ in pſentia omittenda eſſe duximus, ne nimiū a propoſito diuerteremur. Ariſtoteles autem abductionem vocat ad mathematicorū ſimilitudinē, vt pleraque alia, cum manifeſta ac cōceſſa maior abducimur ac ſeuocamur a ppoſito ad minorē monſtrandā, quoniā obſcura exiſtens aut ſimiliter concluſioni credibilis, aut etiam magis, aut iterū ſi pauca ſint media ad minorē monſtrandam, quæ tamen obſcura ſit, tunc enim abducimur hac relicta ad huius monſtrationē, nāq; ſi minor multo notior eſſet cōcluſione & hanc ratiocinatione monſtrare conaremur non ἀπαγωγὴ ſed ἀπάλλαγὴ potius inquiunt nō nulli vocari deberet. Rurſus inquit Philoponus ſi media ad minorē oſtendendam non eſſent pauca, ſed multa, non ἀπαγωγὴ ſed ὑπερβάσις potius ac tranſgreſſio nūcupanda eſſet, opus igitur eſt, ſi fieri debeat abductio, minorē propōnem obſcurā eſſe, aut æque ignotā cōcluſioni, aut paucillulū notionē, & ad hæc q pauca ſint media, quibus talis minor mōſtrari poſſit, licet ergo binos abductiōis mo

E mate tractauerit.

Quid ſit abductio ex dicto Procli.

Quid abductio ſecūdū Platonicos Duæ ſpēs abductiōis. F

G

H

Quę Ariſt. de abductione.

Quare de abductiōe atq; iſtātia priuſq; de enthymemate.

I dos in contextu videatur ponere Ariſtoteles, non tamen eos duos exiſtimauerim, ſed potius plures conditiones dixerim, quæ ad abductionẽ requirãtur. { Omnino enim. } Hoc eſt ſi pauca extiterint media ad minorem oſtendendam, accidet minorem iſtam ſcientiæ ac primis principijs proximiorem eſſe, aut ſciẽtiæ hoc eſt vt ſciatur ac cognoſcatur. { Vt ſit.a.docibile. } Exemplũ abductionis ex Menone ſumptum: ſit.a.maior extremitas, docibile.b.mediũ ſcientia.c.minor iuſtitia, propoſitio itaq; hæc maior, omnem ſcientiam eſſe docibilem, manifeſta eſt, q᷑ autem virtus ſcientia ſit obſcurum exiſtit, cum igitur ad hanc monſtrandam diuertimus abductionem facimus. { Si igitur b c.ſimiliter. } Senſus et ordo eſt ſi.b c.minor propoſitio ſit æque credibilis aut non multo pluſquam cõcluſio & nos diuertamus ad hanc oſtendendam, abductio nuncupatur eo, q᷑ aſſumpſimus.a c.concluſionem: cum tamen prius non habuiſſemus ſcientiam de minore propoſitione: erimus autem ſcientiæ proximiores hac monſtrata.

K

Aut rurſus, ſi pauca ſint media ipſorum b c: namque & ſic proximius ipſi cognoſcere, ueluti ſi, d, eſſet quadrari: in quo autem, e, rectilineum: in quo uero, f, circulus, ſi ipſius, e f, unum ſolum eſſe medium hoc, quod eſt cum lunulis æqualem fieri circulum rectilineo: eſſe poſſet prope ipſum cognoſcere: cũ uero, b, c, neq; credibilius ſit quã, a c, neq; pauca media, non dico abductionem: neq; quando, b c, ſit immediatum: tale enim ſcientia eſt.

Aliud exemplũ, quo monſtrat abductionem fieri debẽre, vbi pauca ſint media, quibus poſſimus oſtendere.b c.minorem propoſitionem: nãq; & ſic hac monſtrata proximi efficimur cognitioni, qua poſſimus recte cognoſcere minorem propoſitionem, eſt autem exemplũ hoc mathematicum de quadrando circulo, quod Græci vocant τετραγωνισμὸν de quo Ariſtoteles in prædicamentis, quadratura circuli ſcibilis quidem eſt nondum tamen ſcita.

L Fuerunt autem quãplurimi, qui ſe hanc inueniſſe exiſtimabant, vt Bryſo, Antiphon, & Hippocrates, quos Ariſtoteles dãnat in pleriſque locis. Eſt autem exemplũ hoc de quadrando circulo per lunulas Hippocrates, & opportuniſſime quidem ad propoſitum ductum. Hic enim vt inquit Proclus primus dubitatarũ deſcriptionũ abductionẽ feciſſe dicitur: vnde ingenioſe ſimul & abductionis exemplum & eiuſdem quoq; inuentorũ in medium propoſuit. Cæterũ quo facilius, quæ in exemplo dicuntur poſſimus intelligere, non ab re fuerit Hippocraticã deſcriptionẽ in medium proponere. Hic enim, quemadmodũ inquit Simplicius hunc in modum circulum per lunulas quadrabat: hoc eſt quadratũ circulo æquale conſtituebat. ſic circa a b rectã deſignatus ſemicirculus.a b c.inciſus duas in partes per.d.&.a.d.puncto ducatur ex.a b.recta.d.c.&.a c.coniungatur.c a.quæ eſt latus quadrati, qui in circulo deſcriptus eſt: cuius eſt ſemicirculus.a.c.b.deinde circa.a c.lineã

Exẽplũ de quadrando circulo p lunulas Hippo.chii ap. tiſſimũ eſt ad ꝓpoſitũ 0 abductione.
Deſcriptio Hippo chii quã ponit Simplicius prĩo phyſi.

M



deſcribatur ſectũ circuli.a e c. tunc quod.a b.a b. æquale eſt illi. quod.a b.a c.& illi, quod ab altero quadranguli latere.a b c.ſemicirculi deſcriptum eſt: nãq;.a b.eſt baſis orthogonij trianguli: ſicut autẽ ſe habent quadrãguli a Diametris inuicem. ſic & circuli, qui circa ipſum ſunt, & ſemicirculi, quemadmodũ oſtenſum eſt in ſecundo duodecimi elemẽtorũ theoremate: ergo.a c b.ſemicirculus duplus eſt a e c.ſemicirculi, eſt autẽ.a c b. ſemicirculus duplus etiam

N a c d.quartæ quadrati partis: quare quarta quadrati pars æqualis erit.a e c.ſemicirculo, quod fuerat monſtrandum: hinc enim ſequitur q᷑ totũ quadratũ toti circulo erit æquale, & hunc quidem in modũ Hippocrates circulũ quadrare conſueuerat, aliter autem Bryſo, & adhuc aliter Antiphon, quos tamen omnes in pleriſq; locis dãnat Ariſtoteles tanquã qui recte monſtrationem non faciant. Licet autem Ariſtotelis temporibus quadratura hæc non fuerit reperta: poſteriores tamen vt & Simplicius & Diuus Seuerinus in prædicamentis aſſerunt eam adinuenere. Atq; inter primos Sextus Pythagoreus, poſtea Archimedes ꝑ lineam, quã vocauit Lycomede. deinceps Nicodemus ꝑ lineam vocatã quadrangulantẽ. Poſt hos Apollonius per lineam, quã ipſe nuncupabat ſororem κοχλοειδοῦς. Deinde Carpus per quandam lineam, quã ex duplici motu appellat, atque alij uerũ complures poſt hos, quorum monſtrationes tanquã prolixas & a propoſito alienas exiſtentes miſſas in præſentia facimus, idẽ tamen Simplicius in Acta de naturali auditu inquit ad verbũ, & ꝓpter hoc neq; circuli quadratura aliquo modo eſt inuenta, & nunc inuenta quidem videtur eſſe, ſed cum quibuſdam ſuppoſitionibus cõtradicentibus. Reliquũ tantũmodo eſt, vt exemplũ propoſito accõmodemus: inquit igitur Philoſophus, ſi.b c.ac minor propoſitio ſit obſcura et pauca habeat media q᷑ abductio fiet: vt in exemplo ponatur.d.maior extremitas quadrari.e.medium rectilineũ in quo.f.minor circulus, & ita erigamus ſyllogiſmũ, omnẽ rectilineũ quadratur, omnis circulus rectilineũ eſt, omnis igitur circulus quadratur: in hoc.n.ratiocinio maior quidem nota eſt, minor vero æque ignota, aut parum notior concluſione, quare ſi ſupponamus ipſius.e f. minoris vnicũ ſolũ eſſe mediũ, quod Hippocrates aſſerebat, per lunulas circularẽ æqualẽ fieri rectilineo, hoc eſt per ſecta circulorũ: lunula nãq; eſt ſectum circuli: ſi inquã hoc ſuppoſito mõſtremus ratiocinij iſtius minorem, abductionẽ faciemus, quare & ſyllogiſmo propoſito erimus prope ipſam cognitionem, quoniam faciliime minorẽ arguere poterimus. { Cum vero b c. } Cum vero inquit ſyllogiſmũ conſtruamus & minor ſit ignota: non tamen credibilior quã concluſio, aut non habens pauca media, tunc abductionẽ non dicemus fieri, & rurſus ſi eadem minor.b c.ſit ĩmediata, nullo pacto efficietur abductio, ſed potius ſcientia eſſe dicetur: immediate nanq; propõnes ſciri potius dicuntur, quã abductione monſtrari, & de abductione quidẽ hactenus. Primũ enim expoſuimus, qua de cauſa poſt exẽplũ nõ agat ſtatim de enthymemate, ſed abductione atq; inſtãtia. Poſtea quid ſit abductio ſecundũ mathematicos, quid ſecundũ Platonicos quot abductionis, quot exigãtur ad faciendam abductionẽ, q᷑ Hippocrates chius abductionẽ inuenerit, quomodo circulũ per lunulas quadrauerit, quodq; alij plerique rectam circuli quadraturam inuenerint. Sed his tranſactis ad inſtantiam declarandam tranſeamus.

Not. poſteriores pleroſq; circuli tetragoniſmũ inueniſſe.

O P

De Inſtantia.

Q

CAeterum inſtantia eſt propoſitio propoſitioni contraria. differt autem a propoſitione, quoniam inſtantiam contingit eſſe in parte: propoſitionem uero aut omnino non contingit, aut non in uniuerſalibus ſyllogiſmis.

QVONIAM vt ſupra etiam recitauimus cõmunia ſunt oratoribus ac dialecticis, adde etiã demõſtratoribus abductio atq; inſtantia, propterea Philoſophus cõmiſcuit hac methodos oratorijs rõcinijs, ſignificãs inſtãtiam atq; abductionem ad multos attinere artifices. Nãq; & mathematici inſtantia vtuntur ac caſu, & oratores inſtantia, & dialectici etiã, atq; vt ſimpliciter dicã artifices oẽs. Scitu tamen dignũ, q᷑ ex moderniorıbus rhetores nõnulli ſecus accepere inſtantiam quã & hic & in rhetorica ſua faciat Ariſtoteles. Hermogenes nãq; Tarſius ſecto de inuẽtiõe tertio ἰσοστάσιον καὶ ἀντιπερίστασιν, ita in mediũ proponẽda eſſe dicit: puta dicet Oreſtes, licuit mihi matrẽ interimere, & hoc vocant ἀντιλαμβανόμενον κεφάλαιον. Deinde inſurgit aduerſarius

Qui artifices vtãtur inſtãtia Rhetores nonnulli ut hermogenes aliter quã hic Pla. inſtãtiã ceperunt.

A aduerſarius dicens: Imo non licuit, & hoc inſtantia nuncupat. Poſtea, et ſi licuit non indēnatā licuit, & hoc ἀντιπαράστασις ſeu contra reſiſtentia, habent autem eodem referente, nō ſemper eundem ordinē, ſed aliquando inſtantia, nonnunquā contra reſiſtentia præcedit, quod enim violētius ſecundū ſortitur locum, quod mitius præcedit, & ille quidem hūc in modum. Ariſtoteles tamen atq; alij ſerme omnes aliter inſtātiam accipiunt, & hic quoq; inſtantia eſt inquit propoſitio propōni contraria, hoc eſt enunciatio quā aduerſarius proponit in contrariū enunciationis propoſitæ a condiſputante vel audiente, ſunt enim proponere atq; inſtare actiones cōtrariæ, quēadmodū in octauo topicorū inquit Ariſtoteles, proponere eſt vnū facere quæ ſunt plura, oportet enim in toto oīno ſumere ad quod eſt diſputatio: inſtare autē, quod vnū eſt facere plura: nāq; aut diuidit aut interimit, hoc quidē dans, illud vero nō dans eorū, quæ poſita ſunt. Ariſtoteles igitur de inſtantia hunc in modū pertractat in præſentia, nō tñ tantū

Ariſt. aliter inſtātiā accipit et diuiſit

B vt dialecticū attinet, ſed potius vt naturā ſyllogiſmi ſapit, nāq; et hæc ſyllogiſticū quodāmodo ſequetur ingenium. Exponit igitur quid ſit & quomodo a propoſitione differat, quotq; modis ac per quas figuras feratur. { Differt autē a propoſitione. } A propoſitione inquiunt nonnulli ſubaudiendū demonſtratiua, qm̄ huiuſmodi ſemper ſunt vniuerſales, aut ſaltē in ſyllogiſmis vniuerſalibus. Aliter & melius Alulidus Roſadis differt inquit inſtantia a propoſitione, contra quā inſtantiā ferimus, qm̄ inſtantia poteſt eſſe in parte: imo vt plurimū talis eſt, propoſitio vero contra quā fertur inſtantia aut omnino nō poteſt eſſe in parte, quoniam ſi recte feratur inſtātia, quemadmodū inquit Leo Gerſonis ſemper contra maiorē fertur propoſitionem, quæ in prima figura eſt vniuerſalis, adde iterū ꝙ inſtantia nunquā ſecundū rei naturam debet in plus ſe habere, quā propoſitio, contra quā fertur, ſed aut æqualiter ſe habet aut in minus: nō enim ſi proponeremus aliquorum contrariorū eſſe eandem diſciplinā, recte inſtaremus dicentes, nullorū oppoſitorū eandem eſſe ſcientiam, quas

Inſtātia dīt a ꝓpōne. ſ. demōſtratiua.

Expō: Alu lid. Roſa. ꝙ pſis ꝑ ꝓpō nē intellexit propō. nē vſem ab ſolute, qm̄ inſtantia ſp in minus ſe habet ꝙ ꝓpoſitio.

C ob res oportet propoſitionē ſemper eſſe vniuerſalē contra quā feratur inſtantia, ꝙ ſi accidat ipſam eſſe in parte, hoc nō fiet in ſyllogiſmis vniuerſalibus, vniuerſalem concludentibus concluſionē, ſed in ijs, qui particularē colligunt. Sunt qui aliter intelligant in vniuerſalibus ſyllogiſmis hoc eſt demonſtrationibus: hæ enim ſecundū rei naturam vniuerſales eſſe debent. Aliter nōnulli etiā intelligunt in vniuerſalibus ſyllogiſmis hoc eſt ratiocinijs primæ figuræ, qui vniuerſales ſunt, et per dictū de omni mōſtrantur: cū enim inſtantia, vt diximus, ſemper feratur cōtra maiorē, & maior propō in prima ſemper ſit vniuerſalis, nimirū, propō contra quā fertur inſtantia ſemper erit vniuerſalis, ſi vero accidat ſyllogiſmos nō eſſe vniuerſales & monſtrari per dictū de omni, vt in tertia figura, fortaſſe propoſitio contra quā inſtamus, poterit eſſe in parte, vt in tertia figura. Verū prima expoſitio optima omnium.

D Sed contra hoc diceret aliquis, inſtantiā nunquā poſſe eſſe in parte, nāq; vt in poſterioribus inquit Ariſtoteles, non oportet inſtantiā ferre, ſi ſit propoſitio inductiua, qm̄ ſicut nō eſt propoſitio, quæ neq; in pluribus neq; in omnibus eſt, ita neq; inſtantia, qm̄ eædem ſunt propoſitiones & inſtātiæ, quā enim fert inſtantiā, hæc fiet vtiq; propoſitio aut demonſtratiua aut dialectica. Ad hæc reſpondemus, Philoſophū ibi loqui de inſtantia demonſtratiua, quæ nullo pacto poteſt eſſe in parte, hic autē de quacunq; inſtantia ſermo ſit. Præterea. dicimus propoſitionē atq; inſtantiā idem eſſe ſecundū rem, non tamen ſecundū rationem, fieri enim nequit, vt vna & eadem enunciatio reſpectu eiuſdem & inſtantia ſit & propoſitio: reſpectu tamen diuerſorū nihil prohibet. Sed ad hæc ambigeret alius an non ſolū contra propōnes, ſed contra concluſionem etiā poſſimus inſtare. Reſpondet Philoponus inſtantiam proprie eſſe propoſitionem. Concluſionis vero non inſtantiam ſed ἀνατροπήν ac refutationem dici.

Dubium ꝙ inſtātia nō poſſit eſſe ꝑticularis.

Solutio.

Aliud dubiū

Solutio.

Fertur autem inſtantia biſariam & per duas figuras, biſariam quidem quoniam aut uniuerſaliter aut in parte omnis inſtantia, ex duabus uero figuris, quoniam oppoſitæ feruntur propoſitioni, oppoſita autem in prima & tertia figura concluduntur ſolis, quando enim cenſeat omni ineſſe inſtamus quòd nulli, aut quòd alicui non ineſt. Horum autem nulli quidem ex prima figura, alicui uero non, ex ultima, ut ſit. a. unam eſſe ſcientiam in quo. b. contraria. Cum igitur proponit unam eſſe contrariorum ſcientiam, inſtat aut quòd omnino non eadem oppoſitorum contraria autem oppoſita, quare ſit prima figura, aut quoniam noti & ignoti, non ant, hæc uero tertia de. c. namque noto & ignoto, contraria quidem eſſe uerum, unam autem ipſorum ſcientiam eſſe, falſum.

B

Nunc modos & figuras per quas ferūtur inſtātiæ oſtēdit, & inquit ꝙ duobus modis, & per binas figuras feruntur inſtantiæ, duobus quidē modis, quoniam aut vniuerſaliter aut in parte, per binas autem figuras, quoniam per primam & tertiam, in his enim ſolis oppoſita cōcluduntur, hoc eſt affirmatiuæ ac negatiuæ concluſiones colligi poſſunt, affirmatiuæ contra negatiuas inſtant & econuerſum negatiuæ contra affirmatiuas, nō autem hoc dicit ꝙ oppoſita hoc eſt contraria aut contradictoria in his ambabus figuris concludi poſſunt, nāq; in tertia nulla cōcluſio eſt vniuerſalis, ſed hoc vult, ꝙ inſtantiæ, quæ propoſitionibus ſunt oppoſitæ in prima ac tertia cōcludūtur tantum, vniuerſales quidē in prima, particulares vero in tertia, puta ſi quiſpiā proponeret omne. b. eſſe. a. inſtaremus biſariam, aut ꝙ nullum. b eſt. a. aut ꝙ aliquod. b. nō eſt. a. vt in exemplo, ſit. a. vnam eſſe ſcientiam. b. vero contraria, ſi ergo quiſpiam proponeret omnium contrariorum vnā eſſe ſcientiam, poſſemus vniuerſaliter inſtare per primam figuram extrinſecus aſſumentes hūc terminum oppoſita ſic, nullorum oppoſitorum eadem ſcientia, ſed contraria ſunt oppoſita: igitur nullorum contrariorū eadem ſcientia, & ita quidem inſtātia vniuerſaliter fertur per primam figuram. Sin autem inſtantia extiterit in parte, in tertia concludetur, vt in exemplo, noti & ignoti nō eſt vna ſcientiā, notum & ignotum ſunt contraria, ergo aliquorum contrariorum non eſt vna ſcientia, de. c. enim medio termino dicitur in minore vere ꝙ ſunt contraria, non autem vere proferre poſſumus in concluſione, ꝙ ipſorum ſit vna ſcientia.

Duob' modis & ꝑ binas figuras feruntur inſtantiæ.

F

G

Rurſus in priuatiua propoſitione conſimiliter, cum enim cenſet non eſſe unam contrariorum, aut quòd omnium oppoſitorum, aut quòd aliquorum contrariorum eadem, dicimus, ut ſanabilis & ægrotabilis, omnium igitur ex prima, aliquorum uero ex tertia figura. Simpliciter enim in omnibus, cum uniuerſaliter quidem inſtant ad uniuerſale contradictionem dicere eorū, quæ proponuntur, ueluti ſi non exiſtimet eandem contrariorum, omnium dicentem oppoſitorum unam, ſic autem neceſſe primam eſſe figuram, medium enim ſit quod uniuerſale ad id, quod ex principio. In parte uero ad quod eſt uniuerſale, de quo dicitur propoſitio, ut noti & ignoti non eandem, contraria enim uniuerſaliter ad hæc & ſit tertia figura, medium enim, quod in parte accipitur, ut notum & ignotum, ex quibus enim eſt ratiocinari cōtrarium, ex his & inſtantias conamur dicere, quare & ex ſolis his figuris ferimus, in ſolis enim oppoſiti ſyllogiſmi, per mediam enim non erat affirmatiuæ.

H

Eodem inquit pacto inſtātiam ferimus cōtra negatiuā propōnem, aut enim vniuerſaliter inſtamus per primam figuram hunc in modū, omnium oppoſitorū eſt eadem ſcientia, omnia cōtraria ſunt oppoſita, omniū igitur contrariorū eſt eadem ſcientia. Aut in parte & per tertiam, ſanabilis & ægrotabilis eſt eadē ſcientia, ſanabile & ægrotabile ſunt contraria, aliquorū itaq; cōtrariorū eſt eadem ſcientia. { Simpliciter enim in omnibus. } Rationē in medium adducit, quare vniuerſales inſtantiæ in prima cōcludūtur figura, & inquit, cū vniuerſaliter inſtamus, opus eſt contradictionē dicere ad vniuerſale eorū, quæ proponuntur, hoc eſt oportet contradicere cōmuniori ac ſubiectum

Vleſ inſtātiæ ī pria ferūtur figura.

I propoſitæ propoſitionis cōtinenti,puta in exēplo ſit pro-
poſitio,nullorū contrariorū eſſe vnam ſcientiam , ſi vni-
uerſaliter uolumus cōcludere opus eſt accipere anteceden
tia prædicatū & conſequentia ſubiectū,veluti in primo di
cebamus volumine , puta omnium oppoſitorū eſſe vnā
ſcientiam,ſic autem ſit prima figura, & medium, hoc eſt
oppoſita ſit vniuerſale ad id,quod ex principio,id eſt vni
uerſaliter continet ſubiectū principalis propoſitionis,con
tra quā inſtantiam ferimus , hoc eſt cōtraria,omnia enim
contraria ſunt oppoſita. { In parte vero. } Hoc eſt ſi vo-
lumus inſtantiam ferre ſecūdum partem debemus id pro
medio accipere, ad vniuerſale de quo dicetur propoſitio,
hoc eſt ſubiectū, de quo propoſitionis prædicatū dicitur ,
vt notū & ignotum , de his enim contraria vniuerſaliter
prædicantur, de quibus in propoſitione dicebamus , non
eſſe vnam ſcientiam, ſit igitur tertia figura,accipitur enim
medium,quod eſt in parte,hoc eſt antecedens vtrunq; &
K ſubiectū & prædicatū propoſitæ propoſitionis , vt notū
& ignotū, quare cū ita res ſe habeat in ſola prima ac ter-
tia figura inſtantias feremus, quoniā & in his ſolis poſſu
mus contraria ratiocinari, & ſyllogiſmi oppoſiti, hoc eſt
concluſiones contrariæ ac contradictoriæ in his ſolis con
cludi poſſunt, nāque per mediam ac ſecundā figuram nō
poſſumus affirmatiuā concludere propoſitionem , & ex
hoc ferre inſtantiam contra negatiuas propoſitas , quare
quū in ſecunda figura non concludantur oppoſita, nō po
terit in hac legitime ferri inſtantiam.

Inſtātia particularis fit in tertia.

Per ſecūdā figurā non pōt ferri inſtātię cōtra negatiuas propōnes.

*Amplius & ſi pluris indigeat orationis, quæ per mediā figu
ram,ueluti ſi non det.a.ineſſe. b.eo, quòd.c.non ſequitur ipſum,
Hoc enim per alias propoſitiones planum. Non oportet autem
inſtantiam ad alia euerti, ſed ſtatim manifeſtam habere alteram
propoſitionem,unde & ſignum ex ſola hac figura non eſt.*

Argumentum quaſi eſt oratorium de quo ſupra dixi-
L mus per inſtantiam & contra reſiſtentiā, ſi enim quiſpiā
diceret,licet per ſecundā figurā inſtātiam ferre, quoniam
in hac concluduntur oppoſita. Reſpondebit aduerſarius
per inſtantiā, non licet quia non cōcluduntur oppoſita in
ſecunda, deinde per cōtra reſiſtentiā & ſi cōcluduntur,nō
fertur etiam,quoniā non legitime concluduntur,ſed pluris
indigent orationis,puta conuerſionis alterius propoſitio-
nis. puta ſi quis dicat omnium contrariorū vnā eſſe ſcien
tiam,& aliquis per ſecundā figuram conetur inſtare hunc
in modū,nullū eorū,quorū eſt vna ſcientia eſt oppoſitū,
omnia cōtraria ſunt oppoſita, igitur nullorū contrariorū
eſt eadem ſcientia.ſi igitur ita quiſpiam faceret,non legiti-
me faceret , quoniam opus eſſet alia,vel alijs extrinſecus
per conuerſionem acceptis propoſitionibus,quod vitio-
ſum eſt in inſtantia ferenda, non enim oportet inſtantiam
euerti ac trāſmutari ad alias propoſitiones, ſe habere pro
poſitionem ad perficiendū ſyllogiſmum aſſumptam ſta-
tim manifeſtam, hoc eſt naturaliter diſpoſitam & nō per
conuerſionem occultam,neq; prædicatum propoſitionis
M contra quā ferimus inſtantiam,prædicatū etiam remane-
re debet in propoſitione aſſumpta & non fieri ſubiectū,
puta ſi ferenda ſit inſtantia contra hanc propoſitionē,om
nium contrariorum eſt vna ſcientia,debemus huius præ-
dicatum in aſſumpta etiam prædicatum facere:puta, nul-
lorum oppoſitorū eſſe eandem ſcientiam,& non ecōuer
ſo. { Vnde & ſignum. } Non eſt hoc ad id, quod paulo
ante dictum fuit,referendū: ſed ad id,quod ſuperius protu
lit, vbi ait, in ſolis enim oppoſiti ſyllogiſmi, ita vt ſenſus
& ordo ſit,quare & ex ſolis his figuris ferimus , in ſolis
enim oppoſiti fiunt ſyllogiſmi, per mediā enim ac ſecun-
dam figuram, non erat affirmatiue concludere, vnde &
ſignum ac ſyllogiſmus a ſigno ex ſola hac ſecūda figura
non eſt,quoniam ſecunda non poteſt affirmatiuam con
cludere, & omnis concluſio a ſigno eſt affirmatiua, quæ
vero ſequuntur,amplius,& ſi pluris,tanquā ex hyperba
to ſecundum orationem fuere interpoſita.

*Conſiderandū autē & de alijs inſtantijs,ut de ijs,quæ ſunt ex
contrario,& ſimili,& eo,quod ſecundū opinionē : & ſi eā quæ
eſt in parte ex prima,aut priuatiuā ex media poßibile capere.*

Inſtantia ſecūdum q́ ad ſimpliciter attinet ſyllogiſmū N
ita pertractatur,quēadmodū ſupra retulimus. Verū in-
quit Ariſtoteles ſi ad determinatiores ſcientias deſcendere
voluerimus,debemus alias quoq; inſtantiarū ſpecies con
ſiderare,puta quæ ſunt ex contrario,quæ ex ſimili,et quæ
ſecundū opinionē,hæc enim magis aut ad oratorē aut ad
dialecticū attinent. Cæterū vt hæc exactius poſſimus
intelligere,operæpreciū erit ea in medium afferre,quæ in
altera ſua rhetorica de inſtantia protulit , quæq; iterum in
octauo topicorū,his enim perceptis facile, quæ hic dicun
tur,intelligemus, ait itaq; in rhetoricis inſtātias quadrifa-
riam ferri,aut ex ſeipſo,aut ex cōtrario, aut ex ſimili, aut
ex iudicatis. Ex ſeipſo quidē,veluti ſi de amore ſit enthy
mema ac ratio q́ amor ſit ſtudioſus inſtantia bifariā fer-
tur,aut vniuerſaliter q́ omnis defectus atq; indigētia ma-
lum.& amor defectus atq; indigentia, & ꝓpterea nō eſt
ſtudioſus,aut ſecundū partē, qm̄ ſi omnis amor eſſet ſtu
dioſus,non diceretur optimus aut peſſimus amor,niſi ali
O quis amor eſſet malus. Ex cōtrario autē,quēadmodū ſi
eſſet enthymema,q́ bonus vir oēs amicos beneficijs affi
cit,inſtamus qm̄ malus nō afficit ōēs maleficijs. Ex ſimi
li vero,veluti ſi eſſet enthymema,q́ male affecti ſemper
odio proſequuntur,inſtamus dicētes , q́ bene affecti non
ſemper beneuolentia proſequuntur, vel melius a ſimili di
cuntur,quæcūq; ſecundū analogiā ac proportionē profe-
runtur, vt ſi quiſpiā exiſtimaret lineā eſſe partē corporis,
diceret alius hoc eſſe falſum, qm̄ neq; punctus eſt pars li-
neæ. A iudicatis vero inſtantiæ dicuntur , quæcūq; tra-
huntur ab eo,quod eſt ſecundū opinionē & viris celebri
bus,vt ſi eſſet enthymema,ebrijs veniā dandā eſſe,inſta-
remus dicentes, ſi hoc eſſet verū, non Pittacū laudari de-
bere.qui maxime puniri ebrios voluit,& hæc quidem &
tot de inſtantia in rhetoricis Ariſtoteles. In topicis vero
inquit inſtantiā ad quatuor fieri, aut ad ſuppoſitionē vel
P propōnē,ex qua falſum ſequitur,aut ad interrogantē,aut
ad interrogata,q́ non bene interrogata ſint,aut ad tēpus,
q́ non tēpore idoneo ac debito.Philoſophus itaq; hoc in
volumine de inſtantia egit, quæ ex ſeipſo eſt , ſeu quæ ad
propōnē,ex qua ſequitē falſum.Reliquas vero ita ſimpli-
citer pertranſiuit,qm̄ magis ad ſuppoſitorios reducuntur
ſyllogiſmos ac locos dialecticos,quā ad reſolutoriū artifi
cem,quēadmodū & Alulidus Roſa.atteſtatē. { Et ſi eam,
quæ eſt in parte. } Præterea inquit cōſiderare debemus an
poſſimus inſtantiā particularē ferre per primā figurā , &
negatiuā ſeu vniuerſaliter ſeu in parte p ſecundā : ſi enim
accurate animo aduertamus fieri hoc poteſt, nō tamē ita
manifeſte, qm̄ ſemper cōuerſionis alicuius indigebimus,
nāq; vniuerſalis proprie in prima concluditur ac ſecundū
naturalē diſpoſitionē,particularis vero in tertia,veluti ex
ijs,quæ de medij inuentione dicta ſunt,planū fieri poteſt,
ſi vero huiuſcemodi inſtantias ad alias figuras reuocare
animus fuerit,nimirū cōuerſione erit opus. Sed de inſtā
Q tia plura fortaſſe,quā ꝓpoſito attinere videbantē adduxi-
mus exponentes primū,qui ſint artifices,qui vtantē inſtā-
tia,q́ Hermogenes aliter acceperit inſtantiā q̄ hic Ariſto-
teles,quid ꝓponere,quid inſtare,quō de inſtantia hic per
tractetur,quō intelligendū propōnē debere vniuerſalem
eſſe,inſtantiam vero aliqñ in parte.Soluta deinceps dubi
tatione ex poſterioribus allata,declarauimus quō propo
ſitio atq; inſtantia ſint idem ac quomodo differant inter
ſe,an inſtantia poſſit eſſe cōcluſionis, cur in ſecunda figu
ra non poſſimus inſtantiam ferre, ac demum q́ inſtantia
quadruplex,vt in rhetorica dicit ac topicis Ariſtoteles.

Si ſitermo in ſpālibus ſciētijs aliē ſūt iſtātiarū ſpēs conſiderandæ.

Ex rhetori ex quadrifariā ferun tur iſtātiæ. Ex ſeipſo.

Ex contrario.

Ex ſimili.

A iudicatis

Ariſt.1 top. de inſtātia.

De quo inſtantia egerit plis in hoc lib.

De Veriſimili, ac ſigno.

*VEriſimile uero & ſignum non eſt idem,ſed ue-
riſimile quidem eſt propoſitio probabilis. quod
enim cognoſcunt ut in pluribus ita fieri, aut nō
fieri,eſſe aut non eſſe,hoc eſt uerīſimile,ut odi-
re inuidentes, aut beneuolentia proſequi ama-
tos.Signum autem uult eſſe propoſitio demon-
ſtratiua,*

Aſtratiua, aut neceſſaria, aut probabilis: quo enim exiſtente eſt, aut quo facto prius aut poſterius facta eſt res, ſignum eſt, quòd factum fuerit, aut ſit.

CONSENTANEVM fuerat poſt ea, quæ ſuperius fuere declarata, iam de altero inſtrumento oratorio pertractare, hoc eſt de cōmēto ſeu enthymemate, ſed quoniam enthymema ex veriſimilibus & ſignis cōſtruitur, operæprecium fore duxit Philoſophus prius de his ſermonem facere, vt iſtis cognitis facilius, quæ de enthymemate dicuntur, perciperemus. Inſcribitur itaque hoc capitulū [illegible]. Hoc eſt de veriſimilibus aut credibilibus & ſignis, [illegible] enim græce idē eſt, quod apud noſtros credibile, aut veriſimile, veluti in partitionibus Cicero etiam innuit. Cæterū quo facilius, quæ hic dicuntur poſſimus intelligere, quoniam hæc magis ad rhetorē quā logicum attinent, non ab re erit in medium afferre, quæ de his in altera ſua rhetorica protulit Ariſtoteles. Ait ergo quaſi ad verbū [illegible] ſeu credibile eſt, quod vt in pluribus fit, non ſimpliciter autem, quēadmodū nōnulli definiunt, ſed quod eſt circa ea, quæ contingunt aliter ſe habere, ita ſe habens ad illud, reſpectu cuius eſt credibile, quemadmodū vniuerſale ad id, quod ſecundū partem. Signorum autem aliud ita ſe habet, vt ſingulare quoddā ad vniuerſale, aliud vero vt vniuerſale ad id, quod ſecundū partem, horum autem quod neceſſarium [illegible] quod non neceſſarium innominatū eſt ſecundū differentiam, Neceſſaria igitur dico, ex quibus fit ſyllogiſmus, vnde & ex ſignis quod tale eſt, [illegible] eſt, cū fertur & non contingit ipſum ſoluere [illegible] dicitur tanquā oſtenſum ac finitū, [illegible] enim & finis idem ſunt ſecundū antiquā linguam, Ex ſignis autem quod vt ſingulare ad vniuerſale ſic eſt, veluti ſi quiſpiā diceret, ſapientes ſunt iuſti. Socrates enim ſapiens, erat enim & iuſtus, hoc igitur eſt ſignum, quod tamen ſolui poteſt, licet etiam verum ſit, non enim ratiocinatur, ſi vero quiſpiam diceret, iſtæ ægrotat, quoniā febricitat, aut peperit, quoniam habet lac, hoc neceſſarium eſt, & ſolum ex ſignis [illegible] nuncupatur, ſolum enim quū verum eſt, inſolubile eſt. Quod autem vt vniuerſale ad id, quod ſecundū partem ſe habet, veluti ſi quis diceret ꝙ febricitat, quoniam frequentē habet anhelitū, ſoluitur & hoc licet ſit verum, contingit enim & non febricitantem habere anhelitū frequentē. Hæc ille. In altera quoqꝫ rhetorica inquit, [illegible] ſeu credibile eſt, quod cum dicitur, exempla in conceptu habent audientes. Diuiditur autem tres in formas, vna eſt affectus hominū naturā cōſequentes oratione comprehendere: puta, ſi hoc plerūqꝫ facerent, aut ob triſtitiam, aut propter concupiſcentiam. Secundū genus credibilium, quod ex cōſuetudine, quod omnes facere ſoliti ſumus. Tertium quod ex lucro eſt, & de credibilibus quidem ac ſignis hæc in ſumma Ariſtoteles. Alij aliter vt Fabius [illegible] ſeu credibilium tria genera faciūt, vnū firmiſſimū, quod ferme ſemper accidit, vt liberos a parentibus amari. Alterum quod propenſius ac facilius, puta eum, qui recte valeat in craſtinū peruenturū. Tertiū, quod ſolūmodo non repugnat: puta, furtum in domo factum ab eo, qui domi fuit. Signum etiam latius acceptū ijdem illi diuidunt duas in partes, in neceſſarium & non neceſſarium, et neceſſarium quidem vocant [illegible], nō neceſſariū vero [illegible], ſeu ſignū cum genere æquiuocum. Hæc autem variari ſecundū tria tempora aſſerūt, præteritū, puta ſi peperit coiuit, præſens, ſi ventus eſt violentus, & fluctus magni in mari, futurum ſi quis in corde vulnerabitur, peribit, & horum omnium quædam conuertibilia, puta ſi viuit ſpirat, & econuerſo, qui ſpirat viuit. Quædam vero in contrarium non recurrunt, vt ſi peperit coiuit, non autem ſi coiuit peperit. Et hæc quidem ac tot de ſigno ſufficiant, ſupereſt vt ad contextū enarrandū veniamus, [illegible] inquit ſeu veriſimile vel credibile & ſignum non ſunt idem, ſed veriſimile eſt propoſitio probabilis ſubaudias & contingens, hoc enim extrinſecus addendum, quemadmodū in rhetoricis voluit Ariſtoteles, & ſubdit, quod enim cognoſcūt audientes vt in pluribus ita fieri aut non fieri, eſſe aut non eſſe, hoc eſt veriſimile, vt odio habere inuidentes, aut beneuolentia amicos proſequi. { Signum autem. } Latius hic accipit ſignum, vt cōprehendit ſub ſe [illegible]. & inquit ꝙ ſignū hoc pacto acceptum non eſt quidem propoſitio, ſed aſſimilatur propoſitioni, aut demonſtratiue ſi fuerit ſignum neceſſariū, vt lac habet ergo peperit, aut probabili ſi fuit non neceſſarium, vt iſte ſcedem cōmiſit, quia veſtē cruentam habet, & quaſi diuidens ſignum in præſens, præteritum & futurum, inquit, quo enim exiſtente eſt, aut quo facto prius aut poſterius facta eſt res, ſignum eſt rem illam factam fuiſſe, aut fieri aut futuram eſſe. Ac de veriſimili quidem, ac ſigno tot, deinceps de enthymemate, edifferamus,

Inſcribitur hoc c. [illegible] hoc eſt de veriſimilibus & ſignis

Quid ſit [illegible] ſecūdū Ariſt. i altera ſua rhetori.

B

De ſignis & ſpēbus eorum.

C

Quid [illegible] ſecūdum Ariſt. in altera rhetorica.

Fabius aſſerit tria genera [illegible] ſeu veriſimiliū facit.

D

E

Signū diuidit Fabius i neceſſarium et nō neceſſarium

De Enthymemate.

ENthymema igitur eſt ſyllogiſmus imperfectus ex veriſimilibus, aut ſignis.

LATIVS HOC in loco accipit enthymema, præſſius enim referente in topicis Cicerone enthymema nuncupatur [illegible] ſententia ſeu ratio ex contrarijs, cum tamen alioqui ex alijs locis compluribus enthymemata duci poſſint. Cæterū vt recte de enthymemate ſermonem poſſimus facere, præmittenda prius nōnulla, ac primum quid nomen hoc ſignificet & vnde dictum fuerit ac quomodo latine nuncupetur, deinde quonam pacto differat a periodo, hæc enim licet non omnino logica ſint, non tamen legentibus ingrata & a propoſito aliena futura exiſtimamus. Enthymema igitur referente Fabio in oratorijs ſuis inſtitutionibus ſignificat quod nos cōmentum, aut cōmentationem vocamus, vnum igitur intellectum habet, quo omnia mente concepta ſignificat, alterū, quod ſententiam cum ratione. Tertium quod certam quandā argumenti concluſionem, vel ex conſequentibus vel ex repugnātibus. Hunc autem eodem aſſerente nonnulli rhetoricum ſyllogiſmum, alij imperfectum ſyllogiſmū vocauere. Dictum eſt autem inquit Minutianus enthymema, aut quia orator ipſum adinuenit [illegible], aut quia iudicibus, ſeu auditoribus derelinquit [illegible] ſi quid deficit. Differt autem enthymema a periodo ſeu clauſula tanquam magis exornatum a minus exornato, vt enim inquit Hapſines rhetor. Periodus eſt enthymema quodāmodo rhytmice enuntiatum per mēbra ac ceſuras ſibijnuicem dimenſas. Sed his explicitis ad contextum exponendum veniamus. Enthymema igitur eſt ſyllogiſmus imperfectus, quia ex altera tantū propoſitione ex veriſimilibus aut ſignis, nāque omne enthymema ex his tanquā elementis conſtituitur, licet Ariſtoteles in altera ſua rhetorica dicat enthymemata ex quatuor conſurgere ex veriſimili, exemplo, veſtigio ac ſigno, ſed de exemplo ſuperius diximus, de reliquis vero in præſentia fit mentio, ſub ſigno enim latius ſumpto continetur veſtigium ac ſignum præſſius acceptum, et hunc quidem in modū Ariſtoteles, alij vero aliter finiunt dicentes. Enthymema eſt oratio compreſſa imperfecta ſecundum vnam dignitatē, aut enthymema cōcluſio præcedentis argumēti, ſed hæc in mediū protuliſſe ſufficiat, ſi enim vellemus differētiam enthymematis & epichrematis exponere, tā plus opportuno orationem protraheremus.

F

Enthymema ſaēs ex contrarijs vt Cice. in topi.

Enthymema quid ex Fabio.

G

Quid differt enthymema a Periodo.

Enthymema ē ſyllīs ipfectus ex veriſimilibus & ſignis.

H

Accipitur autem ſignum trifariam, quot modis & medium in figuris. aut enim ut in prima, aut ut in media, aut in tertia. ueluti monſtrare prægnantem, eo quòd lac habet, medium enim lac habere: in quo. a. prægnantem eſſe: b lac habere: mulier in quo. c. Quod autem ſapientes ſtudioſi, Pittacus enim ſtudioſus per ultimam: in quo a ſtudioſum, in quo b Sapientes, in quo c Pittacus. Verum igitur & .a. & .b. de. c. prædicare: præterquam quòd hoc quidem non dicunt propter cognoſcere, illud autem accipiunt. Prægnantem uero eſſe, quoniam pallida, per mediam figuram uult eſſe: quoniam enim ſequitur pallidum prægnantes, ſequitur autem & hanc, monſtratum fuiſſe putant, quòd eſt prægnans. Pallidum in quo a: prægnantem eſſe, in quo b: mulier in quo c.

I Poſtquam enthymema deſcripſit, exponit in præſentia per quot figuras efficiantur enthymemata, & inquit ꝙ trifariã ac per tres figuras feruntur ſigna, adde tu et credibilia, vel ſignum latiſſime accipiendum eſt, vt veſtigium credibile, & ſignũ proprie dictum comprehendit, ex his enim omnibus enthymemata & cõmenta cõſtruuntur. { Veluti monſtrare prægnantem. } Exemplũ ponit quomodo enthymema a ſigno efficiatur in prima figura, & inquit, ponamus loco. a. maioris extremi prægnantẽ eſſe loco. b. medij, habere lac, loco. c. minoris mulier, & tunc ita conſtruamus ſyllogiſmum, omne lac habens fuit prægnans, iſta mulier lac habet, igitur fuit prægnans. Sed quæreret non iniuria quiſpiam, quomodo ſi ita cõſtituuntur enthymemata, quomodo inquã ſint imperfecti ſyllogiſmi, hic enim non imperfectus, ſed perfectiſſimus ac tertius eſt indemonſtrabilis. Reſpondemus rationem ita conſtructã non eſſe enthymema, ſed potius enthymematicum ſyllogiſmũ, ac ratiocinationem dialecticã a ſigno,

Enthymema a ſigno in prima figura.

Dubiũ quo enthymema ſit imperfectus ſylls. Solutio ꝙ ſermo de enthymematico ſyllogiſmo.

K quæ tamen facillime enthymema fieri poteſt, ſi enim aut maiorem aut minorem abſtulerimus, fit ratio iſta enthymema. Si vero quiſpiã quæreret, quomodo poſſimus cognoſcere an maior, an minor deficiat propoſitio, dicimus inſpiciendam eſſe concluſionem, ac ſi ſubiectũ concluſionis deficit in propoſitionibus, minor deeſt, ſi prædicatũ, maior: erit igitur enthymema, iſta mulier habet lac, ergo fuit prægnans. { Quod autem ſapientes ſtudioſi. } Exemplũ enthymematis in tertia figura. Si vero quiſpiã quæreret cur prius non fecerit de ſecunda mentionem.

Quõ poſſit cognoſci ꝗ nã deficiat propoſitio.

Reſpondemus hoc ideo factum fuiſſe, quoniam ſignũ non proprie fertur in ſecunda figura, quemadmodũ ſupra etiam diximus, propterea ꝙ valde ſolubile eſt, vt infra, elucidabitur. Enthymema igitur propoſitum tale eſt, ſapientes ſunt ſtudioſi, quoniam & Pittacus ſtudioſus, minor autem propoſitio tanquã manifeſta ꝙ Pittacus ſapiens ſit, derelinquitur. Celebratiſſimũ nanque fuit Pittacum

Signũ ſi fertur in ſcda figu. qm̃ eſt de ſolubile

L Yrre filium ſapientem extitiſſe, enthymematicus ergo ſyllogiſmus ita fiet, ſit. a. maior ſtudioſum. b. minor ſapientes. c. medius Pittacus. Pittacus eſt ſapiens, Pittacus eſt ſtudioſus, igitur ſapientes ſtudioſi. a. igitur ſapientes ſtudioſi. a. igitur &, b. extremitates de. c. medio prædicantur ſed hoc, id eſt minor tanquã nota omittitur, illud autem, hoc eſt maior tanquã ignotior aſſumitur. { Prægnantem vero eſſe. } Exemplũ ponit ſecundæ figuræ, in qua ex ſigno cõmittitur fallacia conſequentis, fit enim ratio ex ambabus affirmatiuis in ſecunda. ſit. a. medius terminus, pallidum. b. maior prægnans. c. minor mulier, tunc ita erigamus enthymema, omnis prægnãs pallida, iſta mulier pallida, iſta igitur mulier prægnans. erit autẽ enthymema, ſi altera omiſſa propoſitione dicamus, iſta eſt pallida. ergo prægnans, in hac itaque figura non fit vtilis ſyllogiſmus, aut enthymema neceſſariũ, niſi fortaſſe accidat ſigna conuertibilia eſſe, tunc enim maiore conuerſa fiet inſolubilis ratio in prima figura.

Enthymema ex ſcda figu. in qua cõmittit fallacia cõſequẽtis, quia ex duabus affirmatiuis.

M *Si igitur una dicta fuerit propoſitio, ſignum fit ſolum: ſin autem & altera aſſumpta fuerit, ſyllogiſmus. ut quoniam Pittacus liberalis: nam honoris cupidi liberales: Pittacus uero honoris cupidus. Aut rurſus, quòd ſapientes boni. Pittacus enim bonus, ſed & ſapiens. ſic igitur fiunt ſyllogiſmi, præterquam quòd qui per primam figuram inſolubilis, ſi uerus ſit, uniuerſalis enim eſt, qui uero per ultimam, ſolubilis, & ſi uera ſit concluſio, eo quòd non eſt uniuerſalis, neque ad rem ſyllogiſmus, non enim ſi Pittacus ſtudioſus, propter hoc et alios neceſſe ſapiẽtes. Qui uero per mediam figuram ſemper & omnino ſolabilis, nunquam enim fit ſyllogiſmus ita ſe habentibus terminis. non enim ſi prægnans pallida, pallida autem & hæc, neceſſe prægnãtem eſſe hanc, uerum igitur in omnibus erit ſignis, differentias autem habent quæ dictæ ſunt. Aut igitur ſic diuidendum ſignum. Horũ uero medium ueſtigium ſumendum. Veſtigium nãq; quod ſcire facit aiunt eſſe: tale autem maxime quod medium. Aut quæ ex extremis, ſignum dicendum, quæ uero ex medio ueſtigium. Probabiliſſimum nãq; & maxime uerum, quod per primam figuram.*

Ponit inter enthymema ac ſyllogiſmũ differentiã inquiens, ſi vna ſola ponatur propoſitio, ꝙ ſignũ atque enthymema nuncupatur: ſin autẽ & altera aſſumatur, non amplius ſignũ atque enthymema dicitur, ſed ſyllogiſmus omnes cupidi honoris liberales, Pittacus honoris cupidus, Pittacus igitur liberalis. rurſus in tertia figura, Pittacus bonus, Pittacus ſapiens, ſapientes ergo boni. ita igitur fiunt enthymematici ſyllogiſmi ac ratiocinationes. Sed differunt inter ſe, quoniã qui in prima fiunt figura, inſolubiles ſunt, hoc eſt neque in forma neque in materia peccant ſyllogiſtica, & propterea non poſſumus aliquo pacto ſoluere, quin ſequatur ex neceſſitate talis concluſio, ſuppoſito igitur, ꝙ propoſitiones ſint veræ, neceſſario ſequitur concluſionẽ quoq; verã eſſe, nãque vniuerſalis accipitur maior propoſitio et reliqua omnia legitime diſponuntur, qui vero per vltimã ac tertiã figurã efficitur, ſolui procuidubio poteſt, ſuppoſito etiã ꝙ concluſio ſit vera, propterea ꝙ nõ eſt aliqua propoſitio vniuerſalis, ſed ambæ ſunt in parte, & ſi vniuerſales etiã acciperentur propoſitiones, tamen non eſſet adhuc ſyllogiſmus ad rem, hoc eſt vniuerſalẽ concluſionẽ cõcludendam, vniuerſalis enim concluſio nulla colligitur in tertia, tamen ſi acciperemus concluſionem non vniuerſaliter, ſed in parte fortaſſe & ipſe per expoſitionem fieret pacto aliquo inſolubilis. Sed in ſecunda figura ſemper & omnino efficitur ſolubile enthymema, quoniã in ſecunda ex ambabus affirmatiuis nihil vnquã ſyllogiſtice concluditur, niſi fortaſſe argumentũ duceret a ſigno conuertibili, verũ ſic non ſecundæ, ſed primæ figuræ ratione ſyllogiſticũ foret, pura in exẽplo viuens ſpirat, Socrates ſpirat. Socrates igitur viuit. { Verum igitur in omnibus erit figuris. } Hoc eſt poterimus verã concludere concluſionẽ in omnibus figuris, ſed tamen dicerent concluſiones illæ eo, quẽ diximus, modo. { Aut igitur ſic diuidendũ ſignũ. } Aut igitur inquit debemus ſignũ ita diuidere, quẽadmodũ ſupra fecimus in ſolubile & inſolubile, aut alia facienda diuiſio in ſignũ ac veſtigium, veſtigium voco, quod græce τεκμήριον. de quo ſuperius multa diximus, quodque in partitionibus Cicero notã vocat inquiens, proprie autem nota, argumentum, quod nunquã aliter fit, certũq; declarat. { Horũ vero medium. } Hoc eſt cũ ſignũ latius acceptũ per tres, vt vidimus varietur figuras, illud proprie τεκμήριον ac veſtigiũ nuncupandũ, quod eſt medium, hoc eſt in prima figura, in hac enim, veluti in priori diximus volumine mediũ & natura & poſitione medium erit, nãque & antiqui veſtigium dicebant, quod facit ad ſcientiã, hoc autẽ maxime eſt, qđ in prima efficitur figura. { Aut quæ ex extremis. } Hoc imediate ex ſuperioribus pendet, vbi ait, aut igitur ſic diuidendum ſignum, deinde ſtatim ſubſequi debet, aut quæ ex extremis ſignũ dicendũ, quæ vero ex medio veſtigium. Reliqua autẽ ex interpoſitione dicta ſunt. eſt igitur ſenſus, ſi volumus aliter videre ſignũ late ſumptũ, debemus dicere ſignorũ aliud eſſe ſignũ proprie, aliud veſtigium, & ſignum quidem proprie acceptũ eſt, quod ex extremis, hoc eſt, quod in ſecunda ac tertia concluditur figura, hæ enim extrema nuncupantur, quoniam in his medium non eſt poſitione medium, ſed in ſecũda maioris locum occupat, in tertia vero minoris veſtigiũ autẽ nuncupabitur, quod eſt ex medio, id eſt prima figura, vbi medium natura & poſitione mediũ eſt, & ſubdit rationem, quoniã ſignũ, quod in prima efficitur figura & maxime probabile & maxime etiam verum eſt, & hæc quidẽ actor in præſentia Ariſtoteles. Nobis vero ad copioſiorem doctrinã nõnulla quoq; alia in medium adducenda ſunt, quæ ad ſermonem de enthymemate attinere videntur. Scitu itaque dignum, quemadmodũ in libro de inuentione inquit Hermogenes, ꝙ enthymematũ alia ſunt, quæ ſimpliciter dicuntur enthymemata, alia vero quæ epenthymemata, ſeu ſup cõmenta nũcupanẽ, & enthymemata quidẽ ſunt, quæ primo loco ſtatim ꝓferuntur epenthymema vero, quod ad priores enthymematis cõfirmatione cõſtruitur. Alij etiã aliam faciunt diuiſionẽ dicẽtes enthymematum quinq; eſſe ſpecies ſeu modos ſententioſum, ſyllogiſticũ, oſtenſiuũ, redargutiuũ, & exemplare.

N

Dña inter ẽthymemata ſecundũ diuerſitatẽ figurarum.

O

P

Veſtigiũ ẽ ex quo ſyllogiſmus fit in prima figura.

Q

Not. plures modos enthymematũ quos Hermogenes ponit & alij quidam.

A

Secundum Ariſto. duæ ſpẽs enthymematum.

Nos vero cum Ariſtotele in altera ſua rhetorica dicemus enthymematũ binas eſſe ſpecies oſtenſiuũ ac redarguitiuũ, ac oſtenſiuũ quidem ex confeſsis concludens, vt iuuenes munifici: ergo & tu munificus. Redarguitiuũ vero ex non confeſsis, vt in exemplo, abſurdũ eſt gloriam plurimi facere, nolle tamen pro gloria adipiſcenda labores ſuſtinere. Addit Albumazar Alpharabius in ſuis rhetoricis, enthymematũ binas eſſe ſpecies, unã oſtenſiuorũ, alteram conditionalium, & conditionales diuidi in coniunctas, ac diſiunctas ad morẽ ſyllogiſmorũ.

Nota de locis enthymematum.

Sunt autem ſecundũ quoſdam loci enthymematici vnũ ac viginti. Primus ex contrario, ſi temperãtia honeſtũ, intemperantia erit turpe. Secundus ex cõtingentibus ſecundũ partem, ſi beneficijs affecti odimus & mala patientes amabimus. Tertius ex eo, quod ad aliquid, ſi apud vos iniuſtum eſt vilia imperare, neq; mihi licebit perſuaſo facere. Quartus ex non cauſis, vel efficientibus & generantibus

B

ſi humanitas eſt bonũ & honeſtũ, & quod ex his efficiẽ. Quintus ex magis et minus, ſi filium interemit, neq; alijs parcet. Sextus ex cõſequentis ſecundũ magis, ſi bonũ eſt concupiſcere, qui maxime cõcupiſcent, optimi erunt, ſed tamen videmus ipſos plerunque delinquere. Septimus ex ijs, quæ ſubiecto adaptantur, oportet maiorem virtutem præeminere, q ſi aliter, rediculũ profecto eſſet, ſi meliore peior iudicaret. Octauus ex proportionato, vt in exẽplo Iphicratis, ſi magnos pueros viros exiſtimabũt, & paruos viros pueros arbitrabuntur. Nonus ab exemplo, abſurdum ſi in nauibus gubernatores non eliguntur ſorte, Imperatores velle ſecundũ ſortẽ eligere. Decimus ex inductione, ſi halyanes candaules, & gyges ſemper nobis hoſtes extitere, fatuũ eſſet exiſtimare Crœſum beneuolũ. Vndecimus ex diuiſione: ſi omnes tribus de cauſis delinquunt aut huius gratia, aut illius: ſed ob duas iſtarũ peccatum hoc cõmitti non poteſt, ob tertiam vero neq; ipſi di-

C

cunt peccatũ fuiſſe. Duodecimus ex iudicio de eodẽ, aut ſimili, aut contrario, & iudicio quidem omniũ, aut plurimorũ, aut ſapientũ: ſi ſapientes cenſuerũt benefactoribus gratias habendas, cur & nos nõ habemus Romanis gratias? Tertiuſdecimus ex occaſione: ſi tardantibus inſtabilis victoria & infirma, nimirum & ijs, qui iam vicere. Quartuſdecimus ex tranſumptione, nõ fuit graue patere Antipatro, ſed graue erit ſeruitutẽ ſubire. Quintuſdecimus ex conſequentibus malis, non oportet doctrinæ operam dare, ſequitur enim inuidia. Sextuſdecimus ex definitione ſi temperantia optimũ bonum, & temperans optime bonus. Septimuſdecimus ex ſuppoſitione, ſi Philippo credẽtes patriam negligetis, nil vetat nos omnes in ſeruitutem redigi. Duodeuiceſimus, ex ijs, qui peccant in accuſando aut reſpondendo vt ex Medea carcini, accuſauit Medeã q liberos interemerit, & ꝓpterea aiunt ipſum peccaſſe. Reſpondet illa ſe æquidem peccaſſe, quia Iaſonem nõ interſecit. Vndeuiceſimus ex fine & cuius gratia, ſi hoc da-

D

bit vt poſtea priuatus eo, maiore afficiatur triſtitia. Viceſimus ex nomine, certe non fuiſſet ruſticorũ familia nuncupata, niſi ruſticos mores habuiſſet. Primus ac viceſimus ex vitio datis hominibus aut rebus, abſurdũ ſi olim pugnabamus, vt in patriam rediremus, nunc in patriam reuerſi fugiemus, ne bellũ ineamus.

Ariſtote. & Mutianus de locis enthymematicis.

Hæc quidẽ de locis enthymematicis nõnulli tradidere, Ariſtoteles tamẽ quoſdã alios addidit, & plures adhuc Minutianus, puta, a magnitudine, a quantitate, a loco, a modo, a differentia, a cõtento, a materia, ab eo, quod eſt ſimul, a genere, a ſpecie, ab vniuerſali, a figmento, a parte ad totum, a toto ad partem. Sed hos omnes proſequi iam nimis longum eſſet, ſufficiunt igitur quæ in præſentia relata ſunt, ac primũ de veriſimilibus, cur prius egerit de veriſimilibus Ariſto. q̃ de enthymemate, quomodo latine dicatur εἰκός, quid ſignũ, quot ſignorũ ſpecies, quid veſtigium ſeu τεκμήριον, quod ſignorũ ſolubile, quodue inſolubile ſit. Poſtea de enthymemate diximus, q latius accipiatur ac preſsius, q latine cõmentum ſeu cõmentatio nuncupatur, q enthymematis ſignificata rita. vnde dicatur enthymema quomodo differt a periodo ſeu clauſula, ſolutis deinceps dubitationibus quibuſdam circa contextũ, poſtea expoſuimus, cur prima figura medium, curue ſecũda ac tertia extrema nũcupẽtur, quid enthymema, quid epenthymema, quot enthymematũ ſpecies ſeu modi, ac demũ quot loci enthymematici. His itaq; explicitis ad ea, quæ de phyſiognomica ſeu natura cognoſcenda dicuntur accidamus. E

De cognoſcenda Natura.

NAturam uero cognoſcere poßibile eſt, ſi quis let ſimul mutari corpus & animam, quæcunq; naturales paßiones ſunt: qui enim fortaſſe muſicam didicit, mutauit animam in aliquo, uerũ paßio hæc non eſt ex ijs, quæ natura nobis inſunt ſed quẽadmodũ iræ & deſideria ex naturalibus motibus. Si igitur & hoc datum fuerit & unum uniuſ ſignum eſſe, & poßumus accipere proprium uniuſcuiuſq; generis paßionem & ſignum, poterimus naturam cognoſcere.

QVAE ſit philoſophi intentio in hoc capite varij varia protulere. Diuus nanq; Albertus atq; alij complures intentionem Ariſto. eſſe dicunt methodũ atque artem tradere, per quã poſſimus medium inuenire ad conſtruenda enthymemata, hoc eſt ſigna ſeu veſtigia vniuſcuiuſq; naturam conſequentia. F

Expõ Alberti de intentione huius cap.

Alulidus vero Roſa. ac Ioannes Philoponus meo iudicio melius incẽdere Philoſophũ aſſerunt, aliud ſyllogiſmo annexũ deſcribere, hoc eſt quomodo ſyllogiſmus phyſiognomicus per figuram ſyllogiſticã diſponatur.

Expõ Alu. & Philop. de eadem.

Eſt autem ſyllogiſmus phyſiognomicus ratiocinatio quædam a ſigno, & a ſigno non omni, ſed naturam ſubiecti conſequente, vnde & capitulũ iſtud græce inſcribitur περὶ τοῦ φυσιογνωμονεῖν, nos de cognoſcenda natura tranſduximus, antequã igitur exponat quomodo talis ſyllogiſmus conſtruendus ſit, prius declarat quonã pacto phyſiognomicum ſignũ poſſimus inuenire, quod in tali ſyllogiſmo tanquã mediũ aſciſcitur, hoc autem licet G

Not. q̃d ſit ſyll. phyſiognomic.

aliquo modo naturale ſit & ad naturalem videatur attinere philoſophũ, tamen ſecundum q, & demonſtrator, & dialecticus hoc genus argumẽtis ac monſtrationibus ſæpiſsime vtuntur, ſecundũ iſtud phyſiognomicũ ratiocinium ad reſolutorium artificẽ, qui de ſimplici pertractat ſyllogiſmo, attinere enũtiabimus. Poterimus ergo inquit Ariſto. φυσιογνωμονεῖν & ad cognoſcendas naturas mediũ inuenire: ſi quis duo, vel potius tria tanquã principia ac dignitates vel potius ſuppoſitiones acceperit, vnum q anima & corpus ſimul ab affectibus mutentur naturalibus, hoc eſt anima corporis, & retrouerſum corpus animæ affectus ac diſpoſitiones ſequatur. alterũ q vnum ſignũ vnius ſit paſsionis atq; affectus. Hæc autem tanquã monſtrata in naturalibus pro confeſsis accipienda ſunt.

Duo principia ponit p quæ inuenitur mediũ phyſiognomicum.

Phyſiognomicus enim philoſophus tanquã alibi demonſtrata, puta in libro de anima, aut & in alijs naturalium libris hæc admittit, quanquam in phyſiognomicis ſuis mõſtrat Ariſto. quodammodo animam corporis, & animæ H corpus ſequi paſsiones atque affectus, ſed hoc facit non rationes adducens vniuerſales, ſed inductione vtens, qua veluti ſupra oſtẽdimus prima principia ac ſuppoſitiones aliquando declarantur. Multum enim inquit videmus a corporeis affectibus intellectum variari, & in cõtrarium corpus ab animi languoribus contaminari, nanque ebrietates ac morbi non ſolum corpus male afficiunt, ſed & animum diſturbant, & cæteræ animi paſsiones, amor, triſtitia, timor, lætitia atque id genus omnia non intellectũ ſolum, ſed & corpus defatigant. { Qui enim fortaſſe. } Exponit quare dixerit paſsiones naturales, hoc enim inquit addidimus ad differentiam habituũ ac diſpoſitionũ, quæ ex arte proueniunt, hæc enim animã quidem mutãt, non tamen corpus variant aut afficiunt, veluti ſi quiſpiã ex amuſo muſicus fieret, verũ inquit paſsiones atq; affectus iſti nõ ſunt ex naturalibus diſpõnibus, ſed naturales affectus dicitur: vt ira, cõcupiſcentia: quæ ex naturalibus proueniunt motibus, hoc autem dixit, quoniã vt in phyſiognomicis traditur, phyſiognomica ſigna accipiuntur ex motibus, coloribus, figuris, moribus, lenitate, voce,

Tertiū percipiū ad idē medium.

I carne, partibus, et typo ac forma totius corporis. { Et poſ
ſimus accipere. } Tertia hæc eſt ſuppoſitio, ꝙ poſſimus
accipere propriā cuiuſcunq; generis paſſionē, genus autē
pro ſubiecto accepit, aut genus dixit, quoniam vt in phy
ſiognomicis inquit Ariſto. nonnulli antiquorum genera-
tim & ſecundum animalium genera phyſiognomiā ex
acerbant vnicuiq; ſuam paſſionem aſcribentes, ſed prior
expoſitio melior, melius enim eſt vt & alibi philoſophus
aſtipulatur, in ſpeciem quā in genus referre.

*Si enim ſeorſum eſt alicui generi indiuiduo inexiſtens paſſio,
ut leonibus fortitudo, neceſſe & ſignum eſſe aliquod. Simul nāq;
inuicem pati ſuppoſitum eſt: & ſit hoc, magnas extremitates ha
bere, quod & alijs ineſſe generibus non totis contingit, ſignum
enim ita propriū eſt, quoniam totius generis propria eſt paſſio,
& non ſolum propria, quemadmodum conſueuimus dicere. Inerit
igitur & in alio genere hoc, & homo erit fortis, & aliud ali-
quod animal, habebit igitur ſignum. Vnum enim unius erat: ſi
K igitur hæc ſunt, & poterimus talia ſigna colligere in his anima-
libus, quæ ſolum unam aliquam paſſionem habent propriam, una
quæque autem habet ſignum, quoniam neceſſe unum habere, po-
terimus naturam cognoſcere. Quòd ſi duo habet propria totum
genus, ut leo forte & communicatiuum, quomodo cognoſcemus
utrum utrius ſignum, ſeorſum conſequentium ſignorum. An ſi
alij alicui non toti ambo, & in quibus non totis utrunque, quan-
do hoc quidem habeat, illud uero non. Si enim fortis quidem, libe-
ralis uero non: habet autem ex duobus hoc, planum quòd & in
leone hoc ſignum fortitudinis.*

Hinc incipit monſtrare, quō ex ſigno naturam poteri-
mus cognoſcere. ſi enim inquit, genus aliquod indiuiduū
paſſionē atq; affectū ſeu diſpoſitionē aliquā habuerit, vt
L leo fortitudinē, manifeſtū ꝙ & ſignū huius habebit, nāq;
ex ſuppoſito ſimul patiuntur anima & corpus. Genus
autem indiuiduū vocauit in præſentia philoſophus ſpeciē
ſpecialiſſimam, hæc enim indiuidua nuncupatur, quia in
alias ſpecies diuidi non poteſt: aut genus indiuiduū nuncu
pauit genus non diuiſibile in alia genera, quēadmodū &
in. 8. naturalis auditus ſpeciem vocauit indiuiduā non di-
uiſibilem in alias ſpecies, ſed iſta parū ad rem, reuertamur
ad propoſitū. Si itaque leoni ineſt fortitudo, inerit & for-
titudinis ſignū, ſit hoc, habere magnas extremitates, puta
manus amplas ac pedes conſimiliter, eſt enim hoc ſignū
fortitudinis, quēadmodū Ariſto. inquit in phyſiognomi-
cis, vbi ait quaſi ad verbū. Fortis corporis ſigna capilla-
mentū durū, figura corporis recta, oſſa & teſte & extre-
mitates corporis fortes & magnæ, ac reliqua quæ ſequū-
tur: ſit itaq; propriū fortitudinis leonū ſignū habere am-
plas extremitates, quod tamen ita ſit proprium, vt nō ſo-
lis inſit leonibus, ſed oībus, alijs vero generibus neq; to-
tis neq; ſolis, ſic enim proprium appello ſignū, qm̄ totius
generis proprium eſt, & non ſolū proprium, quēadmo-
dum cōſueuimus dicere, quod conuenit omni ſoli & ſem
M per. Cum igitur & alijs accidat generibus, homo etiam
fortaſſe dicetur fortis, aut aliud quopiam animal, quare ſi
homo fortis erit, habebit & fortitudinis ſignum, quod eſt
habere amplas extremitates, aliud enim huius ſignū habe
re nō poterit, qm̄ ex ſuppoſito vnum ſignū vnius eſt ſub
iecti. Si igitur ita hæc ſe habuerint, et poſſimus hæc ſigna
cōperire in animalibus vnicā habentibus paſſionē atque
affectū, vnaquæq; autem paſſio ex ſuppoſito vnū habet
ſignū, ſequitur ꝙ facillime naturam poſſimus cognoſce-
re. Si vero tota ſpecies non vnicū habuerit proprium, ſed
bina, aut etiam plura, vt leo fortitudinē & liberalitatem,
manifeſtū ꝙ & duo vel plura ſigna retinebit, quo igitur
diſcerniculo cognoſcemus verū ſignū verius paſſionis ſi-
gnū ſit ſeorſum. { Aut & alij alicui. } Reſpondeo inquit,
nāq; aut particula, vt ſupra etiam diximus, ſolutionis eſt
nota, reſpondeo igitur ꝙ hæc duo ſigna, cū non ſolis in-
ſint leonibus, alij etiam inerunt ſpeciei, ſed non toti, & tūc
debemus cōſiderare duo indiuidua eius ſpeciei, cui nō in-
ſunt ambo, ſed alterū tantum, quorum vni alterum horū
ſignorum inſit, & alteri alterū. Si enim puta Socrates ſit

fortis, non autem liberalis: ſit autem ſignum vt diximus N
fortitudinis habere extremitate amplas, liberalitatis vero
frontem dilatatā, & Socrates habuerit amplas extremita
tes, non autem frontem latam, planum ꝙ habere ampla
extrema in leone ſignum extitit fortitudinis.

*Eſt itaque naturam cognoſcere, in prima figura medium con
uerti cum primo extremo, ſupergredi uero tertium & nō cōuer-
ti, ut fortitudo a: extremitates magnæ in quo b: c autem leo. cui
igitur. c. b. omni, ſed & alijs, cui uero. b & a. omni & non plu-
ribus, ſed conuertitur. Quod ſi non erit unum unius ſignum.*

Docet phs quō ſyll. phyſiognomicus conſtruatur.

Nunc tandem propoſitum exequitur, hoc eſt quomo-
do phyſiognomicus cōſtruatur ſyllogiſmus, inquiens ꝙ
tale ratiocinium in prima cōplicatur figura, & neceſſe eſt
medium terminum cū maiore conuerti extremitate, mi-
norem vero ſuperare & non conuerti. puta in exemplo,
ſit. a. maius extremū fortitudo: b medius magnæ extremi
tates. c. minor leo. Planū igitur ꝙ. a. &. b. cōuertuntur, om
ne enim forte magnas habet extremitates & econuerſo,
sed idem. b. non conuertitur cum. c. Imo & alijs ineſt, non O
cui ſolus leo magnas habet extremitates, ſed & alia mul
ta animalia. { Quod ſi non. } Hoc eſt ſi non conuertun-
tur. a. &. b. ſequitur ꝙ aliqua erunt fortia, quæ non habe-
bunt amplas extremitates, ſed aliud ſignū fortaſſe, & ita
duo ſigna erunt vnius affectus, vel aliquid habebit am-
pla extrema & tamen non erit forte, & ita habere ampla
extrema erit plurium paſſionū atq; affectum ſignum.

Dubiū an i alijs figuris cōſtruatur ſyll. phyſiognomicus. Solutio ſolū in prima cōſtrui poſſe.
Epilogus totius lib. prio.

Sed quæreret nō iniuria quiſpiam an phyſiognomicus
ſyllogiſmus poſſit in alijs conſtrui figuris. Reſponde-
mus non poſſe, nā in ſecunda non conſtruitur, propterea
ꝙ in hac ex ambabus affirmatiuis, non erat vtilis compli
catio, in tertia etiam non fit, qm̄ tertia non poterat in con
cluſionem vniuerſalē. Et de phyſiognomico quidem ra-
tiocinio, Imo de toto priorū libro iam ſatis pertractaui-
mus. Supereſt iam vt receptui canentes finem enarra-
tioni huic noſtræ cum dijs ponamus, non enim parū feci-
mus, ſi poſt ea, quæ in priori volumine diximus, ſecundū
etiam aggreſſi expoſuimus, quomodo ſyllogiſmus unus P
poſſit plures colligere concluſiones, quomodo ex falſis
propoſitionibus vera ſequatur concluſio, quomodo cir-
culo poſſimus mōſtrationes facere, quomodo cōuerſim,
quomodo ad incōmodū deductio fiat, quomodo ex op-
poſitis ratiocinium; quomodo petitio eius quod in princi
pio, quomodo non penes hoc, quomodo falſa ratio, quo
modo vitandū ratiocinium, quomodo elenchus ac redar
gutio, qualiter ſuſpitionis deceptio, quomodo conuerſio
in prima figura, quomodo cōmutata conuerſio, quomo
do oppoſitorum conuerſio mutua, quomodo inductio,
quomodo exemplum, quomodo abductio, quid, & quo
modo inſtantia, quid ſignū ac veſtigium, quomodo en-
thymemata ſeu cōmenta, ac demū vltimum exponentes
capitulum, primo intentionem Philoſophi aperuimus, de
inceps quid phyſiognomicus eſſet ſyllogiſmus deſcriben
tes, deinde ex qbus phyſiognomica ſigna deducant̄, quid
genus indiuiduū, quid ſpecies indiuidua, ac demū an in ſe- Q
cunda & tertia figuris phyſiognomicus erigi poſſit ſyllo
giſmus. Quibus omnibus expoſitis & enodatis. Deo op
timo maximo gratias agimus Imortales, qui nos ad ſco-
pum tanti operis ac finem facili perduxit tramite.

Primi, ac ſecundi libri Priorum reſolutoriorum, Io. Fran-
ciſco Burana Veronenſis interprete,
& expoſitore finis.

HIERONYMI BAGOLINI
VERONENSIS ANNOTATIONES,
ET DVBITATIONES IN PRIMVM PRIORVM RESOLVTORIORVM ARISTOTELIS.

Tres reſolutionis ſpecies.

Alcinous.

B

IN PROLOGO Vbi titulum libri priorũ exponit Doctor noſter cur reſolutorius inſcriptus ſit, præterea. quæ adducuntur ex dictis Philoponi, Alexandri, & Io. Damaſceni, addo quædam ex dictis Alcinoi in libello de dogmate Platonis. Reſolutionis tres ſunt ſpecies. Vna eſt aſcẽſus a ſenſibilibus ad intelligibilia prima, Alia a demonſtratis & ſubdemonſtratis ad indemonſtrabiles & immediatas propoſitiones regreſſus. Alia eſt a ſuppoſitione aſcendens ad principia, quæ ſuppoſitione nõ egẽt. Et prima habet talẽ naturã, veluti ſi a bono corporis trãſeamus ad animæ bonũ. Ab hoc autẽ ad bonum quod in legibus eſt. Deinde ad infinitum pelagus bonitatis, vt hoc modo indagantes ipſum per ſe bonũ reperiamus. Secunda reſolutionis ſpecies talis exiſtit. ſupponere oportet id quod quæritur, ac contẽplari quænam ſint illa priora, atque a poſterioribus ad priora aſcendendo demonſtra-

C re, donec peruentum ſit ad primũ atque cõceſſum, a quo rurſus incipiendo per compoſitionis modum deſcendamus. Veluti ſi quæramus, nũquid anima ſit immortalis, hoc ipſum ſupponens, quæro an ſemper mobilis, deinde hoc demonſtrato. iterũ quæro an id quod ſemper mobile eſt ſit per ſe mobile, quo demõſtrato, rurſus quæro an per ſe mobile principium motus exiſtat, deinde ſi principium an ingenitum, quod veluti pro confeſſo habetur, cum quod ingenitũ eſt, etiã incorruptibile ſit. Sumpto igitur ab hoc quod ex ſe patet initio, talis demonſtratio cõponitur, principium ingenitum eſt & incorruptibile, principiũ motus eſt id quod per ſe mouetur. Anima autẽ eſt per ſe mobilis, igitur ingenita, incorruptibilis, atque immortalis eſt anima. Quæ autem per ſuppoſitionẽ reſolutio fit, talis eſt. Qui aliquid inquirit id eſſe ſupponit. Deinde quid ſequatur ad ipſum ſuppoſitũ inſpicit: ac poſtmodũ ſi ſit de ſuppoſitione ratio afferenda, aliã faciens ſuppoſitionẽ inquirit, an id quod prius ſupponebatur ad aliam ſequatur ſuppoſitionẽ, ea nunquã inquiſitione ceſſante, donec ad aliquod principiũ perueniamus quod ſuppoſitione non egeat. Hæc Alcinous. Ex his, que in ſecunda reſolutionis ſpecie dicta ſunt, recte colligere poſſumus perperam quoſdam dixiſſe reſolutionem eſſe demonſtrationẽ, quia non, recte quoq; alios quoſdam, qui reſolutionẽ demonſtrationẽ propter quid aſſeruerunt. Primi nanque non diſtinguentes naturalẽ reſolutionẽ a mathematica in

Reſolutionem eſſe demonſtrationẽ p abſurdum.

D hunc errorem inciderunt. Poſſumus quippe in naturalibus, in quibus effectus priores nobis notioreſque ſunt, in cognitionem quia eſt ipſius cauſæ per reſolutionẽ quæ demonſtratio quia dici poteſt, quoniã ex nobis notioribus procedit, deuenire, qua inuenta regredimur demonſtrationẽ propter quid conſtituentes. Hoc in expoſitione noſtra prologi phyſicorũ perpulchre declarauimus ex intentione Io. grãmatici primo & ſecundo poſteriorũ, & Themiſtij primo phyſicorum. & ſecundo poſteriorum. Sed de reſolutione mathematica de qua Alexander primo priorum. & Io. Da na. & Alcinous, & Haly primo artis paruæ, & Themiſtius primo poſterio. commen. 30. & Ioannes grãmaticus ſecundo poſterio. in principio, hoc penitus abſurdũ eſt, cũ eiuſmodi demonſtratio quia in mathematicis ſit impoſſibilis, cũ effectus ſint nobis, cauſis ipſis ignotiores, non aſcendimus ergo a concluſione in principia demonſtrando illa, ſed concluſione ſuppoſita, licet ignota ſit, principia inueſtigamus, & quocunque inueſtigato principio, ex illo demonſtrationẽ erigere poſſumus quãuis id non omnino putemus neceſſarium, donec ad principiũ per ſe notũ perueniamus. Quo inuento demonſtrationes omnẽs colligimus, donec ad concluſionẽ propoſitã perueniamus. Hic autẽ modus reſolutionis fit per ſecundã operationẽ intellectus, propoſita aliqua concluſione, conſiderando, an inter ſubiectũ & prædicatum ſit aliquod mediũ, & illud mediũ cũ prædicato iungendo & formando propoſitionẽ qua formata iterum aſpiciendũ eſt, an inter ſubiectũ & prædicatũ ſit aliquod medium. Et ſic iterũ de illa fieri poteſt donec ad propoſitionẽ per ſe notã veniamus, inter cuius ſubiectũ & prædicatũ nullum ſit medium. Hoc modo vtuntur mathematici in ſuis demõſtrationibus, vt cuilibet intuenti indubie patere poteſt. Semper enim poſterius theorema in proximum prius reſoluitur, & illud in aliud donec perueniãt ad propoſitiones per ſe notas. Aliqui tamen recentiores ſophiſtice potius quã realiter procedentes oſtẽdere conati ſunt mathematicos poſſe vti demonſtratione quia, terminos logicos permiſcendo, vel ſyllogiſmũ topicũ ex cõmunibus procedentẽ. Sed vterque horũ modorũ profecto inanis eſt, & extraneus mathematico, quilibet enim artifex vtitur logica conſtruendo ſyllogiſmos & demonſtrationes, & definitiones ſecundũ artẽ in logica traditã, ſed nõ intermiſcendo artẽ illã, neque terminos illos, niſi cũ opus fuerit ad probationẽ deſcendere, vt aperte dixit Ariſtoteles ſecundũ poſteriorũ cũ d. per ſyllogiſmũ definitiuũ nõ poſſe probari definitionẽ de definito. Præterea. demonſtratio quia, generat ſcientiam quia ex primo poſteriorũ

G & procedit ex effectu notiori ſecundũ rẽ ad cauſam ignotiorem. Sed huiuſmodi proceſſus in terminis logicis non generat ſcientiam, ſed modũ ſciendi potius, nec procedit ex notioribus ſecundũ rẽ, nec enim notũ eſt ꝙ hoc ſit cõcluſio, & illud mediũ, niſi cũ fuerit facta demonſtratio. Dico etiã loquendo ſolũ in terminis logicis. Præterea. reſolutio quã quærunt mathematici eſt ipſius paſſionis cuius cauſam inhærentiæ ad ipſum ſubiectũ quærunt, quam prius ſupponunt ineſſe ſubiecto, licet ignota ſit, inueſtigãtes cauſam. Hic autẽ modus non poteſt eſſe demonſtratio quia, vt patet. Nec etiam verũ eſt quod dicunt ſyllogiſmum topicũ concluſionẽ mathematicã per mediũ cõmune concludentẽ, quod & alijs accõmodari poteſt, eſſe ſyllogiſmũ mathematicũ, nec quia, nec propter quid, immo peccat contra ſyllogiſmũ & demonſtrationẽ mathematicã, vt dicit Ariſtote. in elenchis, ſed eſt appellandus dialecticus ſyllogiſmus vt primo poſteriorũ dicitur. Ex his patet ſecundũ & tertiũ ſupra propoſitorũ, ſcilicet ꝙ reſolutio non eſt demonſtratio propter quid, ſed eius inuentio. Et quoſdam alio qui magnos viros in expoſitione verborum Gale. primo artis paruæ valde fuiſſe deceptos. Sic enim dicit Gale. neminẽ tamẽ ante nos eam quæ oritur ex finis notione ſcripſiſſe comperimus. Itẽ prima quidẽ ex finis notione incipit quæ per reſolutionem fit. vbi per notionẽ finis intelligunt cognitionem & ſcientiã perfectam, quam tunc dicunt incipere cum finita & perfecta eſt reſolutio. Et ad hoc adducunt Ariſtote. teſtẽ primo poſteriorũ. tex. cõmen. 19. Cũ enim incipit reſolutio, tunc dicunt, incipimus dubitare, & non ſcire. Sed certe in his dictis & ſibi, & Ariſtoteli, & Gale. contradicunt, ſibi quidẽ, quoniã cũ per reſolutionẽ habemus vnũ medium

F

H

Nota in cognitione finis vel magis corũ, q ad finẽ ſunt conſiſtat reſolutio; an potius I cognitiõe ſupremæ cauſæ generis cuiuſq.

I ex arte tradita ab Ariſtotele primo priorũ, tunc erigimus demonſtrationẽ, & cũ omnis demonſtratio ſcientiã generet, patet tunc nos incipere ſcire. Ariſtoteli quoque cũ loco allegato, & ſecundo phyſico. & primo aſſerat tunc nos habere perfectã ſcientiã cum non contingit vlterius quærere, non contingit autẽ vlterius quærere cũ eſt completa reſolutio. ergo tunc habemus perfectã ſcientiã, quæ iam inceperat, cũ inceperat reſolutio ſuis ergo telis iſti iugulantur. Contradicunt inſuper Gale. & antiquis authoribus oĩbus quos adduximus. Dicit enim primã doctrinã ordinariã q̃ fit ſecũdũ diſſolutionẽ incipe ex finis notione, quibus verbis notat terminũ a quo huius doctrinę, & hoc ſignificat præpoſitio illa, ex talis autem terminus a quo eſt ipſa finis notio, quã manifeſtũ eſt nõ poſſe eſſe perfectã cognitionẽ, cum illa ſit terminus ad quem. ergo per notionẽ intelligendũ eſt præconceptionem finis in intellectu præſuppoſiti cognitione quadã confuſa. Et hoc veritatẽ habet in omnibus ſcientijs & artibus, vt patet ex Philoſopho primo priorũ, qui intentionẽ ſuã dicit eſſe de demonſtratione, quã tamen non exequitur niſi vſque ad finẽ ſecundi poſterio. Sed deterius eſt q̃ per finẽ

K norum intelligunt non ipſum quæſitũ ſeu finẽ, cuius intendimus habere perfectã cognitionẽ, & quem primo in mente ſtatuimus, ſed vltimã & ſupremam cauſam per ſe notã, ad quã per reſolutionẽ peruenimus, ex cuius cognitione vere tunc incipit doctrina. Sed profecto hæc expoſitio eſt contra intentionẽ Gale. Ariſtote. & omniũ qui de reſolutione pertractant. Quærendum enim eſt ab eis quid illud ſit, cuius perfectã cognitionẽ quærimus per reſolutionẽ. certum eſt illud eſſe ipſum quæſitum & finẽ, ergo ab iſto fine incipit doctrina reſolutiua, qua ab ipſo incipit reſolutio. Quæ reſolutio ſi aliquid nobis declarat, certum eſt q̃ ab illo incipit notitia, quod primo nobis occurrit in tali reſolutione, ſed quod primo nobis occurrit eſt cauſa proxima. ergo a cauſa proxima incipit, non a remota. Exẽplum patet reſoluendo corpus humanũ in prima organica, organica in cõſimilia, & ſic deinceps. Amplius ſi quod dicunt eſſet verũ, ſequeretur, quod cõpoſitiua & reſolutiua ab eodẽ inciperent, quod eſt pœnitus abſurdum, cũ ſint oppoſitæ, conſequentia patet, quia cõpoſitiua incipit a cauſa ſuprema, & deſcendit vſq; ad proxi-

L mam, patet per Auerro. primo phyſico. cõmen. primo & Ariſtote. ipſum. Forte dices cõpoſitiuã incipere cum peruentum eſt ad vltimũ cauſatũ, ſed hoc apertiſſimũ eſt inconueniens, quoniã tunc non incipit, ſed habetur perfectiſſima, eo q̃ nihil reſtat vlterius habendũ. Inſuper hæc expoſitio manifeſtiſſime cõtradicit Ariſtoteli & Auerro. tertio ethico. cõmen. 6. vel 7. iuxta diuerſas numerationes, vbi volunt reſolutionẽ & cognitionẽ reſolutiuã incipere a fine conſtituto que acquirere volumus, non autẽ ab ipſa ſuprema cauſa. Quẽ locum aliqui ex recentioribus horũ doctrinã ſequentes adeo extorte & deprauate expoſuerunt, vt putẽ eos non ita pro veritate ſentire, ſed contentionis & cuiuſdã peruicaciæ gratia id factitaſſe. Nã ſi verba Auer. ita eſſent intelligenda vt exponunt, nõ conſonaret eius expoſitio Ariſto. dictis immo totũ oppoſitũ, & hoc lucidarius intelligi poteſt verba Auerro. cum verbis Ariſtote. conferentibus. Sed ne tantũ ver-

M bis agere videamur, re ipſa quod dicimus oſtendamus. Ponunt hi diſtinctionẽ quandã, quos ſupra diximus ſequentes, de duplici reſolutione, dicunt nãque reſolutionẽ dupliciter fieri poſſe, vno modo ſine conuerſione, alio modo cũ conuerſione, Primo modo fit reſolutio nũquã reflectendo a cauſa ſuper effectũ, ſed ſemper reſoluendo effectum in cauſas ſuas, donec ad primã & ſupræmã cauſam perueniamus. Secundo modo fit cũ inuẽta vna cauſa ab illa ſuper effectũ ſuũ reuertimur demonſtranda, & ſic ſecundo altera cauſa inuenta per illã demonſtrando, donec ad per ſe notã perueniamus. Certe talis reſolutio ſecundo modo dicta, quãuis reſolutio dici poſſit, non eſt reſolutio vera, ſed admiſta cõpoſitioni, vt quilibet etiam parũ eruditus poteſt animaduertere, quomodo ergo iſti intendentes declarare quid ſit reſolutio vt a cõpoſitione diſtinguitur, dicunt reſolutionẽ vno modo dictã poſſe

N cum cõpoſitione miſceri. nã iſte proceſſus verius dicitur aggregatum ex reſolutione & cõpoſitione, Præterea iſte modus procedendi iure non debet fieri, quoniã cauſa illa non eſt per ſe nota; ſed vlterius reſoluitur, donec ad per ſe notã perueniatur, & tunc incipit cõpoſitio. Et hoc aſſerit Gale. in principio artis paruæ, cum inquit, ſecunda fit ex cõpoſitione eorum quæ per diſſolutionẽ inuenta ſunt, & hoc etiã omnes fatentur qui de reſolutione & cõpoſitione ſcripſerunt, vt patet per Alexan. primo priorum. Ioã. grãmaticum ſecũdo poſterio. & in procemio priorum & ipſummet Ariſtote. primo poſter. cõmen. 19. Sed eſto hoc tolerabile deterius illud eſt quod affirmant Auerro. hanc diſtinctionẽ voluiſſe innuere loco allega. vbi proceſſum iſtum a fine incipientẽ appellat reſolutionẽ cum conuerſione credentes ipſum velle conuerſionẽ miſceri cũ reſolutione. Ignorant enim hi modũ loquendi Auerro. cũ eius dicta in logica non viderint, nã hæc eſt reſolutio quã alibi appellat Auerro. reſolutionẽ in contrariũ ad differentiã reſolutionis naturalis ad quã non ſequitur amplius cõpoſitio. Cum igitur hæc reſolutio fiat gratia cõpoſitionis in qua poſtea cõpleta reſolutione conuertimur ad quæſitum incipientes a prima cauſa quouſque perueniamus ad

O proximã, merito appellanda eſt reſolutio in cõtrariũ vel reſolutio cũ cõuerſione. Reſolutio vero naturalis abſolute reſolutio. Hoc apparet manifeſte ex ſententia Philoſophi & Auerro. vbicunque de hac reſolutione loquuntur. quæ in agibilibus fit quæ ſimilis illi eſt quæ fit in mathematicis: & generaliter in ſpeculatiuis, & præcipue ſecundo phyſi. tex. cõmen 86. & tertio ethico. cõmen. 9. vel 7. & ſeptimo meta. 23. His declaratis videamus verba Philoſophi tertio ethicorũ, & verba cõmentatoris ſuper eiſdẽ, vt apertiſſime intelligatur quã extorte ab his expoſita ſint. Verba Philoſophi hæc ſunt. Nec ſane de finibus conſultamus, ſed de his quæ ſunt ad finẽ Medicus enim non conſultat an ſanũ faciat, nec orator an perſuadeat, nec gubernator Reipu. an bene inſtituat ciuitatẽ, nec aliorum quiſquã de fine deliberat, ſed poſito fine quẽadmodum perueniant conſiderant, & ſi per multa fieri poſſe conſtat, per quod illorũ facillime & optime fiat perquirunt. Si vero per vnũ, quẽadmodum per illud fiat, & id ruſſus per quod, donec perueniãt ad primã cauſam quod in inuentione vltimũ eſt. qui enim conſultat videtur quærere ac reſoluere prædicto modo quaſi diagrãma, ſed vi-

P detur non omnis perquiſitio eſſe conſultatio, ceu cũ mathematici aliquid perquirunt, verum omnis conſultatio perquiſitio eſt. Et quod vltimũ in reſolutione id primum in generatione eſt, & ſi in aliquod incidunt quod impoſſibile videtur illud omittunt, veluti ſi pecunijs opus, ſi quas habere non poſſint. Sin autẽ videtur poſſibile, tunc facere aggrediuntur, & reliqua. Verba autẽ Auerr. ſingula nolo ponere, quoniã verbis Ariſtote. optime correſpõdent, ſed ponã partẽ illam de qua eſt aliqualis dubitatio, & illã quæ ab his praue exponitur. Eſt autẽ hæc, & non deſiſtunt ab inquirendo ſic donec perueniant ad cauſam primã, quæ eſt poſtrema in eſſe. Hæc verba correſpondẽt illis Ariſtote. & id rurſus per quod donec perueniant ad primã cauſam quod in inuentione vltimum eſt. Subdit Ariſtote. qui enim conſultat videtur reſoluere prædicto modo quaſi diagrãma, ideſt quaſi deſcriptionẽ mathematicã. Hæc verba vltimo ſolo relicto, ſic ab Auerro. paraphraſtice exponuntur, & ille enim qui conſiliatur inquirit quidẽ ſecundum viã reſolutionis per conuerſionẽ. Et iſta eſt via inquiſitionis ſecundum modũ reſolutionis p̃ conuerſionẽ. ideſt via, qua inquirimus ea quæ ſunt ad fi-

Q nem in agibilibus, eſt ſecundum modũ reſolutionis per conuerſionẽ qui logicus eſt quo vtuntur mathematici. Et ſubdit Philoſophus, ſed videtur non omnis inquiſitio eſſe conſultatio, ceu cum mathematici aliquid perquirũt. Verum omnis conſultatio perquiſitio eſt, & quod eſt vltimum in reſolutione id primum eſt in generatione. Si verba hæc cum Auerro. verbis contuliſſent recentiores noſtri non incidiſſent in errorẽ adeo manifeſtum. Auerro. hæc exponens ita dicit. Et tam manifeſtũ quod non omnis inquiſitio eſt conſiliatio, vt inquiſitio in doctrina,

ideſt

A ideſt in mathematicis quod iſti non intellexerunt, & vni-
» uerſaliter, in ſpeculatiuis cũque ita ſit erit oĩs cõſiliatio in
» quiſitio, & nõ cõuertitur & vltimum in via reſolutionis
» per conuerſionẽ, eſt primũ per inquiſitionẽ, vltimum in
» eſſe. Et eſt illud gratia cuius ſunt reliqua de quibus inqui-
» ritur, & propter hoc ponunt ipſum primũ in inquiſitio-
» ne, & tãdẽ requirũt ea ex quibus neceſſario eſt eſſe eius.
Hæc verba Auerro. ab his intelliguntur hoc modo, ꝙ
Auerro. quatuor proprietates attribuit ipſi cõpoſito ſiue
effectui, cuius facimus reſolutionẽ, prima eſt ꝙ ipſum eſt
vltimũ in eſſe. ſecũda quod eſt id propter quod alia quæ-
runtur. tertia, ꝙ ipſum eſt primũ in inquiſitione facta via
reſolutiua, quia in tali reſolutione & conſideratione &
inquiſitione ipſum eſt primũ quod ponitur, & eo poſito
ab ipſo & eius notione incipit reſolutio cũ conuerſione
quantũ eſt merito reſolutionis, vt in conſilio de domo cõ
B ſtituenda primo ponitur, vel proponitur in mente noſtra
domus, & ab ea & eius notione incipit reſolutio. quarta
proprietas ꝙ finis vel effectus vel cõpoſitũ, eſt etiã vlti-
mũ in reſolutione per conuerſionẽ, & hoc quantũ eſt me
rito conuerſionis, quia finis vel effectus eſt id quod vlti-
mate actu notificatur per illã conuerſionẽ. Ex his inferũt
corollaria duo. Primũ, ꝙ de mente Auerr. eſt manifeſtum
id quod eſt primum in reſolutione per conuerſionem eſt
vltimũ in eadẽ, ſed diuerſimode, ſcilicet merito reſolutio-
nis & merito conuerſionis ipſum vltimate notificantis.
Secundum, ꝙ reſolutio de mente Auerro. incipit ab effe-
ctu & eius notione, qui effectus eſt vltimus in eſſe. Hæc
eſt horum extorta expoſitio, nec Ariſto. nec Auerr. intelli-
gentium, aut diſsimulantium veritatem, vt qui vellint vi-
deri ſimplicioribus & hebetioribus ſub vmbra falſitatis
ex ingenio veritatẽ defendere, cum potius oppoſitum fa
ciant, falſitatem enim falſo defendunt, & abſq; cauſa do-
C ctiſsimum virũ Nicolaũ Lonicenum optime de literis
deq; ipſa medicina meritũ, accuſant & reprehendunt. Vi-
dentur hi prorſus immemores dictorũ Ariſto. & Auer. ſe
cundo phyſi. & ſeptimo metaphyſi. de duplici motu, ſcili
cet intentionis & executionis, qui oppoſito modo ſe ha-
bent. Hũc ergo motũ executionis hic Philoſophus vocat
motum inquiſitionis, hi autẽ motũ inquiſitionis & reſo-
lutionis eũdẽ faciunt quaſi ſint nomina ſynonyma apud
Auer. cum tamen non ſint ſaltem in hoc vltimo dicto dũ
inquit, quod eſt vltimũ in via reſolutionis per conuerſio-
nẽ eſt primum via inquiſitionis & vltimum in eſſe, vult
» enim dicere ꝙ id vltimum ad quod reſolutio peruenit eſt
primũ quod quærimus habere, & eſt vltimũ in eſſe, quo
niã eſt cauſa ab effectu remotiſsima. Cauſa autẽ hæc eſt
» vltima in eſſe, vt inquit Auer. ſecundo phy. com. 38. pri-
» ma autẽ cauſa in eſſe eſt cauſa proxima, a qua proxime
» ipſum cõpoſitum ſiue effectus dependet in facto eſſe, li-
cet in fieri primo ab illa remota incipiat eſſe, & hoc mo-
do cauſa illa remota poteſt dici vltima & prima diuerſi-
mode vt dixi, & hæc verba tunc cõſonabunt cũ illis quæ
ſupra dixit Auer. & non deſiſtunt ab hac inquiſitione, do
nec perueniant ad cauſam primam, quæ eſt poſtrema in
eſſe. Si autẽ exponantur, vt illi exponũt quomodo ſimul
conſonabunt verba hæc, illud ergo vltimũ ad quod per-
D uenit reſolutio eſt prima cauſa, quæ eſt poſtrema in eſſe
& vltima in inuentione, vt inquit Ariſto. in litera, ſed eſt
prima quæ quæritur vt habeatur, quoniam ſine illa, aliæ
omnes quæ ad eſſe effectus concurrunt, non poſſunt ha-
bere eſſe, Exẽplum patet de pecunia, quoniã niſi illa ha-
beatur non poterunt haberi lapides, nec ligna nec ædifica
tor ad conſtruendã domũ. Et hoc eſt quod dicitur ex ſecũ
do phy. quod eſt vltimũ in intentione eſt primũ in execu
tione. quod hic Philoſophus dixit eſſe primũ in genera-
tione. Quomodo ergo conſonabunt verba Auer. cũ ver-
bis Ariſtote, ſi ita exponantur, vt illi expoſuerunt. Appa-
ret ex hoc quod corollaria illa ſunt falſa, & quatuor illas
proprietates conuenienter attribui poſſe. illi vltimo in
via reſolutionis. Eſt enim vltimum in eſſe eo modo quẽ
diximus, & primũ in inquiſitione, hoc eſt quod primo
quærimus vt habeamus, quo non habito, nec reliqua ha
beri poſſunt. Et ideo ſubdit Auerr. eſt illud cuius gratia

ſunt reliqua. de quibus inquiritur, ideſt eſt illud, quo exidẽ E
te reliqua ſunt, quæ inquiruntur gratia finis conſequendi.
Vnde ſubiungit ponunt ipſum primum vt in inquiſitio-
ne, ideſt eſt, id, quod primo quærunt habere, vt cætera ha
beri poſsint, quæ ſine illo haberi non poſſunt. Et hoc de-
clarat ex verbis ſequentibus, cum inquit & tandẽ requi-
runt ea ex quibus eſt neceſſario eſſe illius, ideſt propter
quæ vt habeantur eſt neceſſarium eſſe illius vltimi in reſo
lutione, & primi in generatione ſiue executione. Et ita ex
ponendo hæc verba ſicut rei veritas eſt, verba, Auerro.
& Ariſtotelis in diuerſis locis adducta ſibi conſonantia
videbuntur. Ex quo iterum apparet dubitationem illam
quam iſti monent poſt ſeptimum notabile, cum ipſo ſepti
mo notabili non eſſe alicuius propoſiti, & penitus in va
lida. Vtrum finis reſolutionis ad quẽ vltimo peruenit ſit
principiũ cognitionis, cui dicto ſummæ innititur author
ille quem ſequuntur. Nã ex his quæ ſupra dicta ſunt, pa-
ter cum reſolutio fiat gratia cognitionis, & tunc ceſſat re F
ſolutio cũ non eſt vlterior quæſtio, & cum non eſt vlte-
rior quæſtio non eſt vlterior dubitatio, cum non eſt vlte-
rior dubitatio iam eſt acquiſita ſcientia, ergo tunc eſt finis
ſcientiæ quam per reſolutionem adepturi ſumus. Si autẽ
reuertendo ab illo vltimo incipimus, tunc illud eſt verũ
in via compoſitiua, nec ibi eſt amplius reſolutio ſi recte
volumus loqui, cum ille ſit proceſſus oppoſitus primo a
ſimplicioribus ad cõpoſitoria deſcendens, qui poteſt etiã
dici demonſtratio propter quid a cauſis in cauſata pro-
grediens, ſed hoc illi non placet, nec his qui eum ſequun-
tur, quamuis ipſi cum eo diſtinctionem illã finxerint au
thoritate propria. Nos autem quicquid dicimus ex Ariſto
tele, Auer. Theophraſto, Simplicio, Ammonio, Ioan. grã
matico, alijſque peripateticis confirmamus & aſſerimus
eſſe verum. Patet quoque diſtinctionem illam de fine
quam adducunt ſaluantes non eſſe ad mentem peripateti
corum recte ſentientium, nam finis ille ſecundus ad quẽ
peruenitur per reſolutionem eſt terminus ad quẽ reſolu-
tionis, ideo ab eo non incipit doctrina reſolutiua ſed cõ- G
poſitiua, & cum dicitur incipit doctrina reſolutiua non
abſolute, ſed per conuerſionem Dico ꝙ falſum eſt quod
dicitur, nam illa non dicitur amplius reſolutiua ſed com-
poſitiua, & ita hi confundentes huiuſmodi doctrinas ve- Nõ reſolutio, cõpoſitionẽ antecedat.
ritatẽ non animaduertentibus occultant. Sed accidit non
immerito circa ea quæ dicta ſunt dubitatio cum reſolu-
tio cõpoſitionem præſupponat & non econtra, nõ enim
reſoluuntur quæ compoſita non ſunt, quomodo dicimus
nos primo reſoluere, & poſtea cõponere. Occaſione hu-
ius argumenti, dixerũt prædicti reſolutionẽ ſequi cõpoſi
tionem, & non conferre ad demonſtrationẽ, ſed eſſe ha-
bitum quendam quo intellectus diſcurrit poſt omnẽ de-
monſtrationẽ ſolum gratia quietationis, & vt cognoſcat
virtualem continentiam omnium principiorum, non au-
tem vt ſcientiam aliquã acquirat. Hoc autem ex verbis
Alexandri primo priorum ſe accepiſſe dixerunt. Dicunt
quoque de principijs duplicẽ haberi poſſe notitiam, vnã
compoſitiuam, alteram reſolutiuam, cõpoſitiuãque eſſe
per quam dum infertur ex eis aliqua concluſio ipſam no H
tificant, reſolutiuã vero, vt diximus. Sed ꝙ hæc dicta ſint
omnino falſa arguitur, vnumquodque ens naturaliter in
ſuã perfectionẽ mouetur, ad quã cũ peruenerit perfecte
quieſcit, mouetur autem intellectus vt perfectam acqui-
rat ſcientiã, qua adepta, quieſcit in illa. Eſt enim perfecta
ſcientia, perfecta quies intellectus, cum ſit eius perfectio,
ſi igitur abſque illa vltimata reſolutione perfectiſsimam
habet ſcientiã, patet omnino reſolutionem illam inanem
fore, ꝙ autem habeat ſcientiam ſine illa patet, quoniam
prius habuit cognitionẽ effectus per omnes ſuas cauſas
per primum & ſecundum proceſſum, ſcilicet reſolutiuum
& compoſitiuum, talis autem cognitio eſt perfecta ſcien
tia, cum ſit habitus per demonſtrationem acquiſitus, er-
go. &c. Quod etiam per illos proceſſus cognoſcatur vir
tualis continentia principiorum: patet ex quodam eorũ
ſuppoſito. Virtualis continentia principiorũ cognoſcitur
his cognitis quæ in ipſis principijs cõtinentur, ſed per pri-
mum & ſecundũ proceſſum perfecte cognoſcuntur om-

I nia, ergo &c. minor patet, quoniā per tertiū, vt & ipſi dicunt, nihil noui additur quod prius non fuerit cognitum, Sed forte quis diceret non cognoſci illa, cognitione reſpectiua quæ per tertium habetur. Contra per primū & ſecundum proceſſum cognoſcitur cauſa quatenus cauſa, & effectus quatenus effectus, & per ſecundum refertur cauſa in effectū, & effectus in cauſam. ergo habetur notitia reſpectiua. Etiā falſum eſt dicere ꝙ principia cognoſcantur via reſolutiua vel compoſitiua, nam principia quatenus principia ſunt, vel per inductionē cognoſcuntur, vel naturali lumine intellectus, vt dicitur in libro poſteriorū, Illud etiam quod dicitur cōpoſitiuā notitiā eſſe per quam dū infertur ex eis aliqua concluſio ipſam notificans. videtur mihi ꝙ hoc eſt acquirere non principij cognitionem, ſed concluſionis ex principio per viam cōpoſitiuā, quando etiā principiatum in principia reſoluimus acquirimus cognitionē principiati per principia & non principiorū, niſi vt in principiatū ordinantur & referūtur. Vnde multi etiā ſecundū proceſſum putarunt eſſe inanem, quod an verū ſit, Primo Phyſicorū diſcuſsimus in queſtione de regreſſu. Insuper ꝙ reſolutio fiat gratia cognitionis habe-
K tur expreſſe ex ſententia Philoſophi primo poſterio. tex. cōmen. 39. & primo phyſi. tex. cōmen. 5. & ideo ordinatur ad demonſtrationē, & definitionē, vbi inquit reſolutionem definiti in partes ipſum definientes ipſum nobis diſtincte notificare, quod erat prius confuſe cognitū. Dico ergo aliter ſoluendo argumentū. Reſolutionē priorem eſſe quo ad nos ipſa cōpoſitione. Cōpoſitionē vero priorē ſecundum naturā, & hoc concludit ratio & nihil aliud. vnde & demonſtratio cōpoſitiuo dicitur ſecundū naturā a ſimplicibus principijs in principiata compoſita deſcendens, licet hanc cōpoſitionē ſecundum naturā exiſtentē, nos non niſi per reſolutionē inueniamus, hoc autem eſſe verum optime Themiſtius declarat primo poſterio. cū
» inquit. Demonſtratio propter quid eſt ex notioribus na-
» turæ, nam cum dicitur demonſtrationē eſſe ex notioribus
» id referendum ad naturā eſt, nec enim demonſtratio ad
» menſurā ingenij noſtri ſe ſubmittit, ſed rectā tenet ad ve-
» ritatem viā, nec quid ipſi poſsimus attendit ſed in ſolā rei
» naturā incūbit, illā explorat, illā veſtigat, etiā ſi ignota no-
» bis inconſpectaque ſit. Hæc Themiſtius, Vltimo circa ea quæ dicuntur de titulo libri priorum addendū cenſeo ꝙ
Libri titulus.
L quāquā Alexander, & Philoponus librum priorū inſcribi dixerint ab vltimo ſecto primi in quo orationes inartificioſæ concluſas in proprias figuras docet reſoluere, non tamen abſurdum putauerim, artem quoque de inueniendo medio ſyllogiſtico & facultate propoſitionum traditā in eodem, per quā terminū medium in figuris ſyllogiſmū proprium conſtituentē venari poſſumus reſolutoria vocari, quēadmodum & ars de inuentione medij demonſtratiui, vt Philoponus 2. Poſterio. aſſerit reſolutoria eſt appellanda.

Circa definitionem termini annotatio.

IN definitione termini in illa parte appoſito vel diuiſo eſſe vel non eſſe, quoniā expoſitor iſte breuē admodum atque conciſam Alexandri expoſitionē ponit, in qua tamen quædam ponuntur annotatu digna, idcirco verba eius volui in medium afferre gratia declarandi verba Philo-
M ſophi, & ſoluendæ cuiuſdam difficultatis quæ circa illam occurrit. Inquit ergo Alex. verba autē illa, appoſito vel diuiſo eſſe vel non eſſe, addit, ne aliqui hoc ipſum neſcientes, quum verbū eſt tertij ad prædicati locū tenet in propoſitione, diuidentes propoſitionē, eſſe aut non eſſe tertium terminum eſſe putent, non eſt enim terminus in eiuſmodi propoſitionibus ipſum eſt, ſed appoſitū quidē ſignificat compoſitionē prædicati & ſubiecti, & oſtendit affirmationē, negatiue vero dictum diuidit & ſeparat terminos abinuicem, & oſtendit negationem. In duos enim terminos omnis diuiditur propoſitio, Quod enim nec terminus, nec termini pars ſit verbū eſt videtur manifeſtum eſſe ex eo ꝙ affirmatio & negatio oppoſitæ ex eiſ-

Nō verbū eſt: ſit terminus: vel pars termini.

dem conſtant terminis, ſed videtur verbum eſt terminus N
eſſe quum ſolum ponitur, videtur nanque tunc prædicatus terminus eſſe, nec tamen eſt, immo ſi quis diligenter conſideret nec tunc verbū, eſt, per ſe terminus eſt. Propoſitio enim dicens, Socrates eſt, æquipollet illi, Socrates ens eſt. in qua iungitur ens cum verbo, eſt. prædicatus autem terminus hic eſt, ſed quoniā illi dictioni ens verbum. eſt, per ſe terminus eſt. Propoſitio enim dicens, ſocrates eſt, æquipollet illi, ſocr. ens eſt. in qua iungitur ens cū verbo, eſt. prædicatus autē terminus hic eſt, ſed quoniā illi dictioni ens verbum, eſt, æquipollere videtur, cum ab ipſo deſcendat, breuitatis gratia, & ne idem videamur dicere, ſolum ſubiecto coniungitur. ſic vero coniunctum terminus fit & propoſitionis particula. Hæc alexander. Iterū infra concorditer ad hæc ſubdit. Aut addidit verba illa, appoſito vel diuiſo eſſe vel non eſſe, vt oſtenderet ꝙ hæc verba, eſſe aut non eſſe, non ſunt propoſitionis particule neque termini, ſed ſunt extra terminos, eſſe & non eſſe, aut appoſita prædicatis terminis extrinſece, in diuiſione propoſitionū in terminos, aut ſeparata ab eis. Nihil enim amplius faciunt hæc quantū ad diuiſionē propoſitionū in terminos appoſita quā diuiſa, videntē enī in propoſitione illa, ſoc. ē albus, termini eſſe ſocra. & albus, & conuenientius
O ſe habebit litera ſi ſic dicat, appoſito eſſe, aut nō eſſe aut diuiſo. Subdit poſtea, An abſurdū eſt dicere, nullo modo in propoſitionibus hoc pacto ſe habentibus verbum eſt prædicari, cum precipuæ Eudemus libro primo de dictione, hoc ipſum pluribus argumentis oſtendat. Hæc verba vltimo loco addita intelligenda ſunt de propoſitionibus, de quibus in hac vltima expoſitione meminit, ſcilicet de tertio adiacente, Videtur tamen in tota hac expoſitione Alexan. expreſſe primo negare propoſitionem de ſecundo adiacente, ſaltem ſecundum naturam, quoniam eſt nō ponitur ſolum, cū ſemper præintelligatur ens a quo dicūt græci, vt etiā Ammonius in lib. de interpretatione, ipſum verbum eſt deriuari, & ꝙ ſolū eā conſtituimus ex noſtro modo loquendi. ſecundo negare ꝙ in propoſitionibus de tertio verbū ſit pars p̄dicati, quā opinionē etiā Auer. in expoſitione ſua ſequitur. Et hanc opinionē aliqui hoc argumento confirmant, ſi eſſet pars prædicati, in propoſitionibus huiuſmodi non fieret bona conuerſio, quoniam totū prædicatū non permutaretur in ſubiectū. Sed re vera P
mihi aliter videtur dicendū ex intentione Philoſophi & Auer. primo de interpretatione. capitul. de verbo, locum illum exponentis, nā inquit ibi Philoſophus, verbū ſemper eſſe eorum quæ de altero dicuntur notam, in quibus verbis innuit verbum ſemper ſignificare intentionē prædicati, verbū enim in propoſitione nūquam poteſt eſſe ſuppoſitum, ſed ſemper eſt appoſitū, ſemper enim de altero dicitur, & hoc maxime apparet ex eo ꝙ græci ipſum [illegible] dicunt. quaſi quod de altero dicitur, vel igitur ſignificamus rem abſolute eſſe, vel habere eſſe contractū, ſi primū ſit propoſitio de ſecundo, ſi ſecundū ſit propoſitio de tertio & hoc expreſſiſsime aſſerit Philoſophus, qui diuiſit propoſitiones in eo libro in propoſitiones de ſecundo, & in propoſitiones de tertio adiacēte, & in his dicit ver- Q
bum eſt tertium ad predicatum. vbi vult verbum eſt, eſſe partem prædicati, & ex parte prædicati ſumi. Et confirmatur hoc quia ſi verbū eſt, reſolueretur in ens, tunc eſſet proceſſus in infinitū, nam eiuſdem naturæ ſemper eſt ipſum eſt. ſi ergo in illa ſocrates eſt, reſoluentur ita & in iſta, ſocra. ens eſt, quoniam verbum eſt, ibi non eſt contractum, ſicut in illo, ſocra. eſt albus. Ad argumentum ipſorum ꝙ non fieret bona conuerſio reſpondeo negando conſequentiam, non enim fit permutatio in his propoſitionibus, niſi eorum quæ poſſunt indifferenter eſſe ſubiecta & prædicata, ſed id quod ſemper eſt prædicatum formale & omnibus commune, & contrahibile per prædicatum materiale illud ſemper remanet pars prædicati in omnibus, & ad hanc etiā intentionem Philoſophus locutus eſt hoc in definitione termini, loquitur enim ſolum de propoſitionibus tertij adiacentis, quæ proprie conſtituūt ſyllogiſmum cathegoricum, quæ diuiduntur ut diximus ſolū in ſubiectum & prædicatum materiale, remanente

predicato

A predicato formali in omnibus eodẽ modo, quum enim
verbũ non variet intentionẽ quantũ, ad conſtitutionem
ſyllogiſmi, idcirco dixit ipſum eſſe appoſitũ & ita etiam
exponimus dictũ Auer. hic. qui tamen aliã opinionẽ quã
diximus in libro de interpretationẽ. & veriorem ſecutus
eſt. Idem & Alexander videtur ſenſiſſe quũ dixit abſur-
dum eſſe in huiuſmodi propoſitionibus de tertio verbũ
nullo modo prædicari, & id authoritate Eudemij confir-
mauit non enim poteſt ibi loqui de propoſitionibus ſecũ
di, quoniã ab eo ſermone, in quo ſupra loquebatur de il-
lis, duas alias reſponſiones interpoſuit longo ſermone ad
dubitationẽ qua quærit quare Philoſophus dixit eſſe aut
non eſſe, & in vltima facit ſolũ mentionẽ de propoſitio-
nibus de tertio, & poſt vltimo loco dicit ea quæ dixi-
mus, vbi per propoſitiones huiuſmodi non poteſt intel-
ligere niſi de proxime adductis. Hæc de his in tantum di-
cta ſint.

B *An ſyllogiſmus poßit probari eſſe. Item an ſit ſubie-
ctum libri Priorum annotationes quædam.*

IN DEFINITIONE ſyllogiſmi
priuſquã ad literæ expoſitionẽ deſcen-
C dat expoſitor iſte, adducit ex dictis
Ioan. Grãmatici opinionẽ quorundam
Philoſophorũ, qui ephectici vocaban
tur, negantium ſyllogiſmum, quorũ ar
gumento ſatiſfaciẽs Ioan. duas dat re-
ſponſiones, quarũ hic vnam tantũ tangit, breuẽ & nimis
obſcurã, ſed ego ambas maioris dilucidationis gratia ad-
ducam, vt quedã etiã quæ a modernis tanguntur ex his
declarẽ. Eſt ergo prima reſpõſio, ꝙ aliud eſt ſyllogiſmus
& aliud ſyllogizabile, quũ ergo ſyllogiſmũ conſidera-
mus, vt per ipſum demonſtrationes facimus, tunc hoc
ipſum ſyllogiſmũ vocamus, quũ vero vt rẽ aliquã demõ
C ſtrabilem, ſyllogizabile appellamus, & ſic demonſtratur
ſyllogiſmus non vt ſyllogiſmus, ſed vt ſyllogizabile. Hãc
reſponſionẽ infringit Ioan. & recte, ex hac enim ſolutio-
ne non aufertur proceſſus in infinitum, & preſtat adhuc
dubitatio, nam & ſyllogiſmus ille, per quem de ſyllogiſ-
mo, vt ſyllogizabile fit demonſtratio, poterit & ipſe vt
ſyllogizabilis conſiderari per aliũ ſyllogiſmum vt ſyllo-
giſmus, qui iterum vt ſyllogizabilis per alium, & ita in
infinitum. Et ita reiecta hac ſubdit aliam, ꝙ non omnes
demonſtrationes, nec omniũ demonſtrationũ principia
per ſyllogiſmũ alium demonſtrantur. ſed eſt deueniendũ
tandẽ ad cõmunes animi cõceptiones, ex qbus principia
ſumentes ſyllogiſmos conſtruimus, & hoc demonſtratũ
eſt in poſterioribus, contra illos qui negabant ſcientiam,
vbi Ariſto. dixit non omnia per demonſtrationẽ ſciri, ſed
eſſe deueniendum ad communes animæ conceptus quali
bet demonſtratione perfectiores. Ex his ergo primi ſyllo
giſmi fiunt, hæc vero ex nullo amplius. Hæc Ioan. Grã-
maticus.

Hæ ſolutiones ambæ videntur illæ eſſe quæ a recentio
D ribus ſub alijs verbis dicuntur, & prima licet a Ioan. im-
pugnetur, poteſt tamen ſuſtineri clarioribus verbis ꝙ ſyl
logiſmus duobus modis conſiderari poteſt. vno modo
vt inſtrumentum. alio modo vt ſubiectum. ergo de ipſo
vt ſubiecto poteſt haberi ſcientia per ipſummet vt in-
ſtrumentum, & ipſe vt inſtrumentum notior eſt ſeipſo vt
ſubiectum. Et quum dicitur, etiam ille vt ſyllogiſmus par
ticularis ſyllogizabilis poterit per alium &c. Reſponde-
tur negando hoc, quoniam ille iam ſemel conſideratus
fuit ſub ſyllogiſmo in communi quando de eo fuit facta
demonſtratio.

Vlterius ſciendũ eſt, & ad hoc deſeruit ſecunda ſolu-
tio, ꝙ ſyllogiſmus ille particularis per quẽ fit demonſtra-
tio de ſyllogiſmo in cõmuni, verbi gratia, quod conſtat
ex tribus terminis, & duabus propoſitionibus & alia hu
iuſmodi. eſt notus non quatenus inſtrumentum proprie
nec quatenus maior extremitas in eo de minori concludi
tur, ſed quatenus conſtat ex propoſitionibus immedia-
tis & per ſe notis. ſ. ex definitione ſyllogiſmi quæ eſt prin
cipium in hac ſcientia, & in hoc ſyllogiſmo particulari,
paſsio probata eſt notior de medio, quã de minori, quia B
in medio exprimitur cauſa, quare hæ paſsiones inſunt ſyl
logiſmo & hic eſt primus ſyllogiſmus de quo Ioan. lo-
quebatur. Ex his ſolui poſſunt dubitationes multæ quæ a
modernis adducuntur in hac materia. Vlterius eſt ad-
huc ſciendũ, ꝙ quum ſyllogiſmus ſit ſubiectum in hoc li-
bro non autem argumentatio vt aliqui falſo tenuerunt,
quoniã ſpecies aliæ eius non conſiderantur a Philoſopho
in hoc libro, niſi in ordine ad ſyllogiſmũ, vt patet ex ſecũ
do huius, quumq; etiam ſyllogiſmus ſit ſecundũ multos
ſubiectum in tota logica, talis inter hæc ſubiecta differen
tia eſt ſtatuenda. Eſt enim ſyllogiſmus ſubiectum in tota
logica conſideratus quantũ ad omnem modum eſſendi
quẽ habet in ſe & in ſuis partibus integralibus & ſubie-
ctiuis, & in his quæ ad ipſum attributionẽ habent, vnde
non dicitur vniuerſale ſecundũ prædicationẽ, ſed ſecundũ
adæquationẽ & continentiã Eſt autẽ ſubiectum in libro
priorum conſideratus ſimpliciter quantũ ad vnũ modũ
F eſſendi ſuum ſolum. ſ. quantum ad materiã in cõmuni ab
ſtractã ab omni materia ſpecierum ſyllogiſmi. & quan-
tum ad formã ſyllogiſmi in cõmuni ſecundũ ſe. Verũ au-
tẽ ſpãlis hic modus conſiderãdi faciat ipſum eſſe ſyllogiſ-
mi ſpeciem alijs ſpeciebus contradiſtinctã. Ego quidẽ ar-
bitror ꝙ non hoc tamen alijs maturius diſcutiendum di-
mittimus, ſunt enim qui teneant ꝙ nec ſubiectum huius
libri, nec ſcientia in eo tradita ſit ſuperior ad ſubiectum li
bri topicorum, nec poſteriorum, quoniã omnes hi ſunt
ſyllogiſmi conſiderati ſecundum diuerſos modos eſſen-
di, vt patet. Et ad huius confirmationẽ adducitur ratio ta
lis. Diuiſio ſyllogiſmi in cõmuni per materiã probabilem
& neceſſariã non eſt diuiſio generis in ſpecies, quoniam
ſpecies ſub aliquo genere poſite diuiduntur inter ſe per
differentias formales eſſentiales ipſas conſtituentes, ſed
alia eſt diuiſio ſyllogiſmi in cõmuni per differentias, eſſen
tiales, quæ conſideratur in libro priorum. & eſt diuiſio
quæ fit in tres figuras iuxta triplicẽ habitudinẽ medij in-
G ter extrema. quæ quidẽ diuerſis principijs roborantur, vt
ſuo loco videbitur. Sed ſoluo has rationes dicendo, ꝙ
quãuis diuerſa ſit ratio ipſorum, illa tamen quæ cõpetit
ſyllogiſmo in cõi vt ſyllogiſmus eſt, eſt etiam cõmunis
ſyllogiſmo topico & demonſtratiuo quatenus ſunt ſyllo-
giſmi, & quatenus habent formã & materiam ſyllogiſ-
mi in cõmuni, licet ſit diuerſa ab eiſdem quatenus topi-
cus & demonſtratiuus, eodem modo patet ad confirma-
tionẽ. concedendo ꝙ ſyllogiſmus in cõmuni & ſimplici-
ter non prædicatur de topico & demonſtratiuo vt genus
de ſpeciebus, ſed vt quid cõmunis de modis ſpecialibus. Si
autẽ eſt prædicatio eſſentialis eſt vt ſpeciei ſpecialiſsimæ
de indiuiduis, nam quatenus ſyllogiſmi eandem habent
eſſentiam.

Subiectum totius logicæ eſſe cõuenit ſyllo., cui nõ obſtat ꝙ ſit libri priorũ ſubiectum.

Annotationes circa definitionem ſyllogiſmi.

CIRCA expoſitionẽ definitionis tenet H
expoſitor iſte contra cõmunem oĩum
expoſitionẽ. primã particulã definitionis
non orationẽ, ſed rationẽ legendã eſſe,
quum illud ſine controuerſia teneri poſ-
ſit ex varia ſignificatione huius nomi-
nis λογ: etiam apud grecos. Quod quã-
quam inuentũ ſit nouum & pulchrũ. Nos tamen magis
Alexandro fauentes & talis omnibus, rationes quas gra
tia firmande huius opinionis facit, ſoluemus & dicimus
legendum eſſe oratio non ratio, propter verba quæ
ſubdit, in qua poſitis quibuſdam, vult enim ſyllogiſmum
eſſe orationem vnam hypotheticam in qua iunguntur
plures categoricæ per terminum medium, & hoc non Al-
bertus tantũ, ſed Auer. aſſerit, immo Ariſtotele ipſe ſecun-
do poſterio. tex. com. xi. verba Auerro. in maiori editio- »
ne ſunt hæc, & ex eo ꝙ ſunt iſte duæ propoſitiones ora- »
tio vna per cõmunicationẽ ſuã in termino medio ſequi- »
tur ex ipſa concluſio ex neceſsitate, & hoc totum decla- »
ratum fuit in libro ſyllogiſmi, verba autẽ Ariſto. vna qui »
dẽ propoſitione accepta non eſt, duabus autẽ ad minus,

Nã ſyllogiſmus ratio potius ꝗ oratio eſſe diffiniendus ſit.

I hoc autem quũ vnũ medium habeant, hoc igitur vno ac
cepto concluſionẽ neceſſe eſt eſſe. quid clarius? Et hic ter-
minus medius ſe habet vt materia in ſyllogiſmo, vt in-
quit Auer. in media expoſitione libro allegato, reſpectu
.ſ. ipſius concluſionis. vnde licet ſyllogiſmus poſsit accipi
ſolum pro propoſitionibus conſtitutis tantum in modo
& in figura, credo tamen veriorẽ eſſe acceptionem pro
aggregato ex propoſitionibus & concluſione. Eſt enim
concluſio perfectio & forma ſyllogiſmi, propoſitiones
autẽ materia, quũ ergo forma & materia ab inuicẽ ſepa-
rari nõ poſsint, apparet totũ hoc aggregatũ proprie eſſe
ſyllogiſmũ, ex quo ſequitur concluſionẽ eſſe de eſſentia
ſyllogiſmi, & hoc Philoſophus ſignificauit quũ dixit ne-
ceſſe eſt ſequi aliud quid, poſita nanq; materia propria ali
cuius rei forma illius proculdubio exoritur, & ingigni-
tur, quũ ergo ambo hic ponantur in ſyllogiſmi, definitio
ne ambo erunt de eſſentia ſyllogiſmi, hoc etiã arguitur
ex alio, quia ſyllogiſmus eſt eſſentialiter diſcurſus, qui
eſt quidã motus a premiſsis in concluſione, omnis autẽ
motus eſſentialiter includit terminos, & precipue termi-
K num ad quẽ. ergo concluſio eſt de eſſentia ſyllogiſmi. Eſt
ergo & alio modo ſyllogiſmus oratio hypothetica, in
qua iunguntur propoſitiones cũ concluſione per notam
illationis notantis diſcurſum illũ eſſentialiter. Ex his ſol
uuntur argumenta oĩa preter vltimũ, in quo dicit, quum
ponitur genus remotũ in definitione, tunc illud eſt contra
hendũ per differentias donec ad propinquũ veniat dici-
tur illud etiã hic ab Ariſt. fieri, nã per illa verba nil aliud
voluit ſignificare, niſi ſyllogiſmũ eſſe orationẽ hypothe-
ticã in qua iunguntur plures categoricæ, per terminũ me
diũ, & per notã illationis, nec oportuit addere vniuerſale,
aut particulare affirmatiuum aut negatiuũ, quia hæc ſpe-
ctant ad modos ſyllogiſmi ſpeciales, non autẽ ad cõmu-
nẽ. Vlterius conſideratione dignũ eſt ꝙ dicit Alexan-
der circa illã definitionis ſyllogiſmi particulã, aliquid quid
a poſitis. inquit enim Ariſto. verba hæc addidiſſe vt ſyl-
logiſmi vtilitatẽ oſtenderet, & cuius gratia inuentus ſit,
vt .ſ. concluſionẽ ignotã ex premiſsis notis probaret, quũ
enim ſyllogiſmus inſtrumentũ ſit. & inſtrumentũ omne
vtilitatis alicuius gratia & finis, inuentũ ſit, ipſe quoq; ſyl
logiſmus quũ vtilitatẽ hanc non prebuerit, gratia cuius
inuentus eſt ſyllogiſmus nullo pacto dicendus erit, etiam
L ſi formã ſyllogiſticã & coniugationẽ ſyllogiſticã poſsi-
deret, & propter hanc particulã excluduntur ſyllogiſmi
duplantes, vt ſi dies eſt, dies eſt, ſed dies eſt. ergo dies eſt,
& ſyllogiſmi indifferenter concludentes .i. concludentes
omni & nulli. Quã .n. vtilitatẽ nobis prebent huiuſmodi
ſyllogiſmi? nullã certe, ob id neceſſe eſt concluſionẽ aliã
eſſe a premiſsis & vere aliã & neceſſario ſequi, & per
hoc excluditur oratio inductiua & exẽplaris, in quibus
licet ponantur quædã, non tamen ſequitur concluſio ne-
ceſſario. Addo etiã ꝙ petitio principij excluditur in qua
concluſio videtur eſſe cũ premiſsis eadẽ, & quod intendi
mus probare in principio petitur. ergo concluſio in illa
non eſt alia a premiſsis, quanquã quo ad terminorũ diſ-
poſitionẽ poſſet eſſe ſyllogiſmus. Quod autẽ inquit vl-
terius Alexander hmõi orationes inutiles ſyllogiſmi non
ſint, apparet, per ſpecies ſyllogiſmorũ diſcurrendo. Nam
omnis ſyllogiſmus vel topicus eſt, vel demonſtratiuus,
M vel ſophiſticus, ſed hæ orationes non poſſunt eſſe aliquis
K vel negatiua debeat dici de ineſſe necne? Ad quod mihi videtur ex diuiſione quã ipſe fecit, & declarat eſſe de mente Ariſto. reſponſio eſſe ſatis clara, loquẽdo nanq; de propoſitionibus veris, propoſitio de materia neceſſaria ſine modo implicite trahit ſecum modum, cuius ſignũ eſt ꝙ eundẽ faciunt ſyllogiſmũ, tã ſine modo q̃ cũ modo. Si autem quæratur an eodẽ modo dicẽdum ſit de propoſitione de materia cõtingenti ſine modo, reſpõdetur ꝙ nõ quia propoſitiones iſtæ nõ trahunt ſecũ modum, nec habent illum implicitũ, ſicut propoſitiones de neceſſaria materia, qm̃ modus contingens reſpicit futurum, in propoſitionibus autẽ ſine tali modo, quoniã propoſitiones habẽt p̄dicatũ actu affirmatum vel negatum de ſubiecto neceſſe eſt alterã illarum verã eſſe, & alterã falſam, cum ſint contradictoriæ, vnde p̄ciſe ex ipſo modo ſignificatur talis contingentia prout futurum reſpicit. Vnde ſi iſta eſt vera, contingit Socra. ambulare tunc vera eſt negatiua de ineſſe, Socra. non ambulat, & ſi illa, contingit Socra. non ambulare, oppoſita illius. erũt ergo illæ de ineſſe vt nunc, quarũ vna erit falſa, & altera vera. Cõtra hanc opinionẽ ſunt aliquæ ratio-

L nes q̃ adducuntur ab aliĳs, quas nos nõ adducemus, quoniã contra eã male intellectã procedunt. hæc vero omnia magis patebunt ex opinione Auer. q̃ ex opinione Alexãdri ſolertiſſime extraxit. vnde ipſe opinionẽ ſuam ponendo illam declarat dicens alios peripateticos non intellexiſſe quod intelligere debebant ex opinione Alexandri.

Opi. Auer.

PRO intelligenda autẽ Auer. opinione primo oportet intelligere quid ipſe intellexerit per propoſitionem neceſſariã. ſecundo quid per propoſitionem de ineſſe. tertio an ſint plures harũ differentiæ. Quantũ ad primũ dico ꝙ Auer. & in cõmento primi priorũ & in q̃ſtione ſua propoſitionẽ neceſſariã illã vocat, cuius extrema ſunt de neceſſitate & ſemper, & quorum vnum alteri per ſe inhæret, qualis eſt iſta, homo eſt animal, & huiuſmodi propoſitionibus ſemper ſuperaddi poteſt modus, & fiũt propoſitiones veræ & vtiles pro miſtis & ſyllogiſmis qui ſunt ex propoſitionibus neceſſariĳs vniformibus, & indifferenter accipit eas, Auer. propoſitionibus quibus modus neceſſitatis adiungitur, quia ipſe ſequitur oppoſitum, quã nos ſupra diximus, ꝙ diuiſio illa propoſitionũ ſit data penes

M materiã & modũ, & ꝙ hoc ſit verũ ꝙ ipſe aſſerit de propoſitione neceſſaria adducit ad hoc dictũ Ariſto. & Themiſtĳ primo poſteriorũ dicentium ſolã propoſitionẽ p ſe eſſe neceſſariã. Cũ ergo ambæ hæ conditiones neceſſario requirantur copulatiue ad propoſitionẽ neceſſariã, ſi altera harum defecerit, etiã ſi altera inſit, erit talis propoſitio non neceſſaria, & ingreditur ipſam poſſibilitas, & hoc eſt quod multos decepit, qui propoſitiones quaſdam crediderũt neceſſarias, cum re vera neceſſariæ non ſint, de quibus ſuo loco dicemus. Patet ergo ex his quænã ſit propoſitio de ineſſe quod erat ſecũdum declarandũ. Eſt enim propoſitio de ineſſe illa q̃ ſimpliciter dicitur de ineſſe ſine aliqua determinatione huiuſmodi, p accidens, vel vt nũc, illa in qua p̄dicatum ineſt actu cuicunq; cõtẽto ſub ſubiecto ſecundum plurimum temporis, quoniam inter ſubiectum & p̄dicatum non eſt perſeitas inhærentiæ, ſed poſſibile eſt cogitare oppoſitum. vt in huiuſmodi propoſitionibus, omnis coruus eſt niger, & omnis nix eſt alba. Poteſt enim intelligi coruus albus abſq; deſtructione eſſentiæ, nã eſſentiæ eius non repugnat eſſe ſub accidente oppoſito nã eſto ꝙ huiuſmodi propoſitio eſſet falſa, non tamen eſt impoſſibilis. N

Sed eſt aduertendũ ꝙ hæ propoſitiones illæ ſunt de quibus inquit Auer. ſubiectum earum non recipere ſecundum ſuã naturã niſi vnum contrariorum, reliquum vero vt in paucioribus & per accidens. Cum ergo propoſitiones de ineſſe demonſtrant a neceſſariĳs propter poſſibilitatẽ inuentã in eis vel ex parte ſubiectorum & p̄dicatorum, vel ex parte inhærentiæ. idcirco inquit Auer. ꝙ propoſitiones de ineſſe ſunt trium modorum & ſpecierũ, ſumpſit enim ab Alexãdro ꝙ propoſitiones de ineſſe ſunt q̃ ex contingẽtibus ſunt ad actum deductæ. Et quia contingens eſt triplex, in pluribus, in paucioribus, et æqualiter, erunt & propoſitiones de ineſſe ab his ad actum deductæ in pluribus, in paucioribus et æqualiter, et quia Alexander abſolute protulit propoſitionem de ineſſe eſſe deductam in actum e contingenti, crediderunt aliĳ ipſam deduci e cõtingenti in paucioribus. Erit ergo ſecundũ Auer. propoſitio de ineſſe ſimpliciter q̃ ex contingenti in pluribus erit ad actum deducta, vt apparet in exẽplo iã dato, & in hoc, omnis homo habens oculos videt, & huic opponitur propoſitio contraria de ineſſe in paucioribus, habens oculũ non videt, deducta ex contingenti in paucioribus. de ineſſe autẽ æqualiter vt omne animal dormit vel vigilat, deducta ex cõtingenti æquali. Inquit tñ Auer. eſſe O ſciendũ ꝙ hæ differentiæ quas dicimus in pluribus, in paucioribus, equaliter accidunt propoſitionibus contingentibus ex parte ſubiectorum. de ineſſe vero ſecundum tempus. Eſt enim propoſitio de ineſſe ſimpliciter in qua p̄dicatum verificatur de quolibet contento ſub ſubiecto ſecundum plurimum temporis propter hoc, quia poſſibile eſt eius oppoſitum in modico tempore & per accidens, & hoc dicit etiam in commento primi priorum. Vnde ſi eſſet aliqua propoſitio in qua p̄dicatũ inueniretur in qualibet parte ſubiecti, & non ſecundum plurimum tẽporis. non eſſet illa dicenda de ineſſe ſimpliciter, vt dicendo, omnis homo currit. Ratio huius eſt quia propoſitio de ineſſe ad differentiã neceſſariæ magis habetur attendi penes inhærentiam p̄dicati ad ſubiectum, cuius attenditur poſſibilitas in contrarium in paucioribus, q̃ penes vniuerſalitatẽ P ſubiectorũ. In contingentibus autem magis attenditur penes ſubiecta q̃ penes tempus, propter determinationẽ contingentis additam ſubiecto vt ſibi inſit p̄dicatum, & hoc quia prædicatum illi actualiter non denotatur ineſſe, ſed poſſe ineſſe, vt in pluribus tamen & hoc intelligitur vbi ſubiectum in his propoſitionibus ſit terminus communis ſed vbi eſſet ſingularis, tunc illud in pluribus, intellectum eſſet ſecundum tempus, vt ſi dicam, cõtingens eſt in pluribus Socratem ſtudere, ſubdit poſt Auer. ꝙ propoſitioni de ineſſe in pluribus opponitur propoſitio poſſibilis in paucioribus, et econtra, de in paucioribus, & contingens in pluribus, & æquali æqualis, & ꝙ his propoſitionibus de ineſſe in pluribus vtuntur artes & ſcientiæ, ſicut etiam vtuntur propoſitionibus neceſſariĳs, patet in ſcientĳs naturalibus. Illis autem quæ ſunt de ineſſe per accidens non vtuntur niſi gratia ſyllogiſmorũ ad impoſſibile, vt Ariſt. facit, has etiam propoſitiones aſſerit Auer. infra loco ſuo Q vtiles eſſe ad ſyllogiſmos miſtos ex propoſitionibus de ineſſe & neceſſariĳs; quod quomodo verum ſit maximũ eſt & difficillimum videre, quoniã fortaſſe in hoc potior eſt Alexandri opinio. ſed hoc in illud tempus differatur.

Supereſt vt videamus de tertio, an plures ſint differẽtiæ harum propoſitionum. inquit ergo in cõmento 1. Priorũ. veriſimile eſt vt intrent hunc modũ propoſitiones illæ de quibus ignoratur, an ſint neceſſariæ vel non neceſſariæ. in » quibus verbis altã innuit ſpeciem propoſitionum de ineſ » ſe præter eas quas prius diximus, vt ſunt illæ, omne ambu » lans mouetur, q̃ apparentiã quandã p̄bent neceſſarias tum pp habitudinẽ neceſſariã inter ſubiectũ & p̄dicatũ, quia tñ extrema ſempiterna nõ ſunt et p̄cipue ipſum ſubiectũ efficitur, vt nõ ſint ſimpliciter neceſſariæ, ſed tantũ dũ durat ſubiectũ, & per conſequens ex ſuppoſitione neceſſariæ ſubiectum tamen ex tali diſpoſitione compoſitum neceſſario in ſe includit p̄dicatum propter habitudinem ne-

A neceſsariam q̃ eſt inter diſpoſitionem ſubiecti & diſpoſitionem prædicati, licet utræque contingenter inſint ſubiecto & ideo quia talis diſpoſitio cõtingẽter ineſt ſubiecto & nõ ſemp ineſt, ideo nõ poteſt hæc propoſitio eſſe neceſſaria. De his etiã ꝓpoſitionibus meminit in libello ſuperius dicto de ꝓpoſitionibus de ineſſe. & de dicto de omni cõtra Alpharabiũ. Eſt & tertia quædã ſpecies ꝓpoſitionũ de ineſſe nõ multũ ab hac diſsimilis, q̃ ponit Auer. in quodã capite quo exponit uerba Ariſto. in miſtione neceſſariĵ cũ de ineſſe, his uerbis ad literã. Eſt autem alia ſpecies propoſitionum, quæ aliquo modo eſt inuenta aliquo modo neceſſaria, & eſt vt ſit ſubiectũ compoſitũ ex ſubſtantia & diſpoſitione diuerſa, & affirmatur in ea prædicatum compoſitũ ex ſubiecto diſpoſitionis & diſpoſitione eſſentiali ei, & erit ſubiectũ in eis unũ per accidens & prædicatum unum per ſe, vt dicendo, omne ambulans eſt animal, & hæc eſt inuenta propter diſpoſitionẽ ſubiecti, neceſſaria vero propter ſubiectũ diſpoſitionis, & ambulans quũ inuenitur ſignificat ſup animal ſignificando nõ ſemp ſed in hora in qua inuenit ei ambulatio, ſubiectum

B autem ambulationis affirmat de neceſsitate eſſe animalis ſemper, nã ſubiectũ ambulationis. & quod per eam diſponitur, eſt animal de neceſsitate, & hæc ꝓpoſitio eſt aliquo modo neceſſaria, & aliquo mõ inuenta, eſt enim inuenta per ſe, neceſſaria per accidẽs Hæc Auer. Ex quibus uerbis innuit differẽtia huius ꝓpoſitionis ad illã quã diximus in ſecũda ſpecie, vt illa, omne ambulans mouetur, Nam hæc tertia eſt magis neceſſaria quã illa eſt ſolũ neceſsitas in cõparatione unius diſpoſitionis ad aliã, quũ tamen ambe cõtingenter inſint ſubiecto. In hac vero ſubiectũ diſpoſitionis habet habitudinem per ſe neceſſariã ad prædicatũ, & diſpoſitio ipſa, dicitur tamen inuenta ſeu de ineſſe, quia diſpoſitio notata in ſubiecto actualiter ineſt eidẽ accidentaliter, & propter talem diſpoſitionẽ accidẽtaliter inhærentẽ actu ipſi ſubiecto dicitur magis de ineſſe quã neceſſaria, licet ſit magis neceſſaria quã illa de ſecũda ſpecie, q̃uo autẽ propoſitiones hæ vtiles ſint ad ipſas miſtiones, loco ſuo declarabimus. Subdit Auer. loco allegato, ſed propoſitio huic oppoſita in qua ſubiectũ eſt neceſſariũ & ꝓdicatũ de materia inuenti, ipſa eſt totaliter inuenta & nõ accidit ei eſſe neceſſariã per accidens. exẽplum non ponit, quo

C niam eſt clarũ cum ſit conuerſum propoſitionis iã dictæ, vt dicẽdo, oẽ animal eſt ambulans. Hæ igitur ſunt tres ſpecies propoſitionũ de ineſſe ſimpliciter, quas ponit Auer. alias omnes dicit eſſe inuentas tẽporales, in quibus nulla eſt neceſsitatis apparentia, niſi affirmatio ꝓdicati in ſubiecto in hac ora tantum, & hæ propoſitiones ſunt inutiles in artibus, Ariſto. d. cap. de contingenti primo priorum.

Hæc igitur pro opinione Auerrois in hac materia dicta ſufficiant, ad quam iterum latius reuertemur in materia de miſtionibus.

Q̃uo pacto conuertendæ ſint propoſitiones de neceſſario, tam affirmatiue quam negatiue.
Item quo pacto propoſitiones modales ſint conſtituendæ.

CIrca conuerſiones propoſitionum de neceſſario, quas Philoſophus appellat neceſſarias, eſt primo aduertendũ vnũ, de quo etiã ſupra meminimus, q̃ Ariſt. per ꝓpoſitiones neceſſarias intelligit eas quæ ſunt materialiter &

D formaliter neceſſariæ, hoc eſt quæ & de materia neceſſaria ſunt quo ad neceſſariã terminorũ habitudinẽ & æternitatẽ extremorum, & de modo neceſſario adhibito huic materiæ naturaliter, & hoc ſupra ſuit diffuſæ declaratum. Ex hoc ſequitur & ſecundũ de mente Alexã. q̃ p propoſitiones neceſſarias Philoſophus intelligit eas q̃ propriæ & ſimpliciter neceſſariæ ſunt, nã ſunt & aliquæ propoſitiões ſecundũ quid neceſſariæ, vt de neceſſitate oẽ grãmaticũ eſt homo. quæ quum ſimpliciter neceſſariæ non ſint nihil mirum ſi in neceſſarias nõ cõuertantur, nã dicta propoſitio ex habitudine ſubiecti ad prædicatũ eſt neceſſaria, ecõtra vero eſt contingens, nã quo ad grãmaticum fuerit neceſſe eſt illud eſſe hominẽ, ſed quia grãmaticum non ne

Q Nã, et Quomodo modalis omnis in duplici ſenſu, ſ. compoſitionis, et diuiſionis ſuſcipienda ſit,

E ceſſe eſt, ideo homo ad grãmaticum non habet habitudinem neceſſariam, licet ergo hæc ſit neceſſaria, omne grãmaticum eſt homo de neceſsitate ſecundum quid & vera, hæc tamen falſa eſt aliquis homo de neceſsitate eſt grãmaticus. Sed quod eſt tertio, conſiderandũ eſt, q̃ incidit quæſtio nõ parua, quum propoſitiones modales omnes videantur duplicem ſenſum facere. ſ. compoſitum & diuiſum, vt eſt cõmunis opinio omnium logicorum, in quo ſenſu eas acceperit Ariſtote. nã hoc maximã facit difficultatẽ in hoc negocio, & precipue in propoſitionibus negatiuis. quũ eadẽ propoſitio vera & falſa ſecundũ hos duos ſenſus appareat, vt in exemplo neceſſario, nullus naſus eſt ſimus, et nullus naſus neceſſario eſt ſimus. prima enim ſignificat ſimum negari a naſo cum modo neceſsitatis denotante conditionẽ inhærẽtiæ nõ inhærentis, quod falſum eſt, ſecunda vero q̃ ſimũ nulli naſo neceſsario inſit, ſed cõtingenter, quod & verum eſt. Pro qua difficultate ſoluenda primo videndũ eſt, an verum ſit quod ſupponitur. ſ. q̃ omnis propoſitio modalis poſsit habere vtrunq; ſenſum & eſſe vera et falſa ſecundũ illũ, ſecundo q̃uo diſtincte cognoſci poſsint hi duo ſenſus in his propoſitionibus, tertio q̃uo ſoluẽda ſit quæſtio principalis. Sed quia in hac mate

De modaliũ cõſtitutionẽ

F ria propoſitionũ modaliũ in multis a recẽtioribus diſsentimus, prius de cõſtitutione harum propoſitionũ & modo cõſtituendi aliqua adnotabimus, et primo diuiſionem propoſitionum categoricarum quam præmiſit Ariſto. in prioribus cap. ſecundo de qua multa ſupra diſcusſimus. Propoſitionum ergo categoricarum, aliæ de ineſſe dicuntur, aliæ modales. De ineſse dicuntur, in quibus ꝓdicatum abſolute ineſse dicitur ſubiecto ſine aliquo determinante inhærentiã ꝓdicati ad ipſum ſubiectũ, vt quum dicimus, Socra. eſt albus, hic. n. ſignificamus album Socrati ſimpliciter ineſse, abſq; aliquo huiuſmodi inhærentiã determinãte, nec oportet dicere has eſse modales, nã hoc quod dicimus inexiſtens quod græci ὑπάρχειν vocant non eſt modus vt notauerũt, & Ammonius in libro de Interpretatione, & Ioan. Grãma. primo priorũ, nã quum modus ſit determinatio addita propoſitiõi, neceſse eſt illi aliquid determinabile præſupponi, veluti materiã ſubſtractã, igitur ſi ineſse eſset modus, quærendũ eſset quid illi ſupponitur, nã ex hoc videtur ſequi proceſsus in infinitum. Quod ſi di

G catur vt aliqui auſi ſunt dicere, ineſse duobus modis ſumi vno modo vt modum, alio modo vt materiã ꝓexiſtentem. verbi gratia Socrat. currit, hæc eſt de ineſſe, ſi autem dixero, Socrat. currit de ineſse, hæc modalis. hi profecto magno errore tenentur, nã inter determinãs et determinabile nulla eſset differentia, hoc autẽ abſurdiſsimum eſt. Idem enim eſt dicere Socr. currit de ineſse, & Soc. currit, quum per hanc propoſitionẽ ſignificetur curſum ineſſe Socra. Præterea Ariſtot. diminutus in ſermone ſuo fuiſſet primo priorũ. nã vel prætermiſiſſet modales de ineſse vel eas quæ ſunt abſolute de ineſse, quum nullam de his diſtinctionẽ poſuerit & ſyllogiſmos ex propoſitionibus abſolute de ineſse cõſtituerit. Igitur hac opinione vt inutili ꝑtermiſsa, & aliĵs propoſitionũ de ineſse diuiſionibus poſtpoſitis, veluti ad præſens negocium nõ ſpectãtibus, dicemus propoſitiones illas modales dici quibus additus modus ſignificans q̃uo prædicatũ ſubiecto inſit: Eſt enim modus, vt Ammo. in libro de interpretatione, vox ſigni

H ficatiua huius, quo. ſ. pacto ꝓdicatum inſit ſubiecto, vel vt aliĵ dicũt terminus determinatiuus orationis infinitiue vel coniunctiue connotans paſsionem propoſitionis indicatiuæ quæ correſpondet ſuo determinanti. quæ tamen definitio niſi ad bonum intellectum reducatur eſt falſa, nãm falſum eſt q̃ modus determinet aliud quã inherentiã ꝓdicati ad ſubiectum. ad quã conſequuntur poſtea q̃ ponuntur in illa definitione, per actum. ſ. intellectus reflectentis ſe ſuper illã cõpoſitionẽ. nam ſi dixero, deum eſse eſt neceſsarium, per hoc nihil aliud ſignifico, niſi q̃ ꝓdicatum hoc quod eſt eſse ita ineſt huic ſubiecto q̃ non poteſt non ineſse. ex quo patent duo, primũ ſi in aliqua propoſitione ponatur modus hoc non denotans, non debet illa propoſitio dici modalis, nec illa ꝓpoſitio dr̃. modalis in qua modus ſubĵcitur, vt aliqui falſo autumãt, vt dicẽ

I do poſſibile eſt, contingens eſt, nã in his illud poſſibile &
cõtingens nõ ſunt modi, ſed res ſignificatæ ꝑ ſubiecta ta-
lium propoſitionum. ſecundum ꝙ modus debet poni ex
parte prædicati, quum modus ex parte rei ſe teneat cuius
eſt modus, nec differunt, vt putant aliqui modũ determi-
nare prædicatum, & determinare inhærentiam, prædicatũ
enim in propoſitione in uirtute ſua totam continet com-
poſitionem per prædicatum autem intelligo uerbũ eſt cũ
ſuo determinãte in propoſitionibus de tertio ad prædica-
to, vt dixi in libro de interpretatione, hoc autem dixi pro
pter hoc, quia poſſet addi determinatio aliqua prædicato
partiali incluſio in prædicato totali, quæ tamen non face-
ret propoſitionem modalem, quoniam non determinat
compoſitionem totius propoſitionis, vt dicendo, Socra.
currit velociter. vbi illud velociter ſolũ determinat curſũ,
K nõ autẽ verbũ eſt. Quidã autẽ in libro de interpretatione
huius oppoſitũ aſſerentes, dixerunt propoſitionẽ modalẽ
eſſe in qua modus cõpoſitionẽ determinat, non autẽ præ-
dicatũ nec ſubiectũ, et ita modum non teneri nec ex parte
ſubiecti nec prædicati, ſed totius cõpoſitionis, & hoc pro-
barunt authoritate Philoſophi primo priorũ conſtituẽtis
ſyllogiſmos ex modalibus, in quibus patet ſi modus ſu-
meretur in prædicato plus ſumeretur in minori quã in ma
iori, vt ſi dixero, omnis homo eſt animal neceſſario, om-
ne riſibile neceſſario eſt homo. ergo oẽ riſibile eſt animal
neceſſario, ſumeretur enim, neceſſario, qui eſt modus de-
terminans prædicatũ minoris quod non fuerat ſumptũ in
ſubiecto in maiori, intantũ in hanc opinionẽ lapſi ſunt vt
dixerint, ſi eſt aliqua propoſitio in qua dictũ totius pro-
poſitionis pro ſubiecto ſumatur, & ꝑdicatũ ſit modus, il-
lam propoſitionem eſſe non modalẽ, ſed de ineſſe, vt dicẽ
do, Socratẽ currere eſt poſſibile. nã hic non denotatur ꝑ-
dicatũ ineſſe ſubiecto cũ tali modo, ſed ſumitur dictũ hoc
totũ pro ſubiecto cui additur prædicatũ quod eſt modus
cũ uerbo, eſt. Idem eſt enim ſic dicere. ac ſi dicerẽ a, eſt poſ
L ſibile ideſt hæc propoſitio quæ ſignificatur per a, eſt poſſi
bilis, vt Deus eſt vel Socratẽ currere, & vlterius errorem
errori accumulantes dixerunt omnem huiuſmodi propo-
ſitionem eſſe ſingularem. Dictũ autem propoſitionis vo
catur propoſitio de ineſſe in propoſitionem de verbo infi
nitiuo transformata, cui additur modus cũ verbo eſt. Sed
hæc opinio apertiſſime cõtradicit Ariſto. qui in lib. de in-
terpretatione modos appoſitiones appellauit, & habere
rationẽ formæ & totũ propoſitionis reſiduũ, materia &
ſubiectũ. vnde cõparauit modos in modalibus verbo eſt
in propoſitionibus exiſtentibus, certũ autẽ eſt ex ſententia
Philoſophi & omniũ recte loquentiũ in huiuſmodi pro
poſitionibus verbũ eſt prædicari, & hoc rationibus effica
ciſſimis in libro de interpretatione aſtruximus. vellẽ etiã
ab his libenter quærere, quum hæc propoſitio, Socratem
currere eſt poſſibile, per eos reſoluatur in hãc, hæc eſt poſ-
ſibilis, Socrates currit, ſi per hanc ſecundã denotatur præ-
dicatũ inhærere ſubiecto in illa de ineſſe per dictũ impor-
tata, cũ modo poſſibilis necne? quid enim aliud ſignifica-
M tur per hanc propoſitionẽ, hæc propoſitio eſt poſſibilis,
Socrates currit niſi hoc quod dictũ eſt. ſ. curſum ineſſe So
craticũ illo modo, quid enim aliud ſignificare poteſt pro-
poſitionẽ aliquã eſſe poſſibilẽ? & ita hæc propoſitio om-
nino modalis eſt. Ad rationẽ cui innituntur, dico ꝙ ſi per
a, denotetur aliquod cõplexũ, illa propoſitio eſt modalis
implicite, ſi illud cõplexũ ſit propoſitio, infinitiua, vt etiã
inquit Philoſophus in primo de interpretatione, ſi tunicæ
imponatur ꝙ ſignificet hominẽ & equum, tunc eſt multi
plex hæc propoſitio, tunica eſt alba. Ad aliud, nego non
poſſe conſtitui ſyllogiſmos ex ꝓpoſitionibus modalibus
ſi modo ſit prædicatũ, non enim attenditur ordo ſyllogiſti
cus terminorũ in propoſitionibus penes prædicatum for
male, ſed materiale, & penes ſubiectum, vt etiã fit in con-
uerſionibus, vt alias declarauimus. Multa alia hic poſſem
dicere, ſed quũ hoc non ſit quod principaliter intendimus,
ad alia me cõuerto quæ ab aliĳs quibuſdã dicuntur, qui in
ter cæteros inſignes habentur logici. Aſſerunt quippe hi,
has propoſitiones non æquiualere, omnẽ hominem eſſe
animal eſt neceſſarium, & omnis homo neceſſario eſt ani
mal, & prima eſt vera, ſecunda, falſa, & omnes huiuſmo N
di, vt oẽ verum eſſe verum eſt neceſſarium, & oẽ uerum
neceſſario eſt verum, nam prima eſt in ſenſu cõpoſito, ſe-
cunda in diuiſo, nã ex ſecunda ſequitur, omnis homo ne-
ceſſario eſt animal, Socra. eſt homo, ergo Socra. neceſſa-
rio eſt animal. Sed valde ego admiror dicta iſtorum, nam
illud idem incõueniens quod ex ſecunda deducitur poteſt
æque bene ex prima deduci. ſequitur enim, omnem homi
nẽ eſſe animal eſt neceſſarium, Socra. eſt homo. ergo. So-
cra. eſſe animal eſt neceſſariũ ex ſententia philoſophi pri-
mo priorum in miſtione neceſſariĳ & ineſſe. Et ideo dicen
dũ eſt, ſi uniformiter ſumãtur ambas poſſe eſſe æqualiter
veras aut falſas nã idẽ eſt dicere, omnẽ hominem eſſe ani
mal eſt neceſſarium, & omnis homo eſt animal neceſſa-
rio, vt etiã ipſi aſſerunt, & hæc ſimiliter ſunt idem, omne
verum eſſe verum eſt neceſſaria, & oẽ verum eſt verum
neceſſario, ſignificat enim hæc, hanc propoſitionẽ eſſe ne-
ceſſariã, oẽ verum eſt verum. ꝙ autẽ hæc ſit neceſſaria, pa
tet, quia eius cõtradictoria eſt ĩpoſſibilis vel cõtraria, nã
hæc eſt poſſibilis, nullũ verum eſt verum, & aliquod ve O
rum non eſt verum. Quum igitur omnis propoſitio mo
dalis ſit diſtinguenda ex duplici ſenſu, patet eos non recte
dicere, vnde non negamus & nos omnes huiuſmodi pro
poſitiones in ſenſu diuiſionis eſſe falſas, in ſenſu autẽ cõpo
ſitionis veras, nec eſt illud aſſignandum pro ratione, ꝙ ſe
quatur aliquã ſingularẽ eſſe neceſſariã, quia illud idẽ ſequi
tur tã in cõpoſita quã in diuiſa, nã aliqua propoſitio eſt in
vniuerſali neceſſaria, quæ in ſingulari eſt cõtingẽs, immo
omnes hæ huiuſmodi ſunt ſed diuerſitas ſenſus. Quomo-
do autem ſint hi ſenſus intelligendi infra declarabimus.

Modi quot nam ſint.

De modis autẽ dicemus, vt inquit Ammonius in libro de
interpretatione, ꝙ & ſi multi eſſe poſſint ac ſere incõpre-
henſibiles ab intellectu noſtro, illi tamen qui eſſentiales
ſunt, & ex ipſa rerum natura ſumuntur, ſunt tantum duo,
ſcilicet, poſſibile & neceſſarium, nã impoſſibile ad neceſ-
ſariũ reducitur, quum ſignificet neceſſario non ineſſe, poſ
ſibile vero et contingens idẽ ſunt, ſi ſumatur pro vero poſ
ſibili, nec differunt niſi in nomine, quia poſſibili aſſigna- P
tur contradictorium per ipſum impoſſibile, ſed contingẽ
ti non poteſt aſſignari per incontingens. Ineſſe autẽ, vt ſu
pra diximus, non eſt modus. Hi autẽ quum vt ſyncatego
remata ſumuntur tantũ ſunt modi determinantes cõpoſi-
tionẽ, qualiter ſcilicet prædicatũ inſit ſubiecto. verum au-
tẽ & falſum dubium ſcitum per ſe & per accidens, ſunt dif
ferentiæ propoſitionum ſumptæ ex intellectus conſidera-
tione reflectentis ſe ſuper propoſitionem, & conſideran-
tis has ſecundas intentiones in eis. Primi autẽ duo ipſam
naturam rei cõſequuntur, quum autem non ſumuntur vt
ſyncategoremata, ſed vt termini categorici rem talẽ ſigni
ficantes & nõ qualitatẽ inhærentiæ prædicati ad ſubiectũ
non ſunt modi, nõ enim debent dici modi niſi modificent.

Quomõ faciunt ſenſus compoſitionis et diuiſionis in modalibus.

Quomodo autem faciant hi modi ſenſum cõpoſitum &
diuiſum in propoſitionibus non facile eſt videre, & vtrũ
in omnibus propoſitionibus faciunt diuerſitatem in veri-
tate et falſitate. Et in hoc valde ſum miratus de dicto quo
rundã recentiorũ, qui aliorum errata perpẽdentes ipſi in-
cidunt in maiora, quum dicant ſenſum cõpoſitum in pro-
poſitionibus eſſe attẽdendum ab ipſo eſſe cõpoſito quod Q
fit in propoſitione affirmatiua, diuiſum vero a diuiſione
ipſius eſſe, & hoc in propoſitione negatiua, in qua diuidi
tur eſſe per particulã non, quod dicunt Alexandrum dice-
re primo priorum in definitione propoſitionis, quum vo
luerint dicere in definitione termini quum inquit Ariſto.
terminũ voco in quẽ diſſoluitur propoſitio vt ꝑdicatum
et de quo ꝑdicatur appoſito aut diuiſo eſſe vel nõ eſſe. nã
nec dicit hoc Alexander nec ſomniauit, ſed ſolum, ꝙ ex il
lis verbis voluit denotare Ariſto. quomodo fieret ꝓpoſi
tio affirmatiua vel negatiua, quia non fit totaliter ablato
eſſe, ſed ſolum diuiſo per negationem, ita vt fiat non eſſe.
Ioan. autem Grammaticus voluit authoritate Iãblici ip-
ſum notaſſe omnem diuerſitatem propoſitionis categori
cæ, de qua prius in libro de interpretatione meminerat. Vi
dentur hi ignorare, nec unquam uidiſſe, quæ Ariſtote. pri-
mo elenchorum de oratione diuiſa & cõpoſita. & dece-

A pſtionibus in illa ſcripſit, ꝙ Alexander, Aliiq; expoſitores
græci in illius expoſitione dixerunt, poteſt enim in oratio
ne eadẽ tã affirmatiua quam negatiua eſſe vterq; ſenſus,
& in quo ſenſu eſt falſa in illo dicimus eſſe fallaciã. Vnde
& ob hoc Philoſophus duas fecit fallacias, vnam com-
poſitionis alterã diuiſionis, vnde & abutimur modo lo-
quendi quñ dicimus aliquã propoſitionẽ peccare per fal-
laciã cõpoſitionis & diuiſionis, non enim poteſt niſi per
alterã fallere. Oẽs autẽ fere logici ſecundũ viã cõmunẽ di-
xerunt hoc terminos modales poſitos in propoſitione
ante totã cõpoſitionẽ vel prepoſitos toti cõpoſitioni fa-
cere propoſitionẽ modalẽ de ſenſu cõpoſito, quando au-
tem mediant inter ſubiectũ & prædicatũ dicti facere pro
poſitionẽ de ſenſu diuiſo, & hi nihil aliud dixerunt requi-
ri ad hoc, ꝙ fiat propoſitio de ſenſu diuiſo vel cõpoſito,
immo præciſe reſpectu horũ terminorũ tantũ fieri ſen-
ſum cõpoſitũ aut diuiſum in propoſitionibus in quibus
ponuntur, vt in hac, omnẽ hominẽ poſsibile eſt currere,
in qua nulla eſt alia particula per quã poſsit fieri ſenſus
cõpoſitus aut diuiſus, vel per multiplicitas aliqua intelli-
B gi poſsit. Addiderunt poſtea ponentes differentiam inter
hos ſenſus, multa, quæ per ordinẽ ponẽda ſunt & exami-
nanda. Primũ ꝙ ꝓpoſitio de ſenſu cõpoſito debet poni
ineſſe, de ſenſu autẽ diuiſo nõ. Secũdo, ꝙ ꝓpoſitio de ſen
ſu cõpoſito verificatur ꝓ inſtanti, de ſenſu diuiſo in tẽpori
bus diuerſis. Tertio ꝙ propoſitio de ſenſu compoſito eſt
non quanta, de ſenſu autẽ diuiſo eſt quãta. Quarto & ſe
quitẽ ex tertio ꝙ propoſitio de ſenſu cõpoſito eſt probãda
officiabiliter vel exponibiliter. De ſenſu aũt diuiſo limitaẽ
ad hoc ſed probaẽ ſecũdũ exigẽtiã primi termini mediati.
Sed hæc profecto dicta omnia ſunt contra intentionem
Ariſtotelis, & omnium peripateticorũ expoſitorũ. Quod
enim hi termini modales illo modo variati ſecũdum ſitũ
propoſitionis faciant ſenſum cõpoſitũ aut diuiſum, falſiſ-
ſimũ. Nam ut etiã ſupra diximus, vbiq; Ariſtoteles aſſerit
hos modos eſſe appoſitiones ꝑdicatorũ & penes hos de-
terminari veritatẽ & falſitatẽ, affirmationem et negatio-
nẽ, tanquã penes formam, quẽadmodum in non modali-
bus penes verbum, eſt. Ex quo patet ꝙ vbicunq; ponan-
tur ſemper intelliguntur additi ꝑdicato. Cõfirmatur. quia
hi modi, vt inquit Ammonius in libro de interpretatione,
C ſemper intelliguntur iuncti cum uerbo, vnde non refert, ſi
ue apponamus negationẽ modo, ſiue uerbo. Idem enim
eſt ſi dixero, contingens non eſt Socra. eſſe leonẽ, & non
contingẽs eſt Socra. eſſe leonẽ. Et hoc eſt etiam idem ſi di-
xero, Socra. eſſe leonẽ non eſt contingens. Ex quibus etiã
apparet falſitas alterius dicti. ſcilicet ꝙ hi modi per ſe ſum
pti in aliquã propoſitione non poſſunt facere ſenſum cõ-
poſitum, nec diuiſum, nec aliquam multiplicitatẽ, vbi alii
termini in eadem propoſitione poſiti ſimplices fuerint, &
non multiplices. conſequentia patet ex dictis, nã ſemper
iſti modi adiacent prædicato, ergo ipſi per ſe non poſſunt
facere ſenſum diuiſum, niſi ex parte ſubiecti ſit aliqua mul
tiplicitas, hoc eſt, ut ſubiectum intelligatur eſſe ſub aliqua
diſpoſitione, uel ſine illa, cui ſubiecto ſub hac diuerſa ac-
ceptione ſumpto poſsit prædicatum comparari, vt ſi dixe
ro, album poſsibile eſt eſſe nigrum, album enim quia ter-
minus concretus ſeu connotatiuus poteſt & quum albe-
dine intelligi, & ſine albedine. ſi ergo cum albedine intel-
D ligatur, & illi ſic ſumpto attribuatur hoc prædicatum poſ
ſibile eſt eſſe nigrum tunc propoſitio eſt in ſenſu compo-
ſito & falſa, in qua tamen patet, ꝙ illud poſſe eſſe nigrum
ſe tenet ſemper ex parte prædicati. Si autẽ ſumatur ſubie-
ctũ ſine illa diſpoſitiõe eſt, ſenſus diuiſus et verus. Eſt enim
ſenſus ꝙ id quod eſt ſubiectum albedinis poſsibile eſt eſſe
ſubiectum nigredinis. Poſt autem ſenſus eſt ꝙ id quod eſt
actu ſubiectum albedini ſit nigrum, quod claudit oppoſi
tionem, niſi ergo in aliqua propoſitione ſit aliqua multi-
plicitas ex parte ſubiecti, illi termini modales per ſe non
poſſunt facere ſenſum multiplicem, & hoc eſſe verum pa
tet ex dicto Philoſophi primo elenchorum. in fallacia cõ-
poſitionis. vbi inquit hanc peccare per ſenſum cõpoſitũ,
ſedentem poſsibile eſt ambulare. Vbi etiam notandũ eſt
Philoſophũ diuerſa exempla dediſſe in fallacia cõpoſitio-
nis & diuiſionis, vt notaret diuerſitatem ipſarum. Sed hic E
inſurgunt dubia quædam. Primũ, vtrũ termini hi concreti
accidẽtales poſsint facere ſenſum multiplicem non iuncti
cũ terminis modalibus. Secundo videtur ꝙ etiã reſpectu
tãtũ terminorum modaliũ, vbi nulla ſit alia multiplicitas
poſsit fieri ſenſus diuerſus. Patet dicẽdo neceſſario, omnis
homo eſt animal, & omnis homo neceſſario eſt animal.
Prima eſt in ſenſu compoſito & vera. Secunda in diuiſo
& falſa. Tertio quia ſaltẽ in modo contingenti ſeu poſsi-
bili videtur eſſe taliter multiplicitas etiam in terminis ſin-
gularibus ſimplicitatis, vt Socr. contingens eſt currere, pa
tet per Philoſophũ primo priorũ cap. de vniformibus de
contingenti. Omnis. n. propoſitio de vero contingenti ſe-
cundũ Philoſophũ ibi habet duplicẽ ſenſum vt contingit
omne b, eſſe a, ibi ſumitur b, vel pro eo quod eſt actu b,
vel pro eo quod contingit eſſe b. i. in potentia. Ad primũ
iſtorũ dicẽdũ eſt, ꝙ hi termini concreti, poſſunt etiam ſine
terminis modalibus facere ſenſum multiplicẽ, vt patet ex
Philoſopho dum concedit primo phyſicorum, et alibi ex
albo fieri nigrũ, nã in ſenſu cõpoſito falſa eſt vt ly ex, no-
tat cauſam materialem, nam totũ hoc quod eſt ſubiectũ
cum oppoſito non poteſt fieri ſubiectũ nigri. Si autem vti
terminus a quo poteſt eſſe vera, oppoſitum enim recedit F
ſubiecto remanente, et generatur forma in eo, & breuiter
in ſenſu diuiſo vera eſt, in cõpoſito falſa. Sed iſta reſponſio
non ſatiſfacit ex toto, nã dubiũ eſt an in omni propoſitio
ne poſiti poſsint facere vtrunq; ſenſum, & patet ꝙ non in
omni abſolute, nec etiã in omni modali, ſed ſolũ in cõtin-
gẽti aut poſsibili, et breuiter in omni propoſitione in qua
ponitur verbũ mutationem ſignificans, non autẽ perma-
nentiã, vt dicendo, albũ eſt nigrũ, aut neceſſariũ eſt album
eſſe nigrũ, vbi affirmatur ſubiectũ eſſe ſub vtriſq; diſpoſi
tionibus ſimul permanẽs, at in iſtis, poſsibile eſt albũ eſſe
nigrũ, aut albũ fit nigrũ, poteſt vterq; ſenſus reperiri, ratio
ne verbi mutationẽ ſignificantis. Ideo dico ꝙ poſsibile
ſimul cũ iſtis ſubiectis concretis facit propoſitionẽ multi
plicẽ ſecũdũ vtrunq; ſenſum, cuius ratio eſt, qm̃ huiuſmo
di formæ accidẽtales ſunt ſeparabiles a ſubiecto, quarum
nunc unã, nunc alterã induere poteſt, & qm̃ ei cõtingẽter
inſunt cũ tali modo poſſunt fieri hæ propoſitiones haben
tes ſenſum multiplicẽ, vt dictũ eſt. Sed certe videtur mihi
ꝙ quãuis concluſio hæc quã ſequebaẽ olim celeberrimus G
ꝓceptor meus Nicoletus Theatinus quantũ ad modũ de
poſsibili veritatẽ obtineat, tñ quãtũ ad modũ neceſſariũ,
credo admodũ difficile eſſe reperiri poſſe propoſitiões in
quibus diuerſus fiat ſenſus ratione multiplicitatis ſubiecti,
quod nunc ſub forma nunc ſine forma ſumi poſsit, nã ta-
lis propoſitio videtur ratione ſignificati fore contingens,
& nunquã poſſe formari de neceſſario niſi falſa, patet in
exemplo ſupra poſito. Sed ad hanc dubitationẽ dico ite
rũ ſicut dixi non poſſe fieri ſenſum diuerſum in his propo
ſitionibus in quibus ponũtur hi modi ratione modorum
ꝓciſe, ſed ratione ſubiecti habẽtis formã aliquã, vel aliquã
diſpoſitionẽ, uel cõditionẽ aliquã ſeu determinationẽ quo
uis mõ appellare volueris, ad quã iunctim & ſeparatim
cõparari poteſt, & ex hoc cauſatur multiplex ſenſus, pa-
tet hoc in exẽplo Philoſophi ad propoſitũ maxime ido-
neo in fine primi de interpretatione, omne quod eſt dũ eſt
neceſſe eſt eſſe. in quo determinatio illa, dũ eſt poteſt cũ H
ſubiecto iungi, & facit ſenſum cõpoſitũ falſum. & poteſt
ab eo ſeiungi, & fit ſenſus diuiſus verus, ſi cum prædica-
to iungatur. Exẽpla etiã patere poſſunt in aliis multis ꝓ-
poſitionibus præter hos modos, quos moderni ponunt,
vt in illa, omnis homo vel aſinus eſt aſinus, poſſunt ergo
etiã propoſitiões reperiri de neceſſario in quibus ſit diuer
ſus ſenſus non propter formas ſubiecto inhærentes a qui-
bus ſeparari poteſt vt arguendo dicebatur, ſed propter de
terminationes aliquas ad quas ſubiectũ iũctim, diuiſimq;
ſe habere poteſt, ſaltẽ in ſe conſideratũ. Hic modus loquẽ-
di non latuit diuũ Thomã, & poteſt ab eo videri in pri-
ma parte, quæſtione, 14. arti. iij. in reſponſione ad tertium
vbi ponit hoc exemplum, omne ſcitum a Deo neceſſe eſt
eſſe & inquit, propoſitionem hanc eſſe multiplicem in
ſenſu diuiſo & compoſito. Nam illud verbum ſcitum

I poteſt,ſumi vel pro te vt ſtat ſub ſcientia Dei,ſiue pro te
tantũ non vt ſtat ſub ſcientia Dei,& ſic res eſt contingens
& propoſitio eſt falſa, Si autẽ vt ſtat ſub ſcientia Dei ſic
habet eſſe neceſſariũ,& eſt cõpoſita vera. Si autẽ,inquit
ipſe, diceret aliquis diſtinctionẽ hanc locũ habere in for-
mis a ſubiecto ſeparabilibus, nõ autẽ in his quæ ſemper
inſunt, vt patet de ſcientia Dei quæ ſemper rei attribui-
tur. Reſpondet ipſe ꝙ etſi ſecundum rẽ,res oĩa ſit a Deo
ſcita. poteſt tamen etiã in ſe per intellectũ conſiderari &
aliquid ei attribui, vt ſic conſideratæ verbi gratia, ꝙ ſit
cõtingens,quod nõ attribuitur ei,vt ſtat ſub ſcientia Dei.
In quibus videtur ea oĩa ſenſiſſe quæ nos ſupra diximus.
Egidius quoque primo elẽchorũ nõ videtur fuiſſe huius
opinionis expers. Ex hoc redarguendi ſunt moderni qui
dã qui viſi ſunt hanc opinionẽ ſequi, & eã tñ de modo
K poſsibili declararũt nõ cõplentes ſermonẽ ea in parte quæ
lõge erat difficilior. Ex his & multa cõtra Latinos poſſent
colligi I hac materia ꝗ intelligẽtibus facile patere poſſunt.

Vlterius, ex his patet reſpõſio ad ſecundũ dubiũ,nã in
illa propoſitione,neceſſario omnis homo eſt aĩal, & oĩs
homo neceſſario eſt animal,& alijs ſimilibus non fit ſen-
ſus cõpoſitus,& diuiſus ratione modi modaliter ſumpti,
ſcilicet determinantis dictũ vel propoſitionẽ,vt ſupra di-
ximus,ſed fit ratione termini confundentis,vt etiã ipſi cõ
cedunt. vnde ponuntur ſimiles propoſitiones in ſecundo
modo,non autẽ in primo. Nec iſta propoſitio æquiualet
illi,neceſſe eſt oẽm hominẽ eſſe animal, qm̃ ad hãc ſequi
tur illã propoſitionẽ eſſe, omnis homo eſt animal,quum
ad illã non ſequatur. Ideo conſequentia non valet ſecun-
dũ eos, neceſſario omnis homo eſt animal, ergo neceſſe
eſt oẽm hominẽ eſſe animal.quia antecedens eſt verũ,&
conſequẽs non,quia poteſt eſſe quod nulla talis propoſi-
tio ſit, quæ ſequitur ad conſequens. Sed hæc differentia
certe friuola eſt, vt ſupra diximus, & videtur ꝙ nec in
vna,nec in altera fiat ſenſus cõpoſitus & diuiſus, niſi ra-
L tione cõfuſionis. Nos tamẽ vtranqꝫ ꝓpoſitionẽ tenemus
eſſe modalẽ,qm̃ modus determinat inhærentiã prædicati
ad ſubiectũ,ſignificans ꝙ animal ineſt homini,& nõ po-
teſt non ineſſe,negamus tamen ꝙ in ea fiat, vel poſsit fie-
ri ſenſus cõpoſitus vel diuiſus,quũ ibi nõ ſit ratio per quã
fit ſenſus cõpoſitus,& diuiſus,& ſi fit tñ ratione cõfuſio
nis fit,ſed vbi non admittatur talis cõfuſio,patet tales ꝓ-
poſitiones eſſe ſimplicisſimas, & nullo modo multipli-
ces. Nec inconuenit aliquã propoſitionẽ eſſe in vniuerſali
neceſſariã,& in particulari contingentẽ. Patet etiã ſolutio
ad tertiũ, quãuis enim propoſitio illa,contingit omne b,
eſſe a,habeat duplicẽ ſenſum,ille duplex ſenſus non eſt cõ
poſitionis vel diuiſionis, ſed per quẽ declaratur dictũ de
omni in propoſitionibus contingentibus vniformibus
& modus ampliationis in huiuſmodi propoſitionibus.
Ex his apparet ſolutio duorũ quæ ſupra quærebantur an
ſcilicet omnis propoſitio in qua ponitur modus poſsit ha
bere vtrunque ſenſum, & patet quod non,& quomodo
etiã fit ſenſus cõpoſitus & diuiſus pœnes tales modos
M non præponendo vel poſtponendo,aut interponendo vt
Latini,qm̃ quantũ ad ſuũ ſemper tenet locũ prædicati,&
ſemper ſunt tales diſtinguendæ,eo modo quẽ ſupra decla
rauimus, ſcilicet pœnes multiplicitatem ſubiecti,eo tñ mo
do intelligendo quẽ expoſuimus. Dicere autẽ quod pro-
poſitio de ſenſu cõpoſito ob id quod verificatur pro in-
ſtanti debeat poni ineſſe,de ſenſu vero diuiſo,quia nõ ve
rificatur pro inſtanti, ſed ſucceſsiue non ſit ponenda in
eſſe,quoniã modalis eſt vera,ſibi vero correſpondens de
ineſſe ſit falſa,& ob id concedere quod ꝓpoſitiones quæ
tẽpore indigent limitato pro ſui verificatione non ſunt
concedẽdæ,nec de poſsibili,nec de ineſſe. vt tu pertranſis
pontẽ,& poſsibile eſt te pertranſire pontẽ, & aliæ con-
ſimiles, omnia hæc perperã dicta ſunt & contra Ariſto-
telis ſententiã. Nam primo priorum,in definitione con-
tingentis inquit,poſsibili in eſſe poſito nullũ ſequitur im
poſsibile,ſiue hoc ſit differentia, ſiue proprietas contin-
gentis,quum de quolibet dicatur contingente tam in ſen
ſu compoſito quam diuiſo, quia hoc nullibi Ariſtoteles
diſtinxit. patet apertisſime intelligi debere de omni ſenſu,

Et ideo nõ omnis propoſitio de ſenſu cõpoſito debet N
verificari pro inſtanti,nec illæ ꝓpoſitiones ſunt falſæ poſ
ſibile eſt te pertranſire pontẽ,& tu pertranſis pontẽ. Hoc
enim apertisſime eſt contra Ariſtotelẽ quarto phyſicorũ.
qui de tẽpore ſoluẽs rationẽ probantẽ ipſum non eſſe,qm̃
ex non entibus cõponeretur,inquit. in ſucceſsiuis non re-
quiri ad hoc vt ſint oẽs partes eorũ ſimul eſſe, ſed quod
aliquid continuans has partes ſit, vt patet de inſtanti in
tẽpore & mutato eſſe in motu, vnde propoſitiones illæ
conceduntur, non quia totũ ſimul ſpatiũ pertranſeatur,
ſed quia eſt in pertranſiri. Vnde omnis ꝓpoſitio quæ eſt
vera de præterito,aliquãdo fuit vera de præſenti, Si ergo
concedimus illã,quod Socrat. pertrãſiuit hoc ſpaciũ, qua
re non eſt cõcedenda iſta,quod Sor. pertrãſit de præſenti:
quum enim de præterito ita dicimus id non intelligimus
quod totũ ſimul pertranſiit, ſed ſucceſsiue, ſed quia id de-
uenit ad vltimũ mutatũ eſſe concedimus ipſum pertranſi
uiſſe,ita de præſenti dũ continue pertranſit.& eſt ſub alio
& alio mutato eſſe continuante, non autẽ terminante,in
potentia tamen non in actu dicimus ipſum pertrãſire,hæc
autẽ nota ſunt ex ſexto phyſicorũ. Aliquæ ergo propoſi- O
tiones de ſenſu cõpoſito verificãtur in inſtanti,& eis cor-
reſpondet propoſitio de ineſſe verificabilis pro inſtanti,
Et hoc eſt quando ſubiectũ poteſt eſſe ſimul ſub vtroqꝫ
termino connotato per ſubiectum & prædicatũ. Et ideo
hæc propoſitio de ſenſu cõpoſito eſt falſa, & impoſsibi-
lis, poſsibile eſt albũ eſſe nigrũ,& albũ eſt nigrũ,quia ſub
iectũ nõ poteſt ſimul actu quieſcere ſub vtroqꝫ termino.
Aliquæ autẽ ſunt verificabiles in tẽpore,& non in inſtãti,
vt patet in propoſitionibus motũ importantibus. Quod
autẽ dicunt propoſitionẽ de ſenſu diuiſo non poſſe poni
ineſſe, quia non verificatur pro inſtanti,etiã falſisſimum
eſt. Nã ſicut intelligimus propoſitionẽ de ſenſu diuiſo eſſe
verã,ita intelligimus illã de ineſſe quæ ſibi correſpondet,
Intelligimus autem hoc modo,quod nunc albũ eſt, alias
poteſt eſſe nigrũ, intelligendo de ſubiecto ipſo non ſub
forma ita etiã de ineſſe, quod nunc eſt ſub albedine,alias
erit ſub nigredine,non autẽ ſic ponitur, vt pro eodẽ tẽpo P
re ſimul ſit ſub albo & nigro, ſicut etiã nec modalis de
ſenſu diuiſo pro eodẽ,ſed pro diuerſis temporibus intelli
gitur. Quod autem ſuperaddunt propoſitiones de ſenſu
compoſito non eſſe quãtas,de ſenſu vero diuiſo eſſe quã
tas,videtur abſurdisſime dictum, quum enim modus ex
parte ſe teneat prædicati, patet eo modo quo ſubiectum
ſe habeat,debere propoſitiones denominari. ſi ergo ſu-
biectum fuerit vniuerſale vel determinatum a ſigno vni
uerſali vel particulari, vel ſingulare,vt dicitur in libro de
interpretatione,eodem modo & propoſitiones ſe habe-
bunt. Patet dicendo,neceſſario omnis homo eſt animal,
vel neceſſario aliquis homo eſt animal, vel omnem ho-
minem eſſe animal eſt neceſſe, ſeu neceſſarium, vel ali-
quem, vel Socratem. Aliter enim ex his non poſſet fieri Reſolutio principalis quæſiti.
ſyllogiſmus regulatus per dici de omni & de nullo. Ex
his apparet ſolutio principalis quæſtionis, & quod Ari-
ſtote. eas vt modales accipiens eaſque quo ad formam
conſiderans,quæ eſt ipſe modus per quem diſtinguuntur
a propoſitionibus de ineſſe, ex quibus modalibus con- Q
ſtituitur ſyllogiſmus formaliter diſtinctus a ſyllogiſmo
de ineſſe,poteſt eas in vtroque ſenſu ſumere,non enim cõ
ſiderat hic eas quomodo veræ vel falſæ ſint,ſed ſolum vt
per modum diſtinguuntur ab alijs propoſitionibus, &
quum in vtroque ſenſu ſumptæ diſtinguantur ab eis, eo
quod modus ſemper ex parte prædicati teneatur,manife-
ſte patet eas in vtroque ſenſu ſumpſiſſe, quũ in vtroque
ſenſu ſyllogiſmum poſsint conſtituere formaliter diſtin-
ctum, vt dictum eſt. Et in vtroque ſenſu ſint quantæ. Li-
cet moderni oppoſitum aſſerant ſine ratione regulas ſo-
lum quaſdam voluntarias aſsignantes,quas fortaſſe gra
tia inſtruendi pueros fecerunt, non quia veritatem con-
tineant. Fatuum tamẽ eſt gratia doctrinæ breuioris re-
gulas falſas inſtituere, quum non doctrinam, ſed potius
ignorantiam diſpoſitionis pariant. Sunt enim regulæ fal-
ſæ principia falſa,ex quibus generatur ſyllogiſmus con-
trariæ deceptionis. Sed ne videamur difficultates illas
prętcrire

A præterire de quibus viſi ſumus a' principio ſermonē pro
poſuiſſe, idcirco merito & de negatiuis de neceſſario, &
de affirmatiuis dubitatio incidit quomodo ſint conuerien
dæ. Nam ſiue de ſenſu cōpoſito, ſiue diuiſo ſumatur illa,
nullus naſus de neceſsitate eſt ſimus, non videtur conuer
ti poſſe in iſtā, nullū ſimū de neceſsitate eſt naſus, nam pri-
ma poteſt eſſe vera, & ſecunda falſa. Ad hanc dicitur præ
notando primo, q̄ propoſitiones negatiuæ de neceſſario,
vt de eis pertractat Philoſophus in hoc libro ſunt negati-
uæ de dicto quū habeant modū affirmatū, nec habent af-
firmatiuam figurā, vt illæ quæ ſunt de contingenti. Huius
autem nulla eſt alia cauſa præter ipſam neceſſarij naturā
& contingentis. nam in propoſitione negatiua neceſſaria
prædicatū remouetur a ſubiecto, ita & taliter vt non poſ-
ſit ineſſe illi, ideo negatiua eſt non minus quā negatiua de
ineſſe, & conuertuntur eodē modo. In propoſitione autem
de contingenti in qua dictū eſt negatum, & modus affir-
matus, aliter eſt dicendū, propter ipſam contingentis na-
B turam, nam prædicatū in illa ita a ſubiecto remouetur q̄
poteſt illi iterū ineſſe, & ideo non conuertitur vt negatiua
de ineſſe. Et dicit Philoſophus illam eſſe affirmatiuā ſecun
dum figurā, & conuerti vt affirmatiuā, quoniam conuer
titur ad oppoſitā qualitatē. Hæc autem alibi ſunt a' no-
bis diffuſius declarata. Propoſitiones autē de neceſſario
in quibus eſt modus negatus habent vim propoſitionū
contingentium, non autem neceſſariarū. Nam ex nega-
tione neceſſarij infertur contingens, quemadmodū ex ne-
gatione contingentis infertur neceſſariū, nam hi duo mo-
di ſe mutuo interimunt. Ex hoc ſoluitur dubitatio, nam
ſi illa propoſitio, nullus naſus de neceſsitate eſt ſimus, ſu-
matur de modo affirmato, & dicto negato, & præcipue
de ſenſu cōpoſito, falſa eſt, nec eſt mirū ſi in falſam conuer
tatur. vnde etiam eius contraria affirmatiua eſt vera ne-
ceſſaria, omne grāmaticū de neceſsitate eſt homo, ſi autē
in ea negatur modus habet ſignificatū contingentis pro-
poſitionis, vnde æquiualet huic, non neceſſe eſt aliquem
C hominē eſſe grāmaticū, hæc autem æquiualet huic, con-
tingit omnē hominem eſſe grāmaticū. Sunt enim oppoſi
tæ hæ propoſitiones in omnibus ſcilicet modo, quanto,
& quali. ideo in conuertente debet idem modus neceſsita
tis negari ſic conuertendo, nullū de neceſsitate grāmaticū
eſt homo, nullus enim homo eſt cui neceſſario inſit gram
matica. Hæc de propoſitione negatiua. Sed de affirmati-
ua eſt maior dubitatio, & eſt duplex. prima de conuerſio
ne. ſecunda an ſit neceſſaria, nam de hac ſunt rationes ad
vtrunque efficaces. Quantū ad primā non videtur con
uerti in neceſſariam, ergo non erit conueniens conuerſio,
vult enim Philoſophus vniuerſalē affirmatiuā de neceſſa
rio cōuerti in particularem affirmatiuā de neceſſario, con
uerti in particularē affirmatiuā de neceſſario modo natu-
raliter applicito, ſed q̄ non conuertatur in neceſſariam pa
tet. nam hæc falſa eſt, aliquis homo de neceſsitate eſt grā-
maticus, quū vniuerſalis conuerſa ſit vera. Ad hanc re
D ſpondetur vt ſupra diximus, regulas Philoſophi de con
uerſione neceſſariarū intelligēdas eſſe in propoſitionibus
neceſſarijs formaliter, hoc eſt de modo, & materia neceſ-
ſarijs. Et tunc merito inſurgit ſecunda dubitatio. An illa,
omne grāmaticū de neceſsitate eſt homo ſit vere neceſſa
ria. Et arguitur q̄ ſit vere neceſſaria. primo ſic. Illa propo
ſitio eſt vere neceſſaria quæ ſemper fuit vera ſemper eſt
vera, & ſemper erit vera, hæc eſt huiuſmodi. igitur &c.
maior patet ex interpretatione neceſſarij, minor etiam eſt
manifeſta, ergo ſequitur concluſio. Item omne grāma-
ticum neceſſario eſt grāmaticum, ergo omne grāmaticū
neceſſario eſt homo. probatur conſequentia, quia ex op-
poſito conſequentis ſequitur oppoſitū antecedentis, ſequi
tur enim, ſi grāmaticū non ſit homo, & ponatur hominē
non eſſe, ex deſtructione hominis deſtruetur grāmaticū.
ergo grāmaticū non erit grāmaticū. ergo ſi non ſit conſe
quens, antecedens non erit. Item, omne animal rationa
le mortale de neceſsitate eſt homo. omne grāmaticum eſt
animal rationale mortale. ergo omne grāmaticum de ne
ceſsitate eſt homo, tenet ratio, & maior eſt ſimpliciter ne
ceſſaria, minor de ineſſe ſimpliciter, ergo ſequitur conclu

ſio de neceſſario ſimpliciter per regulam Ariſtotelis. E
Item, illa propoſitio eſt ſimpliciter neceſſaria in cuius ſub
iecti intellectu & ratione includitur prædicatū. hæc huiuſ-
modi. ergo &c. minor declaratur, quia quū grāmaticū ſit
hominis paſsio, & habeat per propriū ſubiectū definiri,
ponetur prædicatū in ratione ſubiecti, & erit propoſitio
primi modi per ſe, vt hæc, riſibile eſt homo. Amplius,
illa propoſitio cathegorica eſt ſimpliciter neceſſaria, quæ
transformatur ex cōditionali neceſſaria, hæc huiuſmodi.
ergo &c. Nam hæc hypothetica neceſſaria eſt, ſi grāmati
cum eſt, homo eſt, ergo eſt ſimpliciter neceſſaria, grāma-
ticum de neceſsitate eſt homo. Inſuper, aut omne gram
maticū de neceſsitate eſt homo, aut poſsibile eſt aliquod
grāmaticū non eſſe hominē. ſi primū, habeo intentum. ſi F
ſecundū, arguo ſic, poſsibile eſt grāmaticū non eſſe homi
nem, omne grāmaticū eſt homo, ergo poſsibile eſt homi
nem non eſſe hominē, concluſio eſt falſa. ergo aliqua pro
poſitionum, nō illa, omne grāmaticū eſt homo. ergo illa
poſsibile eſt grāmaticū non eſſe hominē. ſi illa eſt falſa, er
go eius contradictoria vera, quæ dicit omne grāmaticum
de neceſsitate eſt homo, ex lege contradictoriorum.
Vltimo, illa ꝓpoſitio eſt ſimpliciter neceſſaria cuius ſub
iectum non poteſt eſſe ſine prædicato, & cuius ſubiectū
ſibi determinat prædicatū. hæc huiuſmodi. ergo &c. ma-
ior patet, quia ſicut propoſitio per ſe eſt, vel quia ſubie-
ctum ſibi determinat prædicatum tanquā proprium effe
ctum, vt in quarto modo, vel quia vt propriam paſsio
nem, vt in ſecundo, vel vt partem definitionis vel totam,
vt in primo, ita dicendum eſt de propoſitione neceſſaria,
quoniā neceſſaria propoſitio & per ſe eodē curſu currūt.
Propter has rationes dixerunt aliqui hāc propoſitionē
eſſe abſolute & per ſe neceſſariā, non tamen primo, quo G
niam grāmaticū ineſt alicui cui per ſe & primo ineſt hoc
prædicatum homo. Ideo iſta non eſt primo neceſſaria, q̄
autē ſit per ſe neceſſaria patet, quoniam prædicatū inclu
ditur in intellectu & ratione ſubiecti. Dicunt enim hoc ſa
tis eſſe vt propoſitio ſit per ſe neceſſaria. Sed hi decipiū
tur in acceptione propoſitionis neceſſariæ, nā omnis pro
poſitio affirmatiua in qua verbū eſt ſumitur, verificatur
per actualē inhærentiam prædicati ad ſubiectū, hoc enim
ipſum verbū eſt, in ſui ratione concludit, non poteſt autē
prædicatū actualiter ineſſe ſubiecto niſi ſubiectū ſit. ergo
non poterit eſſe propoſitio neceſſaria, quū ſit ſempiternæ
veritatis niſi prædicatū actualiter ſemper inhæreat ſubie
cto. ergo oportet ſubiectū ſemper eſſe ad hoc q̄ propoſi
tio ſit neceſſaria & per ſe quū propoſitio vere neceſſaria
conuertatur cum per ſe, vt dicitur primo poſteriorū. Sed
vltra hoc requiritur vt prædicatū ſit de ratione ſubiecti,
vel econtra. vt non poſsit oppoſitū cogitari, non ſufficit
ergo vna conditio tantū vt hi dixerunt, ſed requiruntur
ambæ, ſcilicet neceſsitas extremorū & neceſsitas habitu
dinis inter illa. Secūdum etiam dictū eſt falſum, nā ſi hæc
eſt neceſſaria ratione habitudinis extremorū, quia ſcilicet H
prædicatum quod eſt homo includitur in ratione grāmati
ci, non ergo eſt neceſſaria ratione alicuius cui prædicatū
prius attribuitur, vel ſi erit neceſſaria ratione huius, non
erit neceſſaria ratione illius, quod cōtingenter illi attribui
tur. In his enim quæ per ſe ſunt, ſed non primo, hoc conſi
deratur, q̄ omnes termini habent perſeitatem, vt ita dicā,
inter ſe, vt ſi dixero, homo eſt ſenſibilis per ſe nō primo.
Sēſibile enim attribuitur animali per ſe primo, & animal
attribuitur homini per ſe primo, ideo mediante animali
quod per ſe ineſt, ſenſibile per ſe non primo ineſt homini.
Sed non eſt ita in propoſito, quoniā grāmaticū, non per
ſe homini attribuitur, ſed mere accidētaliter, ergo falſum
eſt q̄ hæc propoſitio ſit neceſſaria per ſe non primo.
Aliter ergo dicitur ad quæſtionē q̄ iſta propoſitio eſt ne
ceſſaria per accidēs, & non per ſe. nam illa propoſitio nō
eſt per ſe neceſſaria in qua prædicatum nō attribuitur ſub
iecto niſi ex ſuppoſitione ſubiecti, & quoad ſubiectum
fuerit, hæc eſt huiuſmodi, ergo &c. maior eſt manifeſta,
quoniam illa propoſitio eſt per ſe neceſſaria in qua prædi
catum attribuitur ſubiecto ſimpliciter, & non ex ſuppoſi
tione. minor etiam patet, quia quoad grāmaticum fuerit

I grāmaticū,non poteſt eſſe homo. Eſt etiam ex alio per ac
cidens neceſſaria, nam licet prædicatū neceſſario attribua
tur ſubiecto, quia tamen ſubiectū accidentaliter attribui-
tur prædicato, efficitur vt ſit per accidens neceſſaria. nam
in propoſitionibus ſecundi modi in quibus prædicantur
prædicata eſſentialiter conſequentia, eſt mutua habitudo
neceſſaria inter ea, quoniam ſubiectū ſibi prædicatū deter
minat & prædicatū ſubiectū. Nā homo ſibi determinat
riſibile, & riſibile hominē. Et in hoc diſtinguuntur accidē
tia per ſe ab accidentibus inſeparabilibus, vt inquit Ioan.
grāmaticus.1.Poſterio. Sed cōtra arguitur ꝙ nullo mo
do ſit neceſſaria, nā illa propoſitio de neceſſario eſt falſa,
cuius contradictoria de cōtingenti eſt vera, ſed hæc eſt ve
ra. contingit aliquod grāmaticum non eſſe hominē. ergo
hæc eſt falſa, omne grāmaticum de neceſſitate eſt homo.
maior patet, probatur minor poſſibile eſt grāmaticū nō
eſſe, ſtante homine. ergo poſſibile eſt grāmaticū non eſſe
hominē. aſſumptū patet, quoniā grāmaticū contingenter
ineſt homini. ſecundo hæc eſt vera, contingit aliquē homi
nem eſſe grāmaticū. ergo contingit aliquod grāmaticum
K eſſe hominē, patet conſequentia, quia particularis affirma
tiua de vero contingenti conuertitur in terminis. Tertio
arguitur in tertia figura hoc modo, de neceſſitate omne
grāmaticū eſt grāmaticū, omne grāmaticū de neceſſitatē
eſt homo. ergo neceſſario aliquis homo eſt grāmaticus.
concluſio eſt falſa. ergo aliqua propoſitionū, non maior
quū idem de ſe prædicetur. ergo minor. Quarto illa pro
poſitio non eſt neceſſaria in qua prædicatū poteſt derelin
quere ſubiectū. hæc eſt huiuſmodi. ergo nō eſt neceſſaria.
maior patet, minor probatur, quia poteſt homo eſſe &
nullū grāmaticū eſſe. Ad primā dicitur negando mino
rem, & ad probationē negatur cōſequentia, nā licet poſ-
ſibile ſit ſubiectū non eſſe, ſtante prædicato, non tamen
poſſibile eſt ſtante ſubiecto non eſſe prædicatū, nā, vt di-
xi, neceſſaria eſt tantū ex parte ſubiecti in ordine ad præ-
dicatū, non autē ex parte prædicati in ordine ad ſubiectū:
Suppoſito enim ꝙ ſubiectū ſit, non poteſt ei prædicatum
ineſſe. Ad ſecundā dicunt quidam ꝙ ex propoſitione
quæ ſecundū ſe & abſolute eſt contingens, poteſt inferri
L propoſitio neceſſaria, nam illa propoſitio, cōtingit aliquē
hominē eſſe grāmaticū, licet ſit ſecundū ſe contingens in
ordine, tamen ad illā, grāmaticū eſt homo eſt neceſſaria,
vt in exemplo, quāuis iſta, animal eſt homo nō ſit ſecun
dum ſe neceſſaria, quia animal poteſt eſſe in alio, dato ꝙ
homo non ſit, tamen in ordine ad iſtā, quidam homo eſt
animal, eſt ſimpliciter neceſſaria. Sed iſta reſponſio non
ſatisfacit, quoniā quod in ſui natura contingens eſt, nun-
quā efficietur neceſſarium, niſi natura contingens vertere
tur in neceſſariam, vt inquit Auer. a phy ſi. cō. 48. Exem-
plum autē quod adducunt non eſt ad propoſitū, imo illa
eſt ſimpliciter neceſſaria aliquod animal eſt homo, quia
quū neceſſe ſit hominē eſſe, eo ꝙ ſpecies ſunt æternæ, ne-
ceſſe eſt aliquod animal eſſe hominē. Aliter ergo dicitur
ꝙ quū Philoſophus dicit contingentē ad vtrūlibet parti-
cularem conuerti in contingentē ad vtrūlibet, intelligit de
vera contingente, vt eſt hæc. contingit aliquē hominē cur
M rere, quæ eſt contingens ex parte vtriuſque extremi. Quū
ergo iſta, contingit aliquē hominē eſſe grāmaticū, ſit ne-
ceſſaria ex ſuppoſitione prædicati in ordine ad ſubiectū,
conuertetur in illā quæ eſt neceſſaria ex ſuppoſitione ſub-
iecti in ordine ad prædicatum. Ad tertiam, dicunt aliqui
ꝙ licet iſta propoſitio ſit in ſe falſa, aliquis homo de ne-
ceſſitate eſt grāmaticus, tamen vt ſequitur ex illis præmiſ
ſis eſt vera & neceſſaria. Hæc reſponſio eſt omnino falſa,
nam quærendū eſt ab eis quomodo ſequatur hæc conclu
ſio ex illis propoſitionibus, quū oppoſitum concluſionis
ſtet cum illis, nam ſtant ſimul hæc, ꝙ omne grāmaticum
neceſſario ſit homo, & tamen nullus homo neceſſario ſit
grāmaticus. Aliter ergo dicitur ꝙ Ariſto. intelligit ex pro
poſitionibus ſimpliciter neceſſariis ſequi concluſionem
neceſſariam, non autē ex quibuſcunq; neceſſariis, ideo di
co ꝙ ex illis propoſitionibus quū non ſint ſimpliciter ne
ceſſarij non ſequitur concluſio neceſſaria. Cōcluſio enim
quæ ſequitur in hoc ſyllogiſmo eſt cōuertēs minoris quæ

nō eſt ſimpliciter neceſſaria, ſed ex ſuppoſitione ſubiecti. N
Modo mirum nō eſt propoſitionē non ſimpliciter neceſ-
ſariam conuerti in contingentē. nec hoc repugnat Ariſto.
vt ſupra diximus. Ad quartā, dicunt aliqui ꝙ illa ma-
ior eſt falſa, tunc enim iſta non eſſet neceſſaria, homo eſt
animal, quoniā prædicatū poteſt derelinquere ſubiectum
eo ꝙ poteſt eſſe in alio ſubiecto. Hæc uerū eſt falſa reſpō
ſio, nam licet animal poſſit ineſſe alteri ab homine, nō po
teſt non ineſſe homini, quoniā genus eſt in omnibus ſuis
ſpeciebus neceſſario, & quū homo ſemper ſit nō poteſt
ſibi animal non ineſſe. Aliter ergo eſt dicendū ad minoris
probationē ꝙ eo modo quo propoſitio eſt neceſſaria eo
etiam modo prædicatū non poteſt delinquere ſubiectū,
ſuppoſito ergo ꝙ ſubiectū ſit, prædicatū non poteſt dere
linquere ſubiectū. Quū ergo viſum ſit iſtā propoſitio-
nem nō eſſe ſimpliciter neceſſariā, ſed per accidens. Opus
eſt etiam reſpondere ad argumenta ante oppoſitū quæ-
ſtionis adducta quibus probatur ipſam eſſe ſimpliciter
neceſſariam. Ad primā dicitur ad maiorē illam propo- O
ſitionē eſſe uere neceſſariam & ſimpliciter quæ eſt ſempi
ternæ veritatis nullo alio ſuppoſito, modo hæc non eſt
æternæ veritatis niſi ex ſuppoſitione ſubiecti. Ad ſecundā
negatur conſequentia. ſi intelligatur ꝙ ſit ſimpliciter ne-
ceſſaria, non enim valet de forma, vt patet. Ad probatio-
nem quū dicitur oppoſitū conſequentis repugnare ante-
cedenti, dicitur primo ꝙ illud non eſt oppoſitū conſequē-
tis, ſed illud, non neceſſe eſt omne grāmaticū eſſe homi-
nem. hoc eſt, poſſibile eſt aliquod grāmaticū non eſſe ho-
minem, quia poſſibile eſt aliquod grāmaticum non eſſe,
modo iſta non repugnāt, poſſibile eſt aliquod grāmaticū
non eſſe hominē, & omne grāmaticum eſt grāmaticum:
Secundo ꝙ cum oppoſito conſequentis ſumitur vnū ex
quo ſequitur impoſſibile, ſumitur enim ꝙ homo non ſit,
cōmittitur igitur fallacia quæ eſt non propter hoc accide
re falſum. Accidit enim falſum non ex hoc ꝙ grāmaticum
non ſit homo, hoc enim eſt poſſibile, etiam homine exi-
ſtente, quia poſſibile eſt grāmaticū non eſſe, ſed ex hoc ꝙ
homo non ſit. Ad tertiam quū dicitur, omne animal ra
tionale de neceſſitate eſt homo &c. dicitur a' quibuſdam
ꝙ non oportet ex maiori ſimpliciter neceſſaria, & mino P
re inexiſtente ſimpliciter ſequi concluſionē ſimpliciter ne-
ceſſariā, ſed ſufficit quod ſequatur ex ſuppoſitione neceſ-
ſaria, ſicut in conuerſiua ratiocinatione ſi conuerſa eſt ne-
ceſſaria ſimpliciter, non oportet eadem neceſſitate con-
uertentem eſſe neceſſariā, vt in illa, omnis homo eſt ani-
mal, aliquod animal eſt homo. Certe miranda ſunt di-
cta dictorū, præcipue quū dicant propoſitionē de ineſſe
ſimpliciter eſſe illā, quæ eſt de materia neceſſaria, ſi enim
ex tali miſtione ſequetur neceſſaria ex ſuppoſitione, quæ
rendū eſt ab eis, ex qua miſtione poterit ſequi ſimpliciter
neceſſaria. Ideo aliter dicitur ſequi concluſionē per acci-
dens neceſſariam, quoniam etiam minor eſt per accidens
neceſſaria, licet maior ſit ſimpliciter neceſſaria. Ad quar
tam dicunt quidā ꝙ illa maior eſt vera de definitione eſ-
ſentiali data per genus & differentiā hoc dictū manifeſte
contradicit Ariſto. primo Poſteriorū, nā propoſitiones ſe
cundi modi per ſe ſunt ſimpliciter neceſſarie, & tamen in Q
illis ponitur ſubiectū in definitione accidentis, licet non ſit
data per genus & differentiā. Iſta autē eſt huiuſmodi, grā
maticum eſt homo. Ideo dicitur ꝙ illa maior arguit pro-
poſitionē neceſſariam vno modo, ſcilicet ex parte habi-
tudinis ſubiecti ad prædicatū, quoniam ſubiectū in ſui ra-
tione includit prædicatum, ſed deficit alia conditio, ſcilicet
æternitas extremorum, vt ſupra dictū eſt. eſt ergo neceſſa
ria ſolū ex ſuppoſitione ſubiecti. Ad quintā dicitur, quic
quid aliqui dicant ꝙ eo modo quo conditionalis eſt neceſ
ſaria, etiam categorica ex illa trāsformata erit neceſſaria,
modo in quacunq; bona conditionali ſemper eſt neceſſi
tas conſequentiæ, ſed non conſequentis, nec antecedentis.
Et ideo re vera ex conditionali bona ſi transformatur ca
tegorica neceſſaria non erit neceſſaria niſi neceſſitate cō
ſurgente ex habitudine ſubiecti ad prædicatum. Si autem
antecedens & conſequens fuerit neceſſaria, tunc fiet cate-
gorica ſimpliciter neceſſaria, habens vtranq; neceſſitatē.

& ideo

A & ideo quia iſta conditionalis eſt ſolũ neceſſaria neceſſitate conſequentiæ, ſi grãmaticũ eſt, homo eſt. Iccirco etiã iſta eſt per accidens neceſſaria, omne grãmaticũ de neceſſitate eſt homo. Ad ſextam dicitur non eſſe mirũ ſequi concluſionẽ impoſſibilẽ, quoniã præmiſſæ ſunt incõpoſſibiles, ſcilicet iſtæ, poſſibile eſt aliquod grãmaticum non eſſe, & omne grãmaticũ eſt homo, vel aliter dicitur: illa eſſe contradictoria ſi vniformiter ſumantur, & ſi hæc eſt vera, de neceſſitate omne grãmaticũ eſt homo per accidens tamen, ſumendo grãmaticũ actu grãmaticũ. Illa eſt falſa poſſibile, eſt grãmaticũ nõ eſſe hominẽ, qui actu grãmaticũ impoſſibile eſt non eſſe hominẽ, non enim eſt vera, niſi quia ſubiectũ ſupponit pro eo quod eſt vel poteſt eſſe grãmaticũ, ex quo apparet ꝙ ſyllogiſmus peccat in forma. Ad vltimã negatur maior, quoniam deeſt altera conditio ad hoc ꝙ ſit ſimpliciter neceſſaria. ad probationem ex ſimilitudine propoſitionis per ſe ad neceſſariã dicitur B ꝙ propoſitiones ſecundi modi ſunt ſimpliciter neceſſariæ in quibus extrema ambo ſe mutuo ſibi determinant, vt ſupra dictũ eſt. Si autem aliqua ſit in quaſi ſubiectũ ſolũ ſibi determinat prædicatũ & non econtra, vt in propoſito, illa, nec ſimpliciter eſt per ſe, nec ſimpliciter neceſſaria. Et ſic patet quid dicendum ſit de hac propoſitione quomodo ſit neceſſaria, & alijs conſimilibus. igitur &c.

Declaratio digreſſionis Auerrois contra Galenum de quarta figura, & an quarta figura ſit aliquo pacto concedenda.

QVoniam Auerro. in fine trium figurarũ de ineſſe, digreditur contra Galenum de quarta figura, quã vt ei imponitur videtur ſenſiſſe. Et hæc digreſſio ab expoſitore noſtro breuiſſime tangitur, volui vt iunioribus ſatiſfacerem eã latius exponere, & declarare an quarta figura ſit C aliquo pacto concedenda, quũ tamen eam negauerit omnino Ariſtoteles, tres tantũ aſſerens eſſe figuras. Primo ergo oſtendit quo pacto imaginabilis ſit quarta figura, deinde poſito modo quẽ tantũ vnũ eſſe poſſibile eſt, vt dicit, oſtendit hunc non poſſe fieri niſi per ſyllogiſmũ innaturalem, ſuper quẽ non cadit cogitatio noſtra naturaliter. Secundo, hoc etiam dato, oſtendit abſurditatẽ maximam quæ ſequitur poſita huiuſmodi figura quarta. Primo ergo dicit ex his quæ ſupra dicta ſunt hucuſq;, facile oſtendi poſſe ꝙ figura quarta, de qua meminit Galenus, non eſt cũ ſyllogiſmo ſuper quẽ fertur cogitatio naturalis, & hoc eſſe verũ oſtendit hoc modo, ſi quæramus hoc quæſitũ, an a, ſit in g, hoc eſt prædicetur de g, & faciamus ad hoc quæſitũ hunc ſyllogiſmũ, a, eſt b, b, eſt g, his propoſitionibus conſtitutis ſumus inter duo, aut vt dimittamus quod primo quæſiuimus, & accipiamus quod ſequitur ex hac D cõpoſitione, ſcilicet hoc, g, eſt in a, id eſt g, prædicaẽ de a, videẽ enim ſequi a, eſt b, b, eſt g. ergo a, eſt g, recto inceſſu & naturali, & hoc eſt diuerſum ab eo quod quæſiuimus, eſt enim conuerſum eius, nã prius quærebatur, an a, ſit in g, aut cũ hac compoſitione intentio noſtra eſt velle ex ea inferre quæſitũ primũ, quod prius intendebamus. Volentes ꝙ illud quæſitũ taliter ſe habeat, vt ſubiectum in eo ſit ſubiectũ per naturã prædicatũ, prædicatũ per naturã. Et in hoc ſyllogiſmo nos ponimus medium terminũ prædicatum de prædicato quæſiti, & ſubiectũ ſubiecto quæſiti, ita quod hæc compoſitio eſt in quarta figura in ordine ad hoc determinatũ quæſitũ cuius ſubiectum eſt ſubiectũ, & prædicatũ prædicatũ per naturã, nam niſi hoc ponatur, ſcilicet ꝙ hæc figura hoc mõ ſit imaginabilis in ordine ad determinatũ quæſitũ, etiam poſitis & ita conſtitutis propoſitionibus vt videaẽ prædicari medius terminus de maiori, & ſubijci minori, non ob hoc eſſet hæc compoſitio quartæ figuræ, ſed primæ, ſiue ſuper quæſitum, ſiue ſuper conuerſum illius. Ex his apparet ſyllogiſmum hunc non concludere naturaliter. Si enim ſequitur illa a, eſt g, naturaliter, quoniã eſt ibi præmiſſarũ tranſpoſitio in prima figura, & apparet a, eſſe minorẽ extremitatẽ, g, vero maiorem, patet abſq; dubio ꝙ ſecunda concluſio non eſt naturalis ex illo ſyllogiſmo ita conſtituto. E Hoc ergo ſuppoſito quod quarta figura hoc modo ſit imaginabilis vt diximus & non aliter. Deducit abſurdũ maximũ quod ſequitur ex huiuſmodi conceſſione, & eſt vt medius terminus ſubijciatur ſubiecto quæſiti naturalis & prædicetur de prædicato eiuſdẽ. Sequitur enim vt idẽ de ſeipſo ſyllogizare probari & concludi poſſit, quod eſt maxime improbabile, nã ſicut non quæritur idẽ de ſeipſo, ita nec concludi poterit idem de ſeipſo per ſyllogiſmũ, quid enim immediatius eſt quã idem ſibiipſi? & quid per ſe notius quã idem de ſe ipſo prædicari? Hoc autẽ ſic deducit Auer. ſi naturaliter cõcludi poteſt ꝙ a, ſit in g, per hoc quod b, eſt in a, & g in b, quũ ipſum b, medium ſit ſubiectũ ipſi g, quod eſt ſubiectum quæſiti, & prædicatũ de ipſo a, quod eſt prædicatũ F eiuſdẽ, ſequitur per ſyllogiſmum ꝙ ipſum b, ex parte qua eſt prædicatum quæſiti, de ſeipſo prædicetur ex parte qua eſt ſubiectũ quæſiti, quũ idem a, ſit naturaliter prædicatũ de g, in concluſione, & licet hoc Auer. dicat de medio termino, & eſt deductio manifeſta. Poterat tamen hoc meo iudicio etiã de ipſomet maiori extremo dici cũ ordinem ſeruando quẽ ſupra diximus, nã ipſum maius extremũ primo ſubijcitur medio, de quo prædicatur extremũ minus, de quo extremo minori extremũ maius in concluſione prædicatur. igitur idem extremũ maius eſt prædicatum de ſeipſo vt ſubijcitur medio de quo minus extremũ prædicatur. Exemplũ patet in terminis notis, vt dicendo, homo eſt animal, animal eſt ſubſtantia, igitur ſubſtantia eſt homo, hic enim homo, eſt primũ ſubiectũ & vltimum prædicatũ. Hoc autem eſt maxime abominabile, ꝙ idem terminus naturaliter incedendo ſit primũ ſubiectũ & vltimũ prædicatũ. Poſſet & aliud abſurdũ deduci, ſcilicet ꝙ maius extremũ reſpectu eiuſdẽ minoris ſubijciatur G & prædicetur. Sed priuſquã vlterius progrediar adducere volo dicta quorundã recentiorũ qui vtranq; huius rationis Auerro. partẽ conantur infringere. Quantũ ad primã partẽ dicunt non eſſe id neceſſarium quod deducit Auerrois videlicet ſi acceperimus quod ſequitur ex illa cõpoſitione non habentes intentionẽ ad quæſitũ, tunc habebimus quod a. eſt g. non autẽ quod g. eſt a. quod erat quæſitũ, nam dicunt nullã eſſe regulã certã in quarta figura quæ regat nos in concludendo minorem de maiore.

Præterea, nihil prohibet nos concludere ex tali compoſitione quæſitũ vt quæſitũ, vt patet & per deductionẽ ad impoſſibile ſumpto eius contradictorio, & etiã per conuerſionẽ, altera propoſitione conuerſa ſcilicet illa a. eſt b. & manente maiore in tertia figura, hoc modo. b. eſt a. b. eſt g. ergo g. eſt a. Quod ſi Auer. dicat ſe hoc non admittere, quoniã debet fieri conuerſio ad primã, non ad tertiã, eodem modo non admittet conuerſionis aliarũ, ſcilicet ſecundæ & tertiæ, hoc modo fieri poſſe inter ſe priuſquã ad primã redeant, vt docet Ariſtoteles. Quantũ ad ſecundã partem rationis dicunt id quod Auerro. deducit non eſſe H inconueniens, nã id abſurdũ non eſt, quod nec in ſe falſum eſt nec cuiquã vero repugnat, quid enim eſt verius dicere quã homo eſt homo? Et hoc aperte conceſſit Ariſto. primo Poſteriorũ, quũ inquit, ex illa demonſtratione circulari ſequi vt idem de ſeipſo prædicetur & nihil aliud, quo conceſſo facile, eſſet omnia demonſtrare, nec hoc etiã eſſe poſſibile, niſi in terminis conuertibilibus. Quum ergo ratio iſta Auer. ita debilis eſt nondum apparet ex ea ſublata quarta figura. Sed hi profecto magno errore tenentur, non aduertentes quã friuolæ ſint hæ rationes & ex mala dictorũ Auerro. intelligentia procedentes. Non enim intelligit Auerro. ex primo dicto, quod poſitis illis propoſitionibus, & ita ordinatis, vt quartam figurã conſtituant, ſequaẽ quod a. eſt g. ſed ſi poſitis talibus propõnibus abſolute accipiamus id quod naturaliter ex tali cõpoſitione ſequitur, nulla habita intentione ad primũ quæſitum. tunc ſequitur quod a. eſt g. apud intellectum ex naturali aptitudine terminorũ diſcurrentẽ, & licet hæc compoſitio ſit via naturalis ad concludendum: verbi gratia. hoc quod diximus, ſcilicet a. eſt g. & licet quæſitum illud primum ſit quæſitum ſecundũ naturã, tamen ordinare ſyllogiſmũ ad illud,

I ita vt medium in eo ſit ſubiectū ſubiecto, & prædicatum de prædicato quæſiti, eſt ordinare ſyllogiſmū, non ſecundum ordinē naturalem ad tale quæſitū determinatū, ſtat enim vnū & idem quæſitū ſecundū vnū ordinem terminorum non naturaliter concludi, quod tamen ſecundum alium naturaliter cōcluderur vt patet in exemplo: Nullus equus eſt homo, omnis homo eſt animal, ergo aliquod animal non eſt equus, nā conuerſis propoſitionibus eadē concluſio erit naturalis, nullus homo eſt equus, aliquod animal eſt homo. ergo aliquod animal non eſt equus. Et quū dicitur nō haberi regulā certā in quarta figura quod minor concludatur de maiori: Dico non velle hoc Auer. ſed ꝙ ſequitur illa concluſio naturaliter, quæ tamen non ſequeretur ſi illa eſſet diſpoſitio quartæ figuræ, nā licet primum quæſitū ſit naturale, fit tamen innaturale quū concluditur ex ordinatione tali terminorū in quarta figura, ex quo patet quod cōuerſum illius naturalis ſequetur ex illa terminorū ordinatione. patet dicēdo ſic, omnis homo eſt animal, omne animal eſt ſubſtantia, ex his naturaliter ſequitur, omnis homo eſt ſubſtantia. Si tamen illi termini

K ſic ordinentur, vt medius ſubijciatur ſubiecto q̃ſiti et prædicetur de prædicato eiuſdem, tunc ſequitur hæc cōcluſio innaturaliter, aliqua ſubſtantia eſt homo. Ex quo patet ꝙ illud q̃ſitum quod ſupponebatur naturale, quāuis ſecundum ſe poſſit eſſe naturale vel in ordine ad alium ſyllogiſmum, ex quo poſſet naturaliter ſequi in ordine tamen ad hunc ſyllogiſmū in quarta figura conſtitutum, eſt non naturale, primū autē eſt naturale. Vult ergo Auerro. ꝙ in ordine ad ſyllogiſmū in quarta figura conſtitutū nō poſſit concludi quæſitū naturale, & dato ꝙ ſit naturale, fit innaturale. Ad aliud quū dicunt ex tali cōpoſitione poſſe concludi quæſitū vt q̃ſitum, ſalua pace, non recte dicunt, nā ſi ſupponitur quæſitū eſſe determinatū & naturale in ſe patet ꝙ ex tali terminorū diſpoſitione vt medius ſubijciatur ſubiecto quæſiti & prædicetur de prædicato, fit innaturale, nā illa diſpoſitio terminorū non eſt nata naturaliter abſq; cogitatione artificioſa talē concluſionē concludere, & quæ naturaliter ſequitur ex illa vt primæ figuræ diſpoſitione ſequitur, non vt quartæ. Nec ex deductione

L ad impoſſibile probari poteſt illā concluſionē naturaliter ſequi, licet probetur ꝙ ſequatur, & quū dicitur ex conuerſione maioris ad tertiā reducendo poſſe concludi q̃ſitum. Reſpondetur ꝙ ſicut conuerſio non fit in alijs figuris quū ad primā reducuntur, vt concluſio non naturalis, ſed vt imperfectus ſyllogiſmus fiat perfectus, nā omnes ſyllogiſmi omniū figurarū naturales cōcluſiones concludunt, ita ex hoc ꝙ talis ſyllogiſmus per reductionē ad tertiam concluderet illā concluſionē naturaliter, nō ſequitur quod in illa prima ordinatione quartæ figuræ naturaliter ſequatur, non enim eſt inuenta conuerſio vt naturalis cōcluſio innaturalis vel contra innaturalis naturalis fiat, ſed ꝓp cām dictā. Et ꝑterea Auerr. infra inquit cōuerſio qua vtitur Ariſtoteles in figuris eſt ad reducēdos ſyllogiſmos naturales nō vt inaturales fiant vt hi ꝑperā & inſulſe arguunt contra ipſum, ſed propter cauſam aſsignatā vt imperfecti fiant perfecti. Conuerſio autē qua Gal. vtebatur

M in reductione eſt ad reducendos ſyllogiſmos non naturales, vt patet in illo, nullus equus eſt homo, & omnis homo eſt animal. ergo aliquod animal non eſt equus, quum reducit ipſum ad primā per binas conuerſiones. Nam ex hoc ordine propoſitionū nulla poteſt ſequi prorſus concluſio naturalis, nā concluſio quæ naturaliter videretur ſequi eſſet, nullus equus eſt animal, & tunc ex veris propoſitionibus ſequeretur naturaliter falſa concluſio, quod eſt prorſus impoſſibile. Ad vltimū quando dicunt nō eſſe abominabile idē de ſeipſo prædicari, illud abſolute & ſine ſyllogiſmo verū eſt. Sed non vult hoc Auer. ſed ꝙ aliquid de ſeipſo per ſyllogiſmū concludi poſſit vt ſequitur ex poſitione quartæ figuræ, hoc eſt ſumme abominabile, nā quod eſt de aliquo ſyllogizabile, eſt etiam de eodē dubitabile. His declaratis ſubdit Auer. cauſam propter quā hæc ſequuntur abſurda quæ diximus, et dicit cauſam eſſe, quia hæc figura dato ꝙ ſit imaginabilis non ordinat ſyllogiſmū, ſicut cogitatio ordinatur per naturā ſuper quæſitum determinatū, imo cōponit ſyllogiſmū per quē concluditur quæſitū indeterminatū, ſuper quē non fertur naturaliter cogitatio, ſed ſi fertur, fertur cū artificio. Et oſtendit N

hoc ita eſſe, quoniā quarta figura non concludit quæſitū determinatū, niſi per conuerſionē. Aliqui hanc partem aliter, per binas conuerſiones legunt, & hoc apparet in exēplo iam dato, primo enim conuerſa maiore fit tertia figura. Deinde conuerſa minore fit prima vt dicendo a. eſt b. b. eſt g. ergo g. eſt a. ſi conuertatur maior fit tertia figura, b. eſt a. b. eſt g. ergo g. eſt a. Iterū ad primā reducitur minore conuerſa b. eſt a. g. eſt b. ergo g. eſt a. Sed dices idem remanet quæſitū. ergo ſi nunc eſt naturale, etiam prius erat naturale. Solutio patet ex his quæ ſupra dicta ſunt, nam q̃ſitum hoc in ordine ad illā compoſitionē eſt innaturale, quod tamē quo ad compoſitionē tertiæ & primæ eſt naturale. Quū enim propoſitiones ſumant denominationē a' q̃ſito naturale eſt vt minor illa dicatur in qua ponitur ſubiectū q̃ſiti, & illa maior in qua ꝑdicatū, non autē ecōtra. In naturale enim eſt id quod medio ſubijcitur & conſequenter minori extremo quod de eodē medio ꝑdicatur. O

Poſtea in concluſione de eodē minori ꝑdicari, non ſic autē eſt in prima, quoniā omnia ad ſitū naturalē reducuntur. Et ideo hac ipſa figura quarta nō cōcludit q̃ſitū determinatū, nec poteſt aliquo pacto concludere. Iccirco credendum eſt ſi Galenus poſuit hanc, non aliam ipſam crediderit quā oppoſitā primæ, & habere ſyllogiſmos illos quinque qui in prima indirecte & indeterminate concludunt, quos græci authore Theophraſto ἀνακλωμένους hoc eſt refractos vocauerunt. Et quia potuiſſet aliquis contra Auer. dicere ſi quarta reducitur ad primā per conuerſionē eo modo quo & tertia & ſecunda, quare eam cōſtare negandū eſt? Reſpondet ꝙ & ſi quarta vtatur conuerſione, non tamen eo modo quo ſecunda & tertia. Vtitur enim ad reducendū ſyllogiſmū innaturalē. ſecūda autē & tertia ad reducendū naturalē. Hic aliqui iterū contra Auerro. inſurgunt dicentes ipſum voluiſſe preferre conuerſionem de naturali ad non naturale, cōuerſioni de nō naturali ad naturale. Mirandū profecto eſt de dictis iſtorū quā turpiter labantur, cū credant conuerſionē ſecundæ & tertiæ fieri de naturali ad non naturale, quod abſurdiſſimū eſt. Nā P

remanet idem q̃ſitum, eadē maior extremitas, eadem minor, eadē propoſitionū denominatio, variato tantū medij ſitu, ſiue ordine, & ad perfectiorē reducto & naturalē magis quā prius erat. Hoc autem de quarta figura dicere minime poſſumus, vt ex ſupra dictis liquet. Subdit Auer. ꝙ de huiuſmodi ſyllogiſmis artificialibus noluit Ariſto. pertractare, quoniā ſculpentes ſunt hoc eſt imaginarij & fingentes quæſitū determinatū, cum tamen re vera non ſint conſimiles inuento, hoc eſt non concludant q̃ſitum naturale vt faciunt ſyllogiſmi naturales, & variant a' ſyllogiſmis naturalibus concludentibus q̃ſita naturalia. Et ſubdit cauſam, ꝙ ipſos dimiſit, quia ſunt quaſi infiniti, quoniam varias & innumeras cōcluſiones poſſunt concludere, vel quia, ſunt infiniti, id eſt indeterminati & indeterminate concludentes. Hic nōnulli Auerro. carpunt ꝙ velit generationē ſyllogiſmi incipere a' q̃ſito, & q̃ſitum Q

ipſum cogere ſyllogiſmū, quod tamen dicunt eſſe falſum quoniā ſyllogiſmus ſequitur nexū & complexionē terminorū & propoſitionū non id quod quærit homo, cum omnis quæſtio voluntaria ſit. Ex quo dicunt per accidēs eſſe ꝙ ſyllogiſmus non naturalis dicatur quū imperfecte concludit, aut ſi cōparatione habita ad q̃ſitum dicatur nō naturalis, nā idem ſyllogiſmus per ſe concludit & neceſſario vniuerſalē & eius conuerſam, ꝙ autē hoc ſit quæſitū vel aliud a' quæſtio accidit ei. Sed nos dicimus ꝙ & ſi verum ſit ꝙ Ariſto. dicit ſyllogiſmū rationē eſſe in qua quibuſdam poſitis neceſſe, eſt aliud quid euenire per ea quæ poſita ſunt nec id euitari poteſt quin ſequatur, inter ea tamen quæ ſequuntur eſt ordo, nam quædam ſunt quæ primo & principaliter ſequuntur eo ꝙ hæc ſint, & hæ ſunt concluſiones q̃ naturales dicuntur, & hi ſunt ſyllogiſmi primæ ı ſcilicet quatuor primi, quos græci ἀναποδείκτους vocant hoc eſt indemonſtrabiles, necnon ſyllogiſmi ſecūdæ & tertiæ ab Ariſtotele numerati vtiles & ſyllogiſticę

concludentes

A concludentes, quædã ſunt quæ ſecundario & minus principaliter, & hi ſunt ſyllogiſmi primæ indeterminate cõcludentes, quos, vt diximus, refractos vocant, quãuis duos ex his etiam ad alias figuras retulerit Ariſto. & hæc licet ex ordine ſyllogiſtico ſequantur, non tamen ex illo præciſe, ſed ex artificio intellectus. Idcirco non naturaliter, ſed artificioſe dicuntur ſequi. Quod autem dicunt hi generationẽ ſyllogiſmi non incipere a' quæſito, ita vt q̃ſitũ non cogat ſyllogiſmũ falſiſſimũ eſt, nec hoc repugnat ei quod ſupra diximus. Immo dicimus nos de mente Alexan. in. 1. Priorũ ꝙ nullus qui ſyllogizat caſu ſyllogizat, nã vnde poterit haberi maior & minor in ſyllogiſmo niſi ex ipſo quæſito? ergo neceſſe eſt eum qui ſyllogizare intendit p̃figere ſibi q̃ſitũ, & in ordine ad extrema illa mediũ ordinate. Quapropter Alexander contra Herminũ in ſecunda figura dixit non poſſe certe diſtingui maius & minus extremũ in ſyllogiſmo, niſi in ordine ad q̃ſitũ, in quo ſunt
B certa & cõſtituta, in prima quoq; figura, quãuis propter naturalem medij diſpoſitionẽ inter illa poſſint aliqualiter cognoſci, certius tamen cognoſcuntur in ordine ad q̃ſitũ. Et hoc expreſſit Auer. ſæpius in libri Priorũ expoſitione. Quod etiam ex ipſo quæſito cogatur ſyllogiſmus & dirigatur, apparet de mente Ariſt. in toto ſecũdo tractatu. 1. Priorũ, in quo de facultate ſyllogizandi pertractat, quũ ſubiectũ & prædicatũ determinatũ in quæſito ſibi præfixerit. f. e. & a. patet igitur quã imbecillia ſint quæ ab his contra Auer. iniuſte deducuntur. Abſoluti a' primo aggrediamur ſecundũ & videamus an ſit aliquo pacto concedenda figura quarta, & an de ea Ariſto. alicubi meminerit, in prioribus analyticis Auerr. viſus eſt illã cõcedere, ſed artificialẽ eo modo quo diximus non naturalẽ. de hoc enim Galenũ improbat dicens, figuras tres quas Ariſto. poſuit eſſe naturales. De modis autẽ ſyllogiſmorũ artificialium noluiſſe ipſum pertractare, quũ ſint infiniti. Alij vero figurã quartã hoc pacto conſtituerunt, primã ſcilicet
C eſſe, quãdo maior extremitas prædicatur de medio & idẽ medium de minori, quartã vero quando prædicatũ maioris eſt ſubiectũ minoris, vt in exẽplo. prima eſt, omne animal eſt ſubſtãtia, omnis homo eſt animal. quarta, omnis homo eſt animal: ſed animal eſt ſubſtantia, & hi dixerũt tali modo dari figurã quartã perfectiorẽ quã ſecunda & tertia, imo aliqui perfectiorẽ quã prima, quoniã ſecundũ eundẽ ordinẽ ſignificatur eſſe minoris in medio quo eſſe medij in maiori, ſcilicet prædicati. Nonnulli vero rectius putantes quartã figurã non dari dixerunt primã eſſe figuram quando ſubiectũ in vna præmiſſarũ eſt prædicatum in altera, ſiue illa maior ſit, ſiue minor, ſed ij ſecundo loco dicti non admittentes quartã figurã recte dicunt, primam tamen figurã male deſcribunt, ſi eam intelligunt vt verba eorũ prætendunt, dicere enim ꝙ ſufficiat, ſiue maior ſit, ſiue minor, quod eſt ſubiectũ in vna eſſe in altera prædicatum indifferenter, falſo dicitur, nã ſemper maior in prima figura intelligitur in qua medium ſubijcitur, minor vero
D de qua prædicatur. Sed forte voluerunt dicere, ſiue primo ſiue ſecundo ponatur loco, prima figura eſt quũ prædicatum in vna in altera ſubijcitur, quomodocunq; locentur, ſiue enim dixero, omnis homo animal, omne animal ſubſtantia, ſiue econtra, omne animal ſubſtantia, omnis homo animal ſemp̱ prima figura eſt. Et ad hoc fortaſſe Philoſophus reſpiciens negauit figurã quartã, quũ enim extremitates iſte cũ medio naturaliter ſe habeant, vt extremus ſit in toto medio, & medius i toto primo, quomodocunque propoſitiones locentur, ſemper eſt prima figura, nõ enim maior eſt quia primo loco ſtatuatur, nec minor, quia ſecundo, ſed maior eſt, quia medius eſt in toto primo & minor, quia extremus eſt in toto medio, imo perfectius locantur ſi a' minori incipiamus, recto ordine incedentes, aſcendendo a' minori ad medium, & a' medio ad maius extremũ, quẽ ordinẽ notauit Ariſto. quũ dixit, quũ igitur tres termini ita ſe habeant, vt poſtremus in toto ſit medio & medius in toto primo, neceſſe eſt extremitatum fieri ſyllogiſmũ perfectũ. Et hunc ordinẽ tam græci quã arabes ſemper ſyllogizando ſequuntur, vt eſt ex eorum ſcriptis luce clarius intueri, ex quo ſequitur primos longe deterius dixiſſe aſſerẽtes hunc terminorũ ordinem E
eſſe quartæ figuræ deſtinatũ, quaſi hoc ſit naturæ decretũ, vt maior propoſitio cenſenda ſit, quæ primo loco ponitur, minor vero quæ ſecundo. quũ tamen, vt ſupra diximus, id falſiſſimũ ſit. Ex quo in aliud abſurdius lapſi ſunt dicentes ſyllogiſmũ hunc, omnis homo eſt animal, omne animal eſt ſubſtantia. ergo omnis homo eſt ſubſtantia, eſſe ſyllogiſmũ quartæ figuræ indirecte concludentẽ minorem de maiore. Sed hoc profecto nihil ſapit peripateticum, ſed præciſe ſophiſticũ & chimericũ figmentũ. quid enim abſurdius dici poſſet quã prædicationẽ hanc indirectam eſſe quæ naturaliſſima eſt? quũ enim priuatio omnis in ordine ad habitũ iudicanda ſit, ſi hæc indirecta fuerit, hæc erit directa cenſenda, aliqua ſubſtantia eſt homo, F
quũ tamen eiuſmodi prædicationes in quibus inferius de ſuperiori prædicatur, & ſubiectũ de accidente quæq; contra naturæ ordinẽ ab intellectu finguntur ab Ariſto. 1. poſteriorũ. non naturales ac per accidens appellatæ ſint. Rectius dixiſſent ex illo ſyllogiſmo concluſionẽ hanc indirectam propter eũ terminorũ ordinẽ ſequi poſſe, aliqua ſubſtantia eſt homo, quæ concluſio indirecta eſt, quo ad naturalẽ terminorũ ordinem, & quo ad primã figurã, cuius quarta ſi aliquo pacto poſſibilis ſit, priuatio dici debet. Illam vero directã, omnis homo eſt ſubſtãtia, quũ in prima ex naturali ordine terminorũ ſequatur, & illa potuiſſet etiã directa dici, quũ in ea maior de minori fuiſſet prædicata, & rectius fuiſſet ſyllogiſmus quartæ illo modo cõcludens ex tali terminorũ ordine ab intellectu confictọ. Licet re vera naturæ ordinẽ ſequentes habita primæ ratione cuius quarta illa priuatio ipſam indirectã dicere debeamus. Niſi velint ij ſe excuſantes dicere ꝙ ſyllogiſmus ſit purũ intellectus figmentũ, opinioniſq; noſtræ eſſe, quouis G
modo maluerimus extrema & medium in ipſo ſtatuere, quod tamen in philoſophia peripatetica ſummopere incõueniens eſſe putandũ eſt. Quod conſiderans Theophraſtus præceptorem imitatus voluit potius modos illos de quibus ſupra diximus aſſerere eſſe ſyllogiſmos primæ, indirecte tamen cõcludentes & refractos, quã aliã ſtatuiſſe figurã, in qua eiuſmodi concluſiones naturales & naturaliter ſequerẽtur, quũ illud impoſſibile eſſe iudicaſſet. Quapropter merito concluditur falſiſſimũ etiam ꝙ ij aſſeruerunt dicentes figurã quartã eſſe prima perfectiorem, quoniam ſecũdũ eundẽ ordinem minor eſt in medio, quo in maiori medium, quũ minor ideo minor vocetur, quia ſubijcitur tam medio quã maiori, & ideo perfectius eſt, vt quũ dicimus, homo eſt animal, animal eſt ſubſtantia, homo habeat rationẽ minoris vt ſit rectus aſcenſus a' minori ad mediũ & a' medio ad maius. Semper enim naturalis inceſſus non naturali perfectior eſt, non igitur dari poteſt quarta figura. Hoc autẽ veriſſimũ eſſe, quãuis rationibus Auer. & alijs ſupra dictis euidentiſſime conſtet, poteſt tamen & alijs quibuſdã cõprobari. Si enim daretur figura
quarta quæ eſſet oppoſita primæ, poſſet vtiq; dari & quinta quæ eſſet oppoſita ſecundæ, & ſexta quæ eſſet oppoſita tertiæ, & ita non tantum quatuor, ſed ſex eſſent figuræ, H
conſequens impoſſibile & a' nullis conceſſum. conſequẽtia deducitur, quoniã vnicuiq; quod ſe habet vt habitus poteſt dari oppoſita priuatio, quũ igitur ſecũda & tertia figura ſint naturales, naturales concluſiones cõcludentes, ſeque vt habitus habeant poterit dari innaturalis cuilibet earum oppoſita concluſionẽ in illa indirecte concludens, quæ ſe habeat vt priuatio, quũ ergo iſte ponende nõ ſint nec illa, ſed debet dici prima indeterminate concludens. Et hoc forte animaduertens Ariſto. quũ meminit de modis his indirectis in prima dixit illos poſſe fieri in omnibus figuris, & in ſecundo quũ meminit de illis tribus qui conuerſas concludunt. Idem dixit, quod tamen retulit ad poteſtatẽ ſyllogiſticam. Præterea, figura illa eſt impoſſibilis in qua quod de omnibus alijs terminis in propoſitionibus prædicatur neceſſe eſt in concluſione ſubijci, figura quarta huiuſmodi eſt. maior eſt nota, nam hoc terũ naturam deſtruit, minor etiam eſt nota, diſpoſitis in quarta figura terminis. nã minor quæ de medio prædicatur, quod medium etiam de maiori p̃dicatur, poſtea in concluſione

Q Nũ ex Ariſto. ſnia detur aliquo mõ quarta figura.

I maiori ſubijcitur. hæc autem abſurda ſunt. Præterea, &
tertio, nulla poterit reperiri figura mathematica huic ordi
ni deſeruiens, nā ex parte qua ſubijcitur maiori eſt extra
extremitates ex uno latere, ex parte autē qua ꝑdicatur de
minori eſt extra ex altero latere. ergo idem terminus me
dius reſpectu earundē duarū extremitatum ꝑdicabitur &
ſubijcietur, & faciet potius duas figuras, ſecundam & ter
tiam, vt patet, non autē vnā. Et idē terminus medius bis
regulariter, non autē ſecundū rationē vt ſolet fieri in pri
ma, collocabitur ex latere duarū extremitatū, ſcilicet infra
b, & ſupra a, in recta linea. Dices forte, cōſtituam figurā
oppoſitā primæ, & mediū ponā in medio, incipiendo a'
maiori extremitate quæ ſubijcitur medio, quod medium
poſtea ſubijcitur minori, oppoſito modo primæ, quæ in
cipit a' minori & aſcendit ad mediū a' quo ad maius fit
aſcēſus, ſed ſi hoc pacto figuretur quū quicquid ꝑdicatur
de prædicato, ꝑdicetur & de ſubiecto conueniens erit, vt
c, quod ꝑdicatur de medio prædicetur etiam de a, quod ſu
bijcitur medio in concluſione, & ita in hac figura nunquam
K concludetur maior de minori, ſed ſemper econtra, quare
figura iſta penitus erit inutilis. igitur nulla. ſi autē maior
ꝑdicetur de minori, fiet retroceſſus qui contra naturā eſt.

Ex his igitur patet figurā hanc nullā eſſe oīno, niſi illā
fictitiā prorſus & arbitrariā ſtatuamus. An autē de huiuſ
modi terminorū habitudine quā hi ad quartā figurā refe
runt alicubi meminerit Ariſto. dicimus vtique ipſum memi
niſſe in prioribus, ſcilicet analyticis tract. ſecundo de facul
tate ſyllogizandi. Quā tñ habitudinē noluit ipſe in quartā
referre, vt hi fecerunt, qui ſe plura autumant potuiſſe ſcire
in logicis quā Ariſto. ipſe ſciuerit, quod profecto non niſi
temeritati ac eorū ſtultitiæ eſt aſcribendū. Hæc ſunt verba
Philoſophi adducētis hanc habitudinē terminorū, in qua
idem eſſet quod ſequitur ad ꝑdicatū, et quod antecedit ad
ſubiectū, hoc eſt quod de maiori ꝑdicatur, & minori ſu-
bijcitur. Si autē ei quod eſt g. ſit b. idē conuerſus erit ſyllo
giſmus, nā g. ineſt a. omni, nā b. ei quod eſt a. e. autem ei
quod eſt b. idē enim erat b. ei quod eſt g. a. autem ei quod
eſt e. omni, non neceſſariū eſt ineſſe, alicui autē neceſſariū,
eo ꝙ cōuertatur Vniuerſale ꝑdicatiuū in particulare. Hæc
L Ariſto. In quibus eſt aduertendū Ariſto. non dixiſſe fie
ri ſyllogiſmū maioris extremitatis ad minorē in quarta,
vt iſti ſomniant, ſed fieri conuerſum ſyllogiſmū in prima
concludentē minorem de maiori, ex illa habitudine termi
norū in qua quod ꝑdicatur de ꝑdicato eſt idē cū eo quod
ſubijcitur ſubiecto & quia intentio non erat cōcludere e.
de a. ſed a. de e. dicit, qm̄ vniuerſalis affirmatiua non con
uertitur niſi in particularē, conuertetur illa, omne a. eſt e.
in illam aliquod e. eſt a. fit autē ſyllogiſmus hoc modo, oē
a. eſt g. b; oē g b eſt e: ergo oē a. eſt e. quod autē oē a. ſit g
b. patet. quia g. eſt idē cum b. oē autē a. eſt b. ſimiliter ꝙ oē
g b. ſit e. patet. q̄a g. antecedit ad e & g. eſt idē cū b. Si autē
voluiſſet Philoſophus diſpoſitionē illā medij termini cū
extremitatibus in quartā figurā deſtinari dixiſſet conclu-
M ſionē illā, aliquod e. eſt a. poſſe īmediate concludi abſque
eo ꝙ plus feciſſet ſyllogiſmū in prima per cuius cōcluſio-
nis conuerſionē, poſtea concluderetur aliquod e. eſt a. Di-
xit autē Philoſophus conuerſum fieri ſyllogiſmū, vel vt
inquit Philoponus, quia conuertitur cōcluſio vniuerſalis
in particularē, vel melius vt Alexander, qm̄ non fit oſten
ſio de eo quod principaliter intendimus, ſcilicet ipſius a.
prædicati de e. ſubiecto, ſed conuerſo modo, ipſius e. de a.
Ex quibus oībus merito concludere poſſumus figuram
hāc quartā ab Ariſtotele oīno exploſam ac reiectā fuiſſe.

In capitul. de ſyllogiſmis conſtitutis ex ambabus de neceſſario.

QVum dicat Ariſto. ſyllogiſmos ex am-
babus de neceſſario eodē modo conſti-
tui & formari quo & qui ex ambabus
inexiſtentibus, quoniā & principia eadē
ſunt, nam & dictū de omni, ſimiliter dici
tur in vtriſque, & propoſitiones eodē mo
do conuertuntur exponens Auer. verba
hæc dicit. Intētio dicti de omni, in ambabus eſt vt ſit, aut N
dictū cum affirmatione aut negatione de omni, eo quod
eſt in actu, & æqualiter, ſiue ſit illud quod eſt in actu in-
uentū cum additione conditionis neceſſitatis, aut præter
additionē illius, ſed conditio dicti de omni, quæ fit in ma-
teria poſſibili diuerſificatur a' conditione dicti de omni,
facta in his duabus materijs. In quibus dictis videtur me
rito reprehendi Auerro. a' nōnullis, nā quū diuerſæ ſint ſpe
cies & formæ propoſitionū ex quibus diuerſi quoque ſecū
dum formā ſyllogiſmi conſtituuntur & perfecti, nā aliæ
ſunt inexiſtentes, aliæ neceſſariæ, aliæ contingentes, meri-
to vt ex harū vnaquaque ſyllogiſmus perfectus in prima
figura conſtituatur, quælibet harū ſpecierū, ſuū dictum de
omni ſuo generi correſpondens habere debet. vt in abſo
lutis dictū de oī ſit, quū nihil eſt ſumere ſub ſubiecto exi-
ſtens tantū de quo non dicatur prædicatum. In neceſſarijs
vero quando nihil eſt ſumere de neceſſitate exiſtens ſub
ſubiecto quin de illo de neceſſitate prædicatum dicatur. in
contingentibus quando nihil eſt ſumere quod ſit contin-
genter ſub ſubiecto quin de illo dicatur prædicatū contin O
genter, hoc eſt quod voluit Ariſtoteles ꝙ prædicatio de
omni ſua vnicuique generi ſimilis aſſignatur. Si autem ita
dicamus, vt dicit Auer. dictū de omni tam in abſolutis q̄
in neceſſarijs extendi ad ea quæ actu ſunt, ſiue ſint cū ad-
ditione neceſſitatis, ſiue ſine additione illius, non aſſigna
bimus prædicationē de omni in his ſimplicē ſed miſtam,
hoc autē valde abſurdū eſſet. Præterea. & illud abſur-
dius ſequitur ꝙ non ſolū ſi maior ſit neceſſaria & minor
de ineſſe tenebit ſyllogiſmū per dictū de omni, ſed etiam
ſi maior econtra ſit de ineſſe & minor neceſſaria, quod ta
men omnes negant. Et hoc eſſe verū affirmant probatio
nes quas adducit Ariſto. ad oſtendendū quod ſequatur cō
cluſio de ineſſe, non autem neceſſaria, ſi enim per dictum
de omni ratio cōcluderet, fruſtra Ariſtoteles conatus fuiſ-
ſet ad id probandum. Sed hi male accipientes dicta &
Ariſtotelis & Auer. valde hallucinantur, nā quod dicunt
prædicationē de omni ſimilē ſuā cuique propoſitionū ge
neri correſpondere verū eſt, eo ſcilicet modo intelligendo
quo & propoſitiones ſecundū naturā ſuam ſe habent, & P
quia ſyllogiſmi ſimplices ſiūt ex ambabus inexiſtētibus,
vel ex ambabus neceſſarijs, vel ex ambabus contingen-
tibus, iccirco his correſpondet prædicatio de omni vnifor
mis, maxime inexiſtentibus & neceſſarijs, ſed de poſſibi
libus, alia ratio eſt. nā Philoſophus capitulo de cōtingenti
volens declarare quo pacto ſe habet dictū de omni in cō
tingentibus dixit. Hanc propoſitionē, contingit omne b.
eſſe a. duo ſignificare vel quod contingit eſſe b. continge
re eſſe a. vel quod eſt actu b. cōtingere eſſe a. Primus mo
dus competit vniformibus de contingenti. Secundus mi-
ſtis ex contingenti cum ineſſe & neceſſario. Iccirco dixit
Philoſophus dictū de omni in neceſſarijs ſimili modo ſe
habere quo & in inexiſtētibus, non autē in poſſibilibus,
nā in his prædicatio de omni extenditur tam ad illa quæ
actu ſunt ſub ſubiecto quā ad ea quæ in potentia ſunt, in
neceſſarijs autē & inexiſtētibus ſolū ad ea quæ actu ſunt
ſub ſubiecto, ſiue cum modo neceſſitatis, ſiue abſque illo, Q
hunc quidē modū non ſubdiſtinxit Philoſophus, quēad-
modū in poſſibilibus diſtinxit, quoniā in hoc nō erat tan
ta differētia, quū extendatur ſolū ad ea quæ actu ſub ſub
iecto continentur. Auerro. autē voluit ſubdiſtinguere, vt
diſtingueret etiam diuerſum modū accipiēdi dictū de om
ni in ſyllogiſmis ex ambabus de ineſſe & de neceſſario,
& in miſtis ex vtriſque, quū ergo ſub diſiunctione loqua-
tur, non accipit vtrunque modum ſimul, ſed ſeorſum, nunc
vnum, nunc alterū ſecundū diuerſitatem ſyllogiſmorū in
ſyllogiſmis ſimplicibus de neceſſario, dictū de omni in-
erit, vt nihil ſumatur neceſſario exiſtēs ſub ſubiecto quin
de illo de neceſſitate prædicatū dicatur. In miſtis vero ex
neceſſario & ineſſe vt nihil ſit ſumere actu exiſtens ſub
ſubiecto ſine modo neceſſitatis quin de illo prædicatum
neceſſaria dicatur. In ſimplicibus vero de ineſſe dictū de
omni erit quando nihil erit ſumere actu exiſtens ſub ſub-
iecto ſine modo neceſſitatis quin de illo dicatur prædica
tum tantū ineſſe ſine modo neceſſitatis. In miſtis vero ex

in exiſtente

A in exiſtente et neceſſario, vt nihil ſit ſumere neceſſario exiſtens ſub ſubiecto quin illi dicatur prædicatum ineſſe ſine modo neceſſitatis. In his tamē ſemper id eſt memoria ſeruandum concluſionē ſemper quo ad modū ſequi propoſitionē maiorem, quoniā modi ſunt conditiones prædicatorū, non autē ſubiectorū. Et quū prædicatū concluſionis ſit in maiori, ſubiectū vero in minori. Iccirco neceſſarium eſt concluſionē ipſam ſequi maiorem quo ad modū ſuū, qui tamen modus eſt conditio ſuperaddita dicto de omni quēadmodum affirmatiuū, & negatiuū in maiori, hoc tamen infra clarius aperietur & demonſtrabitur. Ex his ſoluo rationes iſtorum. Ad primā dicitur, quod illa ratio verū concluderet ſi ambo illa copulatiue requirerētur ad dictum de omni de mente Auer. ſed hoc eſt falſum vt diximus. Ad ſecundā dici, quod ſyllogiſmus ex maiori de ineſſe & minori neceſſaria concludit concluſionem de ineſſe per dictū de omni, tenēdo dictū de omni ſub diſiun-
B ctione, vt declarauimus. Et quū dicitur cur Ariſto. laborauit tribus probationibus probans ſequi concluſionem de ineſſe ſi ſequitur per dictū de omni, omnis enim cōcluſio, quæ per illud principium, ſequitur eſt manifeſtiſſima. Cur etiam addidit probationē ad minorē de ineſſe, maiori exiſtente neceſſaria, dicēs, nam c. ſub b. eſt, vt probaret ſequi cōcluſionē neceſſariā, ſi ſequitur per dictū de omni. Dico primo Ariſtotelē ad illud conatū fuiſſe, quoniā valde dubium erat, an poſſet ſequi concluſio neceſſaria, quū prius dixerat in tali miſtione ſequi neceſſariā, non quia ignoraret. aut nollet ſequi concluſionē inexiſtentē per dictum de omni, imo propter hoc voluit oſtendere non ſequi neceſſariam, quoniam minor maiorē coarctare non poteſt, ſed econtra, maior minorē. Dico ſecundo Ariſtotelē non ad-
C didiſſe probationē ad minorē quādo maior eſt neceſſaria niſi vt oſtenderet illā concludere concluſionem neceſſariā per dictū de omni, dicens c. eſſe partē ipſius b. vt Alexander exponit. Sed diceret aliquis non īmerito cur ex tali miſtione ſequitur qñq; neceſſaria, ſi tenet per dictum de omni ad concluſionē de ineſſe. Reſpondetur concluſionē illam ſequi gratia materiæ, non autē de forma, ſed nos loquimur in hoc libro de ſyllogiſmis concludentibus de forma, non autē propter materiā. Item, non ſequi talem concluſionē niſi variata maiori quo ad modū ſumēdi ipſum ineſſe, puta ſi ſumatur ineſſe ſimpliciter, dicēdo omne animal eſt ſubſtantia de neceſſitate, omnis homo eſt animal. ergo, de neceſſitate omnis homo eſt ſubſtantia. Sed talis cōcluſio non ſequitur de forma, vt cuilibet intuenti ſatis liquet. Poſſet tamen & aliter dictū Auer. exponi tanq̃ male ab his intellectū, cōditio dicti de omni in ambabus eſt vt ſit, aut dictū cum affirmatione ſi maior ſit affirma-
D tiua aut negatione ſi negatiua de omni eo qđ eſt in actu, & hoc eſt cōmune ambabus materiebus: ſcilicet inexiſtēti & neceſſariæ, & æqualiter, ſiue ſit cum additione conditionis neceſſitatis, vt in materia neceſſaria aut præter additionē illius, vt in materia de ineſſe, ita vt intelligatur illud dictū in vniformibus de ineſſe, & de neceſſario, non autē in miſtis, vt hi male intelligentes crediderunt. Singula enim ſingulis referendo & non vtraq; ad vtraq; nullū ſequitur abſurdū. De dicto autē de omni quod cōpetit miſtis, loquitur Auerro. in digreſſione quā facit in miſtis ex neceſſario & ineſſe, & de contingenti abunde.

Declaratio digreßionis Auerrois. quam facit in miſtione neceſſarij & ineſſe in prima figura, contra græcos.

QVum expoſitor noſter in miſtione neceſſarij & ineſſe in prima figura, quāuis opinionē Auerro. breuibus perſtringat, digreſſionē tamen quā idem facit contra Græcos non declaret, nos vt eam iuniores facilius intelligant duximus eſſe de ſe declarandam, & quæ in ea dubitationes acciderint ſoluendas pro viribus propoſuimus, & in hoc ſequemur tranſlationē nouā interpretis noſtri, quū apertior ſit & dilucidior. Poſt expoſitionē textus concludit Auer. ſnīam Ariſtotelis eſſe in hac ſpecie miſtionis vt modus concluſionis ſequatur modū propōnis maioris, ita q; E
ſi maior fuerit neceſſaria & concluſio erit neceſſaria, ſi inexiſtens, concluſio etiam inexiſtens. Hæc autē in expōne literæ ſunt declarata. Theophraſtus autem & Eudemus ex antiquis peripateticis, & Themiſtius inter poſteriores, dixerunt q; modus concluſionis ſequitur modū viliorem ex duobus. Vilior autē eſt abſoluta quā neceſſaria. cōcluſio ergo ſemper erit abſoluta & nunq̃ neceſſaria, & hæc poteſt poni prima ratio ipſorū. Quod autē concluſio ſemper ſequatur viliorem modū apparet inductiue, nā ſi vna propoſitionum fuerit particularis vel negatiua, concluſio quoq; particularis erit & negatiua. Deinde ponit ſecundā rationē & fortiorē, dicens, & potiſſimū cui innituntur, eſt F
hoc, id eſt ratio iſta. Omne illud in quo fuerit aliquid ſe habens vt totū et aliquid vt pars, ita ſe habebit, q; ſi aliquid vnū prædicatione aliqua prædicatum fuerit de toto, illud etiam prædicetur eadē prædicatione de parte: id eſt eodē modo, per prædicationē enim intelligit modū. Conſimiliter etiam ſi pars prædicetur de re aliqua cū aliquo modo, oportet vt totū prædicetur de re illa cum eodem modo. Quū igitur in omni ſyllogiſmo ſit aliquid vt totū & aliquid vt pars, ſi fuerit vna duarū propoſitionū abſoluta, & altera neceſſaria, tunc vel maior erit abſoluta et minor neceſſaria, vel econtra, ſi minor fuerit neceſſaria, erit in ea aliquid vt totū, & aliquid vt pars, & medius terminus ſe habebit vt totū & minor vt pars. Si igitur vt aliquid prædicatum fuerit de toto quod eſt terminus medius cum aliquo modo, neceſſe eſt vt illud cū eodem modo prædicetur de parte quæ eſt minor. Si autem maior fuerit neceſſaria, tunc etiam in illa erit aliquid vt pars quæ eſt terminus medius, & aliquid vt totum quod eſt maior. ſi ergo pars illa G
quæ eſt terminus medius prædicata fuerit cum aliquo modo de aliquo neceſſe eſt, & totū quod de illa parte prædicatur prædicetur cū eodem modo de illo, cū quo pars illa prius fuit prædicata, quōcunq; ergo ſit, ſemper concluſio ſequetur propoſitionē abſolutā. Pro huius rationis declaratione conſiderandum eſt, q; iſti volunt vt eis imponit Auer. totū & partem in ſyllogiſmo ſolū in propoſitione neceſſaria conſiderari, & quoniā in propoſitione vere neceſſaria prædicatū ſe habet vt totū, & ſubiectū vt pars, quū id ſit genus, hoc autē ſpecies. Et ideo pœnes totum et partem quæ reperiuntur in illa ſumendus eſt modus prædicationis in concluſionis. ſi ergo maior fuerit neceſſaria, tunc de ipſo toto nihil prædicabitur, et ipſum totū de alio ab ipſa parte non prædicabitur niſi mediante parte, ſumēda eſt. ergo ratio prædicationis totius ad illud tertium ab ipſa parte. eo igitur modo quo pars de illo prædicabitur, eodem & totum de illo prædicabitur, ſi ergo maior fuerit neceſſaria & minor inexiſtens, ſequetur concluſio modū partis, & ita erit inexiſtens & non neceſſaria. Si vero mi- H
nor fuerit neceſſaria & maior inexiſtens, tunc in ipſa minore erit totum & pars, ſi ergo maior prædicata fuerit cū modo inexiſtente de medio termino qui ſe habet vt totū cum eodem modo prædicabitur de minore in cōcluſione, quæ ſe habet vt pars. Totum igitur ſequitur conditionem partis quū ad illam neceſſario ſe habeat, ſi ipſa de aliquo alio prædicetur, & pars etiam ſequetur conditionem totius, quū ad illud neceſſario ſe habeat, ſi aliquid de ipſo toto fuerit prædicatum. Hoc mihi videtur huius rationis fundamentum. Et eſt meo iudicio ratio iſta, ea quā Græci enarratores de mente Theophraſti & Eudemi aliter expoſuerunt, & ſumitur ex neceſſarij & abſoluti inexiſtentis ratione, neceſſarium ſi quidem eſt quod omni, & ſemper ineſt & inſeparabile eſt. Inexiſtens vero quod eſt quidem in re, poteſt tamen ab ea ſeparari. ſi igitur b. ipſi c. non ineſt neceſſario, poteſt ab eo ſeparari, quòd ſi ſeparetur non inerit ipſi c. a. neceſſario, ſi enim vltimum ſeparatur ab ipſo medio, quū medium ſit ſummo coniunctū neceſſario, ſeparabitur & ab ipſo ſummo. igitur ſummū non prædicabitur de illo vltimo quod eſt c. neceſſario. ergo ſi minor inexiſtens fuerit non erit cōcluſio neceſſaria, eodem modo ſi maior ſit inexiſtens, & minor neceſſaria vt & ipſe fatetur Ariſto. quū minor ſit eſſentialiter medio

I coniuncta, ſi maior extremitas a medio remoueri poteſt,
remouebitur & ab vltimo, & non neceſſario prædicabi-
tur de illo. Si autem Ariſtoteles dicit c, eſſe partē ipſius b.
ſi ſit pars, ꝓpria & per ſe, non poterit ab illa mediū remo
ueri, et ita erit concluſio neceſſaria. ſi autem ita ſit pars vt
poſſit non eſſe pars, non erit concluſio neceſſaria. Hanc
tamen rationē ſubtilius deduxit Auer. & per aliud funda
mētum ita vt videatur eſſe ratio omnino diuerſa, licet in
radice ſit eadē. Hoc autē eſſe verū quod diximus Theo-
phraſti verba teſtantur ab Alexandro adducta hunc in
modū, nam ſi b. quidem ex neceſſitate ipſi ineſt c. a. vero
ipſi b. non ex neceſſitate, quod vero non ex neceſſitate in
eſt, quū ſeparari poſſit, manifeſtū ꝙ ſi ab ipſo b. ſeparetur
a. ab ipſo quoq; c. merito ſeparabitur. Quapropter nō ex
neceſſitate inerit per ea quæ poſita ſunt. Similiter quoque
ſi neceſſaria ſit maior, quoniā enim mediū non ex neceſ-
ſitate, poterit ſeparari. Hoc autem ſi ſeparetur, etiā ipſum
maius ſeparabitur, nā ſi quis ita acceperit de quo b. etiam
ipſum a. ex neceſſitate tanquā neceſſaria vtraſque accipit
K nā. niſi ſic acceperit, falſum eſt. Hæc Theophraſtus. Ar-
guit Auerr. contra fundamentū huius rationis de toto &
parte dicens, in illo ſermone eſſe manifeſtā confuſionem.
nā quod ipſi ſupponunt totū, & partem poſſe reperiri in
vtraq; propoſitione tam maiore quā minore, dicit ipſe
falſum eſſe, immo non reperiuntur illa niſi in loco illo in
quo eſt conditio vt ſit ſyllogiſmus, locus autē ille eſt pro-
poſitio minor, nam ſuper illam fit decurſus ſyllogiſticus,
quod autē in illa tantū reperiatur pars & totū declarat,
quia pars et totum dicunt affirmationē, pars enim dicitur
eſſe ſub toto & ſubingredi totū, & totū de ipſa prædicari
affirmatiue, quum ergo in prima figura in dicto de omni
ſit conditio, vt minor ſit affirmatiua, in ea tantū erit pars
& totū, maioris autē non eſt conditio niſi vt ſit vniuerſa
lis propter continentiam, nō tamen vt ſit affirmatiua, po
teſt enim eſſe etiam negatiua, eſt enim dictū de omni ſiue
nullo idem, quando nihil eſt ſumere ſubiecti, hoc eſt ſub
medio, & per hoc notatur affirmatiua vbiq;, quin de illo
affirmetur prædicatū vel remoueatur. Iccirco maior po-
teſt eſſe affirmatiua & negatiua modo ſit vniuerſalis. Ex
L hoc ſequitur ꝙ ſi totum & pars nō eſt niſi in minori pro
poſitione, non ſequetur concluſio conditionem minoris,
quoniā minor non prædicatur de altero, ſed ſequetur mo
dum & conditionem maioris extremitatis, quæ maior de
medio quod eſt totum quoddam prædicatur cum illo mo
do & per conſequens de parte illius totius cū eodem mo
do in concluſione prædicabitur, & hæc eſt, inquit ipſe, ve-
ritas Peripatetica. Hoc fundamento negato non procedit
ratio, nam apparet ex hoc ꝙ modus concluſionis ſequi-
tur modū propoſitionis maioris. Nā conſiderato toto &
parte ſolū in minore, etiā ipſi coguntur concedere modū
concluſionis ſequi modum maioris. Sed poſito ꝙ totum
& pars in vtraq; reperiantur non oportet ob hoc conce
dere ꝙ ſyllogiſmus iudicandus ſit ex modo totius & par
M tis in vtraque reperto, ſiue ſit maior neceſſaria, ſiue non,
vt ipſi dicunt, ſed modus concluſionis debet ſequi modū
maioris extremitatis, vt diximus, nā maior extremitas ad
minorem cōparata prædicatur de illa cum eo modo cum
quo prædicatur de toto, hoc eſt medio termino qui ſe ha-
bet vt pars reſpectu maioris, ſed reſpectu minoris vt to-
tum. Sed parcat mihi Auerro. non videtur ex hoc ſolu-
ta ratio neque quo ad primā, neque quo ad ſecundā for-
mationē, nā poſita maiore neceſſaria, prædicatū et ſubie-
ctum vniuntur vnione neceſſaria, iccirco non poteſt præ
dicatum prædicari, quū ſit totum alio modo quā pars, de
contento ſub illa, non poterit igitur ſequi cōcluſio neceſ-
ſaria, ſi minor ſit de ineſſe, niſi ſit de ineſſe ſimpliciter, hoc
eſt neceſſaria ſecundū materiam, quāuis nō ſit formaliter
neceſſaria. Sed hoc vtrum verum ſit, poſterius videbi
mus. Quicquid tamen ſit ratio difficilliſſima eſt, & ab
omnibus adducta, propter cuius ſolutionem varij in va
rias opiniones receſſerunt. Subdit Auer. Si totū & pars
conſiderentur in propoſitione maiore tantū, non autem
in minore vt ij videntur aſſerere, quū ponunt maiorem
neceſſariam, tunc non erit ſyllogiſmus niſi per accidens,
& ſubdit cauſam, quoniam non oportet vt minor cōpre N
hendatur ſub maiore in prædicatione, quū maior non ſit
vniuerſalis, hoc eſt quū actu non contineat minorē, hoc
autem ſit minore mediante. tunc enim eſt ſyllogiſmus per
accidens quū non ſunt poſitæ propoſitiones oēs propter
quas fit ſyllogiſmus, ſed oportet ſupplere minorem, vt ſe
habet enthymema ex maiore deducens concluſionem, vt
dicendo, omne animal eſt ſubſtantia, ex hac non ſequitur
hæc concluſio, omnis homo eſt ſubſtātia, niſi per accidēs,
quoniā oportet minorē ſubintelligere, maior enim tunc
non habet rationē totius niſi ſub ſumpta minore. hoc au-
tem dixit, vt notaret quod prius dixerat, magis conſide-
rari rationē totius & partis in minori propoſitione quā
in maiore, cuius ratio eſt, quia inferiora ſuperiora actu cō
tinent, ſuperiora autē inferiora non niſi potentia. Iccirco
magis eſt ſyllogiſmus per accidens dicēdo, omne animal
eſt ſubſtantia, ergo omnis homo ſubſtantia, quam ſi dica
mus, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſub-
ſtantia, derelicta maiore, ex hoc ſoluitur inſtātia qua mor
detur hic Auer. a' quibuſdā. Nam quāuis ſyllogiſmus col O
lectio ſit propoſitionū, in quo ſequitur concluſio propter
has, nihilominus decurſus ipſius ſyllogiſmi magis appa-
ret ex parte & toto in minori conſideratis, vt diximus. Et
aduerte ꝙ hæc omnia clariua dicuntur in tranſlatione no-
ua quā veteri, quoniā deſunt aliqua neceſſaria in illa quæ
addita ſunt in hac. Secunda ratione ſoluta, tranſit Auerro.
ad ſolutionē primæ dicens, & quod dubitarūt, vel aliter.
quod autē fecit eos errare eſt, hoc eſt, ipſi hanc opinionē
tenuerunt contra Ariſto. mori hac ratione ꝙ concluſio de
bet ſequi viliorem duorū modorū qui in propoſitionibus
reperiuntur, quēadmodū etiam ſi altera eſt negatiua, con
cluſio eſt negatiua. Reſpōdet falſum eſſe quod ſupponūt,
hoc eſt concluſionē fore negatiuā ſi altera propoſitio ne-
gatiua, quoniam negatiua ſit vilior affirmatiuā, ſequitur
enim qua negatiua, non qua vilior, quoniam fortior eſt
negatiua ad concludendum quā affirmatiua, licet ſine illa
non poſſit concludere, vt affirmatiua ſine negatiua. Syl-
logiſmus enim negatiuus concludit per dictum de nullo, P
quod eſt vt nihil ſit ſumere ſubiecti a' quo non remouea
tur prædicatū. Dictū ergo de nullo negatiuā concluſionē
colligit, quemadmodū dictū de omni, affirmatiuā, & da
to inquit ꝙ abſoluta ſit vilior, eſt tamen affirmatiua quū
ſit minor, non autem negatiua, & ideo non debet ſequi
concluſio abſoluta, qualē forte ſequi dicere cogeremur ſi
eſſet negatiua, quoniā concluſio ſequitur negatiua quan-
do altera propoſitionū eſt negatiua. Negat igitur Auerr.
ſimilitudinē quæ adducitur de qualitate & quantitate pro
poſitionū ad ipſos modos. nam hæc ſunt cōmunia omni-
bus ſyllogiſmis, propter dictū de omni & de nullo. quan
titas ergo concluſionis & qualitas ſequuntur viliorē par
tem, de modis autem hoc nō eſt neceſſariū. Accidit enim
quādoq; vt nulli propoſitionū concluſio ſimilis ſit quan
tum ad modos, vt patet in miſtione neceſſarij & contin-
gentis, maxime in negatiuis in quibus ſequitur concluſio
inexiſtens. Addit poſtea ſolutionem tertiæ rationis qua
ex parte terminorū aſtruebant illi non eſſe concluſionem Q
neceſſariam, ſic enim colligebant rationem, omne ambu
lans de neceſſitate mouetur. omnis homo eſt ambulans,
ergo omnis homo de neceſſitate mouetur, quæ cōcluſio
falſa eſt. igitur debet ſequi ſolum, ꝙ omnis homo moue-
tur. Reſpondet ipſe propoſitionē illā maiorē non eſſe ab
ſolute neceſſariam. & ideo quid mirū ſi concluſio etiam
ſequatur non abſolute neceſſaria: quod enim in propoſi-
tionibus ſeminatur, in concluſione eſt colligendū, ſi igitur
hæc propoſitio vera eſt, omne ambulans de neceſſitate
mouetur, nō in eo quod homo, ſed in eo quod ambulās,
ſi idem in concluſione ſumamus, erit cōcluſio neceſſaria,
ꝙ homo mouetur neceſſario in eo quod ambulans. Et
quaſi ex hac ſolutione innuit Auer. ꝙ ſi maior fuerit per
ſe neceſſaria, poſſit ſequi concluſio proprie & ſimplici-
ter neceſſaria, quod vtrum ſit verū, infra clarius dilucida-
bitur. Demum Auerro. transfert ſe ad excludendas opinio Opiniones tres falſas circa dictū de omni.
nes falſas circa dictū de omni, & ponit tres opiniones.
Circa primam. nota fuiſſe vnam opinionē (cuius tamen
fuerit

A fuerit hæc opinio non adducit Auer.) quæ rationem oẽm
dicti de omni in vnã quaſi formã colligebat, in omnibus
propoſitionibus, verbi gratia in propoſitionibus neceſſa
rijs, dictũ de omni eſt quũ prædicatur neceſſario ipſum a.
de omni diſpoſito per b. vel actu, vel neceſſario, vel poſ-
ſibiliter. Ex hoc fundamẽto hæc opinio dicebat ſi maior
eſt neceſſaria & minor abſoluta non ſequi concluſionem
neceſſariã, ſed abſolutã, quoniã in propoſitione illa neceſ-
ſaria non inuenitur dictũ de omni vniuerſale verũ, quod
aſſerit Ariſto. in hoc libro de quo prius diximus, & aduer
te ꝙ hæc pars in antiqua tranſlatione oppoſito modo le-
gitur & affirmatiue ꝙ ſequatur concluſio neceſſaria per
dictũ de omni. quũ tamen in principio ſermonis oppoſi-
tum dicat, ſcilicet abſolutã ſequi, nõ autẽ neceſſariã, debet
ergo legi negatiue, vt in noua legitur, dicit igitur Auerro.
non oportere addi tot conditiones dicto de omni. ſed ad-
B dere ſolũ conditiones per quas poſſit in omni materia ve
rificari, & maxime in propoſitionibus neceſſariis & in-
exiſtentibus, quoniã in poſſibilibus ſecus eſt. nulla enim
vtilitas eſt in additione tot conditionũ, non enim poſſunt
hæ conditiones oẽs verificari in omni materia, nã aliqua
propoſitio neceſſaria eſt vera ſolum pro his quæ in actu,
vt omne ambulans neceſſario mouetur, aliqua pro his quæ
in actu vel in potentia, vt omne motũ eſt corpus de ne-
ceſſitate, & idem dicendũ eſt de abſoluta, licet verius de
neceſſaria. erit ergo dictũ de omni in propoſitione neceſ-
ſaria & abſoluta quod in omni materia verũ eſt, vt a. di-
catur vel neceſſario vel abſolute de omni eo quod diſpo
nitur actu per ipſum b. iccirco Ariſto. in ſequentibus mi-
ſtionibus de poſſibili cũ neceſſaria, & inexiſtente inquit
ſyllogiſmos illos imperfectos fore qui maiorẽ habent ne
ceſſariam vel abſolutã & minorẽ poſſibilẽ, ꝙ ſi voluiſ-
ſet dictũ de omni in neceſſarijs & abſolutis eſſe verum,
etiam in his quæ contingenter continentur ſub b. dixiſſet
vtiq; ſyllogiſmos illos concludere per dictũ de omni &
C eſſe perfectos. Secunda opinio quam excludit etiam eſt
quã finxit Albumazar, quũ enim vidiſſet Ariſto. dicere ꝙ
in propoſitione poſſibili maiori eſt dictũ de omni reper-
tum in omni materia, nã quũ eſt maior poſſibilis quouis
modo ſub ſumpta minore ſemper ſequitur concluſio con
tingens, credidit hoc idem Ariſt. velle in omnibus propo-
ſitionum ſpeciebus. ſed hoc eſt falſum vt diximus, hoc au
tem totum Auerro. apertius & diffuſius declarat in tertia
digreſſione, infra capitul. decimotertio, quam etiam ex-
ponemus, non enim eſt vna intentio dicti de omni in
omnibus his propoſitionibus, imo longe diuerſæ, quo-
niam & propoſitiones non cõmunicant in vna intentio-
ne, & hoc ſupra notauit Ariſto. in cap. de ſyllogiſmis ne-
ceſſarijs. Differt autem hæc opinio a' præcedente, quoniã
illa diſiunctiue illas conditiones colligebat, hæc vero co-
pulatiue. Tertio refutat opinionem Alexandri quam
dicit fuiſſe vt dictum de omni ſit quũ a. prædicatur neceſ-
D ſario, aut inexiſtenter, aut poſſibiliter de omni quod eſt
actu b. ita ꝙ in omni materia minor ſumatur ſub medio
ſemper in actu & ſupponens pro his tantũ quæ actu con
tinentur ſub medio, quod dictum ſi verum ſit non poſſet
fieri ſyllogiſmus ex vniformibus de contingenti, ſed om
nis talis ſyllogiſmus eſſet miſtus ex contingenti & inexi-
ſtente vel neceſſaria, quod tamen abſurdiſſimum eſt, nos
tamen hoc ab Alexandro expreſſe non legimus. Vlti-
mo concludit Auerroes opinionẽ Ariſto. eſſe veriſſimã,
quod patet inducendo, nam ex concluſione aliarũ opinio
num ſequitur illud verũ quod Ariſtot. dicit. Et ex his etiã
ſoluetur dubitatio quæ accidit hominibus in miſtione poſ-
ſibilis cum inexiſtente et neceſſaria, de qua ſuo loco, Deo
dante, dicemus. Sed ſuper his omnibus ſententijs quæ cir
ca dictum de omni declarandũ inſudauerunt, mirandũ eſt
quoſdam recentiores Auerro. carpere non animaduerten-
tes dum Auerro. redarguunt ipſum quoque Ariſto. ab ip-
ſis redargui qui abſq; dubio in eadẽ eſt opinione. Dicunt
quippe Auer. non oſtendiſſe locum erroris contra has opi
niones, quũ enim tres ſint ſummæ ſimpliciſſimæ quæ de
omni prædicationes, & non plures, altera quũ a. abſolu-
te dicitur de ipſo b. & de omni abſolute contento ſub b.
altera quum dicitur de b. neceſſario & de omni neceſſario E
contento ſub b. tertia quũ dicitur poſſibiliter de b. & om
ni poſſibiliter contento ſub b. has inquã opiniones hæ &
Auerro. cum eis ignoraſſe videntur, & prædicationes de
omni tanquã miſcellas quaſdã conſtituiſſe, quæ quũ ab
alijs fidem ſuſcipiant, ipſæ ſyllogiſmorũ principia eſſe nõ
poſſunt. Nullum enim eſſe poteſt principium quod ſit cõ
mune neceſſario & abſoluto & contingenti, nedũ vt ſit
aptum fabricæ & generationi ſyllogiſmorum. Hæc ab
his adducuntur contra Auerr. ſed hi vt ſupra oſtendimus
magno errore tenentur. Iam enim oſtendimus ipſum po-
ſuiſſe tres illas acceptiones ſimpliciſſimas dicti de omni,
quas in generatione vniformi omniũ ſyllogiſmorũ pone
re neceſſarium eſt ſed quod non ſint ponendæ acceptio-
nes hæ quas miſcellas vocant, quæ ſint principia propria
ſyllogiſmorũ miſtorum, hoc eſt & græcos & Auerro. &
Ariſtote. plane ipſum ignorare, nam hi omnes fatentur in
quacunq; miſtione ſyllogiſmos eſſe quoſdam perfectos,
quoſdam imperfectos. Perfectos autem nulli dubium eſt
per dictum de omni tenere. Imperfectos vero, & per F
conuerſionem, & per deductionem ad impoſſibile. hoc
autem patet ex definitione perfecti & imperfecti ſyllogiſ
mi poſita primo capitulo huius libri. Quãuis igitur mi-
ſcellæ iſtæ non ita ſimplices ſint vt illæ primæ quæ deſer-
uiunt vniformibus, non ob hoc tamen negandæ ſunt eſſe
principia propria ſyllogiſmorũ miſtorum. Sed quod di
cunt nullũ eſſe principium cõmune his tribus recte dicũt,
nec hoc dicit Auerro. ſed alias potius in hoc opiniones re-
darguit, neceſſario tamen & abſoluto aliquid eſſe cõmu
ne eſſe concedendũ, quũ ambo in hoc conueniant quod
eſt actu eſſe. & hoc aperte conceſſit Ariſto. in libro de in-
terpretatione in materia propoſitionũ modalium, ipſum
quoq; poſſibile extendi & ad ea quæ potentia ſunt, ſiue
eſſe poſſunt, & ad ea quæ actu ſunt, ſiue neceſſaria, ſiue
inexiſtentia ſint, luce clarius oſtendit Ariſto. & loco alle- G
gato, & infra dum diſtinguit ſignificata propoſitionũ de
contingenti. Patet igitur quã iniuſte ſe contra Auer. exer-
ceant & Ariſto. Cæterum & ſi Auerro. contra græcorum
opiniones de hac miſtione inexiſtentis & neceſſarij diſſe-
ruerit oſtendens ex maiori de neceſſario cum minori de
ineſſe non ſequi concluſionẽ de ineſſe, ſed neceſſario, ſolu
tis eorũ rationibus, nondũ tamen patet ex his quæ in hac
digreſſione dicta ſunt, quomodo ſequatur hæc concluſio
de neceſſario in hac miſtione, nam cũ & neceſſarium &
inexiſtens multipliciter dicantur, dubiũ eſt de quo neceſſa
rio ſumatur maior & ſequatur concluſio. Item de quo in
exiſtente ſumatur minor. De his enim nondũ aliqua eſt fa
cta mẽtio. Et quãuis ab alijs in hac materia multa ſcripta
ſint & diſputata, non verebimur tamen & nos aliquid
dicere. Cuilibet enim etiam addendi aliquid locus relictus
eſt. Laborabimus & nos pro viribus ingenij, quanquam
exiguum ſit aliquid non ante excitatum, expromere. Sed
quoniam intentio noſtra potiſſimũ eſt non quæ Auerro.
tantũ ſenſerit, ſed quid Ariſto. declarare. Iccirco videndũ H
eſt primo quid ex manifeſto verborũ eius arguendũ ſit.
Demũ quid Auerro. ipſe de eo opinatus fuerit. Quantũ
ad primũ Theophraſtus & Eudemus quos Ariſto. inten
tionem calluiſſe pat eſt, cũ eius diſcipuli & auditores fue-
rint, dixerunt ipſum per propoſitionem neceſſariã veræ,
& proprie neceſſariam intellexiſſe, quæ & quo ad ſubie-
ctum & prædicatũ, & eorũ habitudinem neceſſariam ne
ceſſaria eſt Per propoſitionem de ineſſe etiam, illam quæ
& quo ad materiam & quo ad formã diſtinguitur a' ne
ceſſaria & contingente. Hæc vero eſt in qua prædicatum
actu ineſt ſubiecto, ita tamen ꝙ etiam poteſt non ineſſe,
per primum diſtinguitur a' contingenti quæ ſemper futu
rum reſpicit, per ſecundum a' neceſſaria. Nec hoc videtur
Ariſto. negaſſe, cum inquit, contingit enim tale eſſe b. cui
poſſibile eſt a. nulli ineſſe. vbi inquit Alexan. per hæc ip-
ſum oſtendere qualis ſit nobis propoſitio de ineſſe ſumen
da. Nec ex illis verbis Philoſophi putandum eſt vt aliqui
recentiores crediderunt ipſum voluiſſe diſtinguere ſeu in-
nuere diſtinctionem propoſitionis de ineſſe, ꝙ alia ſit ſim
pliciter ac proprie & per ſe de ineſſe, differens a' neceſſa-

I ria ſolum in additione modi, quales ſunt in quibus genus
de ſpecie prædicatur. Alia vero per accidens in qua termi
nus vnius prædicamenti de termino alterius prædicatur,
quæ ab aliis dicitur inexiſtens nunc vel ex ſuppoſitione,
ſed aliud voluit ſignificare Philoſophus,nã quoniã dixe-
rat,ex maiori de ineſſe & minori neceſſaria nõ ſequi con
cluſionẽ neceſſariam,hoc ipſum aſtruens dixit,ſi ſequatur
concluſio neceſſaria ſequitur falſum, nõ tamen impoſſi-
bile per primã vel tertiam figurã,ſic cõſtituo ſyllogiſmo
omne c.de neceſſitate eſt a.omne c.de neceſſitate eſt b.er-
go aliquod b.de neceſſitate eſt a. volẽs ergo oſtẽdere hoc
quod ſequitur eſſe falſum,non autẽ impoſſibile,dixit con-
tingit tale eſſe b.cui nulli cõtingit ineſſe a ac ſi diceret,hæc
propoſitio neceſſe eſt aliquod b.eſſe a. ſtat cũ hac , omne
b.eſt a.quæ prius ſumpta fuerat , nã cũ hac,omne corpus
K mouetur,ſtat iſta,neceſſe eſt aliquod corpus moueri, pu-
ta cœlũ ipſum,quia tamen cõtingit illam,omne b.eſt a.ta
lem ſumi,vt nulli b.inſit a,tunc apparet illam, aliquod b.
de neceſſitate eſt a.eſſe falſam, non tamen impoſſibilem,
quia non repugnat illi, omne b.eſt a. Exemplũ huius eſt,
omnis homo mouetur, nã hæc poteſt in illã mutari,nul-
lus homo mouetur,motus enim poteſt omni homini, po
teſt & nulli ineſſe. Ambæ autẽ hæ propoſitiones,ſiue pri-
ma,ſiue ſecunda ſunt de ineſſe vt à neceſſaria diſtinguun
tur,& ſecundũ formã & ſecundũ materiam, non ergo de
illa ſimpliciter & per ſe dicta Philoſophus meminit,vt hi
male autumant. Si ergo intentio Philoſophi eſt facere ſer-
monem de ſyllogiſmis miſtis ex ſpeciebus propoſitionũ
quæ ſupra diſtinctæ fuerunt inter ſe , hoc eſt ex neceſſaria
proprie dicta , & etiam de ineſſe,vt ab illa diſtinguitur,
manifeſtum eſt ꝙ nõ oportebat ipſum aliter diſtinguere,
nec neceſſariam, nec inexiſtentẽ propoſitionẽ , ſed dicere
quod ex his ita ſumptis ſequitur cõcluſio neceſſaria ſi ma
ior ſit neceſſaria , ſi autem de ineſſe, non ſequi neceſſariã.
Quod etiam ita Theophraſtus et Eudemus de Ariſto.ſen
L ſerint patet ex rationibus quas hi contra hanc opinionẽ
ſic intellectam adducunt, non enim procedunt rationes il
læ aliter,niſi ꝓpoſitione neceſſaria proprie neceſſaria ſum
pta,& de ineſſe quæ talis ſit vt prædicatũ poſſit à ſubie-
cto remoueri. Hunc etiam modum dicendi poſteriores
Græci quantũ ab his conſpicere poſſumus,in Ariſto.ſunt
ſectati,et rationibus illorum conati ſunt reſpondere hunc
modum ſequentes. Si autem adducatur in oppoſitũ dictũ
Philoſophi , cum inquit c.eſſe aliquid eorũ quæ b.in quo
videtur innuere c.eſſe partem eſſentialẽ contentã ſub b.di
citur illud dixiſſe Philoſophũ vt oſtenderet ſyllogiſmum
hunc concludere cõcluſionem neceſſariam per dictum de
omni,nullam nãq; aliam probationẽ ad illud adducit, &
hoc Alexander notauit, & eſt modus loquendi Philoſo-
pho aſſuetus ad oſtendendũ ſyllogiſmũ perfectũ & con-
cludentem per dictũ de omni, vt patet infra in ſecunda fi-
gura, cum per conuerſionẽ oſtendit concludi negatiuam
neceſſariam,in prima volens oſtendere ſyllogiſmũ tenere
per dictum de omni & eſſe perfectũ, inquit,nam c.ſub a.
M eſt,quod non dixerat prius in prima , verumtamen eſt ꝙ
verba hæc cõmunius dicta,teſte Alexandro imaginatio-
nem dixerunt ad credendum c. eſſe partem cõtentã ſub b.
eſſentialem, cum tamen non ita ſit. Si enim ita eſſet , non
fieret ſyllogiſmus perfectus niſi in prædicatis eſſentiali-
bus,quod certe per abſurdũ eſt. Nam & ſi teſte Simplicio
in ante prædicamentis dictũ de omni innitatur illi regulæ,
quando alterum de altero prædicatur, nihilominus latius
intelligitur dictum de omni quã regula illa, quæ ſolum te
net in prædicatis eſſentialibus , quanquã poſſemus etiam
Nota. dicere illam in omnibus prædicatis tenere,vbi nõ fiat va
riatio in ſignificatis terminorũ,et hoc modo poſſet etiam
ſyllogiſmo proficere,nã etiam vitiatur ſyllogiſmus varia
to ſignificato terminorũ , puto tamen Philoſophũ illam
tantũ in prædicatis eſſentialibus poſuiſſe,nã per ſubiectũ,
vt Simplicius inquit,intelligit ſubiectum eſſentiale. Sed
tunc eſt dubium ſi verba Philoſophi prima facie hũc mo
dum dicendi præſeferunt, quẽ & Theophraſtus & Eude-
mus deſtruxerunt,poſteriores vero tueri conati ſunt,quæ
nam concluſio neceſſaria ex harum propoſitionũ miſtio

ne ſequatur, ſimpliciter ne an ſecundũ quid ſeu per acci- N
dens neceſſaria. Philoponus hic dicit poſſe ſubſidium pro
Ariſto,excogitari,& eſt ꝙ concludatur concluſio ex ſup
poſitione neceſſaria,nõ autem ſimpliciter nec proprie ne-
ceſſaria. Hoc autem duplex neceſſarij ſignificatum nouit
Ariſto. in libro de interpretatione , dum loquitur de pro-
põnibus ſingularibus de futuro contingenti dicens , illas
eſſe indeterminate veras, neceſſarium autẽ ex ſuppoſitio
ne eſt, vel ex ſubiecti ſuppoſitione,vel prædicati. Exem-
plum primi,Socrates eſt animal,dum enim eſt Socra.ipſe
neceſſario eſt animal. Exemplũ ſecundi,Socra.ſedet,dum
enim ſeſſio in Socrate eſt ipſe non poteſt non ſedere, ſim
pliciter vero neceſſariũ quod nullo ſuppoſito eſt neceſſa-
rium,vt cœlũ moueri.inquit ergo ſi maior propoſitio ſit
ſimpliciter neceſſaria,minor autẽ inexiſtens , ſequitur con
cluſio ſuppoſitione neceſſaria,ſcilicet ſuppoſitione prædi-
cati,quouſq; enim a.prædicatũ fuerit in c.ſubiecto eouſq;
concluſio hæc erit neceſſaria,omne c.eſt a. Additq; hu-
ius opinionis Alexan.aphrodiſien.fuiſſe vna cum Soſige
ne eius pceptore, vt ipſe aſſerit in quodã libello de miſtio O
nibus ſeparatim edito in quo eiuſmodi qõnes oĩa pertra-
ctat. Propter cuius editionem Alexander ipſe in prima fi-
gura loquens de hac miſtionũ materia ſermonem longio
rem recuſat. Hic tamen tractatus ad nos non peruenit,ex
quo magnã certe iacturã paſſi ſumus. Hanc etiam opi
nionẽ fere ſequitur expoſitor noſter,quãuis quodãmodo
ab illa diſſentiat,vt ex eius ſermone licet videre. Meo ta
men iudicio grauiter errat Philoponus duabus de cauſis,
primo quia dicit concluſionem ſequi neceſſariam ex ſup
poſitione prædicati ſi maior ſit neceſſaria cũ minori de in
eſſe.nã quæcunq; propõ,quãuis cõtingens poteſt illo mo
do dici neceſſaria, & quæuis concluſio ex quibuſuis pro-
poſitionibus ſequens. Fruſtra ergo eſt ꝙ ad cõcluſionem
huiuſmodi concludendam ſupponatur maior neceſſaria.
Vnde ex his aperte videtur ignoraſſe quo pacto ex ſup
poſitione neceſſaria concluſio debeat ſequi in hac miſtio
ne,quod tñ Alexander optime declarauit in ſecunda figu
ra,dũ dicit quoſdã hac diſtinctione neceſſarij uoluiſſe opi P
nione Ariſtotelicæ opitulari. Dicunt.n.inquit ipſe , cũ ani
mal omni homini ineſt ex neceſſitate, & hõ omni moto
ſeu ambulanti ineſt tantũ, in prima figura fieri concluſio
nem non ſimpliciter neceſſariã,ſed cũ determinatione,ani
mal enim omni moto,aut ambulanti ineſt ex neceſſitate
donec medium ineſt ei hoc eſt hõ,non enim ſi econtra ſit
maior inexiſtens,minor neceſſaria, ſequitur concluſio ex
determinatione neceſſaria,non enim ſi moueri omni ani
mali ineſt: animal vero omni homini ex neceſſitate,ſequi
tur neceſſariũ hominẽ moueri donec ei animal ineſt (hoc
enim falſum eſt) ſed donec omni aĩali ineſt moueri. Hæc
Alexander. Non adhæret tñ huic opinioni Alexander,vt
mox declarabimus. Ex quibus patet aliter neceſſariam
ex determinatione ſequi cõcluſione in hac miſtione ꝙ̃ Phi
loponus dixerit. Eſt.n.neceſſaria ex ſuppoſitione medij ,
& hoc vt ſupra diximus exponẽdo digreſſionẽ ei Auer.
falſus eſt,nec ignorauit Ariſto.vt quidã recentiores eredi
derunt redarguẽtes Auer.de hoc modo neceſſarij quẽ Ari Q
ſto.nunꝙ̃ inuenit poſuiſſe. ſecũdo errat Philoponus cũ di
cat Alexã.huius opinionis fuiſſe, nã & ſi tractatus ille ad
nos nõ peruenerit,quantũ tñ ex eius verbis colligere poſ
ſumus, quæ in expõne huius miſtionis adducit, & expreſ
ſius in ſecunda figura ipſe aliam opinionẽ ſectatus eſt, &
vt oẽs luce clarius intelligant vera eſſe quæ dicimus, ver
ba eius ad literam adducemus,eorũ ſaltem gratia qui græ
cas literas non norunt. In ea.n.parte qua Ariſto. in prima
figura ex maiori de ineſſe cum minori de neceſſario oſtẽ
dit non ſequi neceſſariam concluſionẽ ex terminis,inquit
Alex. ad verbũ. Dignum eſt inſiſtere hic quo pacto in
hac terminorum complicatione cum oſtenderit per termi
nos non colligi concluſionem neceſſariam , non animad
uerterit hoc idẽ etiam in coniugationibus illis fieri poſſe
quæ maiorem habẽt neceſſariam vniuerſalẽ, in his enim
eorundẽ terminorum appoſitio oſtendit non fieri conclu
ſionem neceſſariã. Si.n.ſumpſerimus animal omni homi
ni ex neceſſitate,& hominẽ omni moto ineſſe,conclude-
tur

A tut animal omni moto, non tamen ex neceſsitate. Reſpõ-
der Alexã. dicens, ſed viſus eſt Philoſophus ſolũ dictũ de
omni ex neceſsitate ſecutus eſſe, veluti ſignificans, quan-
do nihil ſit accipere ſubiecti de quo non dicatur ex neceſsi
tate ipſum prædicatum. Propter hæc verba notauit Philo
ponus de mente Alexã. Ariſto. terminos defeciſſe quibus
probaret ſequi cõcluſionẽ neceſſariã, multos autẽ ſuppe-
tiĳſſe, quibus oſtenderet non ſequi neceſſariã. Hoc tamen
expreſſe non aſſerit Alex. ſed Philoſophũ innixũ fuiſſe di
cto de omni ex neceſsitate. Cum autem eiuſmodi proba
tio & oſtenſio haberi poteſt quæ vniuerſaliſsima & ma
nifeſtiſsima eſt, nõ oportet addere terminos, ne quis crede
ret gratia terminorũ & nõ formaliter eiuſmodi coniuga-
tionẽ cõcludere. Subdit Alexander verba ex quibus quid
ſenſerit, facile eſt videre. Hoc quippe dicto de omni, ita ſe
habente, ſumens quæ ſub ipſo ſunt b, veluti quædã ipſius
b. exiſtentia, de ipſis ex neceſsitate ſumpſit a. prædicari. At
hoc verũ eſſet, ſi omnia quæ ſub b. ſunt, partes ipſius eſ-
ſent, & ita ipſius aliqua, vt in ſubſtantia ipſius eſſent. Sed
B ſi poſſunt aliqua quæ ſunt ipſius b. etiã ab ipſo b. ſeparari
nõ amplius his quæ ſunt ſub b. a. inerit ex neceſsitate. Sed
huius deductionis cauſa eſt ex ipſa vniuerſali inexiſtente,
nã quoniã in illa omnino opus eſt, ipſum a, his quæ ſub b.
ſunt ineſſe, ſi omni b. inſit ſequi videtur, & ipſum a. neceſ-
ſario his inhæſurũ ſi neceſſario omni b. inſit, hoc autẽ, q̃a
quæ ſunt ſub b. aliqua ipſius b. ſunt. Sed & verbũ illud ali
qua ipſius b. eſſe cõmunius dictũ imaginationẽ dirigit, ve
luti quæ in ſubſtãtia eius ſint, ſi nõ ita ſe habeant, ꝙ neq̃
a. ipſis ex neceſsitate inſit, quod enim neceſſario ineſt, nõ
nunc ſolũ, ſed & poſterius ineſt. Iccirco inexiſtentem non
ponit. In his enim quod de omni b. ex neceſsitate prædica
tur, ex neceſsitate inerit, ẽt his quæ ſub b. ſunt, q̃bus ipm̃
b. ex neceſsitate ineſt, ſed de eo quod de omni b. inexiſten
ter prædicatur, verũ eſt, nihil eſſe eorũ quæ ſunt ſub b. de
quo non prædicetur id quod de omni b dicitur, quoniam
& de quibus neceſſario & de quibus exiſtenter prædicatẽ
ipſum b. his dicere ineſſe quod de ipſo omni prædicatur,
verũ eſt, non tamen verũ eſt, de quibus ipſum b. exiſtẽter
prædicatur, de his, quod de omni b. prædicatur neceſſario
C prædicatũ iri neceſſario, nam quod ex neceſsitate ineſt, in
eſſe dicere verũ eſt, quod vero ſimpliciter ineſt, ineſſe di-
cere neceſſario nõ eſt verũ. Quod autẽ propoſitio inexi-
ſtens vniuerſalis ſuppoſitio ſit, pauloante ex his quos ap
poſuit terminos declarauit. Hæc Alexãder in hac miſtio-
ne in prima figura ſuper eo text. (Amplius manifeſtum ex
terminis ꝙ non eſt concluſio neceſſaria.) In ſecunda autẽ
figura in textu conſimili quo probat Ariſto. non eſſe con
cluſionẽ neceſſariã abſolute, ſi ſit affirmatiua neceſſaria,
ſed his exiſtentibus, neceſſariam, hoc eſt neceſſariã cũ de-
terminatione, ſic dicit Alexander. Ex hac itaq; additio
ne declarauit ꝙ in miſtionibus cum dicit concluſionẽ ne
ceſſariam fieri, ſimpliciter neceſſariam dicit, & non quæ
eſt cũ determinatione, quod quidã exponẽtium de miſtio
ne propoſitionũ locũ, auxiliari putantes opinioni Ariſto.
dicunt, dicentes non ſimpliciter neceſſariã colligi conclu-
ſionem ipſum dicere, ſed cum determinatione. Deinde ea
D proſequitur quæ etiam ſupra retulimus quibus interpoſi-
tis demũ ſubiungit. Quod autẽ concluſionẽ neq; hoc pa-
cto, hoc eſt cum determinatione neceſſariã eſſe velit, de
clarauit ipſe oſtendens eiuſmodi, & ſic neceſſariã fieri cõ
cluſionẽ in ſecunda figura, q̃n minor eſt affirmatiua ne-
ceſſaria, cũ nec in eiuſmodi miſtione neceſſariã ſimplici-
ter dicat fieri concluſionẽ, aut ſi & hanc neceſſariã dixiſ-
ſet ſimilem illi. Illi quoq; addere debuiſſet non ſimpliciter
neceſſariã fieri, ſed cũ determinatione, quẽadmodũ & in
hac. Ex omnibus his Alexan. dictis colligere nõ iniuria
poſſumus totum eius oppoſitũ ipſum ſenſiſſe, quod ei a'
Philopono imponitur, & ꝙ nec propoſitionẽ inexiſten-
tem vt nunc & poſitione, ſed ſimpliciter velit in hac mi-
ſtione aſſumi, nec concluſionẽ ſequi poſitione neceſſariã,
ſed ſimpliciter neceſſariã. Per propoſitionẽ tamen de in-
eſſe ſimpliciter, licet ex his quæ adduximus videatur illã
intelligere in qua quæ in ſubiecto ſunt partes ſunt prædi-
cati neceſſariæ, vt ſit propoſitio ſecundũ materiã, neceſſa

ria, ſine modo, hoc enim voluit ſignificare Philoſophum B
cũ dixit, nã c. ſub b. eſt, vel c. eſt aliquid eorũ quæ b. ſupra
tamen in prima figura, cũ rationes adducit eorũ qui opi-
nioni Ariſto. fauent, inquit. Fautores autẽ opinionis huius
alĳ quidẽ inexiſtentẽ vniuerſalẽ affirmatiuã in tali miſtio
ne veram ſumendã cenſent, nõ ex ſuppoſitione, ſed vere
inexiſtentẽ. Petitio enim illa ſit et nõ eſt vera propoſitio,
ſumpta nãq; vera inexiſtente & vniuerſali, in nulla mate
ria poterit oſtendi falſum eſſe quod dicitur, hominẽ nãq;
omni moto ineſſe nõ eſt verũ vt quod vniuerſale ſit, nec
grãmaticũ omni homini, nec ambulare omni homini. In
his autẽ quæ hoc modo inexiſtentes ſumuntur, cum non
vt vniuerſaliter vere inexiſtentes ſumantur, nõ eſt neceſſa
ria cõcluſio. Quãuis, inquit ipſe dicent, cũ minor nõ am-
plius vniuerſalis inexiſtens ſit, ſed particularis ſumatur. nã
etiam hoc pacto maior eſſet neceſſaria, neceſſariam fieri
concluſionẽ: nõ enim poſsibile erit amplius dicere, nõ eẽ
verã particularẽ inexiſtentẽ, aliquod. ſ. motũ eſſe hominẽ,
et aliquẽ hominẽ grãmaticũ eſſe. quaſi velit Alex. dicere.
At hoc falſum eſt. Subdit poſtea. Alĳ vero dicunt ſi pro- F
poſitio dicens a. de omni b. eadẽ eſt ei quæ dicit, de quo
omni b. de illo omni a vt & ipſe ſæpe dicit, erit & dicens
a. de omni b. ex neceſsitate, eadẽ illi quæ dicit, de quo om
ni b. de illo omni a. ex neceſsitate. hoc autem ſignificante
propoſitione vniuerſali neceſſaria, omnino neceſſaria ſit
concluſio, quãuis inexiſtens ſumpta ſit minor. Cũ igitur
huic opinioni non refregetur Alex. videtur & ipſe huiuſ-
modi inexiſtentes concedere quæ veræ vniuerſaliter ſint
propoſiones, at vniuerſalitas hæc intelligenda eſt quo ad
ſubiectũ & quo ad tẽpus, tales autem propõnes, quãuis
neceſſariæ omnino nõ ſint, parũ tamen a' neceſſarĳs dif-
ferunt. & ex his vult colligi concluſionẽ affirmatiuã vni-
uerſalẽ ſimpliciter neceſſariã aut negatiuã, ſi fuerit maior
vniuerſalis negatiua neceſſaria. ex q̃bus patet ipſum om-
nino excludere modũ illũ qui ponit neceſſariã poſitione
ſequi concluſionẽ. Hanc quoq; opinionẽ vt ad ſecundũ G
tranſeamus, Auer. ſupra dum exponit diuiſionẽ propoſi-
tionũ ab Ariſt. poſitam ſectatus eſt, & in quadã q̃one in
qua exponit verba Philoſophi in hac miſtione, licet pro
poſitionẽ de ineſſe ſimpliciter aliqualiter diuerſam in his
duobus locis dicere videatur, omnino autem propoſitio
de ineſſe ſimpliciter quæ pro hac miſtione vtilis eſt, eſt ꝓ
poſitio vniuerſaliter vera abſque aliqua ſuppoſitione, &
nunquã falſa, quouis modo ſumatur, hæ autẽ propõnes
ſunt in triplici differentia, vt ex dictis Auer. elici poteſt in
diuerſis locis. Primæ ſunt in quibus accidẽtia de ſubiectis
prædicãtur a' quibus oriuntur ſecundũ rationẽ indiuidua-
lem potiuſquam ſpecificã, vt omnis coruus niger, omnis
æthiops niger, & aliæ id genus, & poſſunt dici neceſſariæ
ex parte ſubiecti, poſsibiles ex parte prædicati, & hæ non
ſunt vtiles in hac miſtione, quoniã ſunt deductæ ex natu
ra poſsibilis, vt in pluribus, vt dicit Auerro. Secundæ ſunt
quæ ſunt cõpoſitæ ex diſpõnibus quæ aliq̃n inueniuntur
in ſubiecto diſpoſitio per eas, aliq̃n autem non, ſed cũ in- H
ueniuntur, inueniuntur aliæ diſpõnes illas conſequentes,
quæ & ipſæ ſubiectis accidunt, ſed cum illæ inueniuntur,
inueniuntur & iſtæ, & hoc modo ſunt æternæ veritatis,
vt oẽ ambulans mouetur & ſunt accidẽtales ex parte ſub
iecti & prædicati, neceſſariæ tamen quantum ad habitu
dinem prædicati ad ſubiectum, & poſſunt dici inexiſtẽtes
per ſe neceſſariæ per accidẽs. Tertiæ ſunt quæ ſunt aliquo
modo inexiſtentes, aliquo modo neceſſariæ, & ſunt illæ
in quibus ſubiectum eſt cõpoſitum ex ſubſtãtia & diſpo
ſitione diuerſa accidentali, & in ea prædicatur ꝑdicatum
compoſitum ex ſubiecto diſpoſitionis & diſpoſitione eſ
ſentiali ei, vt omne ambulans eſt animal, & ſubiectum in
eis eſt vnum per accidens, & prædicatum vnũ per ſe, &
eſt inexiſtens ratione diſpoſitionis ſubiecti vt ambulatio
nis neceſſaria vero propter ſubiectum diſpoſitionis, puta
hominem vel equum de quo per ſe animal dicitur. Multa
alia Auer. dicit de his propoſitionibus, & diximus etiam
nos in quæſtione quam fecimus de diuiſione propoſitio
num. Hæc poſita diſtinctione notat vnum Auer. quod
eſt valde aduertendum, ꝙ ſi ex maiori neceſſaria per de-

I ctum de omni, debet ſequi concluſio neceſſaria, oportet
minorem aliquē modum neceſsitatis habere, aliter non ſe
habere ad maiorem, vt pars ad totū contenta ſub illa, &
tunc cū fuerit minor cōtenta ſub maiori neceſſaria aliquo
modo neceſsitatis, concluſio erit neceſſaria, niſi ꝙ varia-
bitur neceſsitas concluſionis eo modo quo & neceſsitas
minoris, nā ſi minor fuerit neceſſaria per ſe, erit, & conclu
ſio per ſe neceſſaria. ſi autem erit inuenta per ſe neceſſaria
per accidens, erit & cōcluſio per accidens neceſſaria inuen
ta per ſe. Hæc autē propoſitio minor inuēta per ſe, neceſſa
ria per accidens, ſi maior debet eſſe per ſe neceſſaria, non
poteſt eſſe niſi propoſitio inuenta per ſe de tertio modo,
& hoc quoniā prædicatū minoris oportet eſſe ſubiectum
maioris et per ſe neceſſarium, qm̄ maior eſt per ſe neceſſa
ria. Dicendū eſt ergo ſecundū Auer. intentionē, ꝙ cū Ari-
K ſto. dicit ex maiori per ſe neceſſaria & minori de ineſſe ſe-
qui concluſionē neceſſariam, per propoſitionē de ineſſe,
intelligere debemus propoſitionem de ineſſe tertio modo
dictā, quæ dicitur neceſſaria per accidens, & ex his ſequi-
tur concluſio neceſſaria per accidens, vt in exemplo, om-
nis homo eſt animal de neceſsitate, omne ſcribens eſt ho-
mo. ergo omnē ſcribens eſt animal de neceſsitate, ſcribens
enim ſe habet vt ſpecies hominis cū ſit eius accidēs quod
nulli niſi homini ineſſe poteſt, & cū non omnibus homi-
nibus inſit, iccirco minor eſt quodāmodo neceſſaria, &
hoc ſignificauit Philoſophus, cum dixit, nā c. ſub b. eſt, vo
luit enim innuere ipſum c. eſſe partē ipſius b. non quidem
partem omnino per accidens, vt dum dicitur, albū eſt ho
mo, accidit enim album homini maxime vt ſub animali
ſtat, & ideo concluſio quæ ex tali coniugatione, ſequitur
non eſt neceſſaria, niſi ex ſuppoſitione, dum ſcilicet nihil
aliud albū fuerit niſi homo, illa autē cōiugatio quæ cōclu-
dit ſcribens eſſe animal, non cōcludit neceſſariū ex ſuppo
ſitione ſed abſolute, quāuis per accidēs, ſcilicet ratione ſub
iecti ipſius diſpoſitionis de quo animal per ſe neceſſario
L prædicatur, & ratione diſpoſitionis, per accidens. Sed cō
tra hunc modū dicendi aliquæ difficultates inſurgunt non
prætermittendæ. Prima eſt contra determinationē pro-
poſitionis inexiſtentis ſimpliciter, nā ea proprie & per ſe
ac ſimpliciter eſt dicenda inexiſtens, quæ plures habet cō-
ditiones inexiſtēdi quā quæ pauciores, ſed hæc, omne am
bulans mouetur, pauciores habet inexiſtendi cōditiones
quā hæc, omne currens eſt albū. ergo hæc potius eſt dicen
da ſimpliciter inexiſtens. Arguitur aſſumptū, nam quēad
modū ſæpius diximus, leges inexiſtentis ſunt vt ſubiectū
ſit quidē, nō tamen ex neceſsitate, & ſimiliter prædicatū,
& ad hæc ꝙ prædicatum inſit ſubiecto, non tñ neceſſario
oēs hæ conditiones reperiuntur in illa, oē currēs albū, ſed
in illa oē ambulans mouetur altera tantū. Secunda, vt
etiā ipſe Auer. alibi aſſerit, hæc eſt ſimpliciter de ineſſe, om
nis coruus niger, & omnis nix alba, in qua nulla eſt eſſen
tialis habitudo, nec aliqua neceſsitas. ergo hæc potius de
ineſſe ſimpliciter quā illa. Tertia eſt, denominatio ſem
per eſt facienda ab eo quod dicitur, ſimpliciter, ſi igitur vt
M aſſeris concluſio quæ eſt ex maiore ſimpliciter, neceſſaria
& minore de ineſſe ſimpliciter, eſt per accidēs neceſſaria,
ſimpliciter vero inexiſtentes, cur nō ſimpliciter inexiſtens
denominabitur, potius quā per accidens neceſſaria? aut ſi
hoc vis dicere, cur non etiā minorē dicebas eſſe per acci-
dens neceſſariam potius quā inexiſtentem ſimpliciter?
Quarta, tu dicis illas propoſitiones, omnis nix eſt alba,
& alias huiuſmodi, non eſſe ad hanc miſtionē vtiles, ſed
oppoſitū videtur in hoc exēplo, nullū albū de neceſsitate
eſt nigrū, omnis nix eſt alba. ergo nulla nix de neceſsitate
eſt nigra. Ad primā dicendū, ꝙ æquiuocat de inexiſten
te ſimpliciter, nā Auer. ſumit ſimpliciter vt diſtinguitur cō
tra ipſum nunc ſiue tempus determinatū, non autē ſumit
ſimpliciter vt eſt idem ꝙ proprie, vt, ſcilicet diſtinguitur
omnino a' neceſſario. Ad ſecundā, conceditur Auer. ali
bi aliter ſumpſiſſe propōnes ſimpliciter inexiſtentes, ſed il
læ non ſunt vtiles ad hanc miſtionē, vt dictū eſt. diximus
tñ oēs in hoc conuenire, ꝙ ſunt veræ in omni tempore &
in oībus partibus ſubiecti. Ad tertiā dicitur, ꝙ cōcluſio
non poteſt dici ſimpliciter de ineſſe, qm̄ concluditur cum
modo neceſsitatis, & ob id dicta eſt per accidens neceſſa N
ria, licet etiam poſſit ita dici ſecundū materiam & longe
magis addito ei modo neceſsitatis. Et eodē modo minor
non fuit dicta per accidēs neceſſaria, ſed inexiſtens ſimpli
citer, quoniā licet ſecundū materiā poſſet dici per accidens
neceſſaria, non tñ formaliter, ſed potius formaliter inexi
ſtens. Iccirco ab eo quod formale eſt, facta eſt denomina-
tio, cum in hoc libro ſit ſermo de ſyllogiſmo ſecundū for-
mam, cui tñ materia omnino diſſonare non debet. Ad
quartā dicitur, vel ꝙ maior eſt falſa, & non eſt ſimpliciter
neceſſaria ſecundū diuerſam acceptionē illius termini al-
bum dicitur etiam ꝙ concluſio illa nullā habet euidentiā
neceſsitatis, nec illa negatiua nulla nix eſt nigra, eſt magis
neceſſaria quā illa affirmatiua omnis nix eſt alba, immo
ambæ ſunt de ineſſe ſimpliciter primo modo. Sed & ſi
Alexander & Auer. hanc opinionē ſecuti ſint, cum tamen
ex græcis Philoponus, & ex Latinis pleriq; etiam aliam
opinionē ſectati ſint, ꝙ ex maiori de neceſſario & mino-
ri de ineſſe vt nunc poſſet ſequi concluſio neceſſaria, vi-
dendæ etiā ſunt eorū rationes & pro altera opinione ſol-
uendæ. Eſt igitur prima ipſorū ratio huiuſmodi ſumpta O
ex dictis Ariſto. nā cum Ariſto. vt ex contextu patet, no-
uerit diſtinctionem propōnis in ſimpliciter & vt nunc in
exiſtentē, cum dixit, contingit enim tale eſſe b, cui poſſibi
le eſt a, nulli ineſſe, ex quo abſolute dixit, ſi maior fuerit
neceſſaria, minor inexiſtens, ſequi concluſionē neceſſariā,
nō diſtinguens aliter minorē, credendū eſt voluiſſe ipſum
cōcludi concluſionē neceſſariā, quouis modo ſumpta mi
nore. Et confirmatur, qm̄ in miſtione inexiſtentis cum
cōtingenti diſtinxit dicēs, ſumendā eſſe propōnem ſimpli
citer inexiſtentē, non autē ſecundū determinatū tempus.
Secunda ratio eſt ex dicto de omni, nā ſi oporteret mi-
norē eſſe ſemper inexiſtentē & ſimpliciter, ſequeretur di-
ctū de omni in propōnibus neceſſarijs non verificari niſi
in his quæ actu continentur ſub ſubiecto cū aliqua neceſ-
ſitatis conditione, nā, vt ſupra viſum eſt propō ſimplici-
ter inexiſtens habet aliquā neceſsitatis conditionē. conſe-
quens tñ falſum eſt, nā ſi ita dixero, oīs hō eſt animal de P
neceſsitate, oē currens vel oē albū eſt hō, ſequitur ꝙ oē
album vel currens eſt animal de neceſsitate. nā vt ſupra
diximus in cap. de conuerſione propōnū neceſſariarū, illa
propō eſt neceſſaria quæ poteſt transformari ex connexa
neceſſaria. modo hæc cōnexa eſt neceſſaria, ſi currens eſt
hō currens eſt animal de neceſsitate, & eodē modo de al
bo. ſi autē maior ſit de ineſſe vt nūc & minor neceſſaria,
non poteſt talis cōnexa formari, vt oē animal currit, oīs
homo eſt animal de neceſsitate. ergo omnis homo currit,
nō enim eſt vera hæc cōnexa, ſi omnis homo eſt animal
de neceſsitate, ꝙ omnis homo currat. De hoc etiam late
ſupra diximus in opinione Alexandri. Confirmatur, quia
omnis propō affirmatiua vera de ineſſe eſt vera per iden
titatem prædicati cū ſubiecto: ex hoc ergo ꝙ medius ter-
minus identificatur minori, quicquid de medio cum mo
do neceſsitatis prædicabitur, cum eodē modo de minori
prædicabitur, ſi enim ſunt duo cōtradictoria, & vnū poſ-
ſit pro ſuppoſitis per accidens verificari, etiam alterū po
terit. ſi ergo iſta, poſsibile eſt aliquod b. nō eſſe a. verifica Q
tur pro ſuppoſitis per accidens vt patet, etiam illa neceſſa-
rio omne b. eſt a. poterit verificari, quoniam ſubiectū pro
eiſdem debet ſupponere in vtroq; cōtradictorio. Ter-
tia rō, ex maiori de neceſſario negatiua & minori de con
tingenti ſequitur concluſio de ineſſe. ergo dato oppoſito
concluſionis cum maiori de neceſſario, ſequitur oppoſitū
minoris quod erit cōcluſio neceſſaria cū minor ſit contin
gens, oppoſitum autē concluſionis eſt propoſitio de ineſ-
ſe affirmatiua vt nūc. ex maiori ergo neceſſaria negatiua
& minori affirmatiua de ineſſe vt nunc ſequetur cōcluſio
neceſſaria. Itē & quarta ratio talis adduci poteſt. ſyllo
giſmus ex ambabus de cōtingenti poteſt probari per ſyl
logiſmū ad impoſsibile, ſumpto oppoſito cōcluſionis qđ
erit vna neceſſaria negatiua, & altera poſita ineſſe, inferē
do oppoſitū alterius præmiſſæ de contingenti quæ erit ne
ceſſaria. ergo ex maiori de neceſſario cū minori de ineſſe
vt nunc ſequetur concluſio de neceſſario. Propter has &
alias

A alias eiuſmodi rationes tenent multi ꝙ ex maiori de neceſſario & minori vt nunc de ineſſe ſequitur concluſio de neceſſario vt nunc, ſed non ſimpliciter neceſſaria.ſ.ex ſuppoſitione medij, vt ſupra diximus. Alexā.tamen & Auer. non admittunt huiuſmodi propoſitiones eſſe neceſſarias, vt omne albū eſt animal, ſi illud album formaliter ſumatur, qm̄ eſt de ineſſe vt nunc, eo ꝙ contingat aliud ab animali eſſe albū, & aliud ab albo eſſe animal. nec huiuſmodi ſyllogiſmi poſſunt, vt ſupra diximus, procedere per dictum de omni, vt Alexāder & Auer.ex ſupra dictis notarunt. quoniā oportet minorē eſſe aliquo pacto neceſſariā.

Ad primā ergo dicitur Ariſto. non poſuiſſe verba illa, vt innueret diſtinctionē propoſitionis de ineſſe, vt ſupra dictū fuit de mente Alexandri, ſed vt oſtenderet quo pacto ſi ex maiori de ineſſe & minori de neceſſario ponatur ſequi concluſio neceſſaria, falſum aliquod ſequitur, licet non ſequatur impoſſibile. vide quæ ſupra diximus.

Ad confirmationē dicitur, ꝙ in miſtione inexiſtentis & cōtingentis fuit coactus Philoſophus diſtinguere de pro-
B poſitione inexiſtente, qm̄ non erat manifeſtū, quænā eſſet propoſitio de ineſſe ſumenda, ſed in hac miſtione ſumpta maior de neceſſario oſtendit qualis debeat minor eſſe ad concludendā cōcluſionē neceſſariam, ſcilicet ꝙ debeat ſumi de ineſſe ſimpliciter. Ad ſecundam dicitur negando conſequentiā, nam licet minor debeat eſſe inexiſtens ſimpliciter, & habens aliquā neceſſitatis apparētiam, non tamen oportet ꝙ ſit formaliter & materialiter neceſſaria, vt in vniformibus de neceſſario, aliter non poſſet concludi concluſio neceſſaria, nā propoſitio inexiſtens vt nunc nullam habet neceſſitatis apparentiā ad concludendā concluſionē neceſſariā. Et quū viterius dicitur poſſe formari talem connexā, ſi currens vel albū eſt homo, currens vel album eſt animal de neceſſitate, & conſequens in hac cōnexa eſt concluſio neceſſaria quæ ſequitur ex minori de ineſſe. Reſpondetur, ex illa connexa nihil plus haberi niſi ꝙ ſequatur neceſſario, nō tamen neceſſaria, & hoc patet in quacunq; cōnexa vera & bona, cuius tam antecedens quā conſequens poſſunt etiam eſſe contingentia. vel poteſt dici ꝙ ſequitur concluſio ex poſitione neceſſaria, ſed antiquior eſt prima reſpōſio, nam illa nullo modo neceſ-
C ſariam ſequi concluſionē affirmat. Ad confirmationem dicitur, licet in propoſitione minori de ineſſe vt nunc idētificetur prædicatū ſubiecto, eſt tñ idem per accidens: ideo non ſequitur prædicatū ei neceſſario ineſſe, imo plerique dicunt eſſe fallaciā accidentis, & quū ſubiungitur in propoſitionibus cōtradictorijs ſubiecta pro eiſdē ſuppoſitis ſupponere, cōceditur illud, non tñ ex hoc cōcluditur concluſio neceſſaria, aliud enim eſt conſiderare propōnem in ſe, aliud vt cōparatur ad concluſionem concludendam.

Ad tertiam rationē dicitur, concluſionē quæ ſequitur ex vniuerſali negatiua neceſſaria, & minor de contingenti eſſe inexiſtentem ſimpliciter, & ideo ex illa & neceſſaria poteſt ſequi concluſio neceſſaria, & ſi dicitur illam cōcluſionem ſtare cum contingente ad vtrūlibet, negatur illud, ſed ſtat cum negatiua de contingenti dimidio cui non repugnat cōcluſio inexiſtens ſimpliciter, vt patet ex illa miſtione, de qua forte poſterius dicemus. Ad quartam di-
D citur ſyllogiſmū ex vniformibus de contingenti vniuerſalem affirmatiuā non poſſe per deductionē ad īpoſſibile probari, ſed per dictū de omni tantū, quum ſit ſyllogiſmus perfectus, vt Ariſto.aſſerit, quoniam ex particulari negatiua neceſſaria & vniuerſali affirmatiua cōtingente inexiſtentē mutata, nec in quarto ſecundæ, nec in quinto tertiæ ſit vtilis coniugatio ad concluſionē neceſſariam.

Sed tunc inſurgit dubitatio, ſi inutilis eſt illa coniugatio, quomodo Ariſto. vſus eſt ea ad probandū ꝙ ex maiori inexiſtente & minori de cōtingenti cōcludatur concluſio cōtingens. Reſpōdetur ꝙ ille ſyllogiſmus eſt imperfectus, licet ſit in prima figura, quoniā non cōcludit per dictū de omni. ideo Ariſt.coactus fuit probare ipſum per deductionem ad impoſſibile. Illa autē deductio eſt vtilis ad cōcludendum oppoſitū illius maioris quæ eſt affirmatiua de ineſſe ſimpliciter cōcludendo particularē negatiuā de ineſſe vel neceſſariam ſecundū quid. quæ illam deſtruit, eſt tamē inutilis ad concludendā ſimpliciter neceſſariam, quia ad primam reduci non poterat, vt concluderet neceſſariam nec per conuerſionē, nec per deductionē ad impoſſibile, quoniam forte ex toto cōtradictorio non ſequebatur impoſſibile. Aliæ quædam inſtantiæ poſſent in hac materia adduci contra modos quibus Ariſtoteles concluſionem ſuam deducit, ſed quoniam & a' Græcis & a' Latinis quibuſdam adducuntur, non inſiſtimus. E

Expoſitio tertiæ digreſſionis Auerrois.in miſtione contingētis & inexiſtentis in prima figura, quam ponit.cap. 13. in qua multa de natura contingentis notantur.

PRiuſquam ad expoſitionē dictorū Auer. in tertia digreſſione deſcēdamus, ſunt aliqua videnda circa definitionē & naturā contingentis, quæ ipſe ponit.ca. de contingenti. Ariſto. contingentis naturam declarans inquit. cōtingēs eſſe illud quod quū non ſit neceſſariū, ſi ponatur ineſſe, nullū F ex hoc accidit impoſſibile, nā neceſſariū æquiuoce cōtingere dicimus. Auer. hanc definitionē exponens dicit, per verbum illud quod intelligitur genus ipſius contingētis, quod eſt res cōprehendens inexiſtēs & priuatū, & quod additur poſtea nō neceſſarium, eſt differentia vltima per quā diſtinguitur cōtingens ab oībus alijs, & reponitur in eſſe proprio, & reliquū quod additur non eſt differentia apud ipſum, ſed propriū proprijſſime dictū de ipſo cōtingenti. Et ipſe ex hac expoſitione & ex quibuſdā ſuperius dictis videtur velle ipſum inexiſtens eſſe de natura poſſibilis, & ꝙ Ariſto.extēderit nomen poſſibilis ad inexiſtēs et priuatū. Voluit enim vt ſupra viſum eſt, propōnē oēm abſolutā eſſe de natura poſſibilis, cum propō abſoluta ſit alia omnino a' propōne neceſſaria, & pro opinionis huius confirmatione poſſumus primo adducere dictū Philoſophi hic, dum inquit, nā neceſſariū æquiuoce contingere dicimus. quibus verbis viſus eſt ſolū ipſum neceſſariū a' natura contingentis excluſiue, cū dicat ipſum æquiuoce dici contingens. ergo omne aliud a' neceſſario proprie dicetur cōtingens. Præterea, ſi contingens dicitur de eo ꝙ actu non eſt, ſed eſſe poteſt, & ſi eſſe ponatur, quāuis non ſit accidit falſum, ſed non impoſſibile, cur non dici poteſt etiam de eo quod actu eſt & poteſt non eſſe? nam contingens verum eſt, quod eſſe & non eſſe indifferenter ſit. G

Amplius, Ariſto.inquit contingens, & non neceſſarium conuerti. cum ergo non neceſſarium dicatur de inexiſtente, dicetur & verū contingens. Hic enim loquitur de vero contingenti. Vlterius etiam ſi contingens vertitur in oppoſitam qualitatē, patet eſſe neceſſarium ꝙ contingens dicatur de inexiſtenti, ſit ita ꝙ Socra. non currat tunc ſi dixero, contingit Socra.currere: hæc erit vera contingens, qm̄ reſpicit prædicatū in potentia. ſi mutetur hæc in illam, contingit Socratē nō currere, cū Socrates actu nō currat, dicetur inexiſtens affirmatiua tranſpoſita, ſiue de prædicato infinito, & tamen eſt cōtingens. ergo cōtingens dicitur de inexiſtente, nā hoc p̄dicatū quod eſt non currere actu ineſt ſubiecto. Item, ſicut dicitur ſecundo de interpretatione, hæc non neceſſe eſt eſſe, cōſequitur ad hāc poſſibile eſt non eſſe, & iſta ponit exiſtentiam, ſed negat neceſſitatem, & illa, poſſibile eſt non eſſe, ponit exiſtentiā negans neceſſitatem, ſignificant enim ambæ rem illam quæ eſt, ita eſſe vt non neceſſario ſit, ſed poſſit non eſſe. Plerique tamen ex intentione Alexandri, & Philoponi, & Albumazaris inter arabes Auer. opinionem etiam demoliri conātur ex multis Philoſophi dictis. Et primo adducitur dictum eius ſupra in capi. de conuerſione contingentiū propoſitionū, vbi diſtinxit contingens in tria ſignificata ſcilicet neceſſarium, inexiſtens, & poſſibile, ſecundū veram & peripateticam expoſitionem & diuiſionē, & ibi accipit poſſibile pro vero poſſibili, de quo infra pollicetur ſe dicturum. ergo verum contingens diſtinguitur a' contingenti quod ſumitur pro inexiſtēti. Quū ergo hic loquatur de vero cōtingenti, loquetur ſolū de eo quod dicitur con- H

J tingens priuatum tantum, quod non eſt, ſed eſſe poteſt,
Præterea, proprietates quas Ariſto. hic & alibi attribuit
contingenti proprie dicto non poſſunt conuenire inexiſtē
ti. ergo contingens non cōuenit inexiſtenti, nam conuerti
ad oppoſitas qualitates, tranſmutari de potētia in actum.
Item, cōponi nūc cum abſoluto, nunc cū neceſſario, tanq̃
cum diuerſis in ſpecie, nunc cū poſſibili cōuenienti in ſpe-
cie, omnia hæc contingenti conueniunt, non autem inexi
ſtenti, nā inexiſtens non conuertitur ex affirmatiuo in ne-
gatiuū, nec econtra. Nec eſt in actū tranſmutabile ex quo
iam actu eſt. Nec cōponitur cum abſoluto ſiue inexiſtēti
ad faciendū miſtionē, ſed ſolū ad vniformē generationem
ſyllogiſmorū. ergo poſſibile non dicitur de inexiſtente.
Ad hæc, Ariſto. diuidit in cap. de contingenti contingens
in cōtingens in pluribus, quod appellat natū, & infinitū.
K Hæc autē diuiſio nō poteſt cōpetere inexiſtenti. ergo &c.
Etiam Auerro. videtur ſibi aduerſari in dictis ſuis, dicit
enim Ariſtotelē, quū. d, contingens non eſſe neceſſarium,
per neceſſariū intelligere neceſſarium ſimpliciter & ſecun
dum quid, neceſſarium autem ſecundū quid eſt inexiſtens
præteritum, futurū, & præſens. Cōtingens ergo quū non
ſit neceſſarium ſecundū quid non erit inexiſtens. Adde q
ex verbis Philoſophi cōuincitur falſitas huius opinionis,
quum. d. proprium eſſe contingentis vt eo poſito in eſſe
nullum ſequatur impoſſibile. Inexiſtens quū iam actu ſit
nō poteſt in eſſe poni, vnde aliqui videntes hoc argumē-
tum corrumpunt literam dicentes oportere addi, poſito
in eſſe vel nō eſſe. Propter has igitur & alias eiuſmodi
rationes aliter expoſuit Alexāder dicta Philoſophi. Inquit
enim manifeſtū eſſe ipſum hoc loco pertractare de vero
contingenti, quoniā ſupra poſuerat æquiuocationē con-
tingentis declarans eius ſignificata, & poſtea dixit ſe tra-
ctaturū de vero contingenti, quod diſtinguitur a' contin
genti pro neceſſario & pro inexiſtenti. Volens ergo na-
turam ipſius hic declarare, definit eam per ſeparationē ab
L alijs duobus modis, ſcilicet a' cōtingenti neceſſario, & ab
inexiſtenti, a' neceſſario quidē dicendo, quo non exiſtēte
neceſſario, ab inexiſtente vero, dicēdo, quo poſito ineſſe
nullū accidit impoſſibile, vt ex his quæ ſupra diximus pa
tet. Hanc opinionē ſequutus eſt Albumazar, qui dicit
priuatum ſolū eſſe genus cōtingentis, non autē inexiſtens
ſeu inuentū, vt Auer. d. Et hanc opinionē fortaſſe verio
rem eſſe declarat probatio quā Philoſophus facit, quum
inquit. Quòd autē hoc ſit contingens manifeſtū eſt ex op
poſitis affirmationibus, & negationibus, nā non contin-
git eſſe, impoſſibile eſſe, neceſſe non eſſe, aut eadem ſunt,
aut ſe cōſequuntur. ergo & oppoſita iſtorū eodē modo,
contingit eſſe, poſſibile eſſe, nō neceſſe nō eſſe, ſi ergo ad
cōtingere eſſe ſequitur poſſibile eſſe, & non neceſſe non
eſſe, patet, q cōtingens dicitur ſolū de eo quod nō eſt, ſed
nō neceſſario nō eſt. ſed habet potētiam vt ſit: Patet etiā
quando dicitur contingens eſſe non neceſſarium, non in-
telligitur q ſit & non neceſſario ſit, vt aliqui perperam in
telligunt, ſed q non ſit & nō neceſſario nō ſit. Hæc igitur
M copulatiue ad ipſum cōtingens verū requiritur, q nō ſit
& non neceſſario non ſit, & quod quū non ſit ſi pona-
tur in eſſe nullū impoſſibile accidit. Erit itaq; nō neceſſa-
rium genus cōtingentis ſecundū Alexandrū & Albuma-
zarē, & quia non neceſſarium poteſt eſſe cōmune ad eſſe
et ad nō eſſe. Iccirco addita eſt illa differētia, vltima, quod
quum non ſit, ſi ponatur in eſſe nihil accidit impoſſibile,
nam etiam neceſſariū & inexiſtēs poſſunt poni eſſe, quū
etiā ſint & nihil accidit impoſſibile, ſed ponit in eſſe quū
non ſit & nihil accidere, ex hoc impoſſibile conſtituit ve
rum cōtingens. Et hæc opinio meo iudicio eſt lōge me
lior, & magis peripatetica, & clarius exponēs verba Phi
loſophi. Et hanc ſequentes poſſumus rationes pro altera
opinione adductas ſoluere. Ad primam, quum dicitur,
neceſſarium æquiuoce cōtingere dicimus, & q Philoſo-
phus ſolum illud excluſit: Dico illud eſſe falſum, vt patuit
expoſitione Alexādri, & q per neceſſariū Philoſophus in
telligit tam neceſſarium quā inexiſtens nam neceſſarium
vt Alexāder inquit de vtroq; dicitur, ſcilicet neceſſario &
inexiſtente, quod enim exiſtit neceſſario inexiſtit donec
inexiſtit. Et hoc declarat auctoritate Theophraſti cuius N
adducit verba, ex primo priorū, dicētis. Tertium neceſſa-
rij ſignificatum eſt ipſum inexiſtens, quando enim inexi-
ſtit tunc non poteſt nō inexiſtere. Ad ſecundam, quum
dicitur, cōtingens æque bene dici de eo quod eſt & poteſt
nō eſſe, quia cōtingens indifferenter poteſt eſſe et nō eſſe,
negatur illud, nō enim ei cōuenit proprietas contingentis.
ſcilicet quod quū non ſit ſi ponatur eſſe nō accidit impoſ
ſibile, & licet ipſum contingens, poſſit etiam non eſſe, nō
tamen æque bene dicitur de eo quod eſt & poteſt nō eſſe,
ſicut de eo quod nō eſt & eſſe poteſt, quoniā videtur in-
cludere priuationē eſſe, cum potētia ad eſſe, cauſa iam di-
cta eſt, quoniā ipſum inexiſtēs quādam habet conditionē
neceſſitatis. Ad tertiam dicitur q nō neceſſarium con-
uertitur cum contingēte, vt illa negatio negat neceſſariū
dictū de neceſſario & inexiſtēte. Et iſta, hoc modo cōuer-
tentur. nā quod non eſt neceſſariū neq; exiſtēs & eſſe po-
teſt, eſt contingēs. Et cōtra etiam quod eſt contingēs, neq;
neceſſarium eſt, neq; inexiſtēs, & eſſe poteſt. Si autē ſupra
diximus nō neceſſariū eſſe contingētis genus, ibi ſumpſi-
mus neceſſarium pro neceſſario tantū, qm̄ ſubditur aliæ O
particulæ excludētes ipſum inexiſtēs. Ad quartā, quum
dicitur contingēs cōuerti in oppoſitā qualitatē, concedit.
Sed illud intellectū eſt, vt Alexāder inquit alternatim, vt
nos alibi notauimus in his annotationibus, aliter ſequere
tur, duo contradictoria eſſe ſimul vera, nā ſi vera eſt iſta
cōtingit Socrates currere, dū Socrates nō currit, ſi cū hac
ſimul vera ſit illa, contingit Socratē nō currere, & dū iſta
eſt vera de contingenti, eſt vera illa de ineſſe, Socrates cur
rit, quoniā omne contingēs futurū reſpicit, ſequitur Socra
tes ſimul currere, & nō currere. Eſt ergo contingēs ipſum
nō currere, nō tunc qñ nō currit, quia iam actu nō currit,
ſed quando currit, ita q contingēs ſemper notat priuatio
nem prædicati & potentiam ad illud, ſiue ſit affirmatum,
ſiue negatum. negatur tamen conſequentia illa ſcilicet q
propter hoc contingēs dicatur de inexiſtēti niſi æquiuoce
ex cauſa ſupradicta. Sed dices, hoc eſt quod volumus,
ſi cōtingens eſt Socra. non currere quando currit. ergo cō P
tingens dicitur de inexiſtente, vt in argumento dicebatur.
Reſpondeo negando illud, non enim dicitur contingēs
de inexiſtente vt inexiſtens, ſed vt habens potentiam ad
non eſſe, & potens nō eſſe, & ſi ita intellexit Auer. bene
dixit, ſed non ad mentem Ariſtote. qui de eo quod verius
contingēs dicitur, ſermonem fecit quod dicitur contingēs
eſſe, vt ſæpius dictū eſt, hoc enim nobis erat notius, illud
autem eſt ex conſequenti. Ex his etiam patet reſponſio
ad id quod adducebatur ex ſecūdo de interpretatione, nā
iſta, nō neceſſe eſt eſſe mediate ſequitur ad illam, poſſibi-
le eſt eſſe, quoniā poteſt mutari in illam, poſſibile, eſt nō
eſſe, ſed immediatius ſequitur illa non neceſſe eſt nō eſſe, vt
diximus verba Philoſophi exponētes. Si quis autē ita cre
dat Auer. opinionē ſuā intellexiſſe, vt diximus & vt par
eſt, facile poterit euadere ab his quæ cōtra ipſum adducta
ſunt. Omnia enim concludūt contingēs nō dici de inexi-
ſtēte vt inexiſtēs eſt, nā inexiſtēs vt inexiſtēs habet quen
dam modū neceſſitatis, ſed vt reſpicit nō eſſe, ad quod eſt
in potētia, & p q proprie diſtinguitur a' neceſſario, vt ca Q
ret tali prædicato quod eſt nō eſſe, & habet potentiā ad il
lud ſic poteſt dici contingēs, & quāuis Ariſt. hoc nō dixe-
rit hic, tñ paulo inferius illud cōceſſit quū dixit. Contin-
gēs cōuerti ad oppoſitas qualitates. Alium tñ ſoluendi
modū poſſumus etiam pro Auer. cōnectere, vt non refra
getur Ariſtoteli aliquo pacto, quē ex quodā Alexā. dicto
colligimus, alio modo exponendo dictum Philoſophi in
definitione contingentis, vt ſuſtineamus contingens dici
tam de eo quod eſt, quā de eo quod non eſt. Inquit igitur
Alexander in ſolutione dubitationis cuiuſdam ſupra ad-
ductæ. An propter hoc ſic definiuit contingens, quod
quum non ſit neceſſarium, non addens, & quod omnino
non ſit, non enim non eſſe, eſt proprium cōtingentis, ſed
quū non ſit ſi eſſe ſupponatur nihil ad ipſum impoſſibile
ſequitur, quod autem hoc velit ſignificauit ex hoc quod
dixit, nam neceſſarium æquiuoce contingere dicimus, &
non addidit, etiam ipſum inexiſtens, quod erat neceſſariæ
conſecutionis,

A cōſecutionis,non enim vt æquiuocū de ipſo dicitur. Hæc Alexander. Ex his facile eſt colligere ſolutionem ad argumenta pro opinione Auer. nec verba Philoſophi cogi mur extorquere. Hoc autē dixit Alexāder volens ſaluare quō ipſum contingens poſsit dici contingens ad eſſe & ad non eſſe vt ſupra diximus. Poſt definitionē contingentis veri ponit Ariſto.diuiſionē ipſius & modū conuerſionis,diuiditur itaq; contingens in contingens,quod dicitur ſecundū naturā,ſiue natū,& infinitū, hoc eſt indeterminatum,& hoc ſecundū iterū in duo ſecatur,alterū enim infinitum dicitur,quia non magis natū euenire quā non euenire,vt animal progredi,alterū vero infinitū, quia a' cauſa per accidens & indeterminata eueniens,vt animali progrediente fieri terræmotū. Primo autem contingenti non oppoſuit Ariſto.ſuū oppoſitū,quoniā ex habitu nota eſt priuatio, contingenti enim naturali opponitur cōtingens non naturale,& vt illud eſt in plus,ita hoc in minus. Diuiſit autem ſecundū modū ratione infinitatis. & hoc quod fortuitum eſt,non eſt id quod eſt non naturale. ſed ratum

B propter fortuitā cōiunctionē horū effectuū,quāuis terræmotus non dicatur nō naturalis reſpectu progreſsionis, nec econtra, ſicut hominē naſci ſex digitū aut bicipitem reſpectu hominis perfecti,qui ſecundū naturā talis naſcitur,de conuerſione autem contingentis inquit,cōuerti ad oppoſitas qualitates vtrunq; contingens,non tamen eodem modo nā contingens vt plurimū conuertitur in non neceſſarium hoc modo, cōtingens eſt hominē in ſenectute caneſcere nō neceſſe eſt hominē in ſenectute caneſcere, quod dictū aliqui intellexerūt, q cōtingens vt plurimum conuertatur in negatiuā de contingenti poſsibili, hoc eſt cōmuni quod ſe habet vt genus ad contingens ad vtrūlibet & neceſſarium. Sed iſti meo iudicio decipiuntur, nam hoc contingens non reperitur in rerū natura, nec de eo poſſunt formari propoſitiones in aliqua materia, nā omnis propoſitio vel eſt neceſſaria vel de ineſſe vel vere contingens. Præterea,ſi contingenti in pluribus opponitur cōtingens,in paucioribus, ſi affirmatiua fuerit de cōtingenti in pluribus, cur non erit negatiua de contingenti in paucioribus? Præterea,etiam negatiua in paucioribus conuertetur in affirmatiuā in pluribus ſi cōtingens ue

C rum conuertitur in oppoſitas qualitates. Aliter ergo dicemus,vt Alexander inquit q Ariſto.non tantū docuit modum conuerſionis affirmatiuarū in negatiuas in hoc modo contingentis, quod ſcilicet non neceſſe eſt hominē caneſcere in ſenectute,licet non ſit in eodē modo contingentis,ſed in diuerſo quod eſt in paucioribus. Verū etiā afferre duplicē cauſam,quare contingentia vt in pluribus non ſunt neceſſaria,vna eſt ex parte ſubiecti,quoniam homo priuſq; ad ætatē ſenectutis perueniat poteſt mori, quāuis ergo ſint cōtingentia in pluribus, poſſunt non fieri ex defectu ſubiecti. Alia cauſa eſt, quoniā & ſi perueniat ſubiectum,poteſt tamen nō habere huiuſmodi paſsionē ex defectu alicuius diſpoſitionis & principij requiſiti ad eam. Conuertitur ergo contingens verū in cōtingens verum, quāuis non in eundē modū contingens autem infinitum, hoc eſt æquale cōuertitur in cōtingens æquale,nam æqualiter poteſt homo ambulare & nō ambulare. De contin-

D genti autem infinito quod eſt fortuitum nō dedit modum cōuerſionis,vel quia notus erat ex eo quod dixerat de cōtingente in pluribus,vel propter cauſam quā ſubdit,quia de eo nulla ars cōſiderat. His hunc in modum circa naturam cōtingentis veri declaratis,illud quoq; ſciendū eſt, q Philoſophus ab hoc loco, deinceps in omnibus ſyllogiſmis,ſiue vniformibus de cōtingenti, ſiue miſtis ex inexiſtenti & cōtingenti, aut ex neceſſario,& contingenti, propoſitiones cōtingentes ſemper aſſumet de vero contingenti, ſed an ſemper ſequatur concluſio de cōtingenti, in miſtis,& ſi ſequatur de contingenti an ſemper de vero contingenti difficilis admodū & inextricabilis ambiguitas eſt inter Philoſophātes,& variæ de hac extiterunt ſententiæ. Primo itaq; qū contingens cum inexiſtenti miſcetur in prima figura,ſi maior fuerit cōtingens,ſiue affirmatiua,ſiue negatiua minor de ineſſe affirmatiua,ſemper ſequitur cōcluſio de vero cōtingenti,& ſyllogiſmi ſunt perfecti,qm tenent per dictū de omni quod debetur propoſitionibus de cōtingenti de quo Philoſophus meminit quū de vniformibus de contingenti tractaret. Si vero e contra maior ſit de ineſſe affirmatiua,minor quoq; affirmatiua, de cōtingenti in eadē figura aſſerit ſequi cōcluſionē vere cōtingentē;ſed eſſe ſyllogiſmū imperfectū, qm non tenet per dictū de omni,ſed per deductionem ad impoſsibile,ſi autē maior fuerit de ineſſe negatiua cū minori de cōtingēti affirmatiua, non ſequi cōcluſionē de contingenti determinato, ſed de eo quod eſt nulli ex neceſsitate, & addit Philoſophus neceſſariū eſſe vt ſumamus maiorē de ineſſe ſimpliciter:nā ſi aliter ſumatur,concluſionē ſequi,quādoq; neceſſariā affirmatiuā quādoq; negatiuā. Hæc dicta Philoſophi duas difficultates expoſitoribus iniecerunt. Iccirco Auer.in hac materia voluit digredi vt mentē ſuā declararet,& aliorū opiniones deſtrueret. Tres autem ſunt dubitationes primæ quæ emergunt,prima quid per ineſſe ſimpliciter Philoſophus intellexerit. ſecunda quid per contingens quod eſt nulli ex neceſsitate. tertia,an hæc concluſio

E

F quæ in ſyllogiſmo negatiuo ſequitur poſsit in affirmatiuo ſequi & in his verſatur ferè tota hæc digreſsio. Et ſciendum eſt q in hac digreſsione,in tranſlatione quā habuimus,interprete Burana cōterraneo noſtro,ſunt quædam verba in principio digreſsionis, a' quibus poteſt incipere digreſsio:quæ nō habentur in veteri tranſlatione & ſunt verba verſantia circa tertiā dubitationē,quæ ſic leguntur, cap.13.& nos in margine ſignauimus ibi principiū digreſsionis,admota manu illā indicante (Atqui ſi falſum fuerit quod dicimus nō poſsibile, & deſtruat oēs diſpoſitiones de quibus dicitur poſsibile, &c.) Quoniā Philoſophus dixerat ex maiori de ineſſe & minori de cōtingenti,ambabus affirmatiuis ſequi cōcluſionē de cōtingenti,& probauerat hoc per deductionē ad impoſsibile ex cōtradictorio cōcluſionis cum minori poſita ineſſe, deducens cōtradictoriū maioris hoc modo, omne b.eſt a.in actu,poſsibile eſt omne c.eſſe b.ergo poſsibile eſt omne c.eſſe a. ſi

G nō ſequitur hæc cōcluſio, detur oppoſitū, nō poſsibile eſt omne c.eſſe a. hæc valet iſtā neceſſe eſt aliquod c.nō eſſe a. & hac & minori poſita in eſſe in quinto tertiæ, ſequetur cōcluſio particularis negatiua neceſſaria quæ cōtradicit maiori quæ erat vniuerſalis affirmatiua inexiſtēs, hoc modo,neceſſe eſt aliquod c.non eſſe a.omne c.eſt b. ergo neceſſe eſt aliquod b.nō eſſe a. Propter hoc inquit Auer. ſi hoc falſum quod dicimus nō poſsibile,deſtruat oēs modos de quibus dr̄ poſsibile,quos ſupra diſtinxit Ariſto.in cap.de cōuerſione propoſitionū cōtingētium,ſequitur ex hoc q poſsibile verū cōcluſum per ſyllogiſmū verū primo factum ſit nō ſolū verū & proprium contingens,ſed ſit omnis ſpecies ipſius poſsibilis,cui contradicit nō poſsibile vel impoſsibile, cui impoſsibili iterū nō impoſsibile contradicit per quod ſignificamus ipſum poſsibile,ita vt iſte ſyllogiſmus cōcludat tres cōcluſiones,abſolutā,neceſſariam,& poſsibilem,aut rem procedentē proceſſu generis ad iſta tria,& hoc accidit ei, quoniam nō poteſt proce-

H dere nec probari per dictum de omni. Quod ſi concedatur,tunc inſurgit dubitatio quō Ariſtoteles dixerit ex hac coniugatione ſequi concluſionē affirmatiuam de vero & proprio cōtingenti,vult dicere Auerro. ſi ſyllogiſmus iſte per dictū de omni teneret, nulla inſideret difficultas de modo cōcluſionis,eſſet enim manifeſta cōcluſio de vero cōtingenti, ſed quia deducitur per deductionē ad impoſsibile ex cōtradictorio poſsibilis,ex quo ergo ex cōtradictorio poſsibilis quouis mō ſumpti,ſequitur maioris cōtradictorij quod eſt falſum impoſsibile,falſum autē impoſsibile nō ſequitur niſi ex falſo impoſsibili.ergo illud fuit falſum impoſsibile quod fuit ſuppoſitū.ergo contradictoriū verum,quod eſt poſsibile, quocunq; modo ſumptū, erit ergo cōcluſio poſsibilis de quacūq; ſpecie, vel de poſsibili generico cōt. Si autem ita dicatur male Ariſto.dixit ſequi cōcluſionē de vero cōtingenti,quū ſequatur de quacunq; ſpecie contingentis,hoc idē repetit Auer.infra breuiſsimis verbis in modo negatiuo. Et hanc coniugationē affirmatiuā cōcludere tres cōcluſiones, & notauit Auer.in quodā libello,in quo etiam hunc locum exponit. Hæc dubitatio

I quãuis ſub alijs verbis, eadem eſt cum ea quã dixit tertiã,
quã etiam græci expoſitores mouent, an ſcilicet cõcluſio
quæ ſequitur in ſyllogiſmo negatiuo quæ eſt nulli ex ne-
ceſſitate, ſequatur in ſyllogiſmo affirmatiuo, nã illud ap-
pellant multi poſſibile cõmune ſiue aliud. Huic dubita
tioni Auer. dat manus, & expoſitores græci illã conceſſe-
runt, et Albertus inter Latinos. Sed ad Ariſtotelẽ reſpõdet
Auer quod ſicut dicimus propoſitionẽ indefinitã, licet indiſ-
ferens ſit ad vniuerſalẽ et particularem æquiualere potius
particulari, quia vilior, ita Ariſtoteles dixit ſequi conclu-
ſionẽ contingentẽ verã tanquã viliorem inter ſignificata
poſſibilis. Albertus autẽ & alij ex latinis dixerunt, Ari
ſtotelem ex hoc quod .d. in modo negatiuo dediſſe intelli
gere eandẽ concluſionẽ ſequi in affirmatiuo. Græci autem
dicunt quod eadẽ ratione qua Ariſto. arguit in negatiuo ſe-
K qui dimidiũ contingentis, poteſt aſtrui etiam in affirmati
uo ſequi dimidium contingentis abſque aliqua hæſitatione
& ad Ariſto. nihil dicunt, poſteris diluendã hanc difficul-
tatem prætermittentes. Reſponſio Auerr. eſt rhetorica.
Alberti autem reſponſio facit Ariſto. ignarũ & deſiden.
Sed quoniã ſolutio huius difficultatis pendet ex his quæ
dicenda ſunt, iterũ ad illã reuertemur. Proſequitur Auerro.
in verbis ſuis declarando quod præcepit Philoſophus ſumen
dam eſſe propoſitionẽ de ineſſe ſimpliciter, nã ſi aliter ſu-
meretur, peccaret ſyllogiſmus, quia concluderet de omni
& de nullo, vt patet in litera. Et declarat quid intelligendũ
ſit per propoſitionẽ de ineſſe ſimpliciter. & dicit fere eiſ-
dem verbis ea quæ ſupra dixerat in capit. de conuerſione
propoſitionũ inexiſtentium quod propoſitio abſoluta vera
ſimpliciter eſt illa, de qua eſt vera prædicatio vniuerſalis
abſoluta, in qua ſenſus teſtaturque prædicatũ ineſt cuilibet
contento ſub ſubiecto omni tẽpore aut in plurimo tẽpo-
re, & hæ ſunt propoſitiones quæ inueniuntur per indu-
ctionem: in qua verificantur omnia ſingularia, & diffe-
rentia inter eas & propoſitiones neceſſarias eſt, quia intel
L lectus in illis poteſt cogitare oppoſitum prædicati ineſſe
ſubiecto, ſed non in neceſſarijs propter cõpoſitionẽ eſſen-
tialẽ prædicati cũ ſubiecto vt in illa, omnis coruus eſt niger
omnis nix eſt alba, poteſt enim intellectus cogitare cor-
uum albũ abſque contradictione. Et ſubdit quod ex his abſolu
tis ſimpliciter fiunt plures ſyllogiſmorũ in ſcientijs, quẽad
modũ etiam ex contingentibus in pluribus. Ex abſolutis
autem quæ vere ſunt in pauco tẽpore non fiunt ſyllogiſ-
mi, quẽadmodum nec ex contingentibus in paucioribus,
vt dicit Ariſtote. & multo magis ſi tales propoſitiones de
ineſſe vt nunc miſceãtur cũ contingentibus. Si autẽ fuerit
maior in hac coniugatione inexiſtens vt nunc, dicit quod ſe-
quetur concluſio neceſſaria affirmatiua & neceſſaria ne-
gatiua: & erit ſyllogiſmus non concludens, & ſubdit cau
ſam huius eſſe, quia quũ maior verificatur pro quodam
paruo tẽpore, vt dicendo. omne motũ eſt homo, non po
terit cõprehendere ſub ſe minorẽ quũ ſit contingens, quo-
niam contingens verificatur etiã in futuro, & non ſolum
in illo paruo tẽpore pro quo verificatur maior, & cõclu
M dit dicens ſe arbitrari hoc voluiſſe Ariſtotelem, quũ .d. vni
uerſalem affirmatiuã accipiendũ eſſe de ineſſe ſimpliciter,
non autẽ pro tẽpore determinato, non autem voluiſſe id
quod putauit Albumazar, quod hæc determinato ſit ſecundũ
dictũ de omni, nã vt dictũ fuit ſupra in digreſſione mixtio
nis de neceſſario cũ inexiſtenti. Propoſitio abſoluta quan
tũcunque fuerit vniuerſalis & maior, nõ poteſt in ſe cõtine
re dictũ de omni vniuerſaliter, verũ in tribus tẽporibus,
niſi in aliqua determinata materia. Et propter hoc non cõtinet
minorẽ contingentẽ quæ verificatur in potẽtia nõ in actu
contingens autẽ ex ſignificatione ſibi propria poteſt con
tinere ſubiecta & in actu & in potentia, & propter hoc
poteſt miſceri maior cõtingens cũ minori, ſiue neceſſaria
ſiue inexiſtens fuerit, & cõcludere per dictũ de omni. quod ſi
ita eſt, vt dixit Albumazar, quare ergo Ariſtoteles dixit
ipſam non cõcludere per dictũ de omni, & quare aſtruxit
ipſam per deductionẽ ad impoſſibile, niſi quia nõ poterat
tenere per dictũ de omni? Quare etiã dixit quod cõcludit ali
quando affirmatiuã, & aliquando negatiuã neceſſariã, et quid
voluit per hoc? ſequitur igitur ex hoc vt iſta ſit alia ab illa
quã oſtendit cõcludere per deductionẽ ad impoſſibile, & N
illa etiã dicatur habere hanc conditionẽ quod concludat per
dictũ de omni, non erit hoc niſi in aliqua materia, non in
omni. Poſtea in illa parte, neque eſt etiã præceptũ &c. Ex-
cludit opinionem Theophraſti & Themiſtij de abſoluta
ſimpliciter dicens præceptũ quod dat nobis Ariſtoteles de
abſoluta ſimpliciter non poſſe intelligi de abſoluta quã
ipſi finxerũt, quæ cõprehendit poſſibilẽ & neceſſariam,
quoniã nulla propoſitio inuenitur extra intellectũ talis,
quæ ſcilicet ſit hoc mõ indifferẽs, & ſe habeat vt materia
ſubſtrata neceſſariæ & poſſibili, intentio autẽ Ariſtotelis
fuit enumerare propõnes, quæ habent modos annexos
modis entis, & quæ poſſunt diuidi diuiſione reali, ſecun-
dũ diuiſionẽ modorũ entis, aut primorũ ſcitorũ, hoc eſt
primorũ cognitorũ, quæ ſunt prima ſignificata ipſarum
propoſitionũ per ſe nota. Quod ſi hæc ſit intentio Ariſto
telis de his propõnibus ſermonẽ facere, quæ ſunt inuentæ
tantũ in rerũ natura, & cognitæ, nulla eſt vtilitas in abſo-
luta quã adducit Themiſtius. Si autẽ voluit diuidere pro-
poſitiones ſecundũ diuiſionẽ ſcitorũ primorũ quæ nobis O
inſunt per naturã, erit in abſoluta quã tradit Themiſtius
aliqua vtilitas, quoniã multa ſunt in quibus ſcimus prædi
catum ineſſe ſubiecto, ſed ignoramus an inſit contingen
ter neceſſario, & veriſimile eſt & credibile quod Ariſtoteles
per abſolutã, vtranque intentionẽ conceſſerit. ſ. abſolutã ſe-
cundũ cognitionẽ tantũ, & abſolutam ſecundum rem &
cognitionẽ, & hæc vltima eſt illa quã prius definiuimus,
non autẽ illa quã voluit Alexander, quã dicit eſſe veram
in tempore determinato, quoniã ex hac propoſitione nõ
fit ſyllogiſmus niſi per accidens, vt in ſyllogiſmis ad im-
poſſibile ducentibus, in quibus propoſitio aliqua contin
gens vertitur in inexiſtentẽ quæ erit inexiſtens vt nunc,
ſed non poteſt admiſceri talis propoſitio cum minori de
cõtingenti de qua in propoſito intendimus. Sed de opi
nione Alexandri abunde diximus in quæſtione quã ſupra
fecimus in his annotationibus de diuiſione propoſitionũ
ab Ariſtotele tradita. Circa hoc tamen ſcire debes quod
Auerro. iniuſte Alexandrũ reprehendit, quoniam aliter ſu
mit hic propoſitionẽ de ineſſe quã ſupra ſumpſerit, nã ſu- P
pra ſumpſit illam vt diſtinguitur a neceſſaria & poſſibili
ſecundum naturam rei, & fuit illa quæ ex contingenti in
actũ eſt deducta. Hic vero per abſolutã quæ ſit vera vni
uerſaliter & non determinato tempore, voluit Ariſto. in-
telligere propoſitionẽ illam de ineſſe ſub qua ſumpta mi-
nor de contingenti, ſi ineſſe ponatur & in actu nõ poteſt
illam reddere falſam & particularẽ, & per conſequens cõ
iugationem inutilem facere in prima figura concludentẽ
omni & nulli ex neceſſitate, & hoc aperte ex eius ſcri-
ptis hoc loco colligitur. Et hoc arguit Auerro. ſcripta eius
nõ vidiſſe. Dat exemplũ Alexander earũ propoſitionum
quæ veræ ſunt in tẽpore determinato, quod etiã ab Ariſto
tele in textu ponitur vt omne motũ eſt animal, vel omne motũ
eſt homo, & affert cauſam huius eſſe, quoniam medius termi-
nus excedit maiorẽ extremitatem, ita vt in aliquibus inſit
quibus maior extremitas ineſſe non poteſt vniuerſaliter,
ex hoc propõ inexiſtẽs ad tẽpus determinatur, quũ enim
minori extremitati cui cõtingit ineſſe ipſum mediũ, alteri Q
exiſtenti ab ipſa maiori extremitate & nõ ſub ipſa exiſtẽ
ti, mediũ ipſum quod illi inerat contingenter, ineſſe actu
poſitũ fuerit, nõ põt amplius vera eſſe vniuerſalis, illa in
exiſtẽs, quæ erat maior propõ. Si .n. animal ſupponamus
omni et quod mouetur ineſſe, quũ poſſit id quod mouetur,
etiã non animalibus ineſſe, ſi actu alicui tali inſit, non erit
tunc vera vniuerſalis affirmatiua inexiſtens, illa quæ dice
bat, omne quod mouetur eſt aĩal Si ita dicamus, omne quod
mouetur eſt aĩal, cõtingit omnem lapidẽ moueri, non .n. po
teſt lapis moueri, donec omne quod mouetur eſt animal. Iccir
co ſi ponamus lapidẽ moueri actu et ſit vera, fit falſa ma
ior aut ſi ſit vera redditur particularis, & conſequẽter inuti
lis coniugatio in prima figura, & cõcludens omni & nul
li, vt patet in exẽplis ab Ariſtotele in textu poſitis. Hæc
Alexander & longe plura, & poſt multa ſubdit non intel
ligere Ariſtotelẽ per vniuerſalem inexiſtentem eã quæ ſem
per exiſtit, hæc .n. iam eſt neceſſaria, ſed eã quæ poteſt ma

nere

A nere inexiſtens vniuerſalis affirmatiua vera, etiã quando
contingens vniuerſalis affirmatiua ſumpta, cũ ea in exi-
ſtentẽ transmutetur. Et poſt multa ponit exemplum accõ
modatum huic acceptioni propoſitionis vniuerſalis affir
matiuæ de ineſſe, in his terminis, omne grammaticũ am-
bulat, contingit oẽm hominẽ eſſe grãmaticum. ergo con-
tingit omnẽ hominem ambulare. Vel in his, omne aĩal
vigilat, contingit omne motũ eſſe animal. ergo contingit
omne quod mouetur vigilare, ſed aptius puto primũ exẽ
plum. Eſt ergo in hac coniugatione ſumendũ mediũ infe-
rius, hoc eſt minus cõe maiori, et minor extremitas etiam
talis vt poſſit eſſe ſub maiori, ſi debet ſequi cõcluſio con-
tingens vniuerſalis affirmatiua vera. Hæc in fine huius di
greſſionis addidimus de mẽte Alexandri, vt oſtẽderemus
male ab Auer. fuiſſe eius opinionẽ animaduerſã. Et quo-
niã q̃ hic in fine diximus, de his pertractant q̃ in prima du
bitatione propoſuimus. Iccirco ad illã reuertimur, inueſti-
B gantes quid per propoſitionẽ de ineſſe ſimpliciter Ariſto-
te. intellexerit nã quanquã Auerro. opinionẽ Theophra-
ſti & Themiſtij excluſerit, tanquã non idoneæ ſint huiuſ-
modi propoſitiones in hac coniugatione. Videndum eſt
an illæ quas ipſe affert poſſint talem cõplicationẽ cum mi
nori de contingenti conſtituere. Hoc enim minime vide
tur fieri poſſe, poſita enim eiuſmodi propoſitione de ineſ-
ſe, cuius ſubiectum ſubſtantiale eſt, & prædicatum ei pro
prium accidẽtale, nõ poteſt ſub ea minor ſumi q̃ vere con
tingens ſit. Oẽs enim tales propoſitiones in quibus p̃di-
catũ ſubſtantiale eſt & ſubiectũ accidentale ſumptæ cum
verbo cõtingit, falſæ ſunt quoniam earum contradictoriæ
ſunt vere, vt patet per ſingulas inductiue diſcurrẽdo, vt ſi
dixero, contingit omne albũ vel motum eſſe animal vel
hominẽ. Nam aliquod album de neceſſitate non eſt ani-
mal, vt nix vel ceruſa, & aliquod motũ de neceſſitate nõ
eſt homo, vt corpus cœleſte, ſiue ſumatur ſubiectum pro
ſubſtantia tantũ, ſiue pro congregato ex diſpoſitione &
ſubſtantia, & ſi pro diſpoſitione tantum falſiſſime erunt
omnes vt vel cæco etiam patere poteſt. Sumptis autẽ ter-
C minis vtriſq; ſubſtantialibus, propoſitio contingens fieri
nullo modo poteſt. Ab hac etiam Auerro. opinione non
multum Albertus diſcrepat, qui dicit propoſitionẽ de ineſ
ſe ſimpliciter illã eſſe, q̃ ex contingenti nato in actum eſt
translata. Hoc quoq; dictũ eiſdẽ argumentis refelli po-
teſt. Vnde meo iudicio præferenda eſt Alexandri opinio.
Ipſe nãq; melius & facilius has oẽs difficultates euitat, &
dicta Ariſtotelis rectius exponit. Sed tamẽ nec etiam iſta
opinio videtur propoſito ſatisfacere, habet enim validã
cõtra ſe inſtãtiã. Nam etiam ſi ſumatur talis propoſitio de
ineſſe, ſub qua ſumpta minor ſi in actũ transmutetur, nõ
repugnet illi nec faciat eã particularẽ, nihil tamen prohi-
bet hanc propoſitionem eſſe inexiſtentem vt nunc, huiuſ
modi autẽ propoſitiones non ſunt vtiles in ſcientijs, quẽ-
admodũ nec propoſitiones de cõtingenti in paucioribus.
Patet quod dicitur in exemplo ſuperius poſito, oẽ grãma
ticum mouetur, contingit omnem hominem eſſe grãma-
ticum, ergo contingit omne hominem moueri. Ad hanc
reſpondetur q; eiuſmodi propoſitio, quamuis ſecundum
D ſe conſiderata ſit de ineſſe vt nunc, tamen comparata ad
cõtingente ſub ea ſumptam, eſt de ineſſe ſimpliciter, quũ
per illam nunquam poſſit reddi particularis aut falſa. Et
dicitur etiam q; dum ſeruetur illi conditio quæ dicta eſt
poterit etiam propoſitio vera vniuerſaliter ſumi & abſo
lute, non tamen ita vt ſit neceſſaria, ſed de ineſſe tantum,
& tales propoſitiones poſſunt ſcientijs accommodari.

Sed peteret aliquis, an ſit aliquod pro Auer. ſubter fu-
gium. Omnes hic Auer. deſerunt. Credo tamen pro eo di
ci poſſe, q; propoſitio neceſſaria, et inuenta, ſiue abſoluta
debent habere ſubiectum ſubſtantiale, & neceſſaria neceſ
ſarium niſi ſit per accidens neceſſaria, q̃ etiã poteſt dici in-
uenta de illis quas ſupradiximus. Non poſſunt autem ha-
bere ſubiectum potentiale. Et huius contrarium eſt in pro
poſitione poſſibili, quod ſubiectum poteſt eſſe potentia-
le licet prædicatum ſit ſubſtantiale, modo illud prædicatũ

omne ambulans eſt animal, hoc prædicatum, animal ne- E
ceſſario ineſt ſubiecto ambulationis, qm̃ nihil põt ambu-
lare niſi ſit animal, licet ambulatio illi contingenter inſit,
ſi autem dicerem, contingit omne ambulans eſſe coruũ,
prædicatum hoc non ineſt neceſſario ſubiecto ambulatio
nis, poteſt enim & coruus, & aliud a coruo ambulare.
Patet ergo ſub propoſitionibus de ineſſe ſimpliciter poſ-
ſe ſumi minores de contingenti habentes prædicatũ ſub-
ſtantiale quum habuerint ſubiectum contingens, hoc eſt
congregatum ex ſubiecto & diſpoſitione illi accidentali-
ter inhærente, quum ergo dicitur harũ contingentium cõ-
tradictorias eſſe veras, dicitur illud fortaſſe verũ eſſe, ſi ſu-
matur ſubiectum ſubſtantiale ſimplex, vt in exẽplo dato
neceſſe eſt aliquod album non eſſe animal, puta ceruſam,
ſed ratione albedinis, quæ illi contingenter ineſt, efficitur
vt, & hoc prædicatum quod eſt animal, poſſit contingẽ-
ter eſſe illud ſubiectum cui contingenter ineſt albedo, ſe- F
cus eſſet ſi illa diſpoſitio illi ſubiecto eſſet eſſentialis. Sunt
enim iſtæ propoſitiones contingentes ratione totius ag-
gregati contingentis. Et ex hoc patet reſponſio ad aliud,
patet enim q; non ſunt falſæ ſi ſumantur pro aggregato,
&c. Fortaſſe autem non perperam dixiſſet Auer. eas pro-
poſitiones de ineſſe ſimpliciter huic miſtioni cõferre, quas
ſupra dixit miſtioni de neceſſario & inexiſtenti vtiles eſſe
quæ ſunt per accidens neceſſariæ. De quibus abunde dixi
mus. Ex dictis ergo manifeſtum eſt quid per propoſitio-
nem de ineſſe ſimpliciter in hac miſtione ſit intelligendũ.
Non abre autem fuerit dubitationem quandam ſoluere,
quæ non eſt ab hoc propoſito aliena, vt præſtemus quod
polliciti ſumus, in quodam excerpto dubio, in carta. 62.
colla. ſecunda de concretis, quod mouetur a Philopono,
de quodam præcepto Philoſophi, quo docet mutãda eſſe
abſtracta nomina in concreta, quibus non mutatis fit fal
lacia in ſyllogiſmo, vt ſi dicamus, contingit nulli b, ineſſe
a, hoc eſt, nulli morbo ineſſe ſanitatem, omni homini in-
eſt morbus. ergo contingit, nulli homini ineſſe ſanitatem,
conſequens tamen falſum eſt. Inquit Philoſophus cauſam G
eſſe, quoniam termini non recte exponuntur. Sic enim
oportet dicere, contingit nullum ægrotans eſſe ſanum,
omnis homo eſt ægrotans. ergo contingit nullum homi-
nem eſſe ſanum. Sed inquit Ioan. grammaticus q; etiam
hoc modo non videtur ſequi concluſio, nam ſubiectum
in maiori vel ſumitur pro ſubiecto ſtante ſub actuali di-
ſpoſitione, & ita maior eſt falſa, qm̃ de neceſſitate nullũ
ægrotans quatenus ægrotans eſt ſanum. Et hoc etiam
confirmat Albertus in eo loco, ſi autem pro ſubiecto tan
tum, minor non conſtabit, quoniam in ea prædicatur affe
ctio de homine & ſic variabitur medium. Ad hãc du-
bitationem, longam & moroſam ſolutionem dat idem
Philoponus, ſed nos breuem, & apertam damus, quod
maior ratione verbi, contingit, non ſumitur cum illa redu
plicatione addita ſubiecto, ſic enim eſt neceſſaria & non
contingens. Et ſic forte intellexit Albertus quum enim ſu-
biectum ſit terminus concretus duo in ſe continens ſu-
biectum, & diſpoſitionem, prædicatum huic attribui po-
teſt coniunctim, & diuiſim, ſi coniunctim attribuatur ſic H
eſt propoſitio vera, eſt enim ſenſus quod ei ſubiecto qđ
nunc ſubijcitur, ægritudini contingit non ineſſe ſanitatem
nam & ſanitas & ægritudo illi contingenter ineſt. Et hoc
modo ſumpta eſt affirmatiua quo ad modum, licet ſit ne-
gatiua de dicto, & eſt vera ſicut & hæc, contingit omne
ægrotans eſſe ſanum, ſed diuiſim, quoniam contingens
poteſt mutari in oppoſitam qualitatem. Si autem ſit nega
tiua de modo erit neceſſaria, quoniam negatio contingẽ-
tis neceſſitatem inducit, ſignificat enim quod impoſſi-
bile eſt aliquod ægrotans eſſe ſanum. Et tunc ſumitur
ſubiectum cum reduplicatione, & hoc petebat argumen
tum, ſed non ſumitur hoc modo, ſed de contingenti vero.
Tunc enim eſt ſyllogiſmus procedens ex maiori de con-
tingenti negatiua & minori de ineſſe affirmatiua conclu
dens negatiuam de contingenti, & optime concludit, vt
patet. Ad ſecundam autem, & tertiam dubitationem

I ter repetamus, ſuperſedebimus, non pętermittemus tamen
dubitationē quandā quæ nobis videtur difficilis ex litera
Ariſt. nā poſtquā dixit concludi concluſionē de cōtingen-
ti nō determinato, ſed de eo quod eſſe nulli ex neceſſitate,
probat ex terminis ꝙ non ſequitur concluſio contingēs,
& adducit hos terminos, coruus diſcurrens, homo, & ſic
format ſyllogiſmum, nullum diſcurrens eſt coruus, cōtin-
git oēm hominē eſſe diſcurrentē. ergo neceſſe eſt nullum
hominē eſſe coruum. Inquit enim, ſed a, ex neceſſitate nul
li c, & ſubdit. Patet ergo quod non eſt concluſio contin-
gens, ſed neq; neceſſaria ſemper. Hæc verba difficultatem
fecerunt expoſitoribus. Videtur enim velle ꝙ ex hac ſyl-
logizandi forma ſequatur concluſio quādoq; neceſſaria,
quandoq; non neceſſaria, ſed contingens negatiua, nō er-
go ſequitur concluſio q̄ eſt nulli ex neceſſitate, q̄ dicitur eſ
ſe dimidium contingentis, vt græci expoſitores dixerunt.
Maxima enim eſt differētia inter hoc dicimus, nulli ex ne-
ceſſitate, & hoc neceſſe, nulli nā in prima, vt Alex. inquit,
non negatur inhærentia, ſed modus inhærentiæ. Dicimus
K enim ineſſe, ſed non neceſſario ineſſe, ſed in ſecunda nega-
tur inhærentia, cū modo neceſſitatis. Quod autem hoc ita
ſit, et ꝙ ſequatur concluſio contingens quandoq;, probat
ex terminis Philoſophus dicēs, nullum ſciens mouetur, cō
tingit oēm hominē ſcire. ergo non erit concluſio neceſſa-
ria, non enim neceſſe eſt nullū hominē moueri, ſed non ne
ceſſe eſt aliquē. Ex his duo declarat Philoſophus primū q̄
ſit differentia inter neceſſe nulli & nulli neceſſe ſecundum
quid ſignificet hæc nulli neceſſe, ſignificat enim idē ꝙ iſta,
nō neceſſe eſt aliquē. Ex his videtur habere philoſophus
ꝙ ſequitur concluſio quandoq; neceſſaria, quandoq; con
tingēs ambæ negatiuæ. Ex quo vlterius ſequitur ſi ex hoc
modo ſyllogizādi debet ſequi concluſio de poſſibili ꝙ il-
lud poſſibile ſit poſſibile cōe neceſſario & contingēti ve
ro quod oēs Latini voluerunt, & forte etiā Auer. non di
ſcrepat, vt ſupra diximus. Alia dubitatio eſt quō verū
ſit non concludi cōtingens iam determinatum. Supponit
enim oppoſitū huius, quod eſt, non cōtingit nulli, & hoc
dicit æquiualere huic quod eſt, neceſſe alicui. Et ex hoc cō
L cludit impoſſibile, ex quo arguit ꝙ concluſio primi ſyllo
giſmi debet eſſe contradictoriū huius quod eſt non neceſ
ſe alicui, vel nulli ex neceſſitate, quod idē eſt. Aut ergo re
cte ſumpſit oppoſitū cōtingentis, aut nō recte, ſi nō recte
ruit tota demonſtratio, ſi recte, & ad illud ſequitur impoſ
ſibile ergo debet in primo ſyllogiſmo concludi concluſio
de vero contingēti, ex quo in ſecundo per impoſſibile ex
oppoſito veri cōtingenti ſequutū eſt impoſſibile. Itē hoc
arguitur ex alio, nā ſi iſta, neceſſe alicui ſumitur vt equiua
lens illi, non contingit nulli ergo eius oppoſita q̄ eſt, nulli
neceſſe æquiualebit illi, contingit nulli. ſi ergo concluditur
iſta nulli neceſſe, concludetur & illa q̄ dicit, contingit nul
li, concludetur ergo contingens ſecundū determinationē.
Ad primā harū dubitationū dicitur ſecundum intentionē
Alexā. ꝙ quū vellet Ariſt. oſtendere non concludi conclu
ſionē vere cōtingentē, ſed eā q̄ eſt, nulli ex neceſſitate, in-
uenit terminos concludentes neceſſe nulli, quū tū intentio
ſua eſſet concludere nulli neceſſe, nā quantū differant iſtæ,
M iam ſuperius diximus, & hoc euenit ob id quod nō ſum-
pſerat maiorē de ineſſe ſimpliciter ſed neceſſariā. Ex qua
non fuit mirū ſequutā fuiſſe concluſionē neceſſariā negati
uā. Vnde hoc animaduertens philoſophus fecit aliā demō
ſtrationē ex qua ſequuta eſt alia concluſio q̄ eſt, nulli ne-
ceſſe, & hæc eſt de contingenti dimidio, et admonuit nos
vt diligentius ſumeremus terminos, qm̄ gratia materiæ
variatis terminis, & non recte ſumpta propoſitione de
ineſſe, contingit nos aliquando neceſſariā negatiuā, aliqñ
contingente negatiuā q̄ eſt nulli neceſſe, concludere nulla
ergo concluſio formaliter ſequitur ex tali forma ſyllogi-
ſtica niſi iſta, nulli ex neceſſitate, vt negatio illa negat mo
dū inhærentiæ, non autē inhærentiā, qm̄ hæc eſt q̄ demon
ſtratur ſequi per deductionem ad impoſſibile, ſumpto cō
tradictorio huius, contingit nulli, hoc eſt nō contingit nul
li, quod poſitum eſt æquiualere illi, neceſſe alicui, qua exi-
ſtente impoſſibili, concluditur verū eſſe eius contradicto-
riū, quod eſt nulli neceſſe, vt ſæpius dictū eſt. Latini autē
expoſitores qui dicta Philoſophi ſumpſerunt vt iacent, N
dixerunt ex hac forma ſequi concluſionē de poſſibili ge-
nerico ſiue cōi, qm̄ ſequitur quandoq; neceſſaria negati-
ua, quandoq; contingens negatiua. Ad ſecundā dicitur
etiam ex intentione Alexandri. & Ioan. grammatici. ꝙ ſi
propoſitio illa, contingit nulli ſumatur per ſe & ſeorſum
non vt permutabilis in affirmatiuā, illi ſolū opponitur il
la, neceſſe alicui qm̄ illa eſt vniuerſalis negatiua de cōtin-
genti, hæc vero particularis affirmatiua de neceſſario, &
hoc modo etiam illa, non contingit nulli, æquiualebit illi,
neceſſe alicui, ſed quia contingens negatiua poteſt in affir
matiuā mutari, hinc eſt ꝙ per accidens ei opponitur alia
particularis de neceſſario negatiua, q̄ per ſe & directe op
ponitur vniuerſali affirmatiuæ de cōtingenti. Philoſophus
ergo non ſumpſit illā, neceſſe alicui, vt proprie equiualen
tem illi, non contingit nulli, ſed vt ſimul verificabilem, &
qm̄ ex particulari affirmatiua de neceſſario ſequebatur I-
poſſibile, ſcilicet contradictorium maioris in primo ſyllo
giſmo, ſic faciendo ſyllogiſmū in figura tertia, neceſſe eſt
aliquod c, eſſe a, omne c, eſt b. ergo aliquod b, eſt a. Hæc O
contradicit illi q̄ dicebat, nullū b, eſt a, q̄ erat maior primi
ſyllogiſmi in prima figura. Ex particulari autē negatiua
de neceſſario non ſequebatur aliquid impoſſibile, qm̄ ſe-
quebatur aliquod b, non eſſe a, quod non contradicit illi,
quum ſit vniuerſalis negatiua de ineſſe. Ideo dixit philo-
ſophus concludi ſolū contradictoriū particularis affirma-
tiuæ de neceſſario, quod eſt nulli neceſſe, & ideo dimidiū
contingentis, ſecundum illam partem tantum qua oppo-
nitur particulari affirmatiuæ de neceſſario, non autem ne
gatiuæ. Hoc autē fundamento negato non procedit ratio,
nec quantū ad primā nec quantū ad ſecundā deductionē.
Et quum dicitur, ſi non ſumpſit oppoſitum contingentis,
recte ruit tota demonſtratio, dico ꝙ ſumpſit oppoſitum
per ſe & directū, ex quo ſequitur impoſſibile, nec potuit
ſumere aliud ex quo non ſequebatur impoſſibile. Et ideo
bene dixit nō ſequi concluſionē de vero cōtingenti, quod
ſupra fuit determinatū, quod ſcilicet cōuertitur ad oppoſi-
tas qualitates. Verūtamē & illud eſt, ꝙ iſta propoſitio nul P
li c. ex neceſſitate ineſt a, poteſt eſſe vera, ſiue ipſum a, in-
ſit omni c, nō neceſſario tn̄, ſiue etiā alicui ex neceſſitate
nō inſit, nā quod ex neceſſitate alicui non ineſt, vt verum
eſt etiā dicere non ineſſe illi neceſſario, vt verum eſt terrā
ex neceſſitate non moueri, verum quoq; eſt illam non ex
neceſſitate moueri, motus enim illi nō neceſſario ineſt, &
hæc pro iſtorum declaratione ſufficiant. Reliqua autem
quæ nos ommiſimus videantur ab interprete noſtro.

*Expoſitio ordinis & conſequentiæ propoſitionum ſimplicium et
tranſpoſitarum, de quibus pertractat Philoſophus in vlti-
mo cap. primi priorum, & in libro de interpreta-
tione recolit ſe in reſolutorijs dixiſſe, in qua
etiam non inutilis quæſtio interſeri-
tur, an nomen infinitum de non
ente prædicetur.*

QVoniam Ariſto. cap. vltimo primi prio-
rum pertractat de ordine & conſequen
tia quā habēt adinuicem propoſitiones
ſimplices & priuatoriæ & illæ quas græ Q
ci tranſpoſitas vocant, de quibus prius
in libro de interpretatione dixerat ſe in
reſolutorijs meminiſſe. Iccirco nos ex-
poſitionem hæc omnia adamuſſim declarantem, q̄ in illo
libro fecimus, nō inutiliter putauimus huic loco annectē-
dā, cui & q̄ſtionē, addidimus de nomine infinito, an p̄di-
cetur de non ente, q̄ etiam cōtra multorū opinionē, iuxta
peripateticorū eruditiſſimos determinauimus. Et incipit
expoſitio ab illo textu. (Qm̄ autē verbum eſt tertiū adia-
cens p̄dicatur dupliciter dicūtur oppoſitiones, & reliqua)
Et ſequitur in hac ſerie. Poſtquā pertractauit Ariſt. de pro-
poſitionibus ex ſubiecto tantū & p̄dicato cōſtitutis va-
riato etiā ſubiecto per finitū & infinitū p̄dicato eodē ma
nente, quū per finitū & infinitū variari non poſſit quum
dixerit, erit omnis affirmatio, & negatio ex nomine, ver-
bo, vel

A bo, vel ex infinito nomine & verbo. & ſubdiderit etiam, præter verbũ nullã poſſe eſſe affirmationẽ vel negationẽ, de nomine nihil dicens, eo ꝙ etiã ꝑter nomen, poſſit aliqua eſſe affirmatio & negatio. Nunc intendit ſermonẽ facere de propoſitionibus illis, q̃ ſunt ex ſubiecto & ꝑdicato cõpoſitę, & tertio ad ꝑdicato ſcilicet verbo eſt, quod tertio loco poſitum etiã ꝑdicatur. Ex quo patet, verbum eſt omnino eſſe ꝑdicatũ vel partẽ ꝑdicati, vt diximus cap. de verbo. Appellauit autẽ verbũ, eſt, tertiũ ad ꝑdicatum, non quia ſit tertiũ ꝑdicatũ, ſed quia tertio loco poſitũ ꝑdicatur, & nõ ſolũ, ſed vt alteri appoſitũ. Vt autẽ facilius intelligi poſſint q̃ a philoſopho dicuntur in vtroq; libro, videndũ primo eſt ex ſententia Ammonij in libro de interpretatione, qũo in iſtis propoſitionibus fiant negationes. Quod igitur negatiua particula ſubiecto appoſita non faciat negationẽ clarũ eſt, quũ etiã in propoſitionibus de ſecundo adiacente, vt ſupra dictum eſt negatio addita ſubie-
B cto non faciat propoſitionẽ negatiuã, quũ igitur aliæ duæ in propoſitiõibus de tertio ſint particulæ poſt ipſum ſubiectũ, eſt q̃ſtio, cui ipſarũ appoſita negatio faciat negatiuã. Eſt autẽ manifeſtũ ꝙ ꝑdicato appoſita negatio non facit negatiuã. Si enim dixero, homo non iuſtus eſt, hic non iuſtum affirmatur de homine, neceſſe eſt igitur negationem apponi verbo eſt & nõ immerito, nã in propoſitionibus de tertio ꝑdicatũ ſubiecto appoſitum ſine verbo eſt, non facit propoſitionẽ affirmatiuã nec negatiuã, nec ſignificãt verum nec falſum niſi ei addatur verbum eſt, quo mediãte integra perficitur propoſitio. Si igitur per verbũ eſt, additum ꝑdicato perfecta ſit affirmatio, et eſt id per quod principalius propoſitio conſtituitur, neceſſe eſt huic negationẽ apponi, vt quod affirmatio affirmauit, neget omnino negatio. His declaratis vt appareat numerus propoſitionum oppoſitarum quẽ aſſerit Ariſt. dicamus ex intentione ipſius, ꝙ quũ ex propoſitis nobis propoſitionibus duæ fiant oppoſitiones indefinitę, alterã quidẽ ſimplicem vocat, q̃ habet ꝑdicatum terminatum, hoc ipſo tantum, altera q̃ dicenda eſt, ſimplicior exiſtens, alterã vero infini-
C tam, quia infinitum eſt, quod in ipſa ꝑdicatur. Theophraſtus vero eã ex tranſpoſitione vocat, qm̃ vt infra videbitur, tranſpoſito modo ad ſimplicẽ ſe habet in cõſequentia & ordine. Erunt ergo duæ oppoſitiones, facta variatione ex parte ꝑdicati tantum, per finitum & infinitum, & quatuor propoſitiones, duæ ſimplices, eſt homo iuſtus, huius negatio, non eſt homo iuſtus, duæ infinitæ ſiue tranſpoſitę, eſt homo non iuſtus huius, negatio non eſt homo non iuſtus. Eſt ergo intentio Ariſt. q̃rere, ad affirmationẽ ſimplicem, quænam reliquatũ ſequatur, ideſt ſimul verificetur, vt de quibus affirmatio ſimplex verificatur, & quæ ad illã ſequi dicitur, omnino vera eſſe cõprehendatur, ſic enim & ad hominẽ ſequi animal dicimus, qm̃ de quibus homo verificatur, de eiſdẽ quoq; animal verũ eſſe inueniatur. Quum igitur ad ſimplicem affirmationem, eius negatio ſequi non poſſit, quum ſint ei oppoſita, nec etiã affirmatio infinita ſiue tranſpoſita, quoniam oppoſitum prædicatum de eodem ſubiecto affirmaret, vt patet dicendo, eſt homo iuſtus, eſt homo non iuſtus. Relinquitur ꝙ veri-
D ficetur negatio infinita ſeu tranſpoſita, hæc enim reliqua eſt de quatuor. Ad hanc igitur, eſt homo iuſtus, ſequitur iſta. non eſt homo nõ iuſtus. Si igitur de Socr. verificatur ꝙ ſit iuſtus, verificabitur quoq; ꝙ non ſit nõ iuſtus, quũ nõ iuſtum ab eo remoueatur, ob id ꝙ iuſtum affirmatur. Eodẽ quoq; modo eſt q̃ſtio ad affirmatiuã infinitam ſiue tranſpoſitam, quænã aliarum ſequatur, et inuenietur eadẽ

tiua ſimplex, vera etiã eſt negatiua tranſpoſita, ita ecõtra. B
Reſpondetur ꝙ non, prænotando hoc ꝙ de omnibus his propoſitio vera eſt, de quibus totum id quod in propoſitione ponitur verificatur, eſt igitur verum de cane nõ eſſe hominem, nõ eſſe iuſtum. erit ergo & hoc totum verum nõ eſſe hominẽ non iuſtũ, nã ſi homo non eſt verũ quoq; erit non eſſe hominẽ nõ iuſtũ, ex quo patet ꝙ de cane nõ poteſt eſſe affirmatio ſimplex vera. De pluribus ergo verificatur negatiua tranſpoſita, q̃ affirmatiua ſimplex, & quum de omnibus ſit, vel affirmatio, vel negatio vera, tã ſimplex q̃ trãſpoſita, ſi de pluribus verificetur, & ꝑ oppoſitũ etiã negatiua ſimplex de pluribus, ſcilicet de omnibus illis de quibus nõ verificatur affirmatiua ſimplex negatiua itaq; tranſpoſita in plus eſt affirmatiua ſimplici, et negatiua ſimplex in plus affirmatiua trãſpoſita. Et quum id quod in plus eſt, ſequatur ad id quod eſt in minus, ob id ex affirmatiua ſimplici, ſequetur negatiua tranſpoſita, F
& econtra ex affirmatiua tranſpoſita quæ in minus eſt, negatiua ſimplex quæ in plus eſt. Quod autem & negatiua ſimplex ſit in plus affirmatiua tranſpoſita ex dictis & ex dicto exẽplo, ſatis patet. nã de cane dicitur ꝙ nõ ſit homo iuſtus, non tamen dicitur quod ſit homo non iuſtus.

Sciendum eſt autem ꝙ hic indefinitas vt oppoſitas ſumimus, vt ſcilicet ꝑdicatũ de ſubiecto affirmatur vt eſt, et negatur, vel ſecundum intellectum ſumitur. Quum enim eas rationes aliquarum ſubiecti partium verificabiles ſumimus, tunc eas vt particulares capimus, et quæ ſimul veræ eſſe poſſint. Sed qm̃ & alias duas in diagrãmate, hoc eſt figura propoſitiões Ariſt. ordinat, medias inter ſimplices & tranſpoſitas, quas appellat priuatorias eo ꝙ priuatione aliquã formæ alicuius ſignificent, quæ ab infinitis ſiue tranſpoſitis differunt, quia in illis abſentia formæ, per particulã, nõ, appoſitã nomini, vt non iuſtum, & ſignificat negationẽ formæ tantũ, q̃ de pluribus verificatur quã priuatio, ſignificatur autẽ priuatio per particulã, in, appoſitã nomini formæ, quæ priuatio non poteſt cõpetere niſi ſubiecto, cui & forma cõpetit, quũ priuatiue oppoſita circa idẽ ſubiectũ habeant fieri. Intelligimus autẽ per priuationẽ nõ ſolũ abſentiã formæ, ſed etiã formã oppoſitam. G
hoc eſt contrariũ imperfectius, quod nomine priuatiuo intelligitur. Iniuſtitia itaq; nõ poteſt niſi de homine crudeli dici, de quo & non iuſtum, nõ iuſtum autẽ etiã de his q̃ omnino homines nõ ſunt, quãtum ad negatiuã, quantum autẽ ad affirmatiuã, & de his qui iniuſti ſunt & de his qui medio modo ſe habent, de quibus tñ affirmatiua priuatiua dici nõ poteſt. Ex his oportet videre qũo & iſtæ ſe habeant cum ſimplicibus & tranſpoſitis, quo ad ordinẽ & cõſequentiam, & ſignificationem. Manifeſtum quippe eſt ꝙ harum affirmatio nõ ſequitur ad affirmationem ſimplicem, quum prædicata oppoſita de eodẽ ſubiecto affirmentur, vt eſt homo iuſtus, eſt homo iniuſtus, ſed negatio q̃ dicit ipſum non eſſe iniuſtum, ſub affirmatiua ergo ſimplici, hæc negatiua priuatiua immediate collocabitur, & oppoſito modo ſub negatiua ſimplici affirmatiua priuatiua. Et eodẽ modo dicendum eſt negatiuã priuatiuã in plus eſſe affirmatiua ſimplici, nã nõ eſſe hominẽ iniuſtum verifi- H
catur de puero, & de habente habitum medium, de quibus non verificatur eſſe hominẽ iuſtum. Similiter negatiua ſimplex in plus eſt affirmatiua priuatiua, hæc enim de ſolis crudelibus verificatur, illa vero & de his & de pueris & habentibus habitum medium, & de alijs etiã ab homine. Ad affirmatiuã ergo ſimplicẽ ſequetur negatiua priuatiua, & ad affirmatiuã priuatiuã ſequetur negatiua ſim

I aſſerunt eſſe de mente Ariſt. Cuius tamẽ oppoſitum nos luce clarius declarabimus, quũ teneamus nomen infinitũ poſſe de non ente p̄dicari. ſed cauſa eſt æqualis in cibus, quã diximus. Supereſt modo vt videamus, quum hæ omnes eodẽ modo ſe habeant ad ſimplices, an etiã priuatiuæ eodẽ modo ſe habeant ad trãſpoſitas, vt ſimplices illas ſe habent, hoc eſt verum ſicut affirmatiua ad ſimplex in minus eſt negatiua tranſpoſita, ita & negatiua priuatiua in minus ſit negatiua tranſpoſita, quum immediate ſub ſimplici ſit collocata, & eodẽ modo, verũ quũ negatiua ſimplex in plus ſit affirmatiua tranſpoſita, ita etiã affirmatiua priuatiua, q̃ immediate ſub illa eſt collocata, in plus ſit eadẽ trãſpoſita, ita enim quaſi videretur cõueniens, vt fieret gradualiter aſcenſus vel deſcenſus, & dicitur eas nõ ita ſe habere, ſed oppoſito modo, nam negatiua priuatiua in plus eſt negatiua trãſpoſita & affirmatiua priuatiua in minus affirmatiua trãſpoſita. Nã de pluribus verificatẽ hæc, N
nõ eſt homo iniuſtus, q̃ illa, nõ eſt homo non iuſtus, nã de puero illa verificatur de quo nõ verificatur, tranſpoſita licet videatur Auer. oppoſitũ dicere. Ipſe.n. ſtrictius accipit tranſpoſitas q̃ nos accipiamus, vt æquales priuatiuis, vt patet quum exponit quid ſignificet affirmatiua tranſpoſita, vult enim ipſam ſignificare priuationem iuſtitiæ cum oppoſito, ita vt verificetur ſolum de crudeli. Nos autem ipſam etiam de puero veram eſſe dicimus, ex quo etiam patet ſecundum, ſcilicet ꝙ affirmatiua priuatiua, in minus eſt affirmatiua trãſpoſita, quum hæc de puero verificetur, de quo priuatiua non poteſt verificari. Patet igitur ipſas priuatiuas oppoſito modo ſe habere ad trãſpoſitas, ab eo ꝙ ſimplices ſe habent ad illas. Diſponetur ergo hoc modo figura ad clariorem intelligentiam eorum quæ dicta ſunt & eorum quæ ab Ariſtotele dicuntur.

		Affirmatiua ſimplex.	Negatiua ſimplex.		
K	In plus ambabus.	Eſt homo iuſtus.	Non eſt homo iuſtus.	In plus ambabus.	O
		Negatiua priuatiua.	Affirmatiua priuatiua.		
	In plus ambabus.	Non eſt homo iniuſtus.	Eſt homo iniuſtus.	In minus ambabus.	
		Negatiua tranſpoſita.	Affirmatiua tranſpoſita.		
	In plus ſola ſimplici.	Non eſt homo non iuſtus.	Eſt homo non iuſtus.	In minus ſola ſimplici.	

His hunc in modum declaratis, reliquum eſt vt literam Ariſtot. aggrediamur, & omnia quæ dicta ſunt ad propoſitum deducamus, nihil a nobis fruſtra fuiſſe contextum declarantes. Quando autem eſt tertium adiacens prædicatur, dupliciter dicuntur oppoſitiones, diximus quomodo eſt tertium adiacens prædicatur, diximus etiam duas oppoſitiones, non connumeratis priuatiuis, vt ex figura patet. Poſtea exponit quomodo eſt tertium ad prædicatur, quod appellat nomen vel verbum, verbum quidem vt tempus conſignificans, nomen autem, intelligendo voces, omnes ſignificatiuas ad placitum. Quum autem duæ eſſent oppoſitiones hoc non probauit tanquam exiſtens manifeſtum, ſed intulit quoddam conſequens, ex
L quo duæ ſunt oppoſitiones, quatuor erunt propoſitiones oppoſitæ, & exponit illas, dum inquit. Dico autem quoniam eſt iuſto adiacebit aut non iuſto, & erunt duæ affirmationes quia, & negationes his oppoſitæ duæ erunt, nã cuilibet affirmationi eſt aſſignare oppoſitam negationẽ, erunt ergo quatuor. Hæc autem omnia ex ſuperioribus clara ſunt, ſed interponit hæc verba, quarum duæ ad affirmationem & negationem ſe habent, ſecundũ conſequentiam vt priuationes, duæ vero minime, quæ tanta breuitate & obſcuritate dicta ſunt, vt in varias exponendi ſententias expoſitores extorſerint, & quia aliorum expoſitiones a Boetio videri poſſunt, tantum ex verbis Amonij his quæ dicta ſunt conſentaneam expoſitionem adducam, quæ etiam ex eiſdem ſatis eſt manifeſta. Dico ꝙ philoſophus per hæc verba innuit conſequentiam propoſitionum quam ſuperius declarauimus, intelligens per affirmationem & negationem, ſimplices duas, quæ veluti ra-
M dices ſunt & exemplaria omnium affirmatiuarum & negatiuarum, ſunt enim ſimpliciter tales, aliæ vero cum additione, vt priuatiue vel tranſpoſite, per duas autem primo loco dictas intelligit tranſpoſitas, ſcilicet affirmatiuam & negatiuam, duæ igitur hæ tranſpoſitæ, ad affirmatiuam & negatiuam ſimplicem, ita ſe habent vt priuatiuæ. Ideſt quemadmodum ex affirmatiua ſimplici ſequitur negatiua priuatiua, ita & negatiua tranſpoſita, et ſicut ex affirmatiua priuatiua ſequitur negatiua ſimplex, ita etiam ex affirmatiua tranſpoſita, ſequitur eadem negatiua ſimplex, duæ vero minime, hoc eſt. duæ vero ſimplices non ita ſe habent ad tranſpoſitas vt priuatiuæ ſe habent ad eaſdem tranſpoſitas. Oſtenſum eſt enim ꝙ oppoſito modo ſe habent ſimplices ad tranſpoſitas, ab eo ꝙ ſe habent priuatiue ad eaſdem, nam affirmatiua ſimplex eſt minus tranſpoſita negatiua & priuatiua negatiua in plus, et ſimplex negatiua in plus affirmatiua tranſpoſita, & affirmatiua priuatiua in minus. Vult ergo per hæc nobis aſſignare ordinem ſecundum conſequentiam Philoſophus inter omnes has propoſitiones quas ſupra declarauimus, & ſubdit has eaſdem propoſitiones eodem ordine in reſolutorijs fuiſſe diſpoſitas, hoc eſt in vltimo capite primi priorum, quo & hic illas diſpoſuit, propter quod in eorum expoſitionem digreſſi ſumus. Reliqua quæ dicuntur in textu clara ſunt vſque ad illam partem, (Similiter autem.) In qua philoſophus vult eundem nos ordinem ſecundum conſequentiam conſiderare, in vniuerſalibus & particularibus eis oppoſitis ſecundum oppoſitiones prius dictas, quem in indefinitis conſiderauimus, nam ex illa, omnis homo eſt iuſtus, ſequitur illa, non om- P
nis homo eſt non iuſtus, ſicut & illa non omnis homo eſt iniuſtus, & ex illa, omnis homo eſt non iuſtus, ſequitur negatiua ſimplex, nullus homo eſt iuſtus, vt ex affirmatiua priuatiua vniuerſali, quæ eſt omnis homo eſt iniuſtus & ꝙ hoc verum ſit, patet ex his quæ ſubdit declarando differentiam poſtquam oſtendit ſimilitudinem, dicit ergo ꝙ etſi conueniant cum indefinitis in ordine & conſequentia, nihil minus non contingit angulares eodem modo veras eſſe, ſed contingit aliquando tantum. Nolo hic expoſitionem modernorum adducere, quum nec propoſitiones intelligant, quarum conſequentiam & ordinem intelligit philoſophus. Nec eas debito ordine diſponant, nec quid ſint angulares omnino cognoſcant, non enim per angulares intelligere debemus quæ in angulis ſunt conſtitutæ, ſed quæ diametraliter opponuntur, vt apertiſſime Ariſtoteles dicit in codice græco, opponuntur autem ſecundum diametrum, affirmatiuæ affirmatiuis, & negatiuæ negatiuis, quæ ſunt de prædicatis oppoſitis, vt apparet ex figura, in qua per lineas tranſuerſas & diametrales ſunt obſignatæ. Dicit ergo nõ Q
eodem modo in vniuerſalibus poſſe eſſe veras omnes angulares, quemadmodum in indefinitis, nam in his omnes diametrales contingit ſimul eſſe veras in materia contingenti, vt homo iuſtus eſt, homo iniuſtus eſt homo nõ iuſtus eſt, & ſimiliter omnes negatiue, homo iuſtus non eſt, homo non iuſtus non eſt, homo iniuſtus non eſt. In vniuerſalibus autem patet affirmatiuas nullo pacto poſſe eſſe ſimul veras. vt omnis homo iuſtus eſt, omnis homo iniuſtus eſt, omnis homo non iuſtus eſt, ſunt enim de prædicatis oppoſitis vniuerſaliter ſumptis, negatiuas tamen contingit ſimul eſſe veras quandoq; in materia contingenti quum ſint particulares, vt non omnis homo iuſtus eſt, non omnis homo iniuſtus eſt, non omnis homo non iuſtus eſt. Poterunt ergo eodem præciſæ modo diſponi in figura ipſe vniuerſales cum particularibus quo & indefinitæ.

A	Simplex affirmatio.	Simplex negatio.	E
In minus duabus.	Omnis homo iuſtus eſt.	Non omnis homo iuſtus eſt.	In plus duabus.
	Priuatoria negatio.	Priuatoria affirmatio.	
In plus duabus.	Non omnis homo iniuſtus eſt.	Omnis homo iniuſtus eſt.	In minus duabus.
	Tranſpoſita negatio.	Tranſpoſita affirmatio.	
In plus ſola ſimplici.	Non omnis homo non iuſtus eſt.	Omnis homo non iuſtus eſt.	In minus ſola ſimplici.

Quæ ſequuntur in litera ſatis manifeſta ſunt, vſq; ad il-
lā partē. Qm̄ vero cōtraria eſt negatio.) In qua poſtquā
Ariſtotelem ſupra demonſtrauit qūo ſe conſequantur vni
uerſales cum particularibus, ſimplices cū tranſpoſitis, &
econtra, vult oſtendere qūo ſe conſequantur ꝗ ſunt eiuſdē
quantitatis, vniuerſales cū vniuerſalibus, & particulares
cū particularibus, ex quo patet falſam fuiſſe expoſitionē
recentiorum ſuperius cum dixit, ſimiliter ſe habere vniuer
ſales, qm̄ expoſuerunt de vniuerſalibus tm̄, cuius oppoſi-
tū iā declarauimus, vt autē cōmodius has conſequentias
quas æquipollentias ſorticolæ vocant, declarat Ariſto. re
B ſumit ꝗdā ſupra declarata, de veritate & falſitate propoſi
tionū, ꝗ in figura quadrangulari conſtituuntur. Quarum
duæ cōtrariæ ſunt, duæ vero ſub illis ſub contrariæ dicens
eſſe manifeſtū ꝙ hæ duæ propoſitiones contrariæ, omne
animal eſt iuſtum. nullum animal eſt iuſtum, nunquā poſ-
ſunt eſſe ſimul vere, nec in eodē, quaſi ex hoc innuens ip-
ſas poſſe eſſe ſimul falſas in materia contingenti, propter
quod non immerito addidit quādoq;, ex quo etiam ſequi
tur ſecundum, ſubcontrarias cum illarum ſint cōtradicto-
riæ poſſe eſſe ſimul veras. Eſt autē aduertendum Ariſt.
non ab re dixiſſe, neq; ſimul, neq; in eodē ipſo, hæc enim
ſunt ad diuerſa referenda, vt inquit Ammonius. Primum
quidem ad orationes ipſas. ſecundū ad ſignificatū ab ipſis
rebus, & hæc adinuicem concurrunt. Si enim orationes ſi
mul veræ ſunt, & p̄dicata in eis eidē ſimul inſunt, & econ
tra. Alij vero ad idē ſimul referri hæc volunt, cum poſſint
non de eodē ſimul eſſe veræ, vt omnis homo bipes, nul-
lus æquus bipes, aut de eodē non in eodē tēpore, vt om-
nis homo in ſeculo aureo fuit iuſtus, nullus autē homo in
ſeculo ferreo fuit iuſtus. Ideo addidit, nec ſimul nec in eo-
dem. (Sequuntur vero hæ.) Hic textus etiam in codicibus
C Græcis diuerſis modis ſcribitur; Vno modo vt habetur
in tranſlatione Boetij, ſequuntur vero hæ, hanc quidem ꝗ
eſt, nullus homo eſt iuſtus, illa quæ eſt, omnis homo eſt
non iuſtus, illā vero quæ eſt, aliquis homo eſt iuſtus, op-
poſita, non omnis homo eſt non iuſtus, neceſſe eſt enim
aliquem eſſe, & licet hic textus ſonet ꝙ ex negatiua ſe-
quatur affirmatiua, & primo loco ponatur negatiua. Boe
tius & ordinando figurā & exponendo p̄ponit affirmati
uā negatiuæ, quod certe mirum eſt. Nā verba Ariſt. ſi ita
legantur, id non aſſerunt. Alia litera ꝗ legitur in codicibus
Græcis manu ſcriptis, quos ego antiquiſſimos, & quam
habet & exponit Ammonius, & qui eū ſequuntur expo-
ſitores habet hoc modo, vt legendo caſtigauimus. Sequū
tur vero hæ, eā quidem ꝗ eſt, omnis homo eſt non iuſtus,
illa ꝗ eſt, nullus homo eſt iuſtus, illam vero ꝗ eſt, aliquis
homo eſt iuſtus, illa ꝗ eſt, non omnis homo eſt nō iuſtus.
Hanc ergo exponemus, eo ꝙ aliarū, nullus ex antiquiſſi-
mis græcis expoſitoribus meminerit, nec aliquis ex recen
tioribus, nec Boetius, & breuiter intēdit philoſophus qd'
D prius dixi in initio huius partis, qūo ſe habent ad cōſequē
tiam & æquiualentiā vniuerſales inter ſe variare ex parte
p̄dicatorum, & particulares identidem. Et inquit, ad vni-
uerſalem affirmatiuam de p̄dicato infinito ſicut tranſpoſi-
ſima et pulcherrima hæc eſt, quā ſumpſit Boetius ab Am
monio, ſi enim non eſt vera, vera erit eius contradictoria
ꝗ eſt nullus homo eſt iuſtus, ſed hæc equiualet illi, omnis
homo eſt non iuſtus, erit ergo & iſta vera, qua exiſtente
vera, eius contradictoria erit falſa. ſ. non omnis homo eſt
non iuſtus, cuius oppoſitum iā ſumptum eſt, ſcilicet illam
eſſe veram, patet igitur ꝙ vera exiſtente particulari nega
tiua, vera eſt & particularis affirmatiua, & ad illam ſequi
tur neceſſario, quod erat ducendum. patet etiam ex alio,
nā ex hoc ꝙ dicimus, non oēm hominē eſſe non iuſtum, F
aſſerimus & aliquem eſſe iuſtum. non omnibus enim exi
ſtentibus non iuſtis, neceſſe eſt aliquem eſſe iuſtum, & ita
hæc verba philoſophi intelliguntur de tertio, non de ſecun
do adiacente, vt aliqui ex recentioribus ſenſerunt, ꝙ ſi ali-
quis diceret poſſe iſtā eſſe verā, non exiſtente vera parti-
culari affirmatiua de p̄dicato finito, dicitur vt prius ꝙ tūc
eſſet vera vniuerſalis negatiua, & ita non eſſet verum ꝙ
non omnis, ſed ꝙ nullus, quod in materia contingenti ab
ſurdiſſimum eſt, in qua particulares ſunt veræ ex propria
natura, vt ex primo priorum declarauimus. Ex recen-
tioribus tamen nonnulli aliā & tertiā literā huius loci ad-
diderunt, quā & nos alias vidimus in codice græco anti-
quo, ꝗ ſic habet in ſecunda parte. (Eam vero, quæ eſt, nō
omnis homo eſt non iuſtus, illa ꝗ eſt, aliquis homo eſt iu
ſtus, neceſſe eſt enim aliquē eſſe.) Et dixerunt hanc eſſe re-
ctiorē. Propter verba illa, neceſſe eſt enim &c. et expoſue
runt verbū illud de ſecundo adiacente, quod ideo dicunt
Ariſt. addidiſſe vt denotaret ex negatiua affirmatiuā ſequi
non poſſe, niſi cum conſtantia ſubiecti. Aliter fruſtra adde
retur verbum illud, nā ſi nullus homo ſit, hæc eſt vera, nō G
omnis homo eſt non iuſtus, & tamē falſa hæc eſt, aliquis
homo eſt iuſtus. Sed tunc oporteт eos reſpondere proba-
tioni ſuperius factæ. Præterea. ſi idem eſt dicere hoc lo-
co, propoſitiones ſe conſequi & equiualere, ſimileſq; eſſe,
patet ꝙ ſeinuicem inferunt, non enim plus una ſignificat
ꝗ altera. Vnde inquit Ammonius nō ſolum particulares,
ſed etiā vniuerſales ſe mutuo cōſequi dicta ratione. Sequi
tur enim illam, omnis homo eſt non iuſtus, illa nullus ho
mo eſt iuſtus, & econtra. Ad argumentum in oppoſi-
tum infra reſpondebimus. Sed quæreret aliquis cauſam di
uerſitatis, cum ſupra philoſophus dixerit ad affirmatiuas
negatiuas ſequi non tamen econtra. cur hic aſſeramus de
mente eius oppoſitum. Reſpondetur aliud eſſe dicendum
in indefinitis, aliud in determinatis à ſigno vniuerſali vel
particulari, nam in illis ratione indeterminationis ſubiecti
poterat de alio ab ipſo ſubiecto tota negatiua verificari,
vt ſupra declarauimus, de qua affirmatiua verificari non
poterat. In his vero, vt non poſſit p̄dicatum niſi de con-
tentis ſub ſubiecto verificari ſi debet remanere determina H
ta propoſitio vniuerſalis vel particularis, iccirco de his ali
ter ꝗ de illis eſt dicēdum. Et quia ſupra diximus negatiuas
eſſe in plus affirmatiuis, hic vero equales dicimus negati-
uas cum affirmatiuis, & econtra. Hoc etiam ex modo lo
quendi Philoſophi arguitur, cum enim ibi dixerit duas ſe
habere ſecundum conſequentiam, duas vero minime, hic

I indeterminatum ſit, fient propoſitiones æquiualentes, vt
omnis homo eſt non iuſtus, & nullus homo eſt iuſtus &
nullus homo eſt non iuſtus, & omnis homo eſt iuſtus, ha
bent, enim hæ conditiones prius dictas. Similiter, omnis
homo eſt iuſtus, omnis homo non eſt non iuſtus, & alia
huiuſmodi. Ex quo ſequitur male ſorticolas regulas ſuas
æquipollentiarum aſſignare. Illæ enim docent modū inue
niendi propoſitiones oppoſitas potius quā equiualentes.
Fatuum enim eſt dicere ꝙ negatio ꝑpoſita facit vniuerſa-
lem, affirmatiuam æquipollere contradictorio ſuo cum
non remaneat vniuerſalis affirmatiua, fit enim particula-
ris negatiua quæ duobus modis dicitur, vt Ariſtot. primo
priorum, & hunc modum inueniendi huiuſmodi propo-
ſitiones equiualētes, quem Ammonius tradit ex dictis ꝓ-
ceptoris ſui, ſequitur etiam Commentator in expoſitione
ſua. Sed hic eſt locus arduæ quæſtionis cum non videa-
tur hic canon omnibus accommodari in inueniēda cōſe-
quentia & æquipollentia propoſitionum, ſi enim de non
entibus eiuſmodi propoſitiones formentur, non videbun
K tur æquiualere, vna enim poteſt vera eſſe, & altera falſa,
ſic dicendo, Nullus tragelaphus eſt iuſtus, omnis tragela-
phus eſt non iuſtus, prima enim eſt vera & ſecunda falſa,
cum aſſerat tragelaphum eſſe, de eo enim nihil affirmari
poteſt, nam tragelaphus nec eſt iuſtus nec non iuſtus, cum
non ſit. Quod cum aliqui ex ſorticolis ſine hæſitatione cō
ceſſiſſent, ex hoc etiā in maius inconueniens inciderunt,
dicentes ꝙ de quolibet non abſolute tam ente q̄ nō ente,
ſed ente tantū & pro aliquo ſupponente verificatur alte-
rum contradictoriorum in complexorum, ex quo cogun
tur concedere nomen infinitum quod eſt alterum contra-
dictorium incomplexum de non ente verificari non poſ-
ſe. Alij quoq; ad hoc idē aſtruendum quod iſti aſſerunt,
arguunt dicentes ex dicto philoſophi infra, vbi nō eſt op
poſitio in adiecto, nec terminus diſtractiuus cogens, ver-
bum eſt, per accidens de ſubiecto propoſitionis verifica-
ri, tunc ex prædicatis coniunctis, licet inferre prædicata di
uiſa. Sequetur ergo, tragelaphus eſt non homo, ergo tra-
gelaphus eſt. Confirmant hoc idem ex ratione generali
propoſitionis affirmatiuæ, quæ pro ſui veritate requirit a-
L ctualem exiſtentiam ſubiecti ſecundum multos, vel ſaltē
potentialem ſecundum omnes & in prædicatis accidenta
libus hoc abſq; aliqua dubitatione verum eſt, cum acci-
dentia non poſſint eſſe niſi in ſubiecto actu exiſtente. De
prædicatis autem ſubſtantialibus etiam videtur neceſſa-
rium, quoniam etſi in eis ſubiectum contineat prædicatū
ex ratione ſignificandi & intelligendi, tamen quo ad rea-
lem veritatem homo non poteſt eſſe animal niſi ſit ſub-
ſtantia animata ſenſitiua, & ita actu habēs animam cum
ſit viuens. Eſt autem manifeſtum ꝙ non ens non habet
exiſtentiam, nec actualem, nec potentialem. Confirmant
tertio auctoritate Ariſt. qui in hoc capite non videtur ob
aliud dicere ex negatiua ſimplici ſequi non poſſe affirma-
tiuam tranſpoſitam, niſi quia negatiua de non ente verifi
cari poteſt, de quo affirmatiua non verificatur, & fuit ra
tio ſuperius adducta, & infra videtur addere conſtantiam
ſubiecti, cum dicit, neceſſe eſt enim aliquem eſſe. Addunt
M hi et locum ſatis difficilem ex primo priorum capitulo vl
timo, vbi Ariſtot. dicit, non enti, equali nihil ſupponitur,
enti non equali aliquid & hoc eſt in equale, negant igitur
hi nomen infinitum dici de non ente. His rationibus &
auctoritatibus adducti, & ad Ariſtot. fortaſſe dicerent ꝙ
particula illa fuit ſuperaddita, quæ dicit, ſit infinitum no-
men, quoniā ſimiliter eſt & in eo quod eſt & in eo quod
non eſt, vnde in multis codicibus Latinis non reperitur,
nec eam exponit Auer. cum aſſerat nomen infinitum ſi-
gnificare priuationem habitus, priuatio nō dicitur niſi de
eo de quo & habitus dicitur. Sed magis mirandum eſt
de quibuſdam recentioribus, qui & Boetium & Græcos
expoſitores aſſerunt ſe vidiſſe, & particulam illā addunt
& exponunt, & dicunt hanc eſſe veram tragelaphus eſt
non homo, vt & iſtam, equus eſt non homo, & tamen
in hac parte peruenientes textum dicunt, ex negatiua infi
nita particulari ſequi particularem affirmatiuam ſimplicē
cum conſtantia ſubiecti. Quibus certe dictis quid poteſt
eſſe pugnantius? ſi enim concedunt de non ente poſſe infi N
nitum nomē prædicari, quæ neceſſitas cogit vt addamus
cōſtātiā ſubiecti? Sed profecto ſi verū eſſet quod aſſerunt
in tam apertam immemores contradictionem non incide
rent. Sed hi omnes meo iudicio non recte ſe habent in Ari
ſtot. Dicendum eſt enim de mente eius, proculdubio no
men infinitum prædicari de non ente. Nam ideo ipſum
infinitum dicit eſſe Ariſt. quia eodem modo dicitur de en
te & de non ente. Cuius forte ratio eſſe potuit vt ex Am-
monio poteſt colligi, cum nomen infinitum nihil aliud ſi-
gnificet quam negationem illius naturæ cui particula ne-
gatiua additur, & hæc negatio ex ſui ratione nihil poſiti-
uum inferat, manifeſtum eſt ipſam quoq; de non ente poſ
ſe affirmari, de ente quoq;, cum ſub tali negatione, omne
aliud ab ipſa natura comprehendi poſſit. Præterea, cum
dicat Ariſt. hoc de verbo infinito, vt non currit & non la
borat ſine aliqua controuerſia, & verbum infinitum in
verbum, eſt, & prædicatum infinitum reſoluatur & ma-
xime extra orationem, ex omnium conſenſu, patet ꝙ fuit
neceſſarium illud idem dicere de nomine infinito, ſcilicet O
ꝙ equaliter diceretur & de eo quod eſt, & de eo quod nō
eſt. Præterea, Ariſt expreſſe in parte ſequenti, dicit vale
re conſequentiam hanc, in ſingularibus ſi quis ita interro
get, eſt ne Socra. ſapiens? & reſpondeatur non. Illa reſpon
ſio negatiua facit propoſitionem negatiuam illam, nō eſt
Socr. ſapiens. Ex qua poſtea dicit philoſophus licet infer-
re, igitur Socr. eſt non ſapiens, vbi maxime patet ex nega
tiua ſimplici inferri affirmatiuam de prædicato infinito, ſi
ne aliqua ſubiecti conſtantia. Quod ſi quis, rudiτer tamen
vellet dicere illud nō referre in ſingularibus, ſed in vniuer-
ſalibus tātum, vt videtur in litera philoſophus dicere. Iſta
reſponſio non deſtruit propoſitum, quia ſufficit ꝙ habea
mus ex negatiua ſequi affirmatiuam, ſiue in ſingularibus
ſiue vniuerſalibus abſq; conſtantia ſubiecti. Amplius,
nonne apertiſſime Ariſt. infra teſtatur has propoſitiones
idem ſignificare, eſt omnis non homo non iuſtus. & iſtā,
nullus non homo iuſtus eſt, ꝙ ſi idem ſignificant, vna ve
ra exiſtente, alteram quoq; verā eſſe neceſſe eſt, & ſe mu- P
tuo conſequi Differentia enim ſubiectorum nihil facit in
hoc, cum eadem differentia quæ eſt ex parte prædicatorū
poſſit etiam in ſubiectis finitis reperiri. Ad hæc nonne
iſta eſt concedenda? tragelaphus eſt non ens. ergo et iſta,
tragelaphus eſt non homo, & conſequentia eſt optima a
ſuperiori diſtributo negatiue ad ſuum inferius, vt dicunt
Sorticolæ. Nam etſi ens non ſit ſuperius in linea prædica-
mentali, eſt tamen communius & eſſentiale. antecedēs eſt
verum, igitur & conſequens. ergo nomen infinitum de
non ente prædicatur. Inſuper ex ratione contradictionis,
fatuum enim eſt dicere contradictionem complexam di-
uidere tam entia quā non entia, incomplexam vero non,
ſunt enim equalis ambitus, & in hoc differt oppoſitio cō
tradictoria ab alijs. Adduci vltimo poteſt tot grauiſſi-
morum expoſitorum, græcorum præcipue. qui omnes eā
partem exponentes etiam exponunt alteram particulam,
ſcilicet ꝙ nomen infinitum equaliter eſt, & in eo quod eſt
& in eo quod non eſt. Nec aliquis eorum illam indubiū
reuocat, nec aſſerunt aliquem textum vidiſſe in quo illa
particula non ſit. Boetius quoq; inter latinos, & Diuus
Thomas maxime authoritatis viri, hoc idem affirmant Q
et Alber. cum eis, quare indubie tenendum eſt nomen infi
nitum de non ente prædicari. Eſt tamen aduertendum
ꝙ cum dicimus de non ente prædicari nomen infinitum,
per non ens intelligimus id quod nō eſt nec poteſt eſſe in
rerum natura, ſed apud intellectū eſſe nihil prohibet, nec
eſt omnino non ens, tale enim nec opinabile eſt nec nomi
nabile, & nullam penitus prædicationem recipere poteſt,
cum nec ab intellectu imaginabile ſit aut intelligibile. De
primo autem huiuſmodi negationes nominum finitorū
prædicare affirmatiue poſſumus, mediante verbo, eſt. vn
de veriſſimum eſt non poſſe verbum, eſt, de aliquo prædi
cari affirmatiue niſi illud aliquo modo ſit, eo igitur modo
quo verbum, eſt, de aliquo affirmari poteſt, eo inquam
modo illud habet eſſe. ſi ſimpliciter, ſimpliciter, ſi ſecundū
quid, ſecundū quid, nā omne id de quo aliquid prædicare
aggredimur,

Nomē infinitū ꝑdicatur de non ente.

A aggredimur, ꝑintelligi a nobis omnino neceſſe eſt, & aut in pura intelligentia totum ſuum eſſe habere aut etiã ꝑ ſeſe per ſe ante intelligentiam noſtram. Ex his facile poſſunt ſolui argumenta in oppoſitũ. Ad primum, cui maxime aduerſarÿ innituntur, poſſem primo ſophiſtice reſpondere ꝙ nullo homine exiſtente, nulla propoſitio eſt, et per conſequens, nec vera, nec falſa. Realius tamen reſpondendo poſſet dici, & ſi antecedens eſt verum ex ſuppoſitione, non repugnat & conſequens eſſe verum ex ſuppoſitione, nam ſicut ex ſuppoſito, ꝙ nullus homo ſit, verum eſt, nullum hominem eſſe iuſtum, ita verum eſt, omnem hominem eſſe non iuſtum. Nec ex hac ſequitur, omnem hominem eſſe, magis q̃ ex illa, tragelaphus eſt non iuſtus ſequitur tragelaphum eſſe, vt proxime dicetur, licet videatur propoſitio illa de homine exiſtente affirmare non iuſtum, quod tamen falſum eſt, nam ex ſuppoſito nullus homo eſt. Si enim illud prædicatum, non iuſtum eſſet prædicatum determinatum quod non poſſet niſi de re exiſtente

B prædicari, illud vtiq; verum eſſet, ſed quia non eſt prædicatum determinatum non requirit exiſtentiam actualem ſubiecti, ſed ſolum talem ad quam per prædicatum reſtringitur, & illa eſt exiſtentia ſecundum quid, nulla autem facta ſuppoſitione in illa negatiua de homine exiſtente negatur hoc prædicatum iuſtum, nã in propoſitionibus negatiuis non negatur ſubiectum, vt multi falſo credunt, ſed ſubiecto ſuppoſito negatur prædicatum ab illo. Dici etiã poſſet & tertio ꝙ ſuppoſitio eſt impoſſibilis. Et ideo græci ſimile argumentum non formant procedens ex ſuppoſitione impoſſibili, ſed de non ente vt tragelapho. Et erat argumentum ſecundo loco factum, ad quod reſpondetur concedendo conſequentiam, & dicendo conſequens eſſe verum ſicut & añs, et cum ſubiungitur. ergo tragelaphus eſt, negatur conſequentia, & quum dicitur non eſſe ibi oppoſitum in adiecto, nec terminum diſtractiuum. ergo valere conſequentiam. Reſpondetur ibi eſſe terminum diſtractiuum. quia nomen infinitum diſtrahit propter negationem incluſam ob q̃ non eſt magis natum de non ente verificari q̃ ente. Non enim conceditur tragelaphum eſſe, ſed totum hoc ꝙ eſt non homo, ſicut et cum dicimus, Ho-

C me. poeta eſt, non enim dicimus, Homerum eſſe, ſed eſſe poetam, quod eſt eſſe ſecundum quid. Ideo non licet inferre eſſe abſolute prolatum, quia illud ſignificat rem ſimpliciter eſſe. Sed contra iſtam reſpoſionem arguitur, quia exemplum nõ eſt ad propoſitum, nam tunc terminus poteſt facere diuerſitatem in conſequentia quando multipliciter ſumi poteſt vt in propoſito Homerus, quum enim dicitur, Home. poeta eſt, hic ſumitur vt poeta eſt, quum autem dicitur, Home. eſt, tunc refertur ad Home. qui fuit. E
Iccirco conſequentia non valet, ſed de hircoceruo hoc dici non poteſt, cum non poſſit niſi, vno modo ſumi, dicitur ꝙ etſi hircoceruus per ſe ſumptus non habeat niſi vnũ ſignificatum, tamen ratione diuerſorum prædicatorũ poteſt reſtringi ad duo ſignificata, quum enim verbum, eſt, per ſe ſumptum non ſit natum prædicari niſi de re ſimpliciter exiſtẽte, tunc reſtringit ipſum ad ſimpliciter eſſe, ideo conſequentia non valet. Sed iterum inſurgit dubium, quia cum eſſe ſecũdum quid præſupponat eſſe ſimpliciter, non videtur de tragelapho poſſe aliquid prædicari ſecundum quid affirmatiue, quum tragelaphus nõ habeat eſſe ſimpliciter. Ad hoc poteſt reſponderi ex præmiſſo notabili, nam in propoſitionibus eſſe prædicati præſupponit eſſe ſubiecti, ita in propoſito dicitur, cum de tragelapho prædicamus, non homo tragelaphus habet eſſe intelligibile, & non eſt omnino non ens. De ſimpliciter enim nõ F
ente nihil prædicari poteſt, ad id quod additur ex ratione propoſitionis affirmatiue, dicitur ꝙ id habet veritatem in propoſitionibus affirmatiuis in quibus verbum, eſt, per ſe prædicatur, non autem in quibus per accidens, & ſimul cũ adiuncto & ratione adiuncti, & poteſt dici ꝙ eo modo quo verbum, eſt, de aliquo ſubiecto prædicatur in propoſitione affirmatiua etiam exiſtentiam ſubiecti ſupponitur, vt prius dictum eſt. Ad aliam confirmationem quæ procedit ex dicto philoſophi ſupra reſponſum eſt, literam exponendo Et vlterius dicitur vt Ammoni. aſſerit, ꝙ ibi non affirmabamus negationẽ prædicati finiti per ſe ſumptam in plus eſſe, affirmatiõe prædicati infiniti, hoc enim eſt aperte falſum, ſed totas propoſitiones vt prædicata ſumentes totam negationem dictam affirmationem in plus eſſe deprehendimus, quoniã tota negatio de his quæ omnino homines non ſunt vera eſt, nam de cane verum eſt dicere ipſum non eſſe hominem iuſtum, ipſa tamen affirmatio eſt falſa, non quia prædicetur non iuſtum, ſed quia quæ ſunt alia ab homine aſſerit eſſe homines non iuſtos, G
ſumendo autem prædicata per ſe, vt non eſſe iuſtum, & eſſe non iuſtum abſq; dubio idem ſunt. Ad aliud, quum arguitur Ariſt. addidiſſe conſtãtiam ſubiecti, dico ꝙ ſequẽdo aliorum expoſitiones non eſt illud verum. Ad vltimũ ex. 1. priorum dicitur ibi Ari. ſumere illa & determinare de illis de quibus verbum, eſt, per ſe prædicatur, non autẽ per accidens, & tunc non equale non ſumitur vt vere contradictoriũ equalis, ſed quaſi oppoſitum priuatiue vt ipſe in litera dicit, Et hæc de hac quæſtione dicta ſufficiant diſputatiue & probabiliter, exercitÿ intellectus gratia, quum de ea parum ab alÿs exquiſitum inuenerim.

F I N I S.

SERIES CHARTARVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q.

Omnes ſunt quaterniones, præter † qui eſt duerniones. H

D

Venetÿs apud Hieronymum Scotum.
M. D. LVII.

Digitized by Google